cum ipsis Syriæ & Phœniciæ præsident, Da-
rio regi, Salvere. Omnia nota sint domino 8
nostro regi: Venientes nos in regionem Ju-
dææ, & Hierosolyma, civitatem ingressi,
deprehendimus presbyteros captivitatis Ju-
dæorum in civitate Hierosolymis, ædifican-
tes templum Domino magnū & novum, La- 9
pidibus politis magni pretii, trabibúsque
quæ ponuntur in ædibus; Et opera dili- 10
genter fieri, succederéque opus eis sub ma-
nibus, & cum omni gloria & solicitudine
perfici. Tunc interrogavimus Presbyte- 11
ros istos dicentes; Quis est, cujus man-
dato templum hoc ædificatis, & opera hæc
fundatis? Interrogavimus igitur eos, ut 12
notum tibi faceremus, utque scriberemus
tibi viros principes ipsorum: nomina scribi
primorum principum ipsorum ab eis postu-
lavimus. Illi autem responderunt nobis, 13
dicentes; Servi sumus Domini qui creavit
cœlum & terram: Et templum hoc ante 14
multos annos ædificatū est per regem Israe-
lis magnum & fortem, & perfectum est.
Et propterea quòd patres nostri exacer- 15
bando peccârunt in Dominū cœlorum, Do-
minum Israelis, tradidit eos in manus
Nebuchadnosaris Babylonii, regis Chal-
dæorum, Et templum destructum incen- 16
derunt, & populum captivum duxerunt
Babylonem. Anno autem primo regnante 17
Cyro, ... ædificari domum hanc, Vasáque 18
sacerdotalia aurea & argentea, quæ eduxerat
Nebuchadnosar rex ex templo Hierosolymi-
tano, & in templo suo posuerat, eduxit rur-
sus rex Cyrus de templo Babylonico: & tra-
dita sunt Zorobabeli et Sanbasuro præfecto,
Et præceptum est ei, & tulit omnia hæc 19
vasa ut reponerentur in templo Hierosoly-
mitano: Utque templum Domini ædifica-
retur in loco suo. Tunc veniens Sanbasu- 20
rus jecit fundamenta domûs Domini, quæ
Hierosolymis. Et exinde huc usque ædifi-
cata, complementum non accepit. Nunc 21
igitur si ita judicatum fuerit, O rex, inspi-
ciantur regalia Cyri regis chartophylacia
quæ in Babylone.

Versio VULG. LAT.

22 Et si inventum fuerit, consilio Cyri regis cœptam esse
structuram domûs Domini, quæ est in Jerusalem, &
judicatur à Domino rege nostro, scribat de his nobis.
23 Tunc Darius rex præcepit inquiri in Bibliothecis : &
inventus est in Ecbathanis oppido, quod est in media regione, locus unus, in quo scripta erant ista :
24 ANNO primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit
domum Domini quæ est in Jerusalem ædificare, ubi
25 incendebant igni assiduo, Cujus altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo ejusdem regionis, & meniano uno novo, & impen-
26 dia dari de domo Cyri regis : Et sacra vasa domûs Domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quæ est in Jerusa-
27 lem, ubi erant posita, ut ponantur illic. Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanem, & sodales ejus, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides, ut abstinerent
28 se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare : & prospexi, ut adjuvent eos qui sunt ex captivitate Judæorum, donec consummetur templum
29 ædis Domini : Et à vexatione tributorum Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto,
30 ad tauros, & arietes, & agnos, Similiter autem & frumentum, & sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Jerusalem, dictaverunt consumi quotidiè, sine ulla dilatio-
31 ne, Ut offerantur libationes summo Deo pro rege &
32 pueris ejus, & orent pro ipsorum vita : Et denuntietur, ut quicunque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreverint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum regi
33 adscribantur. Propterea Dominus, cujus nomen invocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut malè tra-
34 ctare domum Domini illam quæ est in Jerusalem. Ego Darius rex decrevi quàm diligentissimè secundùm hæc fieri.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 Καὶ ἐὰν εὑρίσκηται, μετὰ τῆς γνώμης Κύρου τοῦ βασιλέως γενομένην τὴν οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου κυρίου τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ κρίνηται τῷ
23 κυρίῳ βασιλεῖ ἡμῶν, προσφωνησάτω ἡμῖν περὶ τούτων. Τότε ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσέταξεν ἐπισκέψασθαι (σ) ἐν τοῖς βιβλιοφυλακίοις τοῖς κειμένοις ἐν Βαβυλῶνι· καὶ εὑρέθη ἐν Ἐκβατάνοις τῇ βάρει τῇ
24 ἐν Μηδείᾳ χώρᾳ (τ) τόπος εἷς, ἐν ᾧ ὑπομνημάτιστο τάδε. Ἔτους πρώτου βασιλεύοντος Κύρου, βασιλεὺς Κῦρος προσέταξε τὸν οἶκον τοῦ κυρίου τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομῆσαι, ὅπου ἐπιθύουσι διὰ πυρὸς ἐνδελεχοῦς.
25 Οὗ τὸ ὕψος πηχῶν ἑξήκοντα, πλάτος πηχῶν ἑξήκοντα διὰ δόμων λιθίνων ξυστῶν τριῶν, καὶ δόμου ξυλίνου ἐγχωρίου καινοῦ ἑνός, καὶ τὸ δα-
26 πάνημα δοθῆναι ἐκ τοῦ οἴκου Κύρου τοῦ βασιλέως. Καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ οἴκου κυρίου (υ) τά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀπήνεγκεν εἰς Βαβυλῶνα, ἀποκατασταθῆναι εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ, οὗ ἦν κείμενα, ὅπως τεθῇ ἐκεῖ.
27 Προσέταξε δὲ ἐπιμεληθῆναι Σισίννῃ ἐπάρχῳ Συρίας καὶ Φοινίκης, καὶ Σαθραβουζάνῃ, καὶ τοῖς συνεταίροις, καὶ τοῖς ἀποτεταγμένοις ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ ἡγεμόσιν ἀπέχεσθαι τοῦ τόπου, (ʷ) ἐᾶσαι δὲ τὸν παῖδα κυρίου Ζοροβάβελ, ἔπαρχον δὲ τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων,
28 τὸν (ˣ) οἶκον τοῦ κυρίου ἐκεῖνον οἰκοδομεῖν ἐπὶ τοῦ τόπου. Καὶ (ʸ) ἐγὼ δὲ ἐπέταξα ὁλοσχερῶς οἰκοδομῆσαι, καὶ ἀτενίσαι ἵνα συμποιῶσι τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας (ᶻ) τῆς Ἰουδαίας, μέχρι τοῦ ἐπιτελεσθῆναι τὸν οἶκον τοῦ κυρίου.
29 Καὶ ἀπὸ τῆς φορολογίας κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης ἐπιμελῶς σύνταξιν δίδοσθαι τούτοις τοῖς ἀνθρώποις εἰς (ᵃ) θυσίαν τῷ κυρίῳ, Ζοροβάβελ
30 ἐπάρχῳ εἰς ταύρους, καὶ κριούς, καὶ ἄρνας, Ὁμοίως δὲ καὶ πυρόν, καὶ ἅλα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον ἐνδελεχῶς κατ' ἐνιαυτόν, καθὼς ἂν οἱ ἱερεῖς οἱ ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπαγορεύσωσιν ἀναλίσκεσθαι καθ' ἡμέραν, (ᵇ) ἀναμφισβητήτως,
31 Ὅπως προσφέρωνται σπονδαὶ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως καὶ
32 τῶν παίδων, καὶ προσεύχωνται περὶ τῆς αὐτῶν ζωῆς· Καὶ (φ) προστάξαι ἵνα ὅσοι (ᶜ) ἐὰν παραβῶσί τι τῶν (χ) γεγραμμένων καὶ ἀκυρώσωσι, ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, καὶ (ψ) ἐπ' αὐτοῦ κρεμασθῆναι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα
33 αὐτοῦ εἶναι βασιλικά. Διὰ ταῦτα καὶ ὁ κύριος, οὗ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικέκληται ἐκεῖ, ἀφανίσαι πάντα βασιλέα καὶ ἔθνος, ὃς ἐκτενεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κωλῦσαι ἢ κακοποιῆσαι τὸν οἶκον (ᵈ) κυρίου ἐκεῖνον τὸν ἐν
34 Ἱερουσαλήμ. Ἐγὼ βασιλεὺς Δαρεῖος δεδογμάτικα ἐπιμελῶς κατὰ ταῦτα γίνεσθαι.

Et, si inventum fuerit, cum consilio Cyri regis fieri 22
structuram domûs Domini, quæ in Hierusalem, &
judicatur à Domino rege nostro; scribat de his no-
bis. Tunc Darius rex præcepit inquiri in biblio- 23
thecis, quæ sunt in Babylonia. Et inventus est in
Ecbatanis, oppido : quòd in Media regione, (c) lo-
cus unus, in quo scripta erant ista : Anno primo 24
regnante Cyro, rex Cyrus præcepit, domum Domini,
quæ est in Hierusalem, ædificare, ubi sacrificant
igni assiduo; Cujus altitudo cubitorum sexagin- 25
ta, latitudo cubitorum sexaginta per domos lapi-
deas politas tres, & (d) domum ligneam ejus loci
novam unam, & impendia dari de domo Cyri re-
gis : Et sacra vasa domûs Domini, tã aurea quã 26
argẽtea, quæ extulit Nabuchodonosor è domo, quæ
in Hierusalem, & abstulit in Babyloniam, restitui
in domum, quæ in Hierusalem, ubi erant posita, ut
ponantur illic. Et præcepit curam agere Sisinnem 27
subregulum Syriæ, & Phœnices, & Sathrabuza-
nem, & sodales, & qui ordinati erant in Syria &
Phœnice præsides, ut abstinerent se à loco; sinerent
autem puerum Domini Zorobabel, præsidem autem
Judææ, & seniores Judæorum, domũ Domini illam
ædificare super locũ. Et ego quoq; præcepi in totum 28
ædificare, & attendere, ut adjuvent eos, qui ex ca-
ptivitate Judææ, donec consummentur ædes Domi-
ni : Et de tributo Cœlesyriæ & Phœnicis dili- 29
genter contributionem dari his hominibus ad sa-
crificium Domino, Zorobabel præfecto, ad tauros,
& arietes, & agnos, Similiter autem & frumen- 30
tum, & sal, & vinum, & oleum assiduè per singu-
los annos, prout sacerdotes, qui sunt in Hierusa-
lem, dictaverint consumi quotidiè, sine ulla dila-
tione, Ut offerantur libationes Deo summo pro rege, 31
& pueris, & orent pro ipsorum vita : Et denunti- 32
etur, ut quicumque transgressi fuerint aliquid ex
his quæ scripta sunt, & spreverint; accipiatur li-
gnum de suis propriis, & super illud suspendatur,
& bona ipsius regi adscribantur. Propterea & 33
Dominus, cujus nomen invocatum est ibi, extermi-
net omnẽ regẽ, & gentem; qui manũ suã extenderit
prohibere, aut malè tractare domũ Domini illã, quæ
est in Hierusalẽ. Ego Darius rex decrevi quã diligentissimè secundũ hæc fieri. 34

MS. A. (σ) ἐν τοῖς βασιλικοῖς βιβλιοφυλακίοις (τ) τόμος εἷς, (υ) τὰ χρύσια καὶ τὰ ἀργύρεα * ἐξήνεγκεν (ʷ) ἐάσαι τὸν παῖδα τοῦ κυρίου (ˣ) οἶκον κυρίου (ʸ) ἐγὼ ἐπέταξα (ᶻ) τῶν Ἰουδαίων, μέχρις (ᵃ) θυσίας (ᵇ) ἀναμφισβητήτως, (φ) προσέταξεν (ᶜ) ἂν (χ) προειρημένων καὶ τῶν προσγεγραμμένων ἢ καὶ (ψ) ἐπὶ τούτῳ (ᵈ) τοῦ κυρίου

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

22 [illegible Syriac text]
23 [illegible Syriac text]
24 [illegible Syriac text]
25 [illegible Syriac text]
26 [illegible Syriac text]
27 [illegible Syriac text]
28 [illegible Syriac text]
29 [illegible Syriac text]
30 [illegible Syriac text]
31 [illegible Syriac text]
32 [illegible Syriac text]
33 [illegible Syriac text]
34 [illegible Syriac text]

Et si inveneritis quòd præcepto Cyri regis 22
facta sit ædificatio templi Dñi quod Hierosolymis, & judicatum fuerit à Domino nostro rege nostro, alloquatur nos his de rebus. Tunc rex Darius jussit inspici bibli- 23
othecas repositarum Babylone chartarum : & inventus est Ecbatanis arce quæ in regione Mediæ, locus quidam in quo memoriæ tradita erant hæc. Anno primo re- 24
gnante Cyro, præcepit Cyrus rex ædificari templum Domini, quod est Hierosolymis, ubi sacrificatur igne jugiter; Cujus alti- 25
tudo cubitorum sexaginta, latitudo cubitorum sexaginta, structuris lapidum politorum tribus, lignorum autem ipsius regionis novâ unâ : Sumptum autem præberi de domo Cyri regis. Vasa autem sacerdo- 26
talia domûs Domini, aurea & argentea quæ extulerat Nabuchadonosar de templo Hierosolymitano & Babyloné duxerat, restitui in templum quod Hierosolymis, ubi posita fuerant, ut ibi reponantur. Præcepit au- 27
tem curæ esse Sisinnæ præfecto Syriæ & Phœniciæ, & Sathroburzani, & sodalibus qui unà erant, eísque qui ordinati erant ut Syriæ Phœniciæque præessent, ut à loco abstinerent, sineréntque servum Dei Zorobabel præfectum Judææ, & Presbyteros Judæorum, templum hoc eodem in loco ædificare. Ego autem præcipio ut omninò 28
ædificent, et attendãt operi faciendo cum captivitate Judææ donec completa fuerit domus Domini. Et de tributo Syriæ Cavæ & 29
Phœniciæ dari cum cura oblationem hominibus his in sacrificium Domino, Zorobabel præfecto, in tauros arietésque & agnos : Similiter autem & frumentum & 30
sal, vinúmque, & oleum jugiter singulis annis: Prout sacerdotes, qui sunt Hierosolymis, dictaverint insumi indies, sine dubitatione. Ut offerantur libamina Deo excelso 31
pro rege & servis ejus; utque orent pro vita ipsorum. Et præcipies, quicunque præ- 32
varicatus fuerit quicquam ex eis quæ scripta sunt, vel irritum reddiderit, sumi lignum de proprio ejus, & in eo suspendi ipsum, & bona regi ascribi. Propterea Dominus 33
etiam cujus nomen ibi invocatur, exterminet omnem regem & populum, qui extenderit manũ impedimento aut noxæ domui Domini, quæ est Hierosolymis objiciendæ. Ego Darius rex præcepi diligenter secun- 34
dùm hæc fieri.

Versio VULG. LAT.

CAP. VII.

1 TUnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnicis,
& Satrabuzanes, & sodales, obsecuti his quæ à Dario
2 rege erant decreta, Insistebant sacrosanctis operibus
diligentissimè, cooperantes cum senioribus Judæorum
3 principibus Syriæ. Et prosperata sunt sacrosancta
opera prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
4 Et consummaverunt omnia per præceptum Domini
Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis
5 regis Persarum. Et consummata est domus nostra
usque ad tertiã & vigesimam diem mensis Adar, sex-
6 to anno Darii regis. Et fecerunt filii Israel & sacer-
dotes & Levitæ & cæteri qui erant ex captivitate, qui
appositi sunt, secundùm ea quæ scripta sunt in libro
7 Moysi. Et obtulerunt in dedicationem templi Domi-
ni, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadrin-
8 gentos, Et hœdos pro peccatis universi Israel duo-
9 decim, secundùm numerum tribuum Israel. Et ste-
terunt sacerdotes & Levitæ amicti stolis per tribus, su-
per omnia opera Domini Dei Israel, secundùm librũ
10 Moysi; & ostiarii per singulas januas. Et egerunt filii
Israel cum his qui erant ex captivitate illud Phase
quartadecimâ lunâ mensis primi, quando sanctificati
11 sunt sacerdotes & Levitæ. Omnes filii captivitatis
non sunt simul sanctificati, quia Levitæ omnes simul
12 sanctificati sunt. Et immolaverunt Phase universi
filii captivitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi-
13 metipsis. Et manducaverunt filii Israel, qui erant
ex captivitate, omnes qui remanserant ab omnibus
execrationibus gentium terræ quærentes Dominum,
14 Et celebraverunt diem festum azymorum, septem
15 diebus epulantes in conspectu Dñi; Quoniam con-
vertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare
manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

1 ET post hunc, regnante Artaxerxe Persarum rege,
accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ, filii Solome,
2 Filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri, filii Azahel,
filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari,
3 filii Aaron primi sacerdotis: Hic Esdras ascendit
de Babylonia, cùm esset scriba & ingeniosus in lege
Moysi, quæ data est à Domino Deo Israel docere &
facere.

Versio GRÆCA LXX. Interp. cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ζ'.

1 Τότε Σισίννης (ª) ἔπαρχος κοίλης Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Σαθραβουζάνης, καὶ οἱ συνεταῖροι κατακολουθήσαντες τοῖς ὑπὸ τοῦ βασιλέως
2 Δαρείου προσταγεῖσιν, Ἐπεστάτουν τῶν ἱερῶν ἔργων ἐπιμελέστερον συνερ-
3 γοῦντες τοῖς πρεσβυτέροις τῶν (α) Ἰουδαίων καὶ ἱεροστάταις. Καὶ εὔοδα
ἐγίνετο τὰ ἱερὰ ἔργα, προφητευόντων Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου τῶν προφητῶν.
4 Καὶ συνετέλεσαν ταῦτα διὰ προστάγματος (ᵇ) κυρίου θεοῦ Ἰσραήλ· καὶ μετὰ τῆς
5 γνώμης (ᶜ) τοῦ Κύρου καὶ Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου βασιλέων Περσῶν, (β) Συνετελέσθη ὁ οἶκος ὁ ἅγιος ἕως τρίτης καὶ εἰκάδος μηνὸς Ἀδαρ, τοῦ ἕκτου
6 ἔτους βασιλέως Δαρείου. Καὶ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ
Λευῖται καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας οἱ προστεθέντες, ἀκολούθως
7 τοῖς ἐν τῇ (ᵈ) Μωυσέως βίβλῳ. Καὶ προσήνεγκαν εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν
τοῦ ἱεροῦ τοῦ κυρίου ταύρους ἑκατὸν, κριοὺς διακοσίους, ἄρνας τετρακοσίους,
8 Χιμάρους ὑπὲρ ἁμαρτίας παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ δώδεκα πρὸς ἀριθμὸν, ἐκ
9 τῶν φυλάρχων τοῦ Ἰσραὴλ δώδεκα. Καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται κατὰ
φυλὰς ἐστολισμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων κυρίου (ᵉ) θεοῦ Ἰσραὴλ ἀκολούθως τῇ
10 (ᶠ) Μωυσέως βίβλῳ, καὶ οἱ θυρωροὶ ἐφ' ἑκάστου πυλῶνος. Καὶ ἠγάγοσαν οἱ
υἱοὶ Ἰσραὴλ τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τὸ πάσχα ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ
11 τοῦ πρώτου μηνὸς, ὅτε ἡγνίσθησαν οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται) Ἅμα καὶ πάν-
τες οἱ υἱοὶ τῆς αἰχμαλωσίας, ὅτι ἡγνίσθησαν, ὅτι οἱ Λευῖται ἅμα πάντες
12 ἡγνίσθησαν. Καὶ ἔθυσαν τὸ πάσχα πᾶσι τοῖς υἱοῖς (ᵍ) τοῖς αἰχμαλωσίας,
13 καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἑαυτοῖς. Καὶ ἐφάγοσαν οἱ υἱοὶ
Ἰσραὴλ οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, πάντες οἱ χωρισθέντες ἀπὸ τῶν βδελυγ-
14 μάτων τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, ζητοῦντες τὸν κύριον. Καὶ ἠγάγοσαν τὴν
15 ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἑπτὰ ἡμέρας εὐφραινόμενοι (γ) ἔναντι κυρίου, Ὅτι
μετέστρεψε τὴν βουλὴν τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων ἐπ' αὐτοὺς, κατισχῦ-
σαι τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἔργα κυρίου θεοῦ Ἰσραήλ.

MS. A. (ª) ὁ ἔπαρχος (α) ἱερέων καὶ ἱεροστάταις. (ᵇ) τοῦ κυρίου (ᶜ) Κύρου (β) ἕως τοῦ ἕκτου ἔτους Δαρείου βασιλέως Περσῶν, Συνετελέσθη ὁ οἶκος (ᵈ) Μωσέως (ᵉ) τοῦ θεοῦ (ᶠ) Μωσέως (ᵍ) τῆς (γ) ἔναντι τοῦ κυρίου,

CAP. VII.

1 TUnc Sisinnes subregulus Cœlesyriæ, & Phœnices,
& Sathrabuzanes, & sodales obsecuti his, quæ à
2 Dario rege erant decreta, Insistebant sacrosanctis ope-
ribus diligentiùs cooperantes senioribus Judæorum,
3 & sacris statoribus. Et prosperata sunt sacrosancta
opera, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
4 Et consummaverunt hæc per præceptum Domini Dei
Israel: & ex consilio Cyri, & Darii, & Arta-
5 xerxis regis Persarum (a) Consummata est domus
sancta usque ad tertiam & vigesimam diem mensis
6 Adar, sexto anno Darii regis. Et fecerunt filii Is-
rael, & sacerdotes, et Levitæ, & cæteri qui erant
ex captivitate, qui appositi sunt, secundùm ea quæ
7 scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerũt in dedicatio-
nem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos,
8 agnos quadringentos, Hircos pro peccato universi
Israel duodecim ad numerum de (b) principibus tri-
9 buum Israel duodecim. Et steterunt sacerdotes, &
Levitæ per tribus, amicti stolis super opera Domini
Dei Israel secundùm librum Moysi; & ostiarii per
10 singulas januas. Et egerunt filii Israel ex his, qui
erant ex captivitate, Pascha in quartadecima mensis
primi, quando sanctificati sunt sacerdotes, et Levitæ
11 Simul; et omnes filii captivitatis, (c) quoniam pu-
rificati sunt: quoniam Levitæ simul omnes sancti-
12 ficati sunt. Et immolaverunt Pascha universis filiis
captivitatis, et fratribus suis sacerdotibus, et sibimet-
13 ipsis. Et manducaverunt filii Israel, qui ex captivi-
tate, omnes qui recesserant ab execrationibus gentium
14 terræ, quærentes Dominum. Et celebraverunt diem
festũ azymorum septem diebus epulantes in conspectu
15 Domini: Quoniam convertit consilium regis Assy-
[illegible] confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

ΚΕΦ. η'.

1 Καὶ μετὰ ταῦτα νεώτερος τούτων ὢν, βασιλεύοντος Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν
βασιλέως, προσέβη (α) Ἔσδρας Ἀζαρίου, τοῦ Ζεχρίου, τοῦ Χελκίου, τοῦ
2 Σαλήμου, Τοῦ Σαδδούκου, τοῦ Ἀχιτὼβ, τοῦ Ἀμαρίου, (β) τοῦ Ὀζίου, τοῦ Βοκ-
κὰ, τοῦ Ἀβισαΐ, τοῦ Φινεὲς, τοῦ Ἐλεάζαρ, τοῦ Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως τοῦ πρώτου
3 Οὗτος (γ) Ἔσδρας ἀνέβη ἐκ Βαβυλῶνος ὡς γραμματεὺς, εὐφυὴς ὢν
(ª) ἐν τῷ Μωυσέως νόμῳ τῷ ἐκδεδομένῳ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ Ἰσραήλ.

MS. A. (α) Ἔζρας Σαραίου, τοῦ Ἐζερίου, τοῦ Χελκίου (β) τοῦ Ἐζίου, τοῦ Μαρερὼθ, τοῦ Ζαραίου, τοῦ Σαουία, τοῦ Βοκκὰ, τοῦ Ἀβισουαΐ, (γ) Ἔζρας (ª) ἐν τῷ νόμῳ Μωυσέως τῷ

CAP. VIII.

1 ET (a) posterior his est, regnante Artaxerxe Per-
sarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filii Za-
2 chriæ, filii Chelciæ, filii Salemi, Filii Saduoci, filii
Achitob, filii Amariæ, filii Oziæ filii Bocca, filii A-
bisai, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron, primi sa-
3 cerdotis. Hic Esdras ascendit de Babylonia, tan-
quam scriba, qui esset ingeniosus in lege Moysi, quæ
data est à Deo Israel.

Versio *SYRIACA* cum Iterpretationne *LATINA*.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

CAP. VII.

TUnc Sisinus præfectus Syriæ Cavæ & 1
Phœniciæ, & Sathroburzines, quiq; unà so-
dales, obsecuti eis quæ à rege Dario præce-
pta erant; Insistebant operibus sacerdotali- 2
bus, diligenter admodũ opem ferentes Pres-
byteris Judæorum & Præfectis sacerdota-
libus. Et succedebant opera sacerdotalia, 3
prophetantibus Aggæo & Zacharia pro-
phetis. Et consummârunt hæc per præce- 4
ptum Domini Dei Israel: Et præcepto
Cyri & Darii & Artaxerxis regis Persarum,
in annum sextum Darii regis Persarum
Consummata est domus sancta, in vigesi- 5
mam tertiam mensis Adar, anni sexti regis
Darii. Et fecerunt filii Israel & Sacerdo- 6
tes & Levitæ, & reliqui de captivitate qui
adjunxerunt se, secundùm ea quæ in libro
Mosis. Et obtulerunt in dedicationem do- 7
mûs Domini juvencos centum, arietes du-
centos, agnos quadringentos, Hircos pro 8
peccatis totius Israelis, duodecim secun-
dùm numerum; ex bonis duodecim prin-
cipum tribuum Israelis. Et steterunt sa- 9
cerdotes secundùm genera, super opera
Domini Dei Israelis secundùm librum Mo-
sis: Et janitores ad singulas portas. Et fe- 10
cerunt filii Israel qui de captivitate Pascha
decimoquarto mensis primi: Quia purifi-
cati erant sacerdotes simul & Levitæ. O- 11
mnes autem filii captivitatis non erant pu-
rificati, quia Levitæ simul omnes purificati
erant. Et immolaverunt Pascha omnibus 12
filiis captivitatis, & fratribus suis sacerdo-
tibus, & sibi ipsis. Et manducaverunt filii 13
Israel qui de captivitate, omnes qui de abo-
minationibus Gentium terræ se subduxe-
rant, quærentes Dominum. Et egerunt 14
festum azymorum septem dies, lætantes co-
ram Domino. Quia mutaverat cogitationes 15
regum Assyriæ erga eos, confortando ma-
nus ipsorum in opera Domini Dei Israe-
lis.

CAP. VIII.

ET quod his recentius est, regnante Ar- 1
taxerxe rege Persarum; Venit Ezras de fa-
milia Saviæ, filii Azariæ, filii Helciæ, filii
Shallum, Filii Sadu, filii Achitub, filii 2
Amariæ, filii Uziæ, filii Miraruth, filii Zorach,
filii Saviæ, filii Bucæ, filii Abithai, filii
Phinees, filii Eleazar filii Aaron sacerdotis
primi. Hic Ezras ascendit Babylone, ut qui 3
scriba esset velox in lege Mosis quæ data est
à Deo Israelis.

Versio VULG. LAT.

4 Et dedit ei rex gloriam, quòd invenisset gratiam
in omni dignitate & desiderio in conspectu ejus.
5 Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, &
Sacerdotibus, & Levitis, & sacris cantoribus tem-
6 pli, & ostiariis, & servis templi, in Jerusalem. An-
no septimo, regnante Artaxerxe, in quinto mense,
hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia
7 novilunio quinti mensis, Venerunt Jerosolymam
juxta præceptum illius, secundùm prosperitatem iti-
8 neris à Domino ipsorum datam eis. In his enim
Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne præter-
mitteret quidquam eorum, quæ essent ex lege Do-
mini & præceptis, & docendo universum Israel
9 omnem justitiam & judicium. Accedentes autem qui
scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scri-
ptum quod obvenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram
Sacerdotem, & lectorem legis Domini, cujus exem-
10 plum subjectum est. REX Artaxerxes Esdræ Sacer-
11 doti, & lectori legis Domini salutem. Humanior ego
judicans in beneficiis, præcepi eis qui desiderant ex
gente Judæorum, suâ sponte, & ex Sacerdotibus &
Levitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in Je-
12 rusalem. Si qui ergò cupiunt ire tecum, conveniant,
& proficiscantur, sicut placuit mihi & septem amicis
13 meis consiliariis, Ut visitent ea quæ aguntur secun-
dùm Judæam & Jerusalem, observantes sicut habes in
14 lege Domini, Et ferant munera Domino Deo Israel,
quæ vovi ego & amici Jerusalem, & omne aurum &
argentum, quod inventum fuerit in regione Babylo-
15 niæ Domino in Jerusalem cum illo, Quod est dona-
tum pro ipsa gente in templum Domini eorum quod
est in Jerusalem: ut colligatur hoc aurum & argen-
tum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ
16 his sunt congruentia, Ut offerant hostias Domino su-
17 per altare Domini ipsorum quod est in Jerusalem. Et
omnia quæcumque volueris cum fratribus tuis facere
auro & argento, perfice pro voluntate tua, secundùm
18 præceptum Domini Dei tui: Et sacrosancta vasa, quæ
data sunt tibi ad opera domûs Domini Dei tui, quæ
19 est in Jerusalem: Et cætera quæcunque tibi subvene-
rint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophy-
20 lacio: Cùm volueris cum fratribus tuis facere auro
21 & argento, perfice secundùm voluntatem Domini. Et
ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus the-
saurorum Syriæ & Phœnicis, ut quæcunq; scripserit
Esdras Sacerdos, & lector legis Dñi, diligenter detur
ei usque ad argenti talenta centum, similiter & auri:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

4 Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς δόξαν, εὑρόντος χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ
5 ἐπὶ πάντα τὰ ἀξιώματα αὐτοῦ. Καὶ συνανέβησαν ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ,
καὶ τῶν ἱερέων, καὶ Λευιτῶν, καὶ ἱεροψαλτῶν, καὶ θυρωρῶν, καὶ ἱεροδούλων
6 (δ) εἰς Ἱερουσαλήμ, Ἔτους ἑβδόμου βασιλεύοντος (") Ἀρταξέρξου ἐν τῷ
πέμπτῳ μηνί· (ε) οὗτος ἐνιαυτὸς ἕβδομος τῷ βασιλεῖ· ἐξελθόντες γὰρ
7 ἐκ Βαβυλῶνος τῇ νουμηνίᾳ τοῦ πρώτου (ζ) μηνός, Παρεγένοντο εἰς
Ἱερουσαλὴμ κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς εὐοδίαν παρὰ τοῦ (η) κυρίου ἐπ᾽
8 αὐτῷ. Ὁ γὰρ Ἔσδρας πολλὴν ἐπιστήμην περιεῖχεν εἰς τὸ μηδὲν παρα-
λιπεῖν τῶν ἐκ τοῦ νόμου κυρίου (θ) καὶ ἐκ τῶν ἐντολῶν, διδάξαι (ι) πάντα τὸν
9 Ἰσραὴλ δικαιώματα καὶ κρίματα. Προσπεσόντος δὲ τοῦ γραφέντος
προστάγματος παρὰ (") Ἀρταξέρξου βασιλέως πρὸς Ἔσδραν τὸν ἱερέα
καὶ ἀναγνώστην τοῦ νόμου κυρίου, οὗ ἐστιν ἀντίγραφον τὸ ὑποκείμενον·
10 Βασιλεὺς (") Ἀρταξέρξης Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ καὶ ἀναγνώστῃ τοῦ νόμου κυρίου
11 χαίρειν. Καὶ τὰ φιλάνθρωπα ἐγὼ κρίνας προσέταξα τοὺς βουλομένους
ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων αἱρετίζοντας, καὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν, (κ)
καὶ τῶν δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, Συμπορεύεσθαί σοι εἰς Ἱερουσαλήμ.
12 Ὅσοι οὖν ἐνθυμοῦνται, (λ) συνεξορμάτωσαν καθάπερ δέδοκται ἐμοί τε,
13 καὶ τοῖς ἑπτὰ φίλοις συμβουλευταῖς, Ὅπως ἐπισκέψωνται τὰ κατὰ τὴν
Ἰουδαίαν καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀκολούθως (μ) ᾧ ἔχει ἐν τῷ νόμῳ κυρίου,
14 Καὶ ἀπενεγκεῖν δῶρα τῷ κυρίῳ τοῦ Ἰσραήλ, ἃ ηὐξάμην ἐγώ τε καὶ οἱ
φίλοι, εἰς Ἱερουσαλήμ· καὶ πᾶν χρυσίον καὶ ἀργύριον ὃ ἐὰν εὑρεθῇ ἐν
15 τῇ χώρᾳ τῆς (ν) Βαβυλωνίας τῷ κυρίῳ εἰς Ἱερουσαλήμ, Σὺν τῷ δε-
δωρημένῳ ὑπὸ τοῦ ἔθνους εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ κυρίου θεοῦ αὐτῶν τὸ ἐν Ἱε-
ρουσαλήμ, συναχθῆναι τό, τε χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰς ταύρους καὶ
16 κριοὺς καὶ ἄρνας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, Ὥστε προσενεγκεῖν θυσίας τῷ
17 κυρίῳ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον (") τοῦ κυρίου θεοῦ αὐτῶν τὸ ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ
πάντα ὅσα ἐὰν βούλῃ μετὰ τῶν ἀδελφῶν σου ποιῆσαι χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ,
18 ἐπιτέλει κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ σου. Καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ κυρίου
19 τὰ διδόμενά σοι εἰς τὴν χρείαν τοῦ ἱεροῦ τοῦ θεοῦ σου, (ξ) Δώσεις ἐκ
21 τοῦ (ο) βασιλικοῦ γαζοφυλακίου. (π) Κἀγὼ ἰδοὺ Ἀρταξέρξης βασιλεὺς
προσέταξα τοῖς γαζοφύλαξι Συρίας καὶ Φοινίκης, ἵνα ὅσα ἐὰν ἀπο-
στείλῃ (ς) Ἔσδρας ὁ ἱερεὺς καὶ ἀναγνώστης τοῦ νόμου τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου,
ἐπιμελῶς διδῶσιν αὐτῷ ἕως ἀργυρίου ταλάντων ἑκατόν,

Et dedit ei rex gloriam, quod invenisset gratiam in 4
conspectu ejus super omnes dignitates ipsius. Et a- 5
scenderunt (b) simul ex filiis Israel, & sacerdotibus
& Levitis & sacris cantoribus, & ostiariis, & ser-
vis templi, in Hierusalem, Anno septimo, regnante Ar- 6
taxerse, in quinto mense: Hic annus septimus est regi.
Exeuntes enim de Babylonia novilunio primi men-
sis. Venerunt Hierosolymam, secundum prosperitatem 7
itineris datā eis à Domino in eo. Esdras enim ma- 8
gnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quic-
quam eorum quæ essent ex lege Domini, & ex præce-
ptis, docendo universum Israel justificationes, & ju-
dicia. (c) Cùm obvenisset autem scriptum præceptū 9
ab Artaxerse rege ad Esdram sacerdotem, & lectore
legis Domini: cujus exemplum subjectum est: REX 10
Artaxerses Esdræ sacerdoti, & lectori legis Domini,
salutem: Humaniora ego judicans, præcepi eis 11
qui desiderant, ex gente Judæorum, suâ sponte, & ex
sacerdotibus, & Levitis, & (d) qui sunt in nostro re-
gno, comitari tecum in Hierusalem. Quicunque ergò 12
cupiunt; tecum conveniant, & proficiscantur; sicut
placuit mihi, & septem amicis consiliariis, Ut visi- 13
tent ea quæ aguntur secundùm Judæam, & Hierusa-
lem, observantes, sicut habet in lege Domini: Et fe- 14
rant munera Domino Israel, quæ vovi ego, et amici,
in Hierusalem; & omne aurū, & argentum, quod in-
ventum fuerit in regione Babyloniæ, Domino, in Hie-
rusalem, Cum illo quod est donatum ab ipsa gente in 15
templum Domini Dei eorum, quod est in Hierusalem:
ut colligatur hoc aurum, & argentum ad tauros, &
arietes, & agnos; & quæ his sunt congruentia: Ut of- 16
ferant hostias Domino super altare Domini Dei ipso-
rum, quod est in Hierusalem. Et omnia quæcunq; vo- 17
lueris, cum fratribus tuis, facere auro, & argento;
perfice secundùm voluntatem Dei tui. Et sacrosancta 18
vasa Domini, quæ data sunt tibi ad usum templi Dei 19
tui, Dabis de regali gazophylacio. Et ego quidem rex 21
Artaxerses præcepi custodibus thesaurorum Syriæ et
Phœnicis, ut quæcunq; scripserit Esdras sacerdos, &
lector legis Dei excelsi, diligenter dent ei, usq; ad ar-
genti talenta centum,

MS. A. (δ) εἰς Ἱεροσόλυμα, (") Ἀρταρξέρξου (ε) οὗτος ὁ ἐνιαυτὸς (ζ) μηνός, ἐν τῇ νουμηνίᾳ τοῦ πέμπτου μηνὸς Παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα (η) κυρίου. Ὁ γὰρ Ἔζρας (θ) καὶ τῶν ἐντολῶν, (ι) τὸν πάντα Ἰσραὴλ πάντα τὰ δικαιώματα καὶ τὰ κρίματα. (") Ἀρταρξέρξου τοῦ βασιλέως πρὸς Ἔζραν τὸν ἱερέα. (") Ἀρταρξέρξης Ἔζρᾳ (κ) ὄντων δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ * ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, (λ) συνεξορμάτωσαν (μ) ὡς ἔχει ἐν τῷ νόμῳ τοῦ κυρίου, (ν) Βαβυλωνίας εἰς Ἱερουσαλήμ, (") τοῦ θεοῦ αὐτῶν (ξ) τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ, Καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐὰν ὑποπίπτῃ σοι εἰς τὴν χρείαν τοῦ ἱεροῦ τοῦ θεοῦ σου, δώσεις (ο) ἱεροῦ γαζοφυλακίου. (π) Κἀγὼ δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀρταρξέρξης προσέταξα (ς) Ἔζρας

Versio SYRIACA cum interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
21 [illegible]
[illegible]

Et dedit ei rex gloriam, cùm invenisset gra- 4
tiam coram eo de omnibus postulatis suis.
Et ascenderunt cum eo de filiis Israel, & 5
Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus sa-
cerdotalib⁹, & Janitoribus, & servis Sacer-
dotū Hierosolyma: Anno septimo regnante 6
Artaxerxe mense quinto, hic annus regis
septimus. Egressi igitur Babylone neome-
niâ mensis quinti; Venerunt Hierosolyma 7
secundùm prosperitatem quæ data est ipsis
à Domino in eo. Magnam enim scientiam 8
adeptus erat Ezras, ut nequid eum fugeret
eorum quæ in lege Domini, & de præceptis
simul, ut doceret universum Israel ritus
& judicia. Venit autem præceptum hoc 9
quod scriptum est ab Artaxerxe ad Ezram
Sacerdotem & Lectorem legis Domini, cu-
jus exemplum est quod positum est. Rex 10
Artaxerxes Ezræ Sacerdoti & Lectori legis
Domini, Salvere. Ego quæ ad humanita- 11
tem pertinent decernens, præcepi eos qui
volunt de populo Judæorum, quibúsque ita
placet, de Sacerdotibus item & Levitis, in
regno quidem nostro constitutis, proficisci
tecum Hierosolyma. Proficiscantur itaque 12
qui hoc cogitant, sicut placuit mihíque &
septem amicis & consiliariis. Ut quæ ad 13
Judæam & Hierosolyma *pertinent*, inspi-
ciant, secundùm ea quæ in lege Domini.
Afferántque oblationes Domino, quæ vovi 14
ipse, & amici in Hierosolyma: Aurúmque
omne, & argentum quod inventum fuerit
in regione Babylonis, Domino Hierosoly-
ma: Cum eo quod à gente oblatum fue- 15
rit Templo Domini sui, quod Hierosoly-
mis; Ut colligatur aurum & argentum in
juvencos, arietésque, & agnos, & quæ eo-
dem pertinent; Ut offerantur sacrificia in 16
altari Domini ipsorum quod Hierosolymis.
Utque quæ cum fratribus tuis facere cupis, 17
auro & argento de voluntate Dei tui com-
pleas. Vasáque sacerdotalia Domini, quæ 18
data sunt in usum templi Dei tui, quod est
Hierosolymis: Reliquáque quæ tibi occur- 19
rent in usum templi Dei tui, dabis ex gazo-
phylacio regis. Ego autem Artaxerxes 21
rex præcepi etiam custodibus gazæ Syriæ
& Phœniciæ, ut quodcunque Ezras Sacer-
dos & Lector legis Dei excelsi mittens po-
stulaverit, solicitè ipsi dent, usque ad cen-
tum talenta argenti.

[illegible]
[illegible]

Versio VULG. LAT.

22 Et usque ad frumenti modios centum, & vini am-
phoras centum, & alia quæcunque abundant sine ta-
23 xatione. Omnia secundùm legem Dei fiant Deo al-
tissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & filii, &
24 filiorum ejus. Vobis autem dicitur, ut omnibus sa-
cerdotibus & Levitis, & sacris cantoribus, & servis
25 templi, & scribis templi hujus, Nullum tributum,
neque ulla alia indictio irrogetur, nec habeat quis-
26 quam potestatem objicere eis quidquam. Tu autem,
Esdra, secundùm sapientiam Dei, constitue judices
& arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui
27 legem Dei tui non noverunt, doce: Ut quotquot
transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, sive
morte, sive cruciatu, sive etiam pecuniæ mulctatione
28 vel abductione. Et dixit Esdras scriba; Benedictus
Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem
in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Jeru-
29 salé, Et me honorificavit in conspectu regis & consi-
30 liariorum, & amicorum, & purpuratorum ejus. Et
ego constans animo factus sum secundùm opitulatio-
nem Domini Dei mei, & congregavi ex Israel viros,
31 ut simul ascenderent mecum. Et hi sunt præpositi
secundùm suas patrias, & principatus portionales, eo-
rum qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno
32 Artaxerxis. Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis
Siemarith, Amenus: filiorum David, Acchus filius
33 Sceciliæ: Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo re-
34 versi sunt viri centum quinquaginta: Ex filiis du-
ctoris Moabilionis Zaræi, & cum ipso viri ducenti
35 quinquaginta: Ex filiis Zachues, Jechonias Zecholei,
36 & cum ipso viri ducenti quinquaginta: Ex filiis Sa-
la, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta:
37 Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri
38 octoginta: Ex filiis Job, Abdias Jeheli, & cum ipso
39 viri ducenti duodecim: Ex filii Baniæ, Salimoth, fi-
40 lius Josophiæ, & cum ipso viri centum sexaginta: Ex
filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti
41 octo: Ex filiis Ezead, Joannes Eccetan, & cum ipso
viri centum decem,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 Ὁμοίως δὲ καὶ ἕως πυροῦ κόρων ἑκατόν· καὶ οἴνου μετρη-
23 τῶν ἑκατόν· καὶ ἄλλα ἐκ πλήθους. Πάντα κατὰ τὸν τοῦ
θεοῦ νόμον ἐπιτελεσθήτω ἐπιμελῶς τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ἕνεκεν
τοῦ μὴ γενέσθαι ὀργὴν (') εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ.
24 Καὶ ὑμῖν δὲ λέγεται ὅπως πᾶσι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῖς Λευίταις, καὶ (") ἱε-
ροψάλταις, καὶ θυρωροῖς, καὶ ἱεροδούλοις, καὶ πραγματικοῖς τοῦ ἱεροῦ τούτου
25 Μηδὲ μία φορολογία, μηδὲ (ρ) ἄλλη ἐπιβολὴ γίνηται, (") καὶ μηδένα
26 ἔχειν ἐξουσίαν ἐπιβαλεῖν τι τούτοις. Καὶ σὺ (") Ἔσδρα κατὰ τὴν σοφίαν
τοῦ θεοῦ, ἀνάδειξον κριτὰς καὶ δικαστὰς, ὅπως δικάζωσιν ἐν ὅλῃ Συρίᾳ
καὶ Φοινίκῃ πάντας τοὺς ἐπισταμένους τὸν νόμον τοῦ θεοῦ σου, καὶ τοὺς (σ) μὴ
27 ἐπισταμένοις διδάξεις. Καὶ πάντες ὅσοι ἂν (τ) παραβαίνωσι τὸν νόμον
τοῦ θεοῦ σου καὶ τὸν βασιλικὸν, ἐπιμελῶς κολασθήσονται, ἐάν τε καὶ θανάτῳ,
28 ἐάν τε καὶ τιμωρίᾳ, ἢ ἀργυρικῇ ζημίᾳ, ἢ ἀπαγωγῇ. Καὶ εἶπεν (") Ἔσδρας
ὁ γραμματεὺς, Εὐλογητὸς μόνος (υ) κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων μου,
ὁ δοὺς ταῦτα εἰς τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως, δοξάσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ τὸν ἐν
29 Ἱερουσαλὴμ, Καὶ ἐμὲ ἐτίμησεν ἐναντίον τοῦ βασιλέως, (φ) καὶ τῶν συμ-
30 βουλευόντων, καὶ πάντων τῶν φίλων, καὶ μεγιστάνων αὐτοῦ. (") Καὶ ἐγὼ εὐθαρ-
σὴς ἐγενόμην κατὰ τὴν ἀντίληψιν κυρίου τοῦ θεοῦ μου, καὶ συνήγαγον (") ἄνδρας
31 ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ὥστε συναναβῆναί μοι. Καὶ οὗτοι οἱ προηγούμενοι κατὰ
τὰς πατριὰς αὐτῶν καὶ τὰς μεριδαρχίας, οἱ (") ἀναβάντες μετ' ἐμοῦ ἐκ
32 Βαβυλῶνος ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως. Ἐκ τῶν υἱῶν
Φινεὲς, Γηρσών· ἐκ τῶν υἱῶν (χ) Ἰαθαμάρου, Γαμαλιήλ· ἐκ τῶν υἱῶν
33 Δαυὶδ, (ψ) Λαττοὺς ὁ Σεχενίου· (ω) Ἐκ τῶν υἱῶν Φόρος, Ζαχαρίας, καὶ
34 μετ' αὐτοῦ ἀπεγράφησαν ἄνδρες ἑκατὸν πεντήκοντα· Ἐκ τῶν υἱῶν Φαὰθ
35 Μωὰβ, Ἐλιαωνίας Ζαραίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες διακόσιοι· Ἐκ τῶν
υἱῶν Ζαθόης, Σεχενίας Ἰεζήλου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες τριακόσιοι· ἐκ
τῶν υἱῶν Ἀδὶν, Ὠβὴθ Ἰωνάθου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες διακόσιοι πεν-
36 τήκοντα· Ἐκ τῶν υἱῶν, (') Ἠλὰμ, Ἰεσίας Γοθολίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες
37 ἑβδομήκοντα· (') Ἐκ τῶν υἱῶν Σαφατίου, Ζαραίας Μιχαήλου, καὶ μετ' αὐτοῦ
38 ἄνδρες ἑβδομήκοντα· Ἐκ τῶν υἱῶν Ἰωὰβ, Ἀβαδίας Ἰεζήλου, καὶ μετ'
39 αὐτοῦ ἄνδρες διακόσιοι δεκαδύο· Ἐκ τῶν υἱῶν Βανίας, Σαλιμὼθ Ἰωσα-
40 φίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν· Ἐκ τῶν υἱῶν Βαβὶ, Ζα-
41 χαρίας Βηβαὶ, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες εἰκοσιοκτώ· Ἐκ τῶν υἱῶν Ἀσὰθ,
Ἰωάννης Ἀκατὰν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες ἑκατὸν δέκα·

Similiter autem & usque ad frumenti modios cen- 22
tum, & vini amphoras centum, & alia ex multitu-
dine, Omnia secundum legem Dei fiant diligenter 23
Deo altissimo, ne fortè exurgat ira in regnum regis,
et filiorum ejus. Et vobis autem dicitur, ut omnibus 24
sacerdotibus, & Levitis, & sacris cantoribus, &
ostiariis, & servis templi, & (e) pragmaticis tem-
pli hujus, Nullum tributum, neque alia indictio 25
irrogetur, neque habeat quisquam potestatem objice-
re eis quidquam. Tu autem, Esdra, secundùm sapi- 26
entiam Dei constitue judices, & arbitros, ut judi-
cent in tota Syria, & Phœnice, omnes qui noverunt
legem Dei tui, & omnes, qui non noverunt, doce: Et 27
omnes quotquot transgressi fuerint legem Dei tui, &
regalem, diligenter plectantur, sive morte, sive cru-
ciatu, sive etiam pecuniæ mulctatione, vel abdu-
ctione. Et dixit Esdras scriba; Benedictus solus 28
Dominus Deus patrum meorum, qui dedit hæc in
cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Hie-
rusalem: Et me honoravit in conspectu regis, & 29
consiliariorum, & omnium amicorum, & purpurato-
rum ejus. Et ego constans animo factus sum secun- 30
dùm opitulationem Domini Dei mei, & congregavi
ex Israel viros, ut simul ascenderent mecum. Et hi 31
sunt præpositi secundùm suas patrias, & principatus
portionales, qui mecum ascenderunt de Babylonia in
regno Artaxersis regis. Ex filiis Phinees, Gerson: 32
ex filiis Iathamari, Gamaliel: ex filiis David,
Lattus filius Secheniæ: Ex filiis Phoros, Zachari- 33
as: & cum eo adscripti sunt viri centum quinqua-
ginta: Ex filiis Phaat Moab, Eliaonias Zaraæ, 34
& cum eo viri ducenti: Ex filiis Zathoe- 35
es, Sechenias Jezeli, & cum eo viri trecenti: ex
filiis Adin, Obeth Jonathæ, & cum eo viri ducenti
quinquaginta: Ex filiis Elam, Jesias Gotholiæ, & 36
cum eo viri septuaginta: Ex filiis Saphatiæ, Zarai- 37
as Michaeli, & cum eo viri septuaginta: Ex filiis 38
Joab, Abadias Jezeli, & cum eo viri ducenti
duodecim: Ex filiis Banias, Salimoth Iosaphiæ, 39
& cum eo viri centum sexaginta: Ex filiis Babi, 40
Zacharias Bebai, & cum eo viri viginti octo: Ex 41
filiis Astath, Ioannes Acatan, & cum eo viri centū
decem:

MS. A. (') ἐπὶ (") τοῖς ἱεροψάλταις, (ρ) ἀλλὰ βουλὴ γίνηται, (") καὶ ἐξουσίαν μηδένα ἔχειν (") Ἔσρα (σ) μὴ ἐπισταμένους δὲ διδάξεις. (τ) παραβαίνουσιν τὸν νόμον (") Ἔζρας (υ) ὁ κύριος τῶν πατέρων (φ) καὶ τῶν συμβασιλευόντων, (") Κἀγὼ (") ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἄνδρας (") ἀναβαίνοντες (χ) Ἰθάμαρ, Γαμαλιήλ· (ψ) Ἀττοὺς (ω) Τῶν υἱῶν Φόρος, Ζ*αι μετ' αὐτοῦ *ἀπογεγράφησαν *δρες (') Ἐλὰμ, (') Ἐκ τῶν υἱῶν *Ἰωὰβ,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

Similiter etiam usque ad centum coros tri- 22
tici, & mensuras centum vini; Reliquáque 23
secundùm legem Dei compleantur Deo
excelso, ne sit furor in regnum regis, &
filiorum ipsius. Vobis autem præceptum 24
est etiam, ne cui homini potestas sit Sa-
cerdotibus omnibus, & Levitis & Can-
toribus Sacerdotii, Janitoribus etiam
servísque Sacerdotum, & scribis Templi,
Tributum ullum aut aliam indictionem, 25
his inquam irrogandi. Tu autem Ezra, 26
secundùm sapientiam Dei, ede judices &
vindices qui judicent per totam Syriam
& Phœniciam, eos qui nôrunt legem
Dei tui; eos autem qui non nôrunt,
doce. Omnes autem illi, qui transgre- 27
dientur legem Dei tui, & regiam, soli-
citè puniantur, sive morte, sive pœnâ
capiti inflictâ, sive multâ pecuniariâ,
sive deportatione. Dixit Ezras Scriba; 28
Benedictus solus Dominus, qui posuit
hæc in corde regis, ut templum ejus
quod est Hierosolymis clarificaret. Me 29
autem honoravit coram rege, eísque qui
cum eo consilium capiunt, omnibúsque
amicis ejus & magnatibus. Ego autem 30
bene vestitus fui secundùm auxilium Do-
mini Dei mei; & congregavi viros de
Israele ut ascenderent mecum. Hi au- 31
tem principes sunt secundùm genera sua,
& capita distributionum, qui ascenderunt
mecum è Babylone, regnante rege Artaxer-
xe. De filiis Pharus, Tarus filius Ta- 32
mus, de filiis Atruth, Gamlusi. De filiis 33
David Pares Zacharia, & cum eo de
scripto viri centum quinquaginta. De 34
filiis Math, Moab, & Elchanan filius Za-
rach, & cum eo viri ducenti. De filiis 35
Zithuæ, Jucanias filius Athileo, & cum
eo viri ducenti. De filiis Adinuchim,
Jonathan, & cum eo viri ducenti quin-
quaginta. De filiis Maasiæ, Athalias, & 36
cum eo viri ducenti septuaginta. De filiis 37
Shephatiæ, Zaria filius Michaelis, & cum
eo viri septuaginta. De filiis Joab, Uba- 38
dias filius Chezakielis, & cum eo viri du-
centi duodecim. De viris Nachzæ, She- 39
limuth Jushphiæ, & cum eo viri ducenti
sexaginta. De filiis Bechir, Zacharias 40
Babilis & cum eo viri vigintiocto. De 41
filius Ashduth Jochanan filius Aktæ, &
cum eo, viri centum decem.

Versio VULG. LAT.

42 Ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt no-
mina eorum: Eliphalam filius Gebel, & Semeias,
43 & cum ipso viri septuaginta. Et congregavi eos
ad fluvium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic
44 triduo, & recognovi eos. Et ex filiis Sacerdotum
45 & Levitarum non inveni illic. Et misi ad Eleaza-
rum, & Eccelon, & Masman, & Maloban, & Enaa-
than, & Samea, & Joribum, Nathan, Enuagam, Za-
chariam, & Mosolamum, ipsos ductores & peritos:
46 Et dixi eis ut venirent ad Loddeum, qui erat apud
47 locum gazophylacii. Et mandavi eis ut dicerent
Loddeo, & fratribus ejus, & illis qui erant in gazo-
phylacio, ut mitterent nobis eos qui sacerdotio fun-
48 gerentur in domo Domini Dei nostri: Et adduxerunt
nobis secundùm manum validam Domini Dei nostri
viros peritos: ex filiis Moholi, filii Levi, filii Israel,
Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem &
49 octo: Asbiam, & Amin ex filiis filiorum Chananæi,
50 & filii eorum viri viginti. Et ex his qui templo ser-
viebant, quos dedit David, & ipsi principes ad ope-
rationem Levitis templo servientium ducenti viginti.
51 Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et
vovi illic jejunium juvenibus in conspectu Dei, ut
quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum
52 erant, & filiis, & pecoribus, propter insidias. Eru-
bui enim petere à rege pedites & equites in comita-
53 tu, tutelæ gratiâ, contra adversarios nostros. Dixi-
mus enim regi, Quoniam virtus Domini erit cum eis
54 qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterùm de-
precati sumus Dominum Deum nostrum secundùm
hæc: quem & propitium habuimus, & compotes
55 facti sumus Deo nostro. Et separavi ex plebis præ-
positis, & sacerdotibus templi, viros duodecim, &
Sedebiam, & Asannam, & cum eis ex fratribus eo-
56 rum viros decem: Et appendi eis aurum & argen-
tum & vasa sacerdotalia domûs Dei nostri, quæ do-
naverat rex, & consiliarii ejus, & principes, &
57 omnis Israel. Et cùm appendissem, tradidi argenti
talenta centum quinquaginta, & vasa argentea ta-
58 lentorum centum, & auri talenta centum, Et vaso-
rum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono
æramento splendentia, duodecim, auri speciem red-
dentia.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

42 Ἐκ τῶν υἱῶν Ἀδωνικὰμ, οἱ ἔσχατοι· καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῶν· (α)
Ἐλιφαλὰ τοῦ Γευὴλ, καὶ Σαμαίας, καὶ μετ' αὐτῶν ἄνδρες ἑβδομήκοντα·
ἐκ τῶν υἱῶν Βαγὼ, Οὐθὶ ὁ τοῦ Ἰσταλκούρου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες ἑβδο-
43 μήκοντα. Καὶ συνήγαγον αὐτοὺς ἐπὶ τὸν λεγόμενον Θερὰν ποτα-
μὸν, καὶ παρενεβάλομεν (ʼ) ἡμέρας τρεῖς αὐτόθι, καὶ κατέμαθον αὐτούς.
44 (β) Καὶ ἐκ τῶν ἱερέων καὶ ἐκ τῶν Λευιτῶν οὐχ εὑρὼν ἐκεῖ, Ἀπέστειλα πρὸς
45 Ἐλεάζαρον, καὶ Ἰδουῆλον, (γ) καὶ Μαιὰ, καὶ Μασμὰν, καὶ Ἀλναθὰν,
καὶ Σαμαίαν, καὶ Ἰώριβον, Νάθαν, Ἐνναταν, Ζαχαρίαν, καὶ Μοσόλλαμον
46 τοὺς ἡγουμένους καὶ ἐπιστήμονας, Καὶ εἶπα αὐτοῖς ἐλθεῖν πρὸς Λοδδαῖ-
47 ον τὸν ἡγούμενον τὸν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ γαζοφυλακίου, Ἐντειλάμενος αὐτοῖς
διαλεχθῆναι Λοδδαίῳ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐν τῷ τόπῳ
γαζοφύλαξιν, ἀποστεῖλαι ἡμῖν τοὺς ἱερατεύσοντας (δ) ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ
48 κυρίου ἡμῶν. Καὶ ἤγαγον ἡμῖν κατὰ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ κυρίου ἡμῶν
49 ἄνδρας ἐπιστήμονας τῶν υἱῶν Μοολὶ τοῦ Λευὶ τοῦ Ἰσραὴλ, Ἀσεβηβίαν, καὶ
τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, ὄντας (ʼ) δέκα καὶ ὀκτώ· Καὶ Ἀσεβίαν, καὶ
(ε) Ἄννουν, καὶ Ὠσαίαν ἀδελφὸν ἐκ τῶν υἱῶν Χανουναίου, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν (ʼ)
50 εἴκοσι ἄνδρες· Καὶ ἐκ τῶν ἱεροδούλων ὧν ἔδωκε Δαυὶδ, καὶ οἱ ἡγούμενοι
εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν Λευιτῶν, ἱεροδούλους διακοσίους καὶ εἴκοσι· (ζ)
51 πάντων ἐσημάνθη ἡ ὀνοματογραφία. Καὶ ηὐξάμην ἐκεῖ (ʼ) νηστείαν
τοῖς νεανίσκοις ἔναντι κυρίου (ʼ) ἡμῶν, ζητῆσαι παρ' αὐτοῦ εὐοδίαν
52 ἡμῖν τε καὶ τοῖς συνοῦσιν ἡμῖν, τέκνοις ἡμῶν, καὶ κτήνεσιν. Ἐνετράπην
γὰρ αἰτῆσαι τὸν βασιλέα πεζούς τε καὶ ἱππεῖς, καὶ προπομπὴν ἕνεκεν
53 ἀσφαλείας τῆς πρὸς τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν. Εἴπαμεν γὰρ τῷ βα-
σιλεῖ, Ὅτι (η) ἡ ἰσχὺς τοῦ κυρίου ἡμῶν ἔσται μετὰ τῶν ἐπιζητούντων αὐτὸν
54 εἰς πᾶσαν ἐπανόρθωσιν· Καὶ πάλιν ἐδεήθημεν τοῦ κυρίου ἡμῶν
55 (θ) πάντα ταῦτα, καὶ ἐτύχομεν εὐιλάτου. Καὶ ἐχώρισα
τῶν φυλάρχων τῶν ἱερέων ἄνδρας (ʼ) δεκαδύο, καὶ Ἐσερεβίαν καὶ (ʼ) Σαμίαν,
56 καὶ μετ' αὐτῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἄνδρας (ι) δώδεκα. Καὶ ἔστησα
αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ οἴκου τοῦ κυ-
ρίου ἡμῶν, (κ) ἃ ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ σύμβουλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ με-
57 γιστᾶνες, καὶ πᾶς Ἰσραήλ. Καὶ στήσας παρέδωκα αὐτοῖς ἀργυρίου τά-
λαντα ἑξακόσια (λ) πεντήκοντα, καὶ σκεύη ἀργυρᾶ ταλάντων ἑκατὸν,
58 καὶ χρυσίου τάλαντα ἑκατὸν, Καὶ χρυσώματα εἴκοσι, καὶ σκεύη χάλκεα
ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ στίλβοντα χρυσοειδῆ σκεύη δώδεκα.

MS. A. (α) Ἐλιφαλατὸς Ἰευὴλ, (ʼ) αὐτόθι ἡμέρας τρεῖς, (β) Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν τῶν ἱεραίων (γ) καὶ Μαασμὰν, καὶ Ἐλναθὰν, (δ) ἐν τόπῳ τοῦ κυρίου (ʼ) δεκαοκτώ· (ε) Ἄννουνον, (ʼ) ἄνδρες εἴκοσι· (ζ) πάντων ὀνομασθῆ ἡ ὀνοματογραφία. (ʼ) τοῖς νεανίσκοις νηστείαν (ʼ) τοῦ θεοῦ ἡμῶν, (η) ἰσχὺς (θ) κατὰ ταῦτα, καὶ ἱλασμοῦ ἐτύχομεν. (ʼ) δώδεκα, (ʼ) Ἀσαμίαν, (ι) δέκα (κ) οὕτως. ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς, (λ) καὶ πεντήκοντα, καὶ σκεύη ἀργύρεα ταλάντων ἑκατὸν, Καὶ χρυσώματα.

Ex filiis Adonicam postremi: & hæc nomina eorum: 42
Eliphala filius Gevel, & Samaias, & cum eis viri
septuaginta: ex filiis Bago, Uthi filius Istalcuri, & 43
cum eo viri septuaginta. Et congregavi eos ad flu-
vium, qui dicitur Theran: & castrametati fuimus
illic triduo: & recognovi eos. Et ex sacerdotibus, & 44
ex Levitis non inveni illic. Misi ad Eleazarum, & 45
Iduelum, & Maia, & Masman, & Alnathan, & Sa-
mæam, & Joribon, Nathan, Ennatan, Zachariam, &
Mosollamon ductores, & peritos: Et dixi eis, ut ve- 46
nirent ad Loddæum præpositum, qui in loco gazophy-
lacii: Et mandavi eis ut dicerent Loddæo, & fra- 47
tribus ejus, & iis qui in loco thesaurorum custodi-
bus, ut mitterent nobis eos qui sacerdotio fungeren-
tur in domo Domini nostri. Et adduxerunt nobis se- 48
cundùm manum validam Domini nostri viros peri-
tos: Ex filiis Mooli, filii Levi, filii Israel, Asebebiam, 49
et filios ejus, et fratres [ejus], qui erant decem, et octo,
& Asebiam, & Ænnuon, & Osæam fratrem ex filiis
Chanunæi: & filii eorum viginti viri: Et ex his, qui 50
templo serviebant, (quos dedit David, & ipsi princi-
pes ad operationem Levitarum,) templo servientes,
ducentos & viginti. Omnium signata est descriptio
per nomina. Et vovi illic jejunium juvenibus in con- 51
spectu Domini nostri, ut quærerem ab eo bonum iter
nobis, & qui nobiscum erant, filiis nostris, & pecori-
bus. Erubui enim petere à rege pedites, & equites, 52
& comitatum tutelæ gratiâ contra adversarios no-
stros. Diximus enim regi, Quoniam virtus Domini 53
nostri erit cum eis, qui inquirunt eum, ad omnem cor-
rectionem. Et iterum deprecati sumus à Domino no- 54
stro omnia hæc, & propitium habuimus. Et separavi 55
ex (f) Phylarchis sacerdotum viros duodecim, & Ese-
rebiam, & Samiam, & cum eis ex fratribus eorum
viros duodecim. Et appendi eis argentum, & aurum, 56
& sacra vasa domûs Domini nostri, quæ donaverat
rex, & consiliarii ejus, & principes, & omnis Israel.
Et cùm appendissem, tradidi eis argenti talenta sex- 57
centa quinquaginta, & vasa argentea talentorum
centum, Et aurea talenta viginti, & vasa ærea, de 58
bono ære splendentia, auri speciem reddentia, vasa duodecim.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

42 * ܡܢ ܒܢܝ̈ܐ ܕܐܕܘܢܝܩܡ ܐܚܪ̈ܝܐ ܘܗܠܝܢ ܫܡܗܝ̈ܗܘܢ. ܐܠܝܦܕܐ ܗܘ ܒܪ ܓܠܘܝܠ ܘܫܡܥܝܐ
43 ܘܥܡܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ ܫܒܥܝܢ. ܘܡܢ ܒܢܝ̈ܐ ܕܒܢܝܐ ܗܘ ܕܒܥܩܪܘܢ ܘܥܡܗ ܓܒܪ̈ܐ ܫܒܥܝܢ.
44 * ܘܟܢܫܬ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܢܗܪܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܬܪܢ: ܐܬܪ ܕܫܪܝܢ. ܘܩܘܝܢ ܬܡܢ ܝܘܡܬܐ ܬܠܬܐ. * ܘܐܬܒܩܝܢ
45 ܐܢܘܢ. ܘܡܢ ܟܗܢ̈ܐ ܘܡܢ ܠܘܝ̈ܐ. ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܬܡܢ. * ܘܫܕܪܬ ܠܘܬ ܐܠܝܥܙܪ: ܘܠܐܝܕܘܐܝܠ ܘܠܡܝܐ
ܘܠܡܫܡܢ ܘܠܣܠܛܢ ܘܠܫܡܥܝܐ ܘܠܢܘܪܝܒܢ. ܘܠܢܬܢ ܘܠܬܢܬܢ. ܘܠܙܟܪܝܐ. ܘܠܡܫܠܡ. ܪ̈ܫܢܐ
46 47 ܘܚܟܝ̈ܡܐ. * ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ ܕܢܐܬܘܢ ܠܘܬ ܠܘܕܢ ܪܝܫܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܐܬܪܐ ܗܘ
ܢܛܘܪ ܓܙܐ. ܟܕ ܦܩܕܬ ܐܢܘܢ ܕܢܐܡܪܘܢ ܠܠܘܕܢ ܘܠܐܚ̈ܘܗܝ. ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܐܬܪܐ
48 ܕܢܛܪܝܢ ܓܙܐ. ܕܢܫܕܪܘܢ ܠܢ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܒܟܗܢܘܬܐ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. * ܘܐܝܬܝܘ
ܠܢ ܐܝܟ ܐܝܕܐ ܚܣܝܢܬܐ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܓܒܪ̈ܐ ܚܟܝ̈ܡܐ ܡܢ ܒܢܝ̈ܐ ܕܡܚܠܝ ܗܘ
ܒܪܗ ܕܠܘܝ ܒܪ ܐܝܣܪܝܠ. ܫܒܒܝܐ ܘܒܢܘ̈ܗܝ ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܬܡܢܬܥܣܪ.
49 * ܘܚܒܫܝܐ. ܘܚܢܘܢܐ. ܘܐܬܢ ܡܢ ܐܚ̈ܐ ܕܒܢܝ̈ܐ ܕܟܢܢܝܐ ܘܒܢܝ̈ܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ
50 ܥܣܪܝܢ. * ܘܡܢ ܥܒ̈ܕܝ ܟܗܢ̈ܐ ܗܢܘܢ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܕܘܝܕ ܘܪ̈ܫܢܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܠܘܝ̈ܐ.
51 ܥܒ̈ܕܝ ܟܗܢ̈ܐ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܐܬܟܬܒܘ ܒܟܬܒܐ ܒܫܡܗܝ̈ܗܘܢ. * ܘܢܕܪܬ ܬܡܢ
ܨܘܡܐ ܠܥܠܝܡ̈ܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܕܢܒܥܐ ܡܢܗ ܡܪܕܝܬܐ ܫܦܝܪܬܐ. ܠܢ ܘܠܗܘܢ
52 ܕܥܡܢ ܗܘܘ ܠܒܢܝ̈ܢ ܘܠܒܥܝܪ̈ܢ. * ܐܬܟܢܥܬ ܓܝܪ ܕܐܫܐܠ ܡܢ ܡܠܟܐ ܦܪ̈ܫܐ
53 ܘܪ̈ܓܠܐ ܠܡܕܒܪܢܘܬܢ. ܡܛܠ ܢܛܘܪܘܬܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒ̈ܝܢ. * ܐܡܪܢ
ܓܝܪ ܠܡܠܟܐ. ܕܚܝܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܗܘܐ ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܒܥܝܢ ܠܗ ܒܟܠ ܬܪܝܨܘܬܐ.
54 55 * ܘܒܥܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. * ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ. ܘܦܪܫܬ
ܡܢ ܪ̈ܫܝ ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܟܗܢ̈ܐ ܬܪܥܣܪ ܓܒܪ̈ܐ ܢܨܝ̈ܚܐ. ܘܠܫܡܥܝܐ
56 ܘܥܡܗܘܢ ܡܢ ܐܚ̈ܝܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ ܥܣܪܐ. * ܘܬܩܠܬ ܠܗܘܢ ܟܣܦܐ ܘܕܗܒܐ
ܘܡܐܢ̈ܐ ܟܗܢ̈ܝܐ ܕܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܘܗܢܐ ܕܝܗܒ ܡܠܟܐ ܘܡܠܟܘܗܝ ܘܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ.
57 ܘܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ. * ܘܟܕ ܬܩܠܬ ܠܗܘܢ ܐܫܠܡܬ ܟܟܪ̈ܐ ܕܟܣܦܐ ܫܬܡܐܐ
58 ܘܚܡܫܝܢ. ܘܡܐܢ̈ܐ ܕܟܣܦܐ ܟܟܪ̈ܐ ܡܐܐ. * ܘܟܟܪ̈ܐ ܕܕܗܒܐ ܡܐܐ. ܘܡܐܢ̈ܐ ܕܕܗܒܐ
ܥܣܪܝܢ. ܘܡܐܢ̈ܐ ܕܢܚܫܐ ܡܢ ܢܚܫܐ ܛܒܐ ܡܨܡܨܐ ܡܐܢ̈ܐ ܬܪܥܣܪ.

* De filiis Adonicam, ultimis, & hæc no- 42
mina ipsorum: Eliphada, filius Galvelis,
Shamæas, & cum eis viri septuaginta: De
filiis Baniæ, qui in Acron, & cum eo
viri septuaginta. Et congregavi eos ad 43
fluvium qui dicitur Taran, ibi mansimus
dies tres. Et dispeximus ipsos; nec inveni 44
ibi de Sacerdotibus & Levitis. Et misi 45
ad Eliezer, Iduel, & Maia, & Masman,
Saltan, & Samaia, & Nuriban, Nathnan,
Tanatan, Zachariam, & Messollamum,
principes & peritos: Et dixi eis, ut 46
accederent ad Lodan, Principem qui eo 47
loco custos gazæ, præcipiens eis ut
dicerent Lodani & fratribus ejus, qui eo
loco custodes gazæ, ut mitterent nobis
eos qui sacerdotio fungantur in domo
Domini nostri. Et adduxerunt nobis se- 48
cundùm potentem manum Domini Dei
nostri, viros peritos de filiis Machli, filii
Levi filii Israel, Sebechiam, filiósque &
fratres ejus, qui fuerunt octodecim. Et 49
Chabashiam & Chanunam, & Atan ex
fratribus filiorum Cananiæ, filiósque
ipsorum, viros viginti. Et ex servis Sa- 50
cerdotum quos attribuerat David & prin-
cipes ministerio Levitarum, servos Sa-
cerdotum, ducentos viginti: quorum scripto
declarata est nomenclatura. Et ibi 51
vovi jejunium juvenibus coram Deo
nostro, petendo ab eo prosperum iter pro
nobis, & qui nobiscum fuerunt liberis
nostris & jumentis. Puduerat enim me 52
petere à rege equites & pedites, qui nos
deducerent, securitatis causâ ab adversa-
riis nostris. Dixeramus enim regi, Vir- 53
tutem Domini Dei nostri adesse eis
qui ipsum quærunt, omni rectitudine.
Iterúmque omnia hæc deprecati sumus 54
à Domino Deo nostro: Et acceptos 55
nos habuit ad misericordiam: Et segregavi
ex principibus generum sacerdotalium
viros duodecim præclaros, & Samai-
am, & cum eis ex fratribus ipsorum viros
decem: Et appendi eis argentum & aurum 56
vasáque sacerdotalia domûs Domini Dei
nostri, quódque dederat rex & consiliarii
ipsius & magnates totúsque Israel. Et 57
tradidi ipsis pondere argenti talenta sex-
centa quinquaginta, vasáque argentea
talentorum centum. Auri talenta cen- 58
tum: Vasa aurea viginti: Vasa ænea
ex ære bono splendente vasa duode-
cim.

Versio VULG. LAT.

59 Et dixi eis; Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt
sancta, & aurum, & argentum votum est Domino
60 Deo patrum nostrorum. Vigilate & custodite, donec
tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus & Le-
vitis, & principibus civitatum Israel, in Jerusalem,
61 in pastophorio domûs Dei nostri. Et hi qui susce-
perunt sacerdotes & Levitæ aurum & argentum &
vasa, intulerunt in Jerusalem in templum Domini.
62 Et promovimus à fluvio Thia, die duodecimâ mensis
63 primi, usquequò introivimus in Jerusalem. Et cùm
factus fuisset tertius dies, quartâ autem die pondera-
tum aurum, & argentum traditum est in domo Do-
64 mini Dei nostri, Marimoth filio Jori sacerdoti: Et
cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum
ipsis Josadus filius Jesu, & Medias, & Banni filius
65 Levitæ: ad numerum, & ad pondus universa. Et
66 scriptum est pondus ipsorum eâdem horâ. Qui au-
tem venerunt ex captivitate, obtulerunt sacrificium
Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni
67 Israel, arietes octogintasex, Agnos septuaginta-
duos, hircos pro peccato duodecim, & pro sa-
lute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Do-
68 mini. Et relegerunt præcepta regis regalibus dis-
pensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ & Phœ-
nicis: & honorificaverunt gentem, & templum Do-
69 mini. Et consummatis his, accesserunt ad me præ-
positi, dicentes; Non segregaverunt genus Israel,
70 & principes, & sacerdotes, & Levitæ, Et alieni-
genæ gentes & nationes terræ, immunditias suas à
Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Jebusæis,
71 & Moabitis, & Ægyptiis, & Idumæis. Conjuncti
enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filii eorum: &
mistum est semen sanctum alienigenis gentibus ter-
ræ: & participes erant præpositi, & magistratus,
72 iniquitatis ejus ab initio ipsius regni. Et mox, ut
audivi ista, conscidi vestimenta & sacram tunicam:
& lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens
73 & mœstus. Et convenerunt quotquot tunc move-
bantur in verbo Domini Dei Israel, ad me lugen-
tem super iniquitatem istam, & sedebam tristis usque
ad sacrificium vespertinum.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

59 Καὶ εἶπα αὐτοῖς, Καὶ ὑμεῖς ἅγιοί ἐστε τῷ κυρίῳ, (μ) καὶ τὰ σκεύη τὰ
ἅγια, καὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον, εὐχὴ τῷ κυρίῳ, κυρίῳ τῷ τῶν πατέρων
60 ἡμῶν. Ἀγρυπνεῖτε, καὶ φυλάσσετε, ἕως τοῦ παραδοῦναι (') ὑμᾶς αὐτὰ τοῖς
φυλάρχοις τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν, καὶ τοῖς (") ἡγουμένοις τῶν πατριῶν
τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Ἰερουσαλὴμ, ἐν τοῖς παστοφορίοις τοῦ οἴκου (‴) τοῦ θεοῦ ἡμῶν.
61 Καὶ οἱ παραλαβόντες οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ
χρυσίον, καὶ τὰ σκεύη τὰ ἐν Ἰερουσαλὴμ, εἰσήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ
62 κυρίου. Καὶ ἀναζεύξαντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Θερὰ τῇ δωδεκάτῃ (ν)
τοῦ πρώτου μηνὸς, ἕως εἰσήλθομεν εἰς Ἰερουσαλὴμ κατὰ τὴν κραταιὰν
χεῖρα τοῦ κυρίου ἡμῶν τὴν ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῆς (ξ) εἰσόδου
63 ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, καὶ ἤλθομεν εἰς Ἰερουσαλήμ. Καὶ γενομένης
αὐτόθι ἡμέρας τρίτης, (ο) τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ σταθὲν τὸ ἀργύριον καὶ
τὸ χρυσίον παρεδόθη ἐν τῷ οἴκῳ (π) κυρίου ἡμῶν Μαρμωθὶ Οὐρία
64 ἱερεῖ. Καὶ μετ' αὐτοῦ Ἐλεάζαρ ὁ τοῦ Φινεὲς, καὶ ἦσαν μετ' (⁗) αὐτοῦ Ἰωσά-
βδος Ἰησοῦ, καὶ Μωὲθ Σαβάννου (″) οἱ δὲ Λευῖται, πρὸς ἀριθμὸν καὶ ὁλκὴν
65 ἅπαντα. Καὶ ἐγράφη πᾶσα ἡ ὁλκὴ αὐτῶν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Οἱ δὲ παραγενό-
66 μενοι ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας προσήνεγκαν θυσίας τῷ θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ κυ-
67 ρίῳ, ταύρους δώδεκα ὑπὲρ παντὸς Ἰσραὴλ, κριοὺς ἐνενηκονταέξ, Ἄρ-
νας ἑβδομηκονταδύο, τράγους ὑπὲρ σωτηρίου δώδεκα, ἅπαντα θυσίαν
68 τῷ κυρίῳ. Καὶ ἀπέδωκαν τὰ προστάγματα τοῦ βασιλέως τοῖς βασι-
λικοῖς οἰκονόμοις καὶ τοῖς ἐπάρχοις κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης, καὶ ἐδό-
69 ξασαν τὸ ἔθνος, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ κυρίου, Καὶ τούτων τελεσθέντων (ρ) προσ-
ήλθοσάν μοι οἱ ἡγούμενοι, λέγοντες, Οὐκ ἐχώρισαν τὸ ἔθνος τοῦ Ἰσραὴλ
70 καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται Τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη τῆς γῆς καὶ τὰς
(σ) ἀκαθαρσίας αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν Χαναναίων, καὶ Χετταίων, καὶ
Φερεζαίων, καὶ Ἰεβουσαίων, καὶ Μωαβιτῶν, καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Ἰδουμαίων.
71 (τ) Συνῴκησαν γὰρ μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν,
καὶ ἐπεμίγη τὸ σπέρμα τὸ ἅγιον εἰς τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη τῆς γῆς, καὶ μετ-
εῖχον οἱ προηγούμενοι καὶ οἱ μεγιστᾶνες τῆς ἀνομίας ταύτης ἀπὸ τῆς ἀρχῆς
72 τοῦ πράγματος. (υ) Καὶ ἅμα τῷ ἀκοῦσαί με ταῦτα, διέρρηξα τὰ ἱμάτια
καὶ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ κατέτιλλα τοῦ τριχώματος τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ
73 πώγωνος, καὶ ἐκάθισα σύννους καὶ περίλυπος. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πρὸς
μὲ (φ) ὅσοι ποτὲ ἐπεκινοῦντο ἐπὶ τῷ ῥήματι κυρίου θεοῦ τοῦ Ἰσραὴλ,
ἐμοῦ πενθοῦντος ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ· καὶ ἐκαθήμην περίλυπος ἕως τῆς
δειλινῆς θυσίας.

MS. A. (μ)* κύριος καὶ τὰ σκεύη ἅγια, (') αὐτὰ ὑμᾶς (") ἡγεμόνοις (‴) τοῦ κυρίου ἡμῶν. (ν) τοῦ μηνὸς, (ξ) εἰσόδου κύριος ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, (ο) τῇ δὲ ἡμέρᾳ (π) τοῦ κυρίου ἡμῶν Μαρμαθὶ Οὐρὶ (⁗) αὐτῶν (″) οἱ Λευῖται, (ρ) προσῆλθον (σ) ἀκαθαρσίας ἀπὸ (τ Συνῴκησαν γὰρ μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτῶν, αὐτοὶ (υ) Καὶ ἐγένετο ἅμα (φ) ὅσοι ἦσαν ζηλωταὶ, καὶ ὅσοι ποτὲ ἐπεκινοῦντο ἐπὶ τῷ ῥήματι κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ,

Cum Translatione LATINA.

Et dixi eis; Et vos sancti estis Domino: & vasa 59
sancta, & aurum & argentum votum est Domino,
Domino patrum nostrorum. Vigilate, & custodite do- 60
nec tradatis ea Phylarchis sacerdotum, & Levitarũ,
& præfectis patriarũ Israel in Hierusalem, in pasto-
phoriis domûs Dei nostri: Et hi qui susceperunt, sa- 61
cerdotes, & Levitæ, argentum, & aurum; & vasa,
quæ in Hierusalem, intulerunt in templum Domini:
Et (g) promoventes à fluvio Thera, die duodecimâ 62
mensis primi, usquequo introivimus in Hierusalem, se-
cundùm manum validam Domini nostri, quæ in nobis.
Et eruit nos ab introitu ab omni inimico: & veni-
mus in Hierusalem. Et cùm factus fuisset ibi terti- 63
us dies; quartâ die ponderatum argentum, & aurum,
traditum est in domo Domini nostri, (h) Marmothi
Uriæ sacerdoti: Et cum ipso erat Eleazar filius Phi- 64
nees: & erant cum ipso Josabdos Jesu, & Moeth Sa-
banni: Levitæ autem, ad numerum & pondus univer-
sa. Et scriptum est universum pondus ipsorum eâdem 65
horâ. Qui autem venerunt ex captivitate, obtule- 66
runt sacrificia Deo Israel Domino, tauros duodecim
pro omni Israel, arietes nonaginta sex, Agnos septua- 67
ginta duos, (i) hircos pro salutari duodecim, omnia sa-
crificium Domino. Et reddiderunt præcepta regis re- 68
galibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, &
Phœnicis: & honorificaverunt gentem, & templum
Domini. Et consummatis his accesserunt ad me præ- 69
positi, dicentes; Non segregaverunt genus Israel, &
principes, & sacerdotes, & Levitæ, Alienigenas gen- 70
tes terræ, & immunditias earum ex gentibus Chana-
næorum, & Chettæorum, & Pherezæorum, & Jebu-
sæorum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Idumæ-
orum. Conjuncti enim sunt filiabus earum & ipsi, & 71
filii eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis
gentibus terræ: & participes erant præpositi, & ma-
gistratus iniquitatis hujus ab initio rei. Et mox ut 72
audivi ista, conscidi vestimenta, & sacram tunicam,
& lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens,
& mæstus. Et convenerunt ad me, quotquot tunc mo- 73
vebantur in verbo Domini Dei Israel, me lugente su-
per iniquitatem: & sedebam tristis usque ad sacri-
ficium vespertinum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

59 [Syriac text]
60 [Syriac text]
[Syriac text]
61 [Syriac text]
62 [Syriac text]
[Syriac text]
63 [Syriac text]
[Syriac text]
64 [Syriac text]
[Syriac text]
65 [Syriac text]
66
67 [Syriac text]
[Syriac text]
68 [Syriac text]
69 [Syriac text]
[Syriac text]
70 [Syriac text]
71 [Syriac text]
[Syriac text]
[Syriac text]
72 [Syriac text]
73 [Syriac text]
[Syriac text]
[Syriac text]

Et dixi ipsis; Etiam vos ipsi sancti estis 59
Domino, vasáque sancta, aurúmque & ar-
gentum votum Domino Deo patrum ve-
strorum. Vigilate & custodite, donec 60
tradatis ea principibus generum sacerdo-
talium & Levitarum, principibúsque ge-
nerum Israeliticorum Hierosolymis, in
gazophylacium domûs Domini nostri.
Sacerdotes autem & Levitæ qui acceperunt 61
argentum & aurum, vasáque quæ Hiero-
solymis, intulerunt ea in templum Domini.
Et profecti à fluvio Tartha, duodecimo 62
mensis primi, venimus Hierosolyma, secun-
dùm manum potentem Domini Dei nostri
quæ super nobis fuit, & liberavit nos ab
impetu qui ab omni hoste; & venimus
Hierosolyma. Et cùm actus esset nobis 63
ibi dies tertius, die quarto appensum ar-
gentum & aurum tradidimus in domum
Domini Dei nostri, Anarmutho filio Uriæ
Sacerdoti. Cum quo unà erat Eliezer 64
filius Phineas: Fuerunt etiam cum ipsis
Jubad filius Jesu, filius Machud, filius Ab-
nu Levita: Numero & pondere tradita
sunt omnia, Descripto pondere toto 65
ipsâ horâ. Qui autem venerant à capti- 66
vitate obtulerunt Deo Israelis sacrificia:
Agnos nonaginta sex, hircos ducentos 67
septuaginta sex: & pro redemptione, ju-
vencos duodecim, omnes in sacrificia Do-
mino. Et tradiderunt mandata regis pro- 68
curatoribus regiis, & præfecto Syriæ Cavæ
& Phœniciæ, & glorificârunt gentem &
templum Domini. Et his confectis, acces- 69
serunt ad me principes, dicentes; Non amo-
verunt populus Israel principes & Sacer-
dotes & Levitæ; Diversas genere gentes 70
terræ, immunditiásq; ipsorum, Chananæorũ
scilicet, Chettæorum, Parzæorum, Jebu-
sæorum, Moabitarum, & Ægyptiorum:
Cohabitârunt enim filiis eorum, ipsi filiiq; 71
ipsorum, commistúmque est semen sanctum
diversis genere populis terræ: & partici-
paverunt primores principum, & magnates
iniquitati huic ab initio rei. Et statim 72
ut hæc audivi, scidi vestes meas, amictúm-
que sacerdotalem, evulsíque de pilis capitis
mei, & barbæ, sedíque attonitus, & af-
flictus. Et congregati sunt ad me omnes, 73
qui tempore illo commoti fuerant ad ver-
bum Domini Dei Israelis, lugentem de hac
iniquitate: & sedebam afflictus usque ad
sacrificium vespertinum.

Versio VULG. LAT.

74 Et consurgens à jejunio, conscissa habens vestimenta
& sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus
75 ad Dominum, Dicebam; Domine, confusus sum, &
76 reveritus sum ante faciem tuam. Peccata enim no-
stra multiplicata sunt super capita nostra, & iniqui-
77 tates nostræ exaltatæ sunt usque ad cœlum. Quoni-
am à temporibus patrum nostrorum sumus in magno
78 peccato usque ad diem hunc. Et propter peccata
nostra, & patrum nostrorum, sumus traditi cum fra-
tribus nostris. & cum sacerdotibus nostris, regibus
terræ in gladium & captivitatem & deprædationem,
79 cum confusione usque in hodiernum diem. Et nunc
quantum est hoc quod contigit nobis misericordia
abs te, Domine Deus, & relinque nobis radicem & no-
80 men in locum sanctificationis tuæ, Detegere lumi-
nare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis
81 cibum in omni tempore servitutis nostræ. Et cùm
serviremus, non fuimus derelicti à Domino Deo no-
stro; sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges
82 Persarum dare cibum, Et clarificare templum Do-
mini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis
83 stabilitatem in Judæa & Jerusalem. Et nunc quid
dicimus, Domine, habentes hæc? Transgressi enim
sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum
84 tuorum prophetarum, Dicens: Quoniam terra, in
quā introïstis possidere hæreditatem ejus, terra polluta
est coinquinationibus alienigenarum terræ, & im-
munditiæ illorum repleverunt eam totam immundi-
85 tiâ suâ. Et nunc filias vestras non conjungetis filiis
86 eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris, Et
non inquiretis pacem habere cum illis omni tem-
pore, ut invalescentes manducetis optima terræ, & hæ-
87 reditatem distribuatis filiis vestris usque in ævum. Et
quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera no-
88 stra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti
nobis talem radicem, & rursùm reversi sumus trans-
gredi legitima tua, uti commisceremur immunditiæ
89 alienigenarum gentium terræ hujus. Nónne irascê-
ris nobis perdere nos, quoadusque non relinquatur
radix & nomen nostrum?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

74 Καὶ ἐξεγερθεὶς ἐκ τῆς νηστείας, διεῤῥηγμένα ἔχων τὰ ἱμάτια καὶ
τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, κάμψας τὰ γόνατα, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας
75 πρὸς τὸν κύριον, Ἔλεγον, Κύριε, (χ) ᾔσχυμμαι καὶ ἐντέτραμμαι κατὰ
76 πρόσωπόν σου. Αἱ γὰρ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐπλεόνασαν ὑπὲρ τὰς κε-
77 φαλὰς ἡμῶν, καὶ αἱ ἄγνοιαι ἡμῶν ὑπερηνέγκαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, Ἐπ-
ἀπὸ τῶν χρόνων τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἐσμὲν ἐν μεγάλῃ ἁμαρτίᾳ
78 ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ τῶν πα-
τέρων ἡμῶν παρεδόθημεν σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ σὺν τοῖς βα-
σιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ σὺν τοῖς ἱερεῦσιν ἡμῶν, (ψ) τοῖς βασιλεῦσι τῆς
γῆς εἰς ῥομφαίαν καὶ αἰχμαλωσίαν καὶ προνομὴν μετὰ αἰσχύνης μέ-
79 χρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Καὶ νῦν κατὰ πόσον τι ἐγενήθη ἡμῖν
ἔλεος (ω) παρὰ τοῦ κυρίου κυρίου, καταλειφθῆναι ἡμῖν ῥίζαν καὶ
80 ὄνομα ἐν τῷ τόπῳ (α) ἁγιάσματός σου, Καὶ τοῦ (β) ἀνακαλύψαι
φωστῆρα ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ (γ) κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν, δοῦναι ἡμῖν τροφὴν
81 ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας ἡμῶν; Καὶ ἐν τῷ δουλεύειν ἡμᾶς οὐκ
ἐγκατελείφθημεν (δ) ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, (ε) ἀλλὰ ἐποίησεν ἡμᾶς ἐν
82 χάριτι ἐνώπιον τῶν βασιλέων Περσῶν, δοῦναι ἡμῖν τροφὴν, Καὶ
δοξάσαι τὸ ἱερὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ ἐγεῖραι τὴν ἔρημον Σιὼν,
83 δοῦναι ἡμῖν στερέωμα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Ἱερουσαλήμ. Καὶ νῦν τί
ἐροῦμεν κύριε ἔχοντες ταῦτα; παρέβημεν γὰρ τὰ προστάγματά
84 σου, ἃ ἔδωκας ἐν χειρὶ τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν, Λέγων,
Ὅτι ἡ γῆ εἰς ἣν εἰσέρχεσθε κληρονομῆσαι, ἔστι γῆ μεμολυσμένη
μολυσμῷ τῶν ἀλλογενῶν τῆς γῆς, καὶ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν ἐν-
85 έπλησαν αὐτήν. Καὶ νῦν τὰς θυγατέρας (ζ) ὑμῶν μὴ συνοικίσητε
τοῖς (η) υἱοῖς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας (θ) αὐτῶν μὴ λάβητε τοῖς
86 υἱοῖς ὑμῶν, Καὶ οὐ ζητήσετε εἰρηνεῦσαι τὰ πρὸς αὐτοὺς τὸν ἅπαντα
χρόνον, ἵνα ἰσχύσαντες φάγητε τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς, καὶ κατακλη-
87 ρονομήσητε τοῖς τέκνοις ὑμῶν ἕως (ι) αἰῶνος. Καὶ τὰ συμβαίνοντα
πάντα ἡμῖν (κ) γίνεται διὰ τὰ ἔργα ἡμῶν τὰ πονηρὰ, καὶ τὰς με-
γάλας ἁμαρτίας ἡμῶν. Σὺ γὰρ κύριε (λ) ὁ κουφίσας τὰς ἁμαρτί-
88 ας ἡμῶν, (μ) Ἔδωκας ἡμῖν τοιαύτην ῥίζαν, πάλιν ἀνεκάμ-
ψαμεν παραβῆναι τὸν νόμον σου εἰς τὸ ἐπιμιγῆναι τῇ ἀκαθαρσίᾳ
89 τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς. Οὐχὶ ὠργίσθης ἡμῖν ἀπολέσαι ἡμᾶς, ἕως τοῦ
μὴ καταλιπεῖν ῥίζαν καὶ σπέρμα καὶ ὄνομα ἡμῶν;

Et consurgens à jejunio, conscissa habens vestimen- 74
ta, & sacram tunicam, ingeniculans, & exten-
dens manus ad Dominum, Dicebam; Domine, con- 75
fusus sum, & reveritus sum ante faciem tuam.
Peccata enim nostra multiplicata sunt super capi- 76
ta nostra; & ignorantiæ nostræ exaltatæ sunt us-
que ad cœlum, Etiam à temporibus patrum no- 77
strorum, & sumus in magno peccato usque ad di-
em hunc. Et propter peccata nostra, & patrum 78
nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, &
cum regibus nostris, & cum sacerdotibus nostris,
regibus terræ in gladium, & captivitatem, & de-
prædationem cum confusione usque in hodiernum
diem. Et nunc quantum est hoc, quod contigit no- 79
bis misericordia à (k) Domino Domino, relinquere
nobis radicem, & nomen in loco sanctificationis
tuæ, Et detegere luminare nobis in domo Domi- 80
ni Dei nostri, dare nobis cibum in tempore servitu-
tis nostræ? Et cùm serviremus; non fuimus 81
derelicti à Domino nostro: sed constituit nos in
gratia in conspectu regum Persarum, dare nobis ci-
bum, Et clarificar templum Domini nostri, & 82
suscitare desertam Sion, dare nobis stabilitatem in
Judæa, & Hierusalem. Et nunc quid dicemus, 83
Domine, habentes hæc? Transgressi enim sumus
præcepta tua, quæ dedisti in manu puerorum tuo-
rum prophetarum, dicens; Quoniam terra, in 84
quam introitis possidere hæreditatem ejus, terra
polluta est coinquinatione alienigenarum terræ, &
immunditiâ suâ repleverunt eam; Et nunc fili- 85
as vestras non conjungetis filiis eorum, & filias
eorum non accipietis filiis vestris, Et non inqui- 86
retis pacem habere cum illis omni tempore; ut in-
valescentes manducetis optima terræ, & hæredi-
tatem distribuatis filiis vestris usque in ævum. Et 87
quæ contingunt nobis omnia, fiunt propter opera no-
stra maligna, & magna peccata nostra. Tu enim,
Domine, qui allevâsti peccata nostra, Dedisti no- 88
bis talem radicem, rursùm reflexi sumus trans-
gredi legem tuam, uti commisceremur immunditiæ
gentium terræ. Nónne irasceris nobis perdere nos, 89
quoadusque non relinquatur radix, & semen, & nomen nostrum?

MS. A. (χ) ᾔσχυμμαι, ἐντέτραμμαι (ψ) καὶ τοῖς (ω) παρὰ σοῦ, κύριε, καταλειφθῆναι (α) τοῦ ἁγιάσματός
(β) ἀνάψαι φωστῆρα ἡμῖν (γ) τοῦ κυρίου θεοῦ (δ) ἀπὸ τοῦ (ε) ἀλλ' (ζ) αὐτῶν (η) τέκνοις ὑμῶν, (θ) ἡμῶν μὴ δῶτε
τοῖς υἱοῖς αὐτῶν, Καὶ (ι) τοῦ αἰῶνος. (κ) γίγνεται (λ) ἐκούφισας (μ) Καὶ ἔδωκας

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

74 [illegible]
75 [illegible]
76 [illegible]
77 [illegible]
78 [illegible]
[illegible]
79 [illegible]
[illegible]
80 [illegible]
81 [illegible]
82 [illegible]
[illegible]
83 [illegible]
84 [illegible]
[illegible]
85 [illegible]
86 [illegible]
[illegible]
87 [illegible]
[illegible]
88 [illegible]
[illegible]
89 [illegible]
[illegible]

Cúmque surrexissem à jejunio, ha- 74
bens vestes scissas, amictumque sacer-
dotalem, flexis genubus expansisq; ma-
nib⁹ ad Dñm, Dixi; Dñe, confusus sum 75
& pudefactus coram facie tua. Peccata 76
enim nostra superant numero capil-
los capitum nostrorum: ignorantiæ no-
stræ usque ad cœlum perveniunt,
Etiam à temporibus patrum nostro- 77
rum, & in magno peccato sumus usque
ad diem hunc. Et propter peccata 78
nostra & Patrum nostrorum traditi
sumus cum fratribus nostris & Regi-
bus nostris & sacerdotibus nostris, re-
gibus terræ, gladio & captivitati &
prædæ cum ignominiâ, usque in hodi-
ernum diem. Nunc autem quies: 79
Quoniam parum quiddam misericor-
diæ fuit nobis à te Domine, ut relin-
queretur nobis radix & nomen in lo-
co sanctuarii tui; Et luceret lumen 80
tuum in domo Domini Dei nostri,
ut alimenta præberes in die servitutis
nostræ. Et nec cùm servitutem servi- 81
remus relicti sumus à Domino, sed
constituit nos in gratia apud reges
Persarum, ut alerent nos, Utque glo- 82
rificarent Templum Dñi nostri, & eri-
geremus Sion desertam, & darent no-
bis stabilitatem in Judæa & Hiero-
solymis. Et nunc quid dicemus Do- 83
mine, cùm hæc habeamus? Præva-
ricati sumus præcepta tua quæ dedi-
sti per servos tuos Prophetas, Di- 84
cens; Terra in quam ingredimini ut
eam possideatis, terra immunda est, pro-
pter immunditiem diversi generis po-
pulorum terræ, & à pollutione sua
impleverunt eam pollutione. Nunc 85
filios ipsorum nolite collocare filiis
vestris, nec filias vestras filiis ipsorum.
Nec unquam pacem erga eos quærite, 86
ut valeatis, & edatis bona terræ, &
relinquatis filiis vestris in seculum. Et 87
hæc omnia quæ accidunt nobis, fuerunt
propter opera nostra mala, & peccata
nostra mala, & peccata hæc magna.
Tu enim Domine, levia fecisti pec- 88
cata nostra, [illegible] dedisti nobis radicem
hujusmodi, quam denuò reversi su-
mus ad violandam legem tuam, ut
commisceremur pollutioni populorum 89
terræ. Non fuisti iratus nobis ut perde-
res nos, usque eò ut ne reliqua esset ra-
dix & semen nomenque nostrum.

Verſio VULG. LAT.

90 Domine Deus Iſrael, verax es. Derelicta eſt enim ra-
91 dix uſque in hodiernum diem. Ecce, nunc ſumus in
conſpectu tuo in iniquitatibus noſtris. Non eſt ènim
92 adhuc ſtare ante te in his. Et cùm adorando confi-
teretur Eſdras, flens, humi proſtratus ante templum,
congregati ſunt ante eum ex Jeruſalem turma magna
valdè, viri, & mulieres, & juvenes, & juvenculæ.
93 Fletus enim erat magnus in ipſa multitudine. Et
cum clamâſſet Jechonias Jeheli ex filiis Iſrael, dixit
Eſdræ; Nos in Dominum peccavimus, quòd collo-
cavimus nobis in matrimonium mulieres alienige-
94 nas ex gentibus terræ. Et nunc es ſuper omnem
Iſrael. In his ergò ſit jusjurandum à Domino, ex-
pellere omnes uxores noſtras quæ ex alienigenis ſunt
95 cum filiis earum. Sicut tibi decretum eſt à majori-
96 bus ſecundùm legem Domini exurgens explica. Ad
te enim ſpectat negotium, & nos tecum ſumus:
97 viriliter fac. Et exurgens Eſdras adjuravit princi-
pes ſacerdotum & Levitas, & omnem Iſrael, facere
ſecundùm hæc: & juraverunt.

CAP. IX.

1 ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abiit
2 in paſtophorium Jonathæ filii Naſibi. Et hoſpita-
tus illic non guſtavit panem, nec aquam bibit, ſuper
3 iniquitatem multitudinis. Et facta eſt prædicatio in
omni Judæa, & in Jeruſalem omnibus qui erant ex
4 captivitate in Jeruſalem congregati, Ut quicunque
non occurrerit biduo vel triduo dici, ſecundùm judi-
cium aſſidentium ſeniorum, tollerentur facultates ſuæ,
& ipſe alienus judicaretur à multitudine captivitatis.
5 Et congregati ſunt omnes qui erant ex tribu Juda &
Benjamin in tribus diebus in Jeruſalem: hic menſis
6 eſt nonus, dies menſis vigeſimus. Et ſedit omnis
multitudo in area templi trementes, propter hyemem
7 præſentem. Et exurgens Eſdras, dixit illis; Vos ini-
què feciſtis collocantes vobis in matrimonium uxo-
8 res alienigenas, ut adderetis ad peccata Iſrael. Et
nunc date confeſſionem, & magnificentiam Domino
9 Deo patrum noſtrorum, Et perficite voluntatem
ipſius, & diſcedite à gentibus terræ, & ab uxoribus
alienigenis.

Verſio GRÆCA LXX Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

90 Κύριε τοῦ Ἰσραὴλ ἀληθινὸς εἶ· κατελείφθημεν γὰρ ῥίζα ἐν τῇ σήμε-
91 ρον. Ἰδοὺ νῦν ἐσμὲν ἐνώπιόν σου ἐν ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν· οὐ γάρ ἐστι
92 στῆναι ἔτι ἔμπροσθέν σου ἐπὶ τούτοις. Καὶ ὅτε προσευχόμενος
(α) Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο κλαίων χαμαιπετὴς ἔμπροσθεν τοῦ ἱεροῦ,
ἐπισυνήχθησαν πρὸς αὐτὸν (β) ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ὄχλος πολὺς σφόδρα,
ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ νεανίαι· κλαυθμὸς γὰρ ἦν μέγας ἐν τῷ πλή-
93 θει. Καὶ φωνήσας Ἰεχονίας (γ) Ἰεήλου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, εἶπεν,
(δ) Ἔσδρα, ἡμεῖς ἡμάρτομεν εἰς τὸν (ε) κύριον· συνῳκίσαμεν γυ-
νaῖκας ἀλλογενεῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς· Καὶ νῦν ἐστιν ἐπάνω πᾶς
94 Ἰσραήλ. ἐν τούτῳ γινέσθω ἡμῖν ὁρκωμοσία πρὸς τὸν κύριον, ἐκβα-
λεῖν πάσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν ἀλλογενῶν σὺν τοῖς τέ-
95 κνοις αὐτῶν, Ὡς ἐκρίθη σοι, καὶ ὅσοι πειθαρχοῦσι (ζ) τοῦ νόμου κυρίου.
96 ἀναστὰς ἐπιτέλει· Πρὸς σὲ γὰρ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡμεῖς μετὰ σοῦ ἰσχὺν
97 ποιεῖν. Καὶ ἀναστὰς (η) Ἔσδρας ὥρκισε τοὺς φυλάρχους τῶν ἱερέων
καὶ Λευιτῶν παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ποιῆσαι κατὰ ταῦτα. καὶ ὤμοσαν.

MS. A. (α) Ἔζρας (β) ἐξ (γ) Ἰεὴλ ὁ τῶν (δ) Ἔζρα, (ε) κύριον θεὸν, καὶ συνῳκίσαμεν γυναῖκας ἀλλογενεῖς ἀπὸ τῶν (ζ) τῷ νόμῳ (η) Ἔζρας

ΚΕΦ. Θ΄.

1 ΚΑὶ ἀναστὰς (α) Ἔσδρας ἀπὸ τῆς αὐλῆς τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύθη εἰς τὸ πα-
2 στοφόρειον (β) Ἰωνὰν τοῦ Ἐλιασίβου· Καὶ αὐλισθεὶς ἐκεῖ, ἄρτου οὐκ ἐ-
γεύσατο οὐδὲ ὕδωρ ἔπιε, πενθῶν ἐπὶ τῶν ἀνομιῶν τῶν μεγάλων τοῦ πλή-
3 θους. Καὶ ἐγένετο κήρυγμα ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Ἱερουσαλὴμ πᾶσι
4 τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, συναχθῆναι εἰς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὅσοι
(γ) ἂν μὴ ἀπαντήσωσιν ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις, κατὰ τὸ κρίμα τῶν
προκαθημένων πρεσβυτέρων, ἀνιερωθήσονται τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ αὐτὸς
5 ἀλλοτριωθήσεται ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς αἰχμαλωσίας. Καὶ ἐπισυνήχθη-
σαν πάντες οἱ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν ἐν τρισὶν ἡμέραις εἰς
6 Ἱερουσαλήμ· οὗτος ὁ μὴν (δ) ἔννατος, τῇ εἰκάδι τοῦ μηνός. Καὶ (ε) συν-
εκάθισε πᾶν τὸ πλῆθος ἐν τῷ εὐρυχώρῳ τοῦ ἱεροῦ, τρέμοντες διὰ τὸν
7 ἐνεστῶτα χειμῶνα. Καὶ ἀναστὰς (ζ) Ἔσδρας εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἠνομή-
σατε καὶ συνῳκίσατε (η) γυναιξὶν ἀλλογενέσι, τοῦ προσθεῖναι ἁμαρτίας
8 τῷ Ἰσραήλ. Καὶ νῦν δότε ὁμολογίαν, δόξαν τῷ κυρίῳ θεῷ τῶν
9 πατέρων ἡμῶν, Καὶ ποιήσατε τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ χωρίσθητε ἀπὸ τῶν
ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν γυναικῶν τῶν ἀλλογενῶν.

MS. A. (α) * Ἔσδρας (β) Ἰωανὰν (γ) ἐὰν (δ) ἔνατος, (ε) συνεκάθισεν (ζ) Ἔζρας (η) γυναῖκας ἀλλογενεῖς,

Domine Iſrael, verax es. Derelicti enim ſumus ra- 90
dix in hodiernum diem. Ecce nunc ſumus in con- 91
ſpectu tuo in iniquitatibus noſtris. Non eſt enim
ſtare adhuc ante te in his. Et cum orans Eſdras 92
confiteretur plorans, humi proſtratus ante templum;
congregati ſunt ad eum ex Hieruſalem turba ma-
gna valdè, viri, & mulieres, & juvenes, [& ju-
venculæ.] Fletus enim erat magnus in ipſa multi-
tudine. Et cùm clamâſſet Jechonias Jeheli ex fi- 93
liis Iſrael, dixit Eſdræ; Nos peccavimus in Domi-
num: collocavimus nobis in matrimonium mulie-
res alienigenas ex gentibus terræ: Et nunc eſt ſuprà
omnis Iſrael. In hoc fiat jusjurandum ad Dominum, 94
expellere omnes uxores noſtras, quæ ex alienigenis
ſunt, cum filiis earum; Sicut decretum eſt tibi, & 95
quicunque obediunt legi Domini. Exurgens perfice: 96
Ad te enim ſpectat negotium, & nos tecum ſumus,
ad viriliter faciendum. Et exurgens Eſdras adju- 97
ravit principes ſacerdotum & Levitarum univerſi Iſrael, facere ſecundùm hæc. Et juraverunt.

CAP. IX.

ET exurgens Eſdras ab atrio templi, abiit in Pa- 1
ſtophorium Jonaa filii Eliaſibi: Et hoſpitatus illic, 2
non guſtavit panem, nec aquam bibit, lugens ſuper
iniquitates magnas multitudinis. Et facta eſt præ- 3
dicatio in omni Judæa, & Jeruſalem, omnibus qui
erant ex captivitate, congregari in Hieruſalem. Et 4
quicunque non occurrerint biduo, vel triduo dici; ſe-
cundùm judicium præſidentium ſeniorum, conſecra-
buntur pecora eorum, & ipſe alienus judicabitur
à multitudine captivitatis. Et congregati ſunt o- 5
mnes qui erant ex tribu Juda, & Benjamin, in tri-
bus diebus in Hieruſalem: hic menſis eſt nonus, die
menſis vigeſimâ. Et conſederunt omnis multitudo 6
in area templi trementes propter hyemem præſentem.
Et exurgens Eſdras dixit illis; Vos iniquè feciſtis, 7
& conjunxiſtis vos uxoribus alienigenis, ut addere-
tis peccata ipſi Iſrael. Et nunc date confeſſionem, 8
gloriam Domino Deo patrum noſtrorum, Et facite 9
voluntatem ipſius, et diſcedite à gentibus terræ, et
ab uxoribus alienigenis.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

90 91 [illegible]
[illegible]
92 [illegible]
[illegible]
93 [illegible]
[illegible]
94 [illegible]
[illegible]
95 [illegible]
96 [illegible]
97 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]

Domine Domine Deus Iſrael, verax es. 90
Relicta eſt nobis radix hodiè. Ecce 91
coram te ſumus hodiè in iniquitatibus
noſtris. Neque enim ſtare eſt coram te
cum ipſis. Et cùm oraret Ezras, et confi- 92
teretur flens & proſtratus in terram an-
te templum, congregatus eſt ad eum
ex Hieroſolymis cœtus magnus ad-
modùm, virorum & mulierum, adole-
ſcentumq; & puerorum: fletus enim fi-
ebat magnus admodùm. Et vocem edens 93
Jechonias filius Ail de filiis Iſrael,
dixit; Ezra, nos peccavimus in Dn̄m:
Et uxoribus diverſi generis cohabitavi-
mus de populo terræ. Et nunc ſuper- 94
eſt ſpes Iſraeli de his. Sit nobis hac in
re juramentum ad Dn̄m, ejecturos nos
omnes iſtas uxores noſtras diverſi ge-
neris liberoſque ipſarum, Ut tibi decre- 95
tum eſt. Et omnes qui legi Domini pare-
bant ſurgentes dixerunt Ezræ; Age, 96
perfice hoc. Ad te enim hæc res ſpe-
ctat: & nos tecum ſtamus: Confor- 97
tare & age. Et ſurgens Ezras jura-
mento adegit principes generum ſacer-
dotalium & Leviticorum, & omnes
Iſraelitas, ita facturos. Et jurârunt.

CAP. IX.

ET ſurgens Ezras de atrio templi, 1
abiit in Gazophylacium Jonathanis
filii Eliaſib. Et ibi noctem egit, nec 2
panem edit, nec aquam bibit, lu-
gens propter iniquitates iſtas magnas
multitudinis. Et prædicatum eſt per 3
totam Judæam & Hieroſolyma, omni-
bus qui de captivitate, ut aſcenderent
Hieroſolyma; Et qui non occurre- 4
rint intra tres quatuórve dies, ju-
dicio præſidentium presbyterorum
conſecratum iri pecora ipſorum, ipſum
autem alienatum iri à cœtu capti-
vitatis. Et congregati ſunt omnes 5
illi qui de tribu Judæ & Benjamin
tribus *diebus* Hieroſolyma: Erat au-
tem menſis nonus, viceſimo menſis.
Et ſederunt ſimul tota multitudo in 6
plateis Templi trementes, quoniam
hyems inſtabat. Et ſurgens Ezras 7
dixit eis; Vos iniquitatem feciſtis, &
feciſtis cohabitare vobis mulieres ali-
enigenas ut adderetis peccata Iſrae-
li. Tamen, nunc confitemini & 8
date gloriam Domino Deo patrum
noſtrorum. Et facite voluntatem ejus, 9
& ſeparate vos à populis terræ & ab
uxoribus iſtis alienigenis.

Versio VULG. LAT.

10 Et clamavit omnis multitudo, & dixerunt voce ma-
11 gnâ; Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam multi-
tudo magna est, & tempus hybernum, & non possu-
mus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis
unius diei, neque bidui: multum enim in his pecca-
12 vimus: Stent præpositi multitudinis, & omnes qui
nobiscum inhabitant, & quotquot habent uxores apud
13 se alienigenas, Et assistant accepto tempore ex
omni loco presbyteri & judices, usquequò solvant
14 iram Domini negotii hujus. Jonathas autem filius
Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundùm hæc:
& Bosoramus, & Levis, & Sabbathæus simul coope-
15 rati sunt cum illis. Et steterunt secundùm hæc omnia
16 universi qui erant ex captivitate. Et elegit sibi vi-
ros Esdras Sacerdos, principes magnos de patribus
eorum secundùm nomina: & consederunt novilunio
17 mensis decimi examinare negotium istud. Et deter-
minatum est de viris qui habebant uxores alienige-
18 nas, usque ad neomeniam primi mensis: Et inven-
ti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebant alieni-
19 genas uxores. Ex filiis Jesu filii Josedec, & fratri-
bus ejus: Maseas, & Eliozerus, & Joribus, & Joadeus,
20 Et injecerunt manus ut expellerent uxores suas: &
ad litandum in exorationem, arietem pro ignorantia
21 sua. Et ex filiis Semmeri: Maseas & Esses & Jeelech,
22 Azarias. Et ex filiis Fosere: Limosias, Hismaënis, &
23 Nathanee, Jussio, Reddus, & Thalsas. Et ex Levitis:
Jorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas,
24 & Colvas, & Ellonas. Et ex sacris cantoribus,
25 Eliasib, Zaccarus. Et ex ostiariis: Salumus, & Tol-
26 banes. Et ex Israel: ex filiis Foro, Ozi, & Remias,
& Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, &
27 Jammebias, & Bannas. Et ex filiis Jolaman: Cha-
maz, & Zacharias, & Jerrelus, & Joddius, &
28 Erimoth, & Helias. Et ex filiis Zathoim: Eliadas,
& Liasumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, &
29 Tebedias. Et ex filiis Zebes: Joannes, & Amanias,
30 & Zabdias, & Emeus. Et ex filiis Banni: Olamus,
& Maluchus, & Jeddeus, & Jasub, & Azabus, &
31 Jerimoth. Et ex filiis Addin: Naathus, & Moosias,
& Caleus, & Raanas, Maaseas, Mathathias, & Beseel,
et Bonnus, et Manasses.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10 (θ) Καὶ ἐφώνησεν ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ εἶπον μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Οὕτως
11 ὡς εἴρηκας, ποιήσομεν. Ἀλλὰ τὸ πλῆθος πολὺ καὶ (ι) ὥρα χειμερινή,
καὶ οὐκ ἰσχύομεν στῆναι αἴθριοι· καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡμέρας μιᾶς
12 οὐδὲ δύο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ ἡμάρτομεν ἐν τούτοις. Στήτωσαν δὲ οἱ
προηγούμενοι τοῦ πλήθους, καὶ πάντες οἱ ἐκ τῶν (κ) κατοικιῶν ἡμῶν ὅσοι
13 ἔχουσι γυναῖκας ἀλλογενεῖς, Παραγενηθήτωσαν λαβόντες χρόνον,
(λ) ἑκάστου δὲ τόπου τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς κριτάς, ἕως τοῦ λῦσαι τὴν
14 ὀργὴν (μ) κυρίου ἀφ' ἡμῶν τοῦ πράγματος τούτου. Ἰωνάθας Ἀζαήλου,
καὶ Ἐζεκίας (ν) Θεωκανοῦ ἐπεδέξαντο κατὰ ταῦτα· καὶ Μοσόλλαμος,
15 καὶ Λευίς, καὶ Σαββαταῖος συνεβράβευσαν αὐτοῖς. Καὶ ἐποίησαν κατὰ
16 πάντα ταῦτα οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. Καὶ ἐπελέξατο αὐτῷ (ξ) Ἔσ-
δρας ὁ ἱερεὺς ἄνδρας ἡγουμένους τῶν πατριῶν (ο) αὐτῶν, πάντας κατ'
ὄνομα, καὶ συνεκλείσθησαν τῇ νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ δεκάτου, ἐτάσαι
17 τὸ πρᾶγμα. Καὶ ἤχθη ἐπὶ πέρας τὰ κατὰ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐπι-
συνέχοντας γυναῖκας ἀλλογενεῖς, ἕως τῆς νουμηνίας τοῦ πρώτου μηνός.
18 Καὶ εὑρέθησαν τῶν ἱερέων οἱ ἐπισυναχθέντες ἀλλογενεῖς γυναῖκας
19 ἔχοντες, Ἐκ τῶν υἱῶν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ, καὶ τῶν (π) ἀδελφῶν αὐτοῦ, Μα-
20 θήλας, καὶ Ἐλεάζαρος, καὶ Ἰώριβος, καὶ Ἰωαδάνος. Καὶ ἐπέ-
βαλον τὰς χεῖρας ἐκβαλεῖν τὰς γυναῖκας (ρ) αὐτῶν· καὶ εἰς ἐξιλασμὸν
21 κριοὺς ὑπὲρ τῆς ἀγνοίας αὐτῶν. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν Ἐμμήρ, Ἀνανίας,
καὶ Ζαβδαῖος, καὶ Μάνης, καὶ Σαμαῖος, καὶ Ἱερεήλ, καὶ Ἀζαρίας·
22 Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν (σ) Φαισούρ, Ἐλιωναΐς, Μασσίας, Ἰσμάηλος, καὶ Να-
23 θαναῆλος, (τ) καὶ Ὠκόδηλος, καὶ Σαλθάς. Καὶ ἐκ τῶν Λευιτῶν,
Ἰωζάβαδος, καὶ Σεμεΐς, καὶ (υ) Κωΐος, (οὗτός ἐστι Καλιτάς,) καὶ
24 (φ) Παθαῖος, καὶ Ἰούδας, καὶ Ἰωνάς. Ἐκ τῶν ἱεροψαλτῶν, (χ) Ἐλιά-
25 σεβος, Βακχοῦρος. Ἐκ τῶν θυρωρῶν, (ψ) Σαλοῦμος, καὶ Τολβάνης.
26 Ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ τῶν (ω) υἱῶν Φόρος, Ἱερμάς, καὶ (α) Ἰεζίας, καὶ Μελ-
χίας, καὶ Μάηλος, καὶ Ἐλεάζαρος, καὶ (β) Ἀσεβίας, καὶ Βαναίας.
27 Ἐκ τῶν υἱῶν (γ) Ἠλά, Ματθανίας, Ζαχαρίας, (δ) καὶ Ἰεζριῆλος, καὶ Ἰω-
28 αβδίος, καὶ Ἱερεμώθ, καὶ (ε) Αἰδίας. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν (ζ) Ζαμόθ, Ἐλια-
δάς, Ἐλιάσιμος, Ὀθονίας, Ἰαριμώθ, καὶ Σάβαθος, καὶ (η) Ζερα-
29 λίας. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν Βηβαΐ, Ἰωάννης, καὶ Ἀνανίας, καὶ (θ) Ἰωζάβδος,
30 καὶ Ἀμαθίας. Ἐκ τῶν υἱῶν Μανί, Ὠλαμός, Μαμοῦχος, Ἰεδαῖος,
31 Ἰασοῦβος, καὶ Ἰασαῆλος, καὶ Ἱερεμώθ. Καὶ (ι) ἐξ υἱῶν Ἀδδί, Νάαθος,
καὶ Μοοσίας, Λακκοῦνος, καὶ (κ) Ναΐδος, Ματθανίας, καὶ Σεσθήλ, καὶ
Βαλνοῦος, καὶ (λ) Μανασσίας.

Et clamavit omnis multitudo, & dixerunt voce 10
magnâ; Sicut dixisti, faciemus. Sed multitudo, 11
magna est, & tempus hybernum, & non possumus
stare sub dio: & hoc opus non est nobis unius diei
neque bidui. Multum enim in his peccavimus.
Stent autem præpositi multitudinis, & omnes 12
qui nobiscum inhabitant, quotquot habent uxores
alienigenas, Assistant accipientes tempus, et cu- 13
jusque loci seniores, & judices, usquequò solvant
iram Domini à nobis negotii hujus. Jonathas 14
Azaeli, & Ezecias Theocani susceperunt secun-
dum hæc: & Mosollamus, & Levis, & Sab-
bathæus, simul cooperati sunt cum illis. Et fe- 15
cerunt secundùm omnia hæc, qui erant ex captivi-
tate. Et elegit sibi Esdras sacerdos viros princi- 16
pes patriarum suarum, omnes per nomen: &
(a) clausi sunt novilunio mensis decimi, examinare
negotium istud: Et determinatum est de viris 17
qui habebant uxores alienigenas, usque ad neome-
niam primi mensis. Et inventi sunt ex sacerdo- 18
tibus, permisti, qui habebant alienigenas uxores:
Ex filiis Jesu filii Josedec, & fratribus ejus, 19
Mathelas, & Eleazarus, & Jorebus, & Joada-
nus: Et injecerunt manus, ut expellerent uxores 20
suas: & ad propitiationem arietes pro ignorantia
sua: Et ex filiis Emmer, Ananias, & Zabdæus, 21
& Manes, & Samæus, & Hiereel, & Azarias:
Et de filiis Phæsur, Elionais, Massias, Ismaelus, 22
& Nathanaelus, & Ocodelus, & Saloas: Et 23
ex Levitis, Jozabadus, & Semeis, & Covis
(hic est Calitas,) & Pathæus, & Judas, &
Jonas: Ex sacris cantoribus, Eliasibus, 24
Bacchuros: Ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes: 25
Ex Israel ex filiis Phoros, Hiermas & Jezias, 26
& Melchias, & Maelus, & Eleazarus, & Asebias & Banæas: Ex filiis Ela, Matthanias, Za- 27
charias, & Jezrielus, & Joabdius, & Jeremoth,
& Aidias: Et ex filiis Zamoth, Eliadas, Eliasi- 28
mus, Othonias, Jarimoth, & Sabathus, et Zeralias:
Et ex filiis Bebai, Joannes, & Ananias, & Jo- 29
zabdus, & Amathias: Ex filiis Mani, Olamus, Ma- 30
muchus, Jedæus, Jasubus, & Jasaelus, & Hiere-
moth: Et ex filiis Addi, Naathus, & Moosias, 31
Laccunus, & Naldus, Matthanias, & Sesthel, & Balnuus & Manassias:

MS. A. (θ) Καὶ ἐφώνησε ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ εἶπαν (ι) ἡ ὥρα (κ) κατοικιῶν ἡμῶν (λ) καὶ ἑκάστου δὲ (μ) τοῦ κυρίου (ν) Θωκανοῦ (ξ) Ἔζρας (ο) αὐτῶν, κατ' ὄνομα πάντας, καὶ συνεκάθισαν τῇ (π) ἀδελφῶν, Μαθήλας, (ρ) ἑαυτῶν· (σ) Φαισοῦ, Ἐλιωνάς, (τ) καὶ Ὠκοίδηλος, (υ) Κώλιος, (φ) Φαθαῖος, καὶ Ὠδύας, (χ) Ἐλιάσιβος, (ψ) Σαλλοῦμος, (ω) υἱῶν υἱῶν Φόρος, (α) Ἰεδδίας, (β) Ἀσιβίας, καὶ Βανναίας (γ) Ἠλά, καὶ (δ) Ἰεζριῆλος (ε) Ἀηδίας. (ζ) Ζαμόθ. (η) Ζαραλίας. Ἐκ (θ) Ὠζάβαδος, καὶ Ἐμαθεῖς. (ι) ἐκ τῶν υἱῶν (κ) Ναιδος, (λ) Μανασσῆας.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23 [illegible]
24
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

Et clamavit multitudo, & dixit voce 10
magnâ; Sicut dixisti, faciemus: Sed 11
multitudo magna est, & tempus hy-
bernum, nec possumus stare sub dio;
Et negotium est nobis non unius diei
aut duorum: multùm enim peccavi-
mus in his rebus. Surgant igitur pri- 12
mores cœtûs principes; et omnes illi
qui ex habitationib⁹ nostris habēt uxores
alienigenas, Veniant accepto tempore, 13
ex omni autem loco Presbyteri & Ju-
dices, donec solvamus furorem Do-
mini de re hâc. Jonathan autem 14
Asaelis filius, & Ezekias Tukani sus-
ceperunt quæ secundùm hæc. Et Moses,
& Janab, & Levi, & Sabatias in-
tervenerunt ipsis sponsores. Et secun- 15
dùm hæc omnia fecerunt qui ex captivi-
tate. Et elegit sibi Ezras sacerdos vi- 16
ros primores generum suorum, nomine
omnes, & consederunt neomeniâ men-
sis decimi rei constituendæ. Et ad 17
finem venerunt quæ ad eos pertinebant
qui habebant uxores alienigenas, usque
ad neomeniam mensis decimi. Et in- 18
venti sunt ex sacerdotibus qui congrega-
ti erant, quibus erant uxores alienige- 19
næ, Ex filiis Jesu filii Josedek fratri-
búsque ejus, Matthias, & Eliezer, &
Joarib, et Jonadab, Et consenserunt eje- 20
cturos se uxores suas. Et in propitiati-
onem arietem, propter ignorantiam
suam. Et ex filiis Amuriæ, Hananias, 21
Zacarias, & Mani, & Samajas. Et 22
ex filiis Uman; Maasias, & Manas, &
Samajas, & Nariel, & Azarias. Et ex
filiis Phineas, Elhanan, & Maasias,
Asmael, & Nathaniel, Kinirus, &
Saathas. Et ex Levitis; Zabdas, & 23
Samei, & Koljas, qui est Kaliatius, &
Patus, & Judas, & Junon. Et ex 24
cantoribus sacerdotalibus; Eliassib, Ba-
curas. Ex janitoribus; Salumus, & 25
Toblan. Et ex Israele; Ex filiis Pha- 26
rus; Jeremias, Jedajas, & Malchi,
& Micajel, Eliezer, & Chasabalias.
Ex filiis Ulæ, & Mattaniæ, et Zecariæ; 27
Azuriel, [illegible]vadias, & Jerimuth,
& Idajas: [illegible] ex filiis Tathum; 28
Eliadas, Elisama, [illegible]hanias, & Trimus, &
Sephatias, & Zaradi[illegible]: Et ex filiis Bibal; 29
Juchanan, & Hananias, & Zacharias,
& Hamathias. Et ex Benjamine; Ulam, 30
Melucus, Idajas, Jashub, & Agilus, &
Jerimuth. Et ex filiis Ade; Nactus, 31
Basates, Isanu, & Sisajel, & Baanas,
& Manasses.

Versio VULG. LAT.

32 Et ex filiis Nuae: Noneas, & Aseas, & Melchias, &
Sameas, & Simon, Benjamin, et Malchus, & Marras.
33 Et ex filiis Asom: Carianeus, Mathathias, & Bannus,
34 & Eliphalach, & Manasses, & Semei. Et ex filiis
Banni: Jeremias, & Moadias, & Abramus, & Johel,
& Baneas, & Pelias, & Jonas, & Marimoth, & Elia-
sib, & Mathaneus, & Eliasis, & Orizas, & Dielus,
35 & Semedius, & Zambris, & Josephus. Et ex filiis
Nobei: Idelus & Mathathias, & Sabadus, & Ze-
36 cheda, Sedmi, & Jessei, Baneas. Omnes isti con-
junxerunt sibi uxores alienigenas, & dimiserunt eas
37 cum filiis. Et inhabitaverunt sacerdotes & Levi-
tæ, & qui erant ex Israel, in Jerusalem, & in tota una
regione, novilunio mensis septimi. Et erant filii Israel
38 in commorationibus suis. Et congregata est omnis
multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ
39 sacræ: Et dixerunt Esdræ Pontifici & lectori, ut
afferret legem Moysi, quæ tradita est à Domino Deo
40 Israel. Et attulit Esdras Pontifex legem omni mul-
titudini eorum, à viro usque ad mulierem, & omni-
bus sacerdotibus, audire legem novilunio mensis
41 septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram por-
tam templi, à prima luce usque ad vesperam, coram
viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad
42 legem. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis, super
43 ligneum tribunal quod fabricatum erat, Et steterunt
ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Urias,
44 Ezechias, & Balsamus ad dexteram: Et ad sinistram
Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Naba-
45 dias, & Zacharias. Et assumpsit Esdras librum co-
ram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in
46 conspectu omnium. Et cùm absolvisset legem, omnes
erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum
47 altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. Et re-
spondit omnis populus, Amen. Et elevatis sursum
manibus procidentes in terram, adoraverunt Do-
48 minum, Jesus, & Banaeus, & Sarebias, & Jad-
dimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes,
& Azarias, & Joradus, & Ananias, et Philias
Levitæ:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

32 Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν (α) Ἀνὰν, Ἐλιωνᾶς, καὶ Ἀσαΐας, καὶ Μελχίας, καὶ
33 Σαββαῖος, καὶ Σίμων Χοσαμαῖος. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν Ἀσὸμ, (β) Ἀλτα-
ναῖος, καὶ Ματταθίας, καὶ (γ) Σαβανναῖος, καὶ Ἐλιφαλὰτ, καὶ Μα-
34 νασσῆς, καὶ Σεμεΐ. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν Βαανὶ, Ἱερεμίας, (δ) Μομδῖος,
Ἰσμαῆρος, Ἰωὴλ, (ε) Μαβδαΐ, καὶ Πεδίας, καὶ Ἄ-
νως, (ζ) Ῥαβασίων, καὶ Ἐνάσιβος, καὶ Μαμνιτάναιμος,
Ἐλίασις, Βαννοῦς, Ἐλιαλὶ, Σομεῒς, Σελεμίας, Ναθανίας· καὶ ἐκ
τῶν υἱῶν Ἐζωρὰ, (η) Σεσὶς, Ἐσρὶλ, Ἀζάηλος, Σαματὸς, (θ) Ζαμ-
35 βρὶ, Ἰώσηφος. Καὶ ἐκ τῶν υἱῶν (ι) Ἐθμὰ, Μαζιτίας, Ζαβαδαίας,
36 Ἠδαῒς, Ἰωὴλ, Βαναίας. Πάντες οὗτοι συνῴκισαν γυναῖκας
37 ἀλλογενεῖς, καὶ ἀπέλυσαν αὐτὰς σὺν τέκνοις. Καὶ κατῴκησαν οἱ
ἱερεῖς, καὶ οἱ Λευῖται, καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν τῇ
χώρᾳ τῇ νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν ταῖς
κατοικίαις αὐτῶν. Καὶ συνήχθη πᾶν τὸ πλῆθος ὁμοθυμαδὸν
38 ἐπὶ τὸ εὐρύχωρον τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ἱεροῦ πυλῶνος, Καὶ εἶπον
39 (κ) Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ καὶ ἀναγνώστῃ, Κόμισαι τὸν νόμον Μωυσῆ, τὸν παρα-
40 δοθέντα ὑπὸ (λ) κυρίου Θεοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐκόμισεν (μ) Ἔσδρας ὁ ἀρ-
χιερεὺς τὸν νόμον παντὶ τῷ πλήθει ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως γυναικὸς, καὶ πᾶσι
41 τοῖς ἱερεῦσιν, ἀκοῦσαι τοῦ νόμου, νουμηνίᾳ τοῦ ἑβδόμου μηνός. Καὶ
(ν) ἀνεγίνωσκεν ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἱεροῦ πυλῶνος εὐρυχώρῳ, ἐξ ὄρθρου
ἕως (ξ) μέσης ἡμέρας, ἐνώπιον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· καὶ ἐπέδωκαν
42 πᾶν τὸ πλῆθος τὸν νοῦν εἰς τὸν νόμον. Καὶ ἔστη (ο) Ἔσδρας ὁ ἱερεὺς καὶ
43 ἀναγνώστης τοῦ νόμου ἐπὶ τοῦ ξυλίνου βήματος τοῦ κατασκευασθέντος. Καὶ
ἔστησαν παρ' αὐτῷ Ματταθίας, Σαμμοῦς, (π) Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Οὐ-
44 ρίας, Ἐζεκίας, Βάαλσαμος, ἐκ δεξιῶν· Καὶ ἐξ εὐωνύμων Φαλ-
δαῖος, (ρ) καὶ Μισαὴλ, Μελχίας, Λωθάσουβος, Ναβαρίας, Ζαχαρίας.
45 Καὶ ἀναλαβὼν (σ) Ἔσδρας τὸ βιβλίον ἐνώπιον τοῦ πλήθους, (τ) προεκά-
46 θητο ἐπιδόξως ἐνώπιον πάντων. Καὶ ἐν τῷ λῦσαι τὸν νόμον, πάντες
(υ) ὀρθοὶ ἔστησαν. καὶ (φ) εὐλόγησεν Ἔσδρας τῷ κυρίῳ Θεῷ (χ) ὑψίστῳ
47 Θεῷ σαβαὼθ παντοκράτορι. Καὶ ἐπεφώνησε πᾶν τὸ πλῆθος,
Ἀμήν. καὶ ἄραντες ἄνω τὰς χεῖρας, προσπεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν,
48 προσεκύνησαν τῷ κυρίῳ, Ἰησοῦς, καὶ (ψ) Ἀννιοὺθ, καὶ Σαραβίας,
(ω) καὶ Ἰαδινὸς, καὶ Ἰάκουβος, Σαβαταῖος, Αὐταίας, Μαιάννας, καὶ
Καλίτας, Ἀζαρίας, καὶ Ἰώζαβδος, καὶ Ἀνανίας, (α) Φαλίας, οἱ Λευῖται,

Et ex filiis Anan, Elionas, & Asaias, & Melchias, 32
et Sabbæus, et Simon Chosamæus: Et ex filiis 33
Asom, Altanæus, et Mattathias, et Sabannæus, et
Eliphalat, et Manasses, et Semei: Et ex filiis 34
Baani, Hieremias, Momdius, Ismaërus, Jubel,
Mabdai, et Pedias, et Anos, Rabasion, et Enasibus,
et Mamnitanæmus, Eliasis, Bannus, Eliali, So-
meis, Selemias, Nathanias: Et ex filiis Ezora,
Sesis, Esril, Azaelus, Samatos, Zambre, Josephus:
Et ex filiis Ethma, Mazitias, Zabadaias, Edais, 35
Jubel, Banæas. Omnes isti conjunxerunt sibi 36
uxores alienigenas, et dimiserunt eas cum filiis. Et 37
inhabitaverunt sacerdotes, et Levitæ, et qui erant
ex Israel, in Hierusalem, et in regione, novilunio
mensis septimi: et filii Israel in habitationibus suis.
Et congregata est omnis multitudo simul in area, quæ 38
est ab Oriente portæ sacræ: Et dixit Esdræ sacerdoti 39
et lectori; Affer legem Moysi, quæ tradita est à Do-
mino Deo Israel. Et attulit Esdras Pontifex le- 40
gem omni multitudini à viro usque ad mulierem, et
omnibus sacerdotibus, audire legem novilunio men-
sis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sa- 41
cram portam, à prima luce usque ad mediam diem
coram viris, et mulieribus. Et dederunt omnis
multitudo sensum ad legem. Et stetit Esdras sacer- 42
dos, et lector legis super ligneum tribunal, quod fa-
bricatum erat. Et steterunt apud eum Mattathias, 43
Sammus, Ananias, Azarias, Urias, Ezecias, Bal-
samus, à dextris: Et à sinistris, Phaldæus, & Mi- 44
sael, Melchias, Lothasubus, Nabarias, Zacharias.
Et assumens Esdras librum coram multitudine, 45
præsidebat in gloria in conspectu omnium. Et cùm 46
absolvisset legem; omnes erecti steterunt. Et be-
nedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum
Sabbaoth omnipotentem. Et respondit omnis po- 47
pulus, Amen. Et elevatis sursum manibus, pro-
cidentes in terram, adoraverunt Dominum: Jesus, 48
& Anniuth, & Sarabias, & Jadinos, & Jacubus,
Sabathæus, Autæas, Mæannas, & Calitas, Aza-
rias, & Josabdus, & Ananias, Phalias, Levitæ,

MS.A. (α) Ἀννὰς, (β) Ἀλταννάιος, (γ) Βανναιοῦς, (δ) Μομδιὶς, (ε) Μανδαΐ, (ζ) Καραβασίων, (η) Σεασὶς, Ἐζρὶλ, Ἀζαὴλ, (θ) Ζαμβρὶς, (ι) Ἠθομὰ, (κ) Ἔζρᾳ τῷ ἀρχιερεῖ (λ) τοῦ κυρίου (μ) Ἔζρας (ν) ἀνεγίγνωσκεν (ξ) μέσου ἡμέρας, (ο) Ἔζρας (π) καὶ Ἀνανίας, (ρ) Μισαὴλ, (σ) Ἔζρας τὸ βιβλίον τοῦ νόμου ἐνώπιον (τ) προεκάθητο γὰρ ἐπιδόξως (υ) * ὀρθροὶ (φ) ηὐλόγησεν Ἔζρας (χ) τῷ ὑψίστῳ (ψ) Ἀννοῦς, (ω) Ἰαδινὸς, Ἰάκουβος, Σαββαταίας, (α) Φιαθαὶς,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
[illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]
48 [illegible]
[illegible]

Et ex filiis Hanan: Eliüa & Ausias, & 32
Malchi, & Sabaas, & Simonicunus,
Hamaias. Et ex filiis Nachsom; Mat- 33
thanias, & Matthanas, et Benajas, & Eli-
phelet, & Manasses, & Samajas. Et 34
ex filiis Baani; Jeremias, & Muadas,
Ismajel filius Elmadæ, & Pisias, &
Hazu, & Abision, & Elitashuas, &
Amthilimus, Elisames, Shelamias, Na-
thanias. Et ex filiis Zaræ; Shishai, 35
Asbarias, Hazajel, Samut, Zamri, Joseph,
Ex filiis Noamæ; Maratias, Zabdias,
Hadias, Jutharbanias. Hi omnes coha- 36
bitare sibi fecerant mulieres alienigenas,
& nominârant ipsas cum filiis earum. Et 37
habitârunt sacerdotes & Levitæ, & qui
ex Israele, Hierosolymis, neomeniâ men-
sis septimi, & filii Israelis in habitatio-
nibus suis. Et congregata est omnis mul- 38
titudo simul ad plateam quæ est versùs
Orientem portæ sacerdotalis: Et dixe- 39
runt Ezræ principi sacerdotũ & Lectori;
Affer Legem Mosis quæ data est à Domi-
no Deo Israel. Et attulit Ezras princeps 40
sacerdotum legem omni multitudini i-
psorum à viro usque ad mulierem, omni-
búsque sacerdotibus, ut audirent le-
gem, neomeniâ mensis septimi. Et le- 41
git in platea quæ est ante portam sacer-
dotalem, à manè usque ad meridiem,
coram viris & mulieribus. Et posuit
multitudo mentem suam in legem. Stetít- 42
que Ezras sacerdos et lector legis in be-
mate ligneo quod paratum fuerat. Stete- 43
rúntque cum eo Mathias, Samuas, Hana-
nias, Azarias, Urias, Hezekias, Baalsamus
à dextra. Et à siniftra; Paaldana, Misa- 44
jel, Malchias, Dotas, Tasub, Nabralai,
Zacharias. Et cùm accepisset Ezras 45
librum legis coram multitudine, (se-
debat enim in capite, cum gloria,
coram omnibus.) Cúmque solveret 46
legem, stabant omnes erecti. Et bene-
dixit Ezras Domino excelso omnipo-
tenti. Et exclamavit omnis populus; 47
Amen, Amen. Et sublatis in excelsum
manibus, prociderunt in terram adoran-
tes Dominum; Jesus, & Banias, & 48
Sarabias, & Neranias, Asabias, Saba-
tias, Hodias, Maanas, & Kalitas, Aza-
rias, Guzbad, Hananias, Pathus, Le-
vitæ;

Versio VULG. LAT.

49 Qui docebant legem Domini, & in multitudine lege-
bant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui
50 intelligebant lectionem. Et dixit Atharathes Esdiæ
Pontifici & lectori, & Levitis qui docebant multi-
51 tudinem. Dicens; Dies hic sanctus est Domino. Et
52 omnes flebant, cùm audissent legem. Et dixit Esdras;
Digressi ergò manducate pinguissima quæque, & bi-
bite dulcissima quæque, & mittite munera his qui
53 non habent. Sanctus enim est hic dies Domini, &
nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos.
54 Et Levitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes;
55 Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. Et abierunt o-
mnes manducare, & bibere, & epulari, & dare mu-
nera his qui non habebant, ut epularentur. Magnificè
56 enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et con-
gregati sunt universi in Jerusalem celebrare lætitiam,
secundùm testamentum Domini Dei Israel.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

49 Ἐδίδασκον τὸν νόμον (α) τῦ κυρίυ, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀνεγί-
νωσκον τὸν νόμον τῦ κυρίυ, ἐμφυσιῦντες ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν.
50 Καὶ εἶπεν Ἀτθαράτης (β) Ἔσδρᾳ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἀναγνώσῃ, καὶ
51 τοῖς Λευίταις τοῖς διδάσκουσι τὸ πλῆθος ἐπὶ πάντας, Ἡ
ἡμέρα αὕτη ἐστὶν ἁγία τῷ κυρίῳ· καὶ πάντες ἔκλαιον ἐν τῷ ἀκῦσαι
52 τῦ νόμυ· Βαδίσαντες ὖν φάγετε λιπάσματα, καὶ πίετε
γλυκάσματα, καὶ ἀποστείλατε ἀποστολὰς τοῖς μὴ ἔχυσιν·
53 Ἁγία γὰρ ἡ ἡμέρα τῷ (γ) κυρίῳ, καὶ μὴ λυπεῖσθε. ὁ γὰρ (δ) κύριος
54 δοξάσει ὑμᾶς. Καὶ οἱ Λευῖται ἐκέλευον (ε) παντὶ τῷ δήμῳ,
55 λέγοντες, Ἡ ἡμέρα αὕτη ἁγία, μὴ λυπεῖσθε. Καὶ ᾤχοντο
πάντες φαγεῖν καὶ πιεῖν καὶ εὐφραίνεσθαι, καὶ δῦναι ἀποστολὰς τοῖς
μὴ ἔχουσι, καὶ εὐφρανθῆναι μεγάλως, (ζ) ὅτι γὰρ ἐνεφυσιώ-
56 θησαν ἐν τοῖς ῥήμασιν οἷς ἐδιδάχθησαν, Καὶ ἐπισυν-
ήχθησαν.

Docebant legem Domini, & ad multitudinem lege- 49
bant legem Domini, exaltantes simul lectionem.
Et dixit Atthar ates Esdræ Pontifici, & lectori, 50
& Levitis, qui docebant multitudinem super
omnes; Dies hic sanctus est Domino. Et omnes 51
flebant, cùm audissent (b) legem. Digressi ergò 52
manducate pinguissima quæque, & bibite dulcis-
sima quæque: & mittite munera his qui non ha-
bent: Sanctus enim est hic dies Domino: Et no- 53
lite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et 54
Levitæ denuntiabant omni populo, dicentes; Dies
hic sanctus est: nolite mœsti esse. Et abierunt omnes 55
manducare, & bibere, & epulari, & dare mu-
nera his qui non habebant, & epulari magni-
ficè: (c) quoniam quidem sunt exaltati verbis,
quibus edocti sunt, Et congregati sunt. 56

MSA. (α) κυρίυ, * ἐμφυσιῦντες (β) Ἔζρᾳ (γ) κυρίῳ, μὴ (δ) θεὸς κύριος (ε) τὰ πάντα (ζ) ὅτι ἐνεφυσιώθησαν. Ἔζρας α΄.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible] 49
[illegible] 50
[illegible] 51
[illegible] 52
[illegible] 53
[illegible] 54
[illegible] 55
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]

Docebant legem Domini, & legebant 49
legem Domini multitudini, simul etiam
aspirantes lectioni. Et dixit Aphrates 50
Ezræ principi sacerdotum & lectori, Le-
vitísque qui docebant multitudinem de
omnibus; Dies hic sanctus est Domi- 51
no: (Et omnes flebant cùm audirent le-
gem:) Ite, edite pinguia, & bibite 52
dulcia, & mittite dona his quibus non
est. Sanctus enim est dies Domino: & 53
nolite mœrere, Dominus enim clarificat
vos. Et Levitæ præcipiebant toti po- 54
pulo, dicentes; Dies iste sanctus est, no-
lite mœrere. Et discesserunt omnes ut 55
ederent, & biberent, & hilares agerent,
& dona mitterent eis quibus non esset,
& lætarentur magnum in modum: Enim-
verò, quòd refrigerati essent verbis quæ
didicerant. Et congregati sunt.

Absolutus est.

Hic autem liber, primus est Ezræ: Quem quia non invenimus in exemplari simplici, descripsimus secundùm eum qui ex LXX. versus est.

LIBER ESDRÆ QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

1 LIBER Esdræ prophetæ secundus, filii Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii
2 Sadaniæ, filii Sadoch, filii Achitob, Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii
Ameriæ, filii Aziel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii
3 Abisei, filii Phinees, filii Eleazar, Filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit
4 captivus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. Et factum est
5 verbum Domini ad me, dicens; Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorum,
& filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, ut nuntient filiis filiorum:
6 Quia peccata parentum ipsorum in illis creverunt. Obliti enim meî sacrificaverunt
7 diis alienis. Nonne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo servitutis? Ipsi autem
8 irritaverunt me, & consilia mea spreverunt. Tu autem excute comam capitis tui,
& projice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus au-
9 tem est indisciplinatus. Usquequò eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli?
10 Reges multos propter eos subverti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum
11 ejus percussi. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente provinciarum
duarum populos Tyri & Sidonis dissipavi, & omnes adversarios eorum interfeci.
12 Tu verò loquere ad eos, dicens; Hæc dicit Dominus; Nempe ego vos per mare
13 transmeavi, & plateas vobis initio munitas exhibui, ducem vobis dedi Moysen &
14 Aaron sacerdotem: Lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabi-
15 lia feci in vobis: vos autem meî obliti estis, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus
omnipotens; Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic
16 murmurâstis: Et non triumphâstis in nomine meo de perditione inimicorum ve-
17 strorum, sed adhuc nunc usque murmurâstis. Ubi sunt beneficia, quæ præstiti
18 vobis? Nonne in deserto cùm esuriretis, proclamâstis ad me, Dicentes; Ut quid
nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat servire Ægyptiis,
19 quàm mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis Manna in escam.
20 Panem Angelorum manducâstis. Nonne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt
21 aquæ in saturitate? propter æstus foliis arborum vos texi. Divisi vobis terras
pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra projeci: quid
22 faciam vobis adhuc, dicit Dominus? Hæc dicit Dominus omnipotens; In de-
serto cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum,
23 Non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flu-
24 men. Quid tibi faciam, Jacob? Noluisti obedire, Juda. Transferam me ad alias
25 gentes, & dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea. Quoniam me dere-
liquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non mi-
26 serebor. Quando invocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculâstis enim manus
27 vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Non qua-
28 si me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens;
Nonne ego vos rogavi, ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix parvulos suos,
29 Ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego
30 vobis in patrem? Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modò au-
31 tem quid faciam vobis? Projiciam vos à facie mea. Oblationem cùm mihi attu-
leritis, avertam faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias
32 & circumcisiones repudiavi. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos ac-
ceptos interfecistis, & laniâstis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram:
33 dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens; Domus vestra deserta est:
34 Projiciam vos sicut ventus stipulam, Et filii procreationem non facient: quoniam
35 mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt. Tradam
domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non
36 ostendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquita-
37 tum eorum. Testor populi venientis gratiam, cujus parvuli exultant cum lætitia,
38 me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi. Et nunc, frater,
aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriente, Quibus dabo duca- 39
tum Abraham, Isaac, & Jacob, & Osee, & Amos, & Michææ, & Joel, & Abdiæ, &
Jonæ, Et Nahum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & 40
Angelus Domini vocatus est.

CAP. II.

HÆC dicit Dominus; Ego eduxi populum istum de servitute, quibus man- 1
data dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea
consilia. Mater quæ eos generavit, dicit illis; Ite filii, quia ego vidua sum 2
& derelicta. Educavi vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, 3
quoniam peccâstis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo fe-
cistis. Modò autem quid faciam vobis? ego vidua sum & derelicta: ite filii, 4
& petite à Domino misericordiam. Ego autem te, pater, testem invoco super ma- 5
trem filiorum, qui noluerunt testamentum meum servare, Ut des eis confusio- 6
nem & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Dispergantur in 7
gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreverunt sacramentum meum.
Væ tibi, Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim So- 8
domæ & Gomorrhæ, Quorum terra jacet in piceis glebis & aggeribus cinerum: sic da- 9
bo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. Hæc dicit Dominus ad 10
Esdram; Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Jerusalem, quod daturus eram
Israel. Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præpara- 11
veram illis. Lignum vitæ erit illis in odore unguenti, & non laborabunt, neq; fatiga- 12
buntur. Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, ut immorentur. Jam paratum est 13
vobis regnum: vigilate. Testare cœlum & terram. Contrivi enim malum, & crea- 14
vi bonum, quia vivo ego, dicit Dominus. Mater, amplectere filios tuos, educa illos 15
cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus.
Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cogno- 16
vi nomen meum in Israel. Noli timere, mater filiorum: quoniam te elegi, dicit Do- 17
minus. Mittam tibi adjutorium pueros meos Isajam & Jeremiam, ad quorum con- 18
silium sanctificavi & paravi tibi arbores duodecim gravatas variis fructibus, Et 19
totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immensos septem, habentes rosam & li-
lium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduam justifica, pupillo judi- 20
ca, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, Confractum & debilem cura, clau- 21
dum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admit- 22
te. Senem & juvenem intra muros tuos serva: Mortuos ubi inveneris, signans 23
commenda sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. Pau- 24
sa & quiesce, populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona, nutri filios tuos, 25
confirma pedes eorum. Servos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim 26
requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cùm enim venerit dies pressuræ & angu- 27
stiæ, alii plorabunt, & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris. Zelabunt 28
gentes, & nil adversus te poterunt, dicit Dominus. Manus meæ tegent te, ne fi- 29
lii tui gehennam videant. Jucundare, mater, cum filiis tuis, quia ego te eripiam, 30
dicit Dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de 31
lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam: quoniam misericors sum, dicit
Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos usque [illegible] venio, & præstem illis 32
misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & [illegible] non deficiet. Ego 33
Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, ut [illegible] ad Israel: ad quos
cùm venirem, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini: Ideóque 34
vobis dico, gentes, quæ auditis, & intelligitis; Expectate pastorem vestrum, requiem
æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille qui in fine seculi adveniet.
Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem tem- 35
poris. Fugite umbram seculi hujus: accipite jucunditatem gloriæ vestræ, Ego te- 36
stor palàm Salvatorem meum. Commendatum donum accipite, & jucundamini, gra- 37
tias agentes ei qui vos ad cœlestia regna vocavit.

38 Surgite & state, & videte numerum signatorum in convivio Domini, Qui se
39 de umbra seculi transtulerunt, splendidas tunicas à Domino acceperunt. Reci-
40 pe, Sion, numerum tuum, & conclude candidatos tuos qui legem Domini com-
41 pleverunt. Filiorum tuorum,quos optabas,plenus est numerus. Roga imperium Do-
42 mini, ut sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab initio. Ego Esdras vidi in
monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis col-
43 laudabant Dominum. Et in medio eorum erat juvenis statura celsus, eminentior
omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exalta-
44 batur: Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogavi angelum, & dixi; Qui sunt
45 hi, Domine? Qui respondens dixit mihi; Hi sunt qui mortalem tunicam depo-
suerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: Modò coro-
46 nantur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo; Ille juvenis quis est, qui eis co-
47 ronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi; Ipse est
Filius Dei, quem in seculo confessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui forti-
48 ter pro nomine Domini steterunt. Tunc dixit mihi angelus; Vade, annuntia po-
pulo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

CAP. III.

1 ANno trigesimo ruinæ civitatis, eram in Babylone, & conturbatus sum super cu-
2 biculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum: Quoni-
3 am vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. Et
4 ventilatus est spiritus meus valdè, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata, Et
dixi; O dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantâsti terram, & hoc
5 solus, & imperâsti populo, Et dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmen-
tum manuum tuarum erat, & insufflâsti in eum spiritum vitæ,& factus est vivens co-
6 ram te: Et induxisti eum in paradiso,quem plantaverat dextera tua, antequàm terra
7 adventaret. Et huic mandâsti diligere viam tuam, & præterivit eam, & statim in-
stituisti in eo mortem,& in nationibus ejus,& natæ sunt gentes, & tribus,& populi, &
8 cognationes,quarum non est numerus. Et ambulavit unaquæque gens in voluntate
9 sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua. Iterùm autem in tempo-
10 re induxisti diluvium super inhabitantes seculum,& perdidisti eos. Et factum est
11 in unoquoque eorum,sicut Adæ mori, sic his diluvium. Dereliquisti autem unum ex
12 his Noe cum domo sua,& ex eo justi omnes. Et factum est cùm cœpissent multipli-
cari,qui habitabant super terram, & multiplicaverunt filios & populos & gentes mul-
13 tas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quàm priores. Et factum est cùm
14 iniquitatem facerent coram te,elegisti tibi virum ex his,cui nomen erat Abraham. Et
15 dilexisti eum, & demonstrâsti ei soli voluntatem tuam: Et disposuisti ei testamentum
æternum, & dixisti ei ut non unquam derelinqueres semen ejus. Et dedisti ei Isaac, &
16 Isaac dedisti Jacob & Esau. Et segregâsti tibi Jacob,Esau autem separâsti. Et factus
17 est Jacob in multitudine magna. Et factum est cùm educeres semen ejus ex Ægypto,
18 adduxisti super montem Sina. Et inclinâsti cœlos, & statuisti terram, & commovisti
19 orbem,& tremere fecisti abyssos, & conturbâsti seculum, Et transiit gloria tua portas
quatuor, ignis, & terræmotûs, & spiritûs, & gelu, ut dares semini Jacob legem &
20 generationi Israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex
21 tua in eis fructum Cor enim malignum bajulans primus Adam,transgressus & victus
22 est, sed & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas, & lex cum
corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit ma-
23 lignum. Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitâsti tibi servum nomine
24 David, Et dixisti ei ædificare civitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus &
25 oblationes. Et factum est hoc annis multis, & deliquerunt qui habitabant civitatem,
26 In omnibus facientes sicut fecit Adam & omnes generationes ejus: utebantur
27 enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum
28 tuorum. Numquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc
29 dominabitur Sion? Factum est cùm venissem huc, & vidissem impietates, quarum
non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc trigesimo anno,
30 & excessit cor meum: Quoniam vidi quomodò sustines eos peccantes, & peper-
cisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conservâsti inimicos tuos, &
31 non significâsti. Nihil memini quomodò debeat derelinqui via hæc. Numquid me-
32 liora facit Babylon quàm Sion? Aut alia gens cognovit te præter Israel? aut quæ
33 tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Jacob? Quarum merces non comparuit,
neque labor fructificavit. Pertransiens enim pertransivi in gentibus, & vidi abundan-
34 tes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. Nunc ergò pondera in statera no-
stras iniquitates, & eorum qui habitant in seculo: & non invenietur nomen tuum,nisi
35 in Israel. Aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant terram?
36 aut quæ gens sic observavit mandata tua? Hos quidem per nomina invenies servâsse
mandata tua, gentes autem non invenies.

CAP. IV.

1
2 ET respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Uriel, Et
dixit mihi; Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehendere co-
3 gitas viam Altissimi. Et dixi; Ita, Domine meus. Et respondit mihi, & dixit;
Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram
4 te. De quibus mihi si renuntiaveris unam ex his, & ego tibi demonstrabo viam,
5 quam desideras videre, & docebo te, unde sit cor malignum. Et dixi; Lo-
quere, Domine meus. Et dixit ad me; Vade, pondera mihi ignis pondus, aut
6 mensura mihi flatum venti, aut revoca mihi diem quæ præteriit. Et respondi,
7 & dixi: Quis natorum poterit facere, ut me interroges de his? Et dixit ad
me; Si essem interrogans te, dicens; Quantæ habitationes sunt in corde maris,
aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firma-
8 mentum, aut qui sunt exitus paradisi: Diceres mihi fortassis; In abyssum non
9 descendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum unquam ascendi. Nunc
autem non interrogavi te, nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à
10 quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. Et dixit mihi; Tu
11 quæ tua sunt tecum coadolescentia, non potes cognoscere: Et quomodò po-
terit vas tuum capere Altissimi viam, & jam exteriùs corrupto seculo intelligere cor-
12 ruptionem evidentem in facie mea? Ex dixi illi; Melius erat nos non esse, quàm
13 adhuc viventes vivere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. Et
respondit ad me, & dixit; Proficiscens profectus sum ad sylvam lignorum campi,
14 & cogitaverunt cogitationem. Et dixerunt; Venite & eamus, & faciamus ad mare
15 bellum, ut recedat coram nobis, & faciamus nobis alias sylvas. Et similiter fluctus
maris & ipsi cogitaverunt cogitationem, & dixerunt; Venite ascendentes, debellemus
16 sylvas campi, ut & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est
17 cogitatus sylvæ in vanum: venit enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & cogi-
18 tatus fluctuum maris: stetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim esses judex ho-
19 rum, quem inciperes justificare,aut quem condemnare? Et respondi,& dixi; Utique
vanam cogitationem cogitaverunt: terra enim data est sylvæ, & mari locus portare
20 fluctus suos. Et respondit ad me,& dixit; Benè tu judicâsti, & quarè non judicâsti
21 tibimetipsi. Quemadmodùm enim terra sylvæ data est,& mare fluctibus suis: sic qui
super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodò possunt: & qui
22 super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum. Et respondi,& dixi; Deprecor te,Do-
23 mine,ut mihi detur sensus intelligendi. Non enim volui interrogare de superioribus
tuis, sed de his quæ p[illegible]nseant per nos quotidie; Propter quid Israel datus in op-
probrium gentibu[illegible]existi populum, datus est tribubus impiis, & lex patrum
24 nostrorum in interit[illegible]acta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: Et per-
transivimus de secu[illegible] locustæ, & vita nostra stupor & pavor, & nec digni sumus
25 misericordiam c[illegible]sequi. Sed quid faciet nomini suo quod invocatum est super
26 nos? & de his interrogavi. Et respondit ad me, & dixit; Si fueris plurimum
scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat seculum pertransire,
Et non capit portare quæ in futuris temporibus justis repromissa sunt: quoniam ple- 27
num injustitia est seculum hoc & infirmitatibus. De quibus autem interrogas, di- 28
cam: Seminatum enim est malum,& necdum venit destructio ipsius. Si ergò non in- 29
versum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus ubi seminatum est malum, non
veniet ubi seminatum est bonum. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in 30
corde Adam ab initio: & quantum impietatis generavit usque nunc, & generat us-
que cùm veniat area? Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fru- 31
ctum impietatis generavit: Quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, 32
quàm magnam aream incipient facere? Et respondi, & dixi; Quomodò, & quando 33
hæc? Quarè modici & mali anni nostri? Et respondit ad me,& dixit mihi; Non festi- 34
nes tu super Altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum, nam excessus
tuus multus. Nonne de his interrogaverunt animæ justorum in promptuariis 35
suis, dicentes; Usquequò spero sic? & quando veniet fructus areæ mercedis no-
stræ? Et respondit ad ea Jeremiel archangelus, & dixit; Quando impletus fu- 36
erit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderavit seculum, Et men- 37
surâ mensuravit tempora, & numero numeravit tempora, & non commovit nec
excitavit usquedum impleatur prædicta mensura. Et respondi, & dixi; O domina- 38
tor Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne fortè propter nos 39
non impleantur justorum areæ, propter peccata inhabitantium super terram. Et re- 40
spondit ad me,& dixit; Vade, & interroga prægnantem, si quando impleverit novem
menses suos, adhuc poterit matrix ejus retinere partum in semetipsa? Et dixi; Non 41
potest,Domine. Et dixit ad me; In inferno promptuaria animarum matrici assimilata
sunt. Quemadmodùm enim illa festinat quæ parit effugere necessitatem partûs: sic 42
& hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his 43
quæ concupiscis videre. Et respondi,& dixi;Si inveni gratiam ante oculos tuos,& si 44
possibile est,& si idoneus sum, Demonstra mihi,si plusquàm præteritum sit habet ve- 45
nire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransivit, scio:quid 46
autem futurum sit, ignoro. Et dixit ad me; Sta super dexteram partem, & demon- 47
strabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti,& vidi: & ecce fornax ardens 48
transit coram me, & factum est, cùm transiret flamma, vidi,& ecce superavit fumus.
Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluviam impetu multam: 49
& cùm transiisset impetus pluviæ, superaverunt in ea guttæ. Et dixit ad me; Cogi- 50
ta tibi: sicut crescit pluvia ampliùs quàm guttæ, & ignis quàm fumus:sic superab-
undavit quæ transivit mensura. Superaverunt autem guttæ, & fumus: Et oravi, & 51
dixi; Putas vivo usque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me, 52
& dixit; De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere:de vita autem
tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant 1
terram in censu multo: & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio: Et 2
multiplicabitur injustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti
olim: Et erit imposito vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt 3
eam desertam. Si autem tibi dederit Altissimus vivere, videbis post tertiam tu- 4
bam, & relucescet subitò Sol noctu, & luna ter in die, Et de ligno sanguis 5
stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commovebuntur. Et regnabit, 6
quem non sperant qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem fa-
cient: Et mare Sodomiticum pisces rejiciet, & dabit vocem noctu,quam non no- 7
verant multi, omnes autem audient vocem ejus, Et chaos fiet per loca multa, & 8
ignis frequenter remittetur,& bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstrua-
tæ parient monstra, Et in dulcibus aquis salsæ invenientur, & amici omnes semet- 9
ipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in prom-
ptuarium suum: Et quæretur à multis, & non invenietur: & multiplicabi- 10
tur injustitia, & incontinentia super terram. Et interrogabit regio proximam 11
suam, & dicet; Numquid per te pertransiit justitia justum faciens? Et hoc ne-
gabit. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: labo- 12
rabunt, & non dirigentur viæ eorum. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi: 13
& si oraveris iterùm & ploraveris, sicut & nunc, & jejunaveris septem diebus,
audies iteratò horum majora. Et evigilavi, & corpus meum horruit valdè: 14
& anima mea laboravit, ut deficeret: Et tenuit me qui venit angelus, qui loque- 15
batur in me, & confortavit me, & statuit me super pedes. Et factum est in nocte 16
secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi; Ubi eras? & quarè
vultus tuus tristis? An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione trans- 17
migrationis eorum? Exurge ergò, & gusta panem, & non derelinquas nos, sicut 18
pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei; Vade à me, 19
& non appropies ad me. Et audivit, ut dixi: & recessit à me. Et ego jejunavi 20
diebus septem ululans & plorans, sicut mihi mandavit Uriel Angelus. Et fa- 21
ctum est post dies septem,& iterùm cogitationes cordis mei molestæ erant mihi val-
dè, Et resumpsit anima mea spiritum intellectûs: & iterùm cœpi loqui coram 22
Altissimo sermones, Et dixi; Dominator Domine, ex omni sylva terræ, & omni- 23
bus arboribus ejus, elegisti vineam unicam: Et ex omni terra orbis, elegisti tibi 24
foveam unam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium unum: Et ex 25
omnibus abyssis maris, replêsti tibi rivum unum: & ex omnibus ædificatis civitati-
bus, sanctificâsti tibimetipsi Sion: Et ex omnibus creatis volatilibus, nominâsti tibi 26
columbam unam: & ex omnibus plasmatis pecoribus,providisti tibi ovem unam: Et 27
ex omnibus multiplicatis populis, acquisivisti tibi populum unum: & ab omnibus
probatam legem, donâsti huic quem desiderâsti populo. Et nunc, Domine, ut quid 28
tradidisti unum pluribus? Et præparâsti super unam radicem alias, & disperdidisti
unicum tuum in multis: Et conculcaverunt eum, qui contradicebant sponsionibus 29
tuis,quique tuis testamentis non credebant. Et si odiens odisti populum tuum, 30
tuis manibus debet castigari. Et factum est, cùm locutus essem sermones, & missus 31
est angelus ad me,qui antè venerat ad me præterita nocte, Et dixit mihi; Audi me, 32
& instruam te: & intende mihi, & adjiciam coram te. Et dixi; Loquere,Do- 33
mine meus. Et dixit ad me; Valdè tu in excessu mentis factus es pro Israel: an
plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum; Non, Domine, sed do- 34
lens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem
apprehendere semitam Altissimi, & investigare partem judicii ejus. Et di- 35
xit ad me; Non potes. Et dixi; Quarè, Domine? ad quid nascebar, aut quarè
non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Jacob,
& defatigationem generis Israel? Et dixit ad me; Numera mihi quæ necdum ve- 36
nerant,& collige mihi dispersas guttas, & revirida mihi aridos flores, Et aperi mihi 37
clausa promptuaria,& produc mihi inclusos in eis flatus; demonstra mihi vocis ima-
ginem: & tunc ostendam tibi laborem quem rogas videre. Et dixi; Dominator Do- 38
mine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non
habet? Ego autem insipiens: & quomodò potero dicere de his quibus me in- 39
terrogâsti? Et dixit ad me; Quomodò non potes facere unum de his quæ dicta sunt: 40
sic non poteris invenire judicium meum, aut in fine charitatem quam populo promisi.
Et dixi; Sed ecce,Domine,tu propè es his qui in finem sunt: & quid facient qui ante 41
me fuerunt,aut nos,aut hi qui post nos? Et dixit ad me; Coronæ assimilabo judicium 42
meum. Sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. Et respondi, & 43
dixi; Nec poteras facere eos qui facti sunt,& qui sunt, & qui futuri sunt, in unum, ut
celeriùs judicium tuum ostendas? Et respondit ad me, & dixit; Non potest festinare 44
creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt,in unum.
Et dixi; Quo modo dixisti servo tuo,quoniam vivificans vivificâsti à te creatam crea- 45
turam in unum,& sustinebat creatura,poterit & nunc portare præsentes in unum. Et 46
dixit ad me; Interroga matricem mulieris,& dices ad eam; Et si paris,quarè per
tempus? Roga ergò eam,ut det decem in unum. Et dixi; Non utique poterit,sed se- 47
cundùm tempus. Et dixit ad me;Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt su- 48
per eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit ea,quæ senum sunt: sic 49
ego disposui à me creatum seculum. Et interrogavi,& dixi; Cùm jam dederis mihi 50
viam, loquar coram te: nam mater nostra,de qua dixisti mihi, Adhuc juvenis
est; jam senectuti appropinquat. Et respondit ad me, & dixit: Interroga eam 51
quæ

52 quæ parit, & dicit tibi. Dices enim ei, Quare quos peperisti, nunc non sunt simi-
53 les his qui ante te, sed minores statura? Et dicet tibi & ipsa: Alii sunt qui in juven-
tute virtutis nati sunt: & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati.
54 Considera ergo & tu quoniam minori statura estis præ his qui ante vos: Et qui post
55 vos, minori quàm vos, quasi jam senescentes creaturæ, & fortitudinem juventutis
prætereuntes. Et dixi: Rogo Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, demon-
stra servo tuo, per quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

1 ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam starent exitus sæculi, & ante-
2 quam spirarent conventiones ventorum, Et antequam sonarent voces tonitruum,
& antequam splenderent nitores coruscationum, & antequam confirmarentur funda-
3 menta paradisi, Et antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur
4 motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, Et
antequam extollerentur altitudines aëris, & antequam nominarentur mensuræ fir-
5 mamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion, Et antequam investigarentur
præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinventiones,
6 & consignati essent qui fidem thesaurizaverunt: Tunc cogitavi, & facta sunt per
7 me solum, & non per alium: & finis per me, & non per alium. Et respondi & dixi:
8 Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium? Et
dixit ad me: Ab Abraham usque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau,
9 manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau: Finis enim hujus sæculi Esau, &
10 principium sequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli
11 quærere Esdra. Et respondi, & dixi: O dominator Domine, si inveni gratiam
12 ante oculos tuos, Oro ut demonstres servo tuo finem signorum tuorum, quorum
13 partem mihi demonstrasti nocte præcedenti. Et respondit, & dixit ad me: Surge
14 super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. Et erit sicut commotio, nec
15 commovebitur locus, in quo stes super eum. Ideò cùm loquitur tu non expaveas, quo-
16 niam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur, Quoniam de ipsis sermo
17 tremiscit & commovetur, scit enim quoniam finem eorum oportet commutari. Et
factum est, cùm audissem, surrexi super pedes meos, & audivi: & ecce vox loquens,
18 & sonus ejus sicut sonus aquarum multarum. Et dixit: Ecce dies veniunt, & erit
19 quando appropinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra: Et quando inquire-
re incipiam ab eis qui injustè nocuerunt injustitia sua, & quando suppleta fuerit humi-
20 litas Sion. Et cùm supersignabitur sæculum quod incipient pertransire, hæc signa faci-
21 am: Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, Et anniculi
infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium &
22 quatuor mensium, & vivent, & suscitabuntur. Et subitò apparebunt seminata loca
23 non seminata, & plena promptuaria subitò invenientur vacua: Et turba canet cum
24 sono; quam cùm omnes audierint, subito expavescent. Et erit in illo tempore, debel-
labunt amici amicos ut inimici, & expavescet terra cum his: & venæ fontium stabunt,
25 & non decurrent in horis tribus: Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis
quibus prædixi tibi, ipse salvabitur, & videbit salutare meum, & finem sæculi vestri.
26 Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt à nativitate sua, &
27 mutabitur cor inhabitantium, & convertetur in sensum alium. Delebitur enim ma-
28 lum, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur
29 veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factum est cùm loqueretur mihi, & ecce
30 paulatim intuebar super eum ante quem stabam, Et dixit ad me hæc: Veni tibi o-
31 stendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterùm rogaveris, & iterùm jejunaveris
32 septem diebus, iterùm tibi renuntiabo horum majora per diem quàm audivi. Audi-
ta est enim vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & providit
33 pudicitiam, quam à juventute tua habuisti: Et propter hoc misit me demonstrare
34 tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, Et noli festinare cum prio-
35 ribus temporibus cogitare vana, & non properes à novissimis temporibus. Et factum
est post hæc, & flevi iterùm: & similiter jejunavi septem diebus, ut suppleam tres heb-
36 domadas, quæ dictæ sunt mihi. Et factum est in octava nocte, & cor meum turbabatur
37 iteratò in me, & cœpi loqui coram Altissimo. Inflammabatur enim spiritus meus
38 valdè, & anima mea anxiabatur. Et dixi, O Domine, loquens locutus es ab initio
39 creaturæ, in primo die dicens, Fiat cœlum & terra: & tuum verbum opus perfectum.
Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis
40 nondum erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo
41 appareret opus tuum. Et die secundo creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei ut
divideret & divisionem faceret inter aquas, ut pars quædam sursum recederet, pars ve-
42 rò deorsum maneret. Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ:
sex verò partes siccasti & conservasti, ut ex his sint coram te ministrantia seminata à
43 Deo, & culta. Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat. Processit
44 enim subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multi-
formes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti investigabilis, & die
45 tertia hæc facta sunt. Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lu-
46 men, stellarum dispositionem: Et imperasti eis, ut deservirent futuro plasmato
47 homini. Quinto autem die dixisti septimæ parti, ubi erat aqua congregata, ut
48 procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. Aqua muta, & sine
anima, quæ Dei nutu jubebantur, animalia faciebat, ut ex hoc mirabilia tua na-
49 tiones enarrent. Et tunc conservasti duas animas: nomen uni vocasti Henoch, &
50 nomen secundæ vocasti Leviathan, Et separasti ea ab alterutro. Non enim po-
51 terat septima pars, ubi erat aqua congregata, capere ea. Et dedisti Henoch unam
52 partem, quæ siccata est tertio die, ut habitet in ea ubi sunt montes mille. Levia-
than autem dedisti septimam partem humidam, & servasti eam, ut fiat in devo-
53 rationem quibus vis, & quando vis. Sexto autem die imperasti terræ, ut crea-
54 ret coram te jumenta, & bestias, & reptilia: Et super his Adam: quem consti-
tuisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quem-
55 que elegisti populum. Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos
56 creasti sæculum. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoni-
am salivæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.
57 Et nunc Domine, ecce istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt domi-
58 nari nostri, & devorare: Nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum
59 unigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum: Et si propter
nos creatum est sæculum, quare non hereditatem possidemus cum sæculo? Usque-
quò hæc?

CAP. VII.

1 ET factum est, cùm finissem loqui verba hæc, missus est ad me Angelus qui missus
2 fuerat ad me primis noctibus, Et dixit ad me: Surge Esdra, & audi sermones quos
3 veni loqui ad te. Et dixit; Loquere Deus meus. Et dixit ad me: Mare positum est in spa-
4 tioso loco, ut esset altū & immensum: Erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut
5 esset similis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel do-
6 minari ejus: si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit? Item
aliud: Civitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autem plena omnium
7 bonorum. Introitus ejus angustus & in præcipiti positus, ut esset à dextris quidem
8 ignis, à sinistris aqua alta: Semita autem est una sola inter eos posita, hoc est, inter
9 ignem & aquam, ut non capiat semita, nisi solummodò vestigium hominis. Si autem
dabitur civitas homini in hereditatem, si nunquam antepositum periculum pertransi-
10 erit, quomodo accipiet hereditatem suam? Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic
11 est & Israel pars. Propter eos enim feci sæculum, & quando transgressus est Adam
12 constitutiones meas, judicatum est quod factum est. Et facti sunt introitus hujus sæ-
culi angusti, & dolentes, & laboriosi: pauci autem & mali, & periculorum pleni: &
13 labore magnoperè fulti. Nam majoris sæculi introitus spatiosi & securi, & facientes
14 immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes non fuerint ingressi qui vivunt, angusta &
15 vana hæc: non poterunt recipere quæ sunt reposita. Nunc ergo quare tu contur-
16 baris, cùm sis corruptibilis? & quid moveris tu, cùm sis mortalis? Et quare non ac-
cepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti? Respondi & dixi, Domi- 17
nator Domine, ecce deposuisti lege tua, quoniam justi hereditabunt hæc, impii
autem peribunt. Justi autem ferent angusta, sperantes spatiosa. Qui enim 18
impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa non videbunt. Et dixit 19
ad me, Non est judex super Deum, neque intelligens super Altissimum. Pe- 20
reunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ anteposita est Dei lex. Man- 21
dans enim mandavit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viverent,
& quid observantes non punirentur. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt 22
ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis, & proposuerunt sibi circumventio- 23
nes delictorum, & superdixerunt Altissimo non esse, & vias ejus non cognoverunt,
Et legem ejus spreverunt, & sponsiones ejus abnegaverunt, & in legitimis ejus 24
fidem non habuerunt, & opera ejus non perfecerunt. Propter hoc Esdra vacua 25
vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa quæ 26
prædixi tibi, & apparebit sponsa, & apparescens ostendetur quæ nunc subduci-
tur terra: Et omnis qui liberatus est de prædictis malis ipse videbit mirabilia mea. 27
Revelabitur enim filius meus IESUS cum his qui cum eo sunt, & jucundabuntur 28
qui relicta sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius me- 29
us CHRISTUS, & omnes qui spiramentum habent homines. Et convertetur 30
sæculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus judiciis, ita ut
nemo derelinquatur. Et erit post dies septem, & excitabitur quod nondum vigilat 31
sæculum, & morietur corruptum: Et terra reddet quæ in ea dormiunt, & pulvis 32
qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt ani-
mæ. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii, & pertransibunt miseriæ, & 33
longanimitas congregabitur. Judicium autem solum remanebit, veritas stabit, & 34
fides convalescet, Et opus subsequetur, & merces ostendetur, & justitiæ vigila- 35
bunt, & injustitiæ non dominabuntur. Et dixi, Primus Abraham propter Sodo- 36
mitas oravit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccaverint, Et qui post eum 37
pro Israel in diebus Achaz & Samuelis, David pro confractione, & Solomon pro 38
eis qui venerant in sanctificationem: Et Elias pro his qui pluviam acceperunt, & 39
pro mortuo ut viveret, Et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi 40
pro multis. Si ergo modò quando corruptibile increvit, & injustitia multiplicata 41
est, & oraverunt justi pro impiis; quare & nunc sic non erit? Et respondit ad me, 42
& dixit: Præsens sæculum non est finis, gloria in eo frequens manet: propter hoc
oraverunt pro invalidis. Dies enim judicii erit finis temporis hujus, & initium 43
temporis futuræ immortalitatis, in quo transivit corruptela: Soluta est intempe- 44
rantia, abscissa est incredulitas: crevit autem justitia, orta est veritas. Tunc enim 45
nemo poterit salvare eum qui periit, neque demergere qui vicit. Et respondi, Et 46
dixi, Hic est sermo meus primus & novissimus, quoniam melius erat non dare ter-
ram Adam, vel cùm jam dedisset, coercere eum ut non peccaret. Quid enim prodest 47
hominibus, in præsenti vivere in tristitia, & mortuos sperare punitionem? O tu 48
quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster
qui ex te advenimus. Quid enim prodest nobis, si promissum est nobis immortale tem- 49
pus; nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta est nobis perennis 50
spes, nos verò pessimi vani facti sumus. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula 51
sanitatis & securitatis: nos verò malè conversati sumus. Et quoniam reposita est 52
gloria Altissimi, protegere eos qui tardè conversati sunt: nos autem pessimis viis
ambulavimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cujus fructus incorruptus perse- 53
verat, in quo est securitas & medela: Nos verò non ingrediemur, in ingratis enim 54
locis conversati sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui absti- 55
nentiam habuerunt; nostræ autem facies super tenebras nigræ. Non enim cogita- 56
vimus viventes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus post mortem pati.
Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamentum certaminis quod certabit qui super 57
terram natus est homo. Ut si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem vicerit, 58
recipiet quod dico: Quoniam hæc est vita quam Moyses dixit cùm viveret ad po- 59
pulum, dicens, Elige tibi vitam, ut vivas. Non crediderunt autem ei, sed nec post 60
eum prophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos. Quoniam non esset tristitia in 61
perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus.
Et respondi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus est Altissimus misericors in eo, 62
quòd miseratur his qui nondum in sæculo advenerunt, & quòd miseretur illis qui 63
conversionem faciunt in lege ejus: Et longanimis est, quoniam longanimitatem 64
præstat his qui peccaverunt quasi suis operibus: Et munificus est, quoniam quidem 65
donare vult pro exigentiis: Et multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis 66
misericordias his qui præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt. Si e- 67
nim non multiplicaverit misericordias suas, non vivificabitur sæculum cum his qui
inhereditabunt in eo. Et donat: quoniam si non donaverit de bonitate sua, ut alle- 68
ventur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima
pars vivificari hominum. Et judex si non ignoverit his qui curati sunt verbo ejus, & 69
deleverit multitudinem contentionum: non fortassis derelinquerentur in innumera-
bili multitudine, nisi pauci valdè.

CAP. VIII.

ET respondit ad me, & dixit, Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos, futurum 1
autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quomodo 2
autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde
fiat fictile, parvum autem pulverem unde aurum fit: sic & actus presentis sæculi. Mul- 3
ti quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur. Et respondi, & dixi, Absorbe ergo 4
anima sensum, & devora quod sapit. Convenisti enim obaudire, & prophetare vo- 5
lens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo vivere. O Domine, si 6
non permittes servo tuo, ut oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui
culturam, unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit lo-
cum hominis? Solus enim es, & una plasmatio nos sumus manuum tuarum, si- 7
cut locutus es: & quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas 8
membra: conservatur in igne & aqua tua creatio: & novem mensibus patitur tua
plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est: ipsum autem quod servat, & 9
quod servatur, utraque servabuntur: servataque quandoque iterum reddit ma-
trix, quæ in ea creverunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis 10
præbere lac fructui mamillarum, Ut nutriatur id quod plasmatum est usque in tem- 11
pus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ. Enutristi eum tua justitia, 12
& erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis eum 13
ut tuam creaturam: & vivificabis eum ut opus tuum. Si ergo perdideris eum qui 14
tantis laboribus plasmatus est; tuo jussu facile est ordinari, ut & id quod
fiebat servaretur. Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis: 15
de populo autem tuo, ob quem doleo; Et de hereditate tua, propter 16
quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Ja- 17
cob, propter quem doleo: Ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis 18
quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram. Sed audivi celeritatem 19
judicis qui futurus est. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, &
loquar coram te. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur: & dixi, Do- 20
mine, qui inhabitas sæculum, cujus oculi elevati in superna & aëre: Et cujus 21
thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus angelo-
rum cum tremore; quorum servatio in vento & igni convertitur: cujus verbum 22
verum, & dicta perseverantia: Cujus jussio fortis, & dispositio terribilis: cujus aspe- 23
ctus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur:
Exaudi orationem servi tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim 24
vivo, loquar: & dum sapio, respondebo: Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi 25
in veritate serviunt. Nec intendas impia gentium studia, [illegible] qui tua testimonia cum 26
doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo [illegible] conversati sunt, sed 27
memorare qui ex voluntate tua timorem cognoverunt. [illegible] ris perdere, qui 28
pecudum mores habuerunt: sed respicias eos qui legem tuam [illegible] ndidè docuerunt. 29
Nec indigneris eis qui bestiis pejores judicati sunt: sed diligas eos qui semper in tua 30
justitia confidunt & gloria. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: 31
tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desideraveris ut nostri 32

misereris, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera justitiæ.
33 Justi enim, quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient merce-
34 dem. Quid est enim homo, ut ei indigneris: aut genus corruptibile, ut ita amarus
35 sis de ipso? In veritate enim, nemo de genitis est, qui non impiè gessit; & de con-
36 fitentibus, qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur justitia tua, & bonitas tua,
37 Domine, cùm misertus fueris eis non habent substantiam bonorum operum. Et re-
spondit ad me, & dixit: Recte locutus es aliqua: & juxta sermones tuos, sic & fiet.
38 Quoniam non verè cogitabo super plasma eorum qui peccaverunt ante mortem, ante
39 judicium, ante perditionem; Sed jucundabor super justorum figmentum, & memo-
40 rabor peregrinationis quoque, & salvationis, & mercedis receptionis. Quomodo ergo
41 locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plan-
tationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt salvantur,
sed nec omnia quæ plantata sunt radicabunt, sic & qui in sæculo seminati sunt, non
42 omnes salvabuntur. Et respondi, & dixi: Si inveni gratiam, loquar. Quomodo
43 semen agricolæ si non ascenderit aut non acceperit pluviam tuam in tempore, aut si
44 corruptum fuerit multitudine pluviæ, Sic perit: & similiter homo qui manibus tuis
plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia
45 plasmasti, & similasti semini agricolæ. Non irascaris super nos, sed parce populo
46 tuo, & miserere hereditati tuæ. Tu autem creaturæ misereris. Et respondit ad me,
47 & dixit: Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi
restat, ut possis diligere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi pro-
48 ximavi, injustis autem nunquam. Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo. Quo-
49 niam humiliasti te sicut decet te: & non judicasti te, ut inter justos plurimum glo-
50 rificeris. Propter quod miseriæ multæ & miserabiles efficientur eis qui habitant sæ-
51 culum in novissimis: quia in multa superbia ambulaverunt. Tu autem pro te in-
52 tellige, & de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradisus, plan-
tata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædi-
53 ficata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapientia. Ra-
dix mali signata est à vobis: infirmitas, & tinea à vobis absconsa est: & in infernum
54 fugit corruptio in oblivione. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus
55 immortalitatis. Noli ergo adjicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt.
56 Nam & ipsi accipientes libertatem, spreverunt Altissimum, & legem ejus contempse-
57 runt, & vias ejus dereliquerunt. Adhuc autem justos ejus conculcaverunt, & dixe-
58 runt in corde suo non esse Deum, & quidem scientes quoniam moriuntur. Sicut
59 enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt.
60 non enim voluit hominem disperdi. Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinaverunt no-
61 men ejus qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparavit eis vitam. Quapropter
62 judicium meum modò appropinquat. Quæ non omnibus demonstravi, nisi tibi,
63 & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi: Ecce nunc Domine demonstrasti mihi
multitudinem signorum, quæ incipies facere in novissimis: sed non demonstrasti
mihi quo tempore.

CAP. IX.

1 ET respondit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in semetipso: & erit cùm
2 videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, Tunc in-
telliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare sæculum quod
3 ab eo factum est. Et quando videbitur in sæculo motio locorum & populorum tur-
4 batio, Tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerant
5 ante te ab initio. Sicut enim omne quod factum est in sæculo initium habet, pari-
6 ter & consummationem, & consummatio est manifesta: Sic & Altissimi tempora initia
habent manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.
7 Et erit, omnis qui salvus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per
8 fidem in qua credidistis, Relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum
9 in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificavi me à sæculo. Et tunc misere-
buntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas pro-
10 jecerunt in contemptu. Qui enim non cognoverunt me, viventes beneficia consecu-
11 ti: Et qui fastidierunt legem meam, cùm adhuc erant habentes libertatem: Et cùm
12 adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreverunt: hos o-
13 portet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse,
quomodo impii cruciabuntur: sed inquire quomodo justi salvabuntur, & quorum sæ-
14 culum, & propter quos sæculum, & quando. Et respondi, & dixi, Olim locutus
15 sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt quam qui salva-
16 buntur: Sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit,
17 Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator,
18 talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat sæculi. Et
nunc cùm essem parans eis, his qui nunc sunt, antequam fieret sæculum, in quo
19 habitarent: & nemo mihi contradixit. Tunc enim quisque, & nunc creator in mun-
do hoc parato, & mense indeficienti, & lege investigabili corrupti sunt mores eorum.
20 Et consideravi sæculum, & ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo adve-
21 nerunt. Et vidi, & peperci ei valdè: & servavi mihi acinum de botro, & plantatio-
22 nem de tribu multa. Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & servetur aci-
23 nus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. Tu autem si adhuc in-
24 tromittas septem dies alios, sed non jejunabis in eis: Ibis in campum florum, ubi
domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem
25 non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodò flores: Deprecare Altissimum
26 sine intermissione, & veniam, & loquar tecum. Et profectus sum, sicut dixit mihi,
in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducavi,
27 & facta est esca earum mihi in saturitatem. Et factum est post dies septem, & ego
28 discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut antè. Et apertum
29 est os meum, & inchoavi dicere coram Altissimo, & dixi: O Domine, te nobis
ostendens, ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infru-
30 ctuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti, Tu Israel audi me,
31 & semen Jacob intende sermonibus meis. Ecce enim ego semino in vobis legem me-
32 am, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per sæculum. Nam patres
nostri accipientes legem non servaverunt, & legitima mea non custodierunt, & factus
33 est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat. Nam qui ac-
34 ceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. Et ecce, con-
suetudo est, ut, cùm acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliquod escam
vel potum: cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum
35 est: Simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta sunt, extermi-
36 nantur, & suscepta jam non manent apud nos; sed nobis sic non factum est. Nos
quidem qui legem accepimus peccantes perivimus, & cor nostrum quod suscepit eam:
37 Nam lex non periit, sed permansit in suo labore. Et cùm loquerer hæc in corde meo,
38 respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextra parte, & ecce hæc lugebat & plorabat
cum voce magna, & animo dolebat valdè, & vestimenta ejus discissa, & cinis super
39 caput ejus. Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conversus sum ad eam,
40 & dixi ei, Ut quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, Dimitte me Do-
41 mine meus ut defleam me, & adjiciam dolorem: quoniam valdè amaro sum animo,
42 & humiliata sum valdè. Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi, Et dixit ad me, Ste-
43 rilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta. Ego enim
44 per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum
45 nocte ac die. Et factum est, post triginta annos exaudivit me Deus ancillam tuam,
& vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: &
jucundata sum super eum valdè ego, & vir meus, & omnes cives mei, & honorifica-
46 bamus valdè Fortem. Et nutrivi eum cum labore multo. Et factum est cum cre-
47 visset, & venisset accipere uxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

1 ET factum est, cùm introisset filius meus in thalamum suum, cecidit, & mortuus est. Et
2 evertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, &
quievi usque in alium diem usque nocte. Et factum est, cum omnes quievissent ut 3
me consolarentur ut quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc
campo: Et cogito jam non reverti in civitatem, sed hic consistere: & neque man- 4
ducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & jejunare usque dum moriar.
Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi, 5
Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt? 6
Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, 7
& luget validissimé. Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam 8
omnes contristati sumus, tu autem contristaris in uno filio? Interroga enim terram, 9
& dicet tibi: quoniam hæc est quæ debeat lugere casum tantorum super eam germi-
nantium. Et ex ipsa ab initio omnes nati & alii venient: & ecce, penè omnes in 10
perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lu- 11
gere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro
uno doles? Si autem dicis mihi, Quoniam non est planctus meus similis terræ: 12
quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum dolori-
bus genui: Terra autem secundùm viam terræ, abiitque in ea multitudo præsens, 13
quo modo evenit: & ego tibi dico, Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat 14
fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam. Nunc ergo retine apud temeti- 15
psam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. Si enim justificaveris 16
terminum Dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis: 17
Ingredere ergo in civitatem ad virum tuum. Et dixit ad me, Non faciam, neque 18
ingrediar civitatem, sed hic moriar. Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi, No- 19
li facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Conso- 20
lare propter dolorem Jerusalem. Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta 21
effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est, Et 22
psalterium nostrum humilitatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra disso-
luta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta
est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod invocatum est super nos penè
profanatum est: & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi
sunt, & Levitæ nostri in captivitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt,
& mulieres nostræ vim passæ sunt, & justi nostri rapti sunt, & parvuli nostri perditi
sunt, & juvenes nostri servierunt, & fortes nostri invalidi facti sunt: Et quod o- 23
mnium majus, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua: nam & tradita
est in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & 24
depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet
tibi Altissimus, requietionem laborum. Et factum est, cum loquebar ad eam, facies 25
ejus fulgebat subitò & species, coruscus fiebat visus ejus, ut essem pavens valdè ad eam,
& cogitarem quid esset hoc. Et ecce subitò emisit sonitum vocis magnum timore ple- 26
num, ut commoveretur terra à mulieris sono, & vidi: Et ecce ampliùs mulier non 27
comparebat mihi, sed civitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis
magnis: & timui, & clamavi voce magna, & dixi, Ubi est Uriel angelus, qui à 28
principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis
hujus, & factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium. Et 29
cum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me. Et ecce eram positus ut 30
mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortavit
me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi, Quid tibi est? & quare conturba- 31
tus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? Et quare conturbaris? Et dixi, Quo- 32
niam dereliquisti me, & ego quidem feci secundùm sermones tuos, & exivi in cam-
pum: & ecce vidi, & video quod non possum enarrare. Et dixit ad me, Sta ut vir, 33
& commonebo te. Et dixi, Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, 34
ut non frustrà moriar: Quoniam vidi quæ non sciebam, & audio quæ non scio. 35
Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat? Nunc ergo deprecor te, 36
ut demonstres servo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit, Audi me & 37
doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniam Altissimus revelavit tibi mysteria 38
multa. Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro popu- 39
lo tuo, & valdè lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit 40
ante paululum. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam. Nunc autem jam 41
speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi civitas ædificari: Et quoniam enarra- 42
bat tibi de casu filii sui, hæc absolutio est. Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion; 43
& quoniam dixit tibi; quam & nunc conspicies ut civitatem ædificatam. Et quo- 44
niam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet tri- 45
ginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum est post annos trigin- 46
ta, ædificavit Salomon civitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit
sterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum labore, hoc erat, habi- 47
tatio in Jerusalem. Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in suo thalamo 48
mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Jerusalem. Et ec- 49
ce, vidisti similitudinem ejus: & quoniam filium lugeret, inchoasti consolari eam:
& de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc videt Altissimus, quo- 50
niam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi
claritatem gloriæ ejus, & pulchritudinem decoris ejus. Propterea enim dixi tibi, ut 51
maneres in campo ubi domus non est ædificata. Sciebam enim ego, quoniam Altissi- 52
mus incipiebat tibi ostendere hæc: Propterea dixi tibi ut venires in agrum ubi non 53
est fundamentum ædificii. Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in loco, 54
ubi incipiebatur Altissimi civitas ostendi. Tu ergo noli timere, neque expavescat 55
cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem & magnitudinem ædificii, quantum ca-
pax est tibi visus oculorum videre: Et post hæc audies quantum capit auditus aurium 56
tuarum audire. Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum sicut 57
& pauci. Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic: Et ostendet ti- 58
bi Altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his qui habitant su- 59
per terram a novissimis diebus. Et dormivi illam noctem & aliam, sicut dixerat 60
mihi.

CAP. XI.

ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ 1
pennarum & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem ter- 2
ram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de pennis 3
ejus nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.
Nam capita ejus erant quiescentia, & dimidium caput erat majus aliorum capitum, 4
sed ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volavit in pennis suis, & re- 5
gnavit super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, quoniam subjecta e- 6
rant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque unus de creatura quæ est
super terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila super ungues suos, & misit vocem 7
pennis suis, dicens, Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco 8
suo, & per tempus vigilate. Capita autem in novissimo serventur. Et vidi, & ec- 9
ce vox non exibat de capitibus ejus, sed de medietate corporis ejus. Et numeravi 10
contrarias pennas ejus, & ecce ipsæ erant octo. Et vidi, & ecce à dextera parte sur- 11
rexit una penna, & regnavit super omnem terram. Et factum est cùm regnaret, ve- 12
nit ei finis, & non apparuit locus ejus: & sequens exurrexit, & regnabat, ipsa mul- 13
tum tenuit tempus. Et factum est cùm regnaret, & veniebat finis ejus, ut non appa- 14
reret sicut prior. Et ecce vox emissa est illi, dicens, Audi tu quæ tanto tempore 15
tenuisti terram, hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere. Nemo post te 16
tenebit tempus tuum, sed nec dimidium ejus. Et levavit se tertia, & tenuit princi- 17
patum sicut & priores: & non apparuit & ipsa. Et sic contingebat omnibus aliis 18
singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. Et vidi, & ecce in 19
tempore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, ut tenerent & ipsæ principatum: 20
& ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim non comparebant. Nam & aliquæ ex 21
eis erigebantur, sed non tenebant principatum. Et vidi post hæc, & ecce non com- 22
paruerunt duodecim pennæ, & duo pennacula: Et nihil superérat in corpore aquilæ, 23
nisi duo capita quiescentia & sex pennacula. Et vidi, & ecce sex pennaculis divisæ 24
sunt duæ, & manserunt sub capite quod est ad dexteram partem. Nam quatuor 25
manserunt in loco suo. Et vidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere 26
principatus. Et vidi, & ecce una erecta est, sed statim non comparuit. Et secunda 27
velocius

28 velociùs quàm priores non comparuerunt. Et vidi, & ecce duæ quæ superaverant,
29 apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare. Et in eo cum cogitarent, ecce unum
quiescentium capitum quod erat medium evigilavit: hoc enim erat duorum capitum
30 majus. Et vidi quoniam complexa sunt duo capita secum: Et ecce conversum est
31 caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares quæ cogitabant regnare.
32 Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habi-
tant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas
33 quæ fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce medium caput subitò non comparuit, & hoc
34 sicut alæ. Superaverunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnaverunt super
35 terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce devoravit caput a dextera
36 parte illud quod a læva. Et audivi vocem dicentem mihi, Conspice contra te, &
37 considera quod vides. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de silva rugiens: & vidi
38 quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens, Audi tu, & lo-
39 quar ad te, & dicit Altissimus tibi, Nonne tu es qui superasti de quatuor animalibus,
40 quæ feceram regnare in sæculo meo, & ut per eos veniret finis temporum eorum? Et
quartus veniens devicit omnia animalia quæ transierunt, & potentatu tenuit sæcu-
lum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitavit tot
41 temporibus orbem terrarum cum dolo. Et judicasti terram non cum veritate. Tri-
42 bulasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti
habitationes eorum qui fructificabant, & humiliasti muros eorum qui te non nocue-
43 runt. Et ascendit contumelia tua usque ad Altissimum, & superbia tua ad Fortem.
44 Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera ejus completa
45 sunt. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pes-
sima, & capita tua maligna, & ungues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum;
46 Uti refrigeretur omnis terra, & revertatur liberata de tua vi, & speret judicium & mi-
sericordiam ejus qui fecit eam.

CAP. XII.

1 ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam: & vidi, Et ecce quod
2 superaverat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transie-
runt, & erectæ sunt ut regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.
3 Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expa-
vescebat terra valdè, & ego a tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilavi,
4 & dixi spiritui meo, Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi.
5 Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo invalidus sum valdè, & nec modica
6 est in me virtus à multo timore, quam expavi nocte hac. Nunc ergo orabo Altissi-
7 mum, ut me confortet usque in finem, Et dixi, Dominator Domine, si inveni gra-
tiam ante oculos tuos, & si justificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit
8 deprecatio mea ante faciem tuam, Conforta me, & ostende servo tuo mihi inter-
pretationem & distinctionem visus horribilis hujus, ut plenissimè consoleris animam
9 meam. Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum novissima. Et dixit ad
10 me, Hæc est interpretatio visionis hujus. Aquilam quam vidisti ascendentem de
11 mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi
12 interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunt, & exurget
13 regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum
14 Regnabunt autem in ea reges duodecim, unus post unum. Nam secundus incipiet
15 regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim. Hæc est interpretatio duo-
16 decim alarum quas vidisti. Et quam audisti vocem quæ locuta est, non de capitibus
17 ejus exeuntem, sed de medio corporis ejus, Hæc est interpretatio, quoniam post
18 tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur ut cadat:
19 & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniam vidisti sub-
20 alares octo cohærentes alis ejus, Hæc est interpretatio. Exurgent in ipso octo reges,
21 quorum erunt tempora levia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient. Appro-
pinquante autem tempore medio, quatuor servabuntur in tempore, cùm incipiet ap-
22 propinquare tempus ejus ut finiatur: duo verò in finem servabuntur. Et quoniam
23 vidisti tria capita quiescentia, Hæc est interpretatio. In novissimis ejus suscitabit
24 Altissimus tria regna, & revocabit in ea multa: & dominabuntur terram, Et qui
habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos, propter hoc ipsi
25 vocati sunt capita aquilæ. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates ejus, & qui
26 perficient novissima ejus. Et quoniam vidisti caput majus non apparens, hæc est in-
terpretatio ejus. Quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum
27 tormentis. Nam duo qui perseveraverint gladius eos comedet. Unius enim gla-
28 dius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in novissimis cadet. Et quoniam vi-
29 disti duas subalares trajicientes super caput quod est in dextera parte, Hæc est inter-
30 pretatio. Hi sunt quos conservavit Altissimus in finem suum, hoc est regnum exile &
31 turbationis plenum. Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de silva evigilantem, &
rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & injustitias ipsius, per
32 omnes sermones ejus sicut audisti: Hic est ventus quem servavit Altissimus in finem
ad eos, & impietates ipsorum: & arguet illos, & incutiet coram ipsis descriptiones
33 eorum. Statuet enim eos in judicio vivos: & erit, cum arguerit eos, tunc corripiet
34 eos. Nam residuum populum meum liberabit cum miseria, qui salvati sunt super fi-
35 nes meos, & jucundabit eos quoadusque veniet finis, dies judicii, de quo locutus sum
36 tibi ab initio. Hoc somnium quod vidisti, & hæ interpretationes. Tu ergo solus
37 dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti,
38 & pone ea in loco abscondito: Et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda
39 scis posse capere & servare secreta hæc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem,
40 ut tibi ostendatur quidquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. Et profectus est à
me. Et factum est, cùm audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies,
& ego non fuissem reversus in civitatem, & congregavit se omnis à minimo usque ad
41 maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicentes: Quid peccavimus tibi, &
42 quid injustè egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? Tu enim
nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco
43 obscuro, & sicut portus & navis salvata à tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala
44 quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris, quantò nobis erat melius si essemus
45 succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi
46 mortui sunt. Et ploraverunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi: Confide
47 Israel, & noli tristari tu domus Jacob. Est enim memoria vestri coram Altissimo, &
48 Fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos, neque excessi
à vobis: sed veni in hunc locum ut deprecarer pro desolatione Sion, ut quærerem mi-
49 sericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ. Et nunc ite unusquisque vestrûm
50 in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus, sicut
51 dixi ei, in civitatem: Ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi man-
davit: & manducabam de floribus solummodò agri, de herbis facta est esca mihi in
diebus illis.

CAP. XIII.

1 ET factum est post dies septem, & somniavi somnium nocte. Et ecce de mari ven-
2 tus exurgebat, ut conturbaret omnes fluctus ejus. Et vidi, & ecce convalesce-
3 bat ille homo cum millibus cæli: & ubi vultum suum vertebat ut consideraret, tre-
4 mebant omnia quæ sub eo videbantur: Et ubicunque exibat vox de ore ejus, arde-
scebant omnes qui audiebant voces ejus, sicut quiescet terra quando senserit ignem.
5 Et vidi post hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat nu-
6 merus, de quatuor ventis cæli, ut debellarent hominem qui ascenderat de mari. Et
7 vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volavit super eum. Ego au-
8 tem quæsivi videre regionem vel locum unde sculptus esset mons, & non potui. Et post
hæc vidi, & ecce omnes qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum, timebant
9 valdè, tamen audebant pugnare. Et ecce, ut vidit impetum multitudinis venientis,
non levavit manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum, ni-
10 si solummodò ut vidi, Quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis ejus
spiritus flammæ, & de lingua ejus emittebat scintillas & tempestates, & commista
sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis:
Et concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit 11
omnes, ut subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo pul-
vis, & fumi odor: & vidi, & extimui. Et post hæc vidi ipsum hominem descen- 12
dentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, Et accedebat 13
ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristan-
tium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur, & ægrotavi à
multitudine pavoris, & expergefactus sum, & dixi, Tu ab initio demonstrasti servo 14
tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti ut susciperes deprecationem meam: Et 15
nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii hujus. Sicut enim existimo in 16
sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multò plus væ his qui non sunt
derelicti. Qui enim non sunt derelicti tristes erant. Intelligo nunc quæ sunt repo- 17
sita in novissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc ve- 18
nerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc. 19
Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire sicut nubem à sæ- 20
culo, & nunc videre quæ contingunt in novissimo. Et respondit ad me, & dixit: Et 21
visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es adaperiam tibi. Quo- 22
niam de his dixisti qui derelicti sunt: hæc est interpretatio. Qui aufert periculum 23
illo tempore, hic se custodivit: qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habent opera
& fidem ad Fortissimum. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti, 24
super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascen- 25
dentem de corde maris, Ipse est quem conservat Altissimus multis temporibus, qui 26
per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt. Et 27
quoniam vidisti de ore ejus exire ut spiritum, & ignem, & tempestatem: Et quo- 28
niam non tenebat frameam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus ejus mul-
titudinem, quæ venerat expugnare eum, hæc est interpretatio. Ecce dies veniunt, 29
quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt: Et veniet in excessu 30
mentis super eos qui inhabitant terram. Et alii alios cogitabunt debellare; civitas 31
civitatem, & locus locum, & gens adversus gentem, & regnum adversus regnum.
Et erit cùm fient hæc, & contingent signa quæ antè ostendi tibi: & tunc revelabitur 32
filius meus, quem vidisti ut virum ascendentem. Et erit quando audierint omnes 33
gentes vocem ejus: & derelinquet unusquisque in regione sua bellum suum, quod
habent ad alterutrum: Et colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut volen- 34
tes venire, & expugnare eum. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. Sion 35
autem veniet, & ostendetur omnibus parata & ædificata, sicut vidisti montem sculpi 36
sine manibus. Ipse autem filius meus arguet quæ adinvenerunt Gentes, impietates 37
eorum has quæ tempestati appropinquaverunt propter mala cogitamenta eorum, &
cruciamenta quibus incipient cruciari: Quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet eos 38
sine labore per legem quæ igni assimilata est. Et quoniam vidisti eum colligentem ad 39
se aliam multitudinem pacificam, Hæ sunt decem tribus, quæ captivæ factæ sunt de 40
terra sua in diebus Osee regis, quem captivum duxit Salmanasar rex Assyriorum: &
transtulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam. Ipsi autem sibi dede- 41
runt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in
ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum: Vel ibi observare 42
legitima sua, quæ non fuerant servantes in regione sua. Per introitus autem angustos 43
fluminis Euphraten introierunt. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit ve- 44
nas fluminis usquequò transirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris, an- 45
ni unius & dimidii: nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitaverunt ibi usque 46
in novissimo tempore: & nunc iterùm cùm cœperint venire, Iterum Altissimus sta- 47
tuet venas fluminis, ut possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace.
Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inveniuntur intra terminum meum. 48
Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt 49
gentes, proteget eos qui superaverunt populum: Et tunc ostendet eis multa plurima 50
portenta. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi 51
virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel scrutari, 52
vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium
meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. Hæc est interpretatio somnii 53
quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuam, & 54
circa meam vacasti legem, & quæsisti. Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & 55
sensum tuum vocasti matrem: Et propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum, 56
erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi gravia & mirabilia.
Et profectus sum, & transii in campum, multum glorificans & laudans Altissimum, 57
de mirabilibus quæ per tempus faciebat: Et quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt 58
in temporibus illata; & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIV.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce, vox exivit contra 1
me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego Domine. Et surrexi su- 2
per pedes meos. Et dixit ad me: Revelans revelatus sum super rubum, & locutus 3
sum Moysi, quando populus meus serviebat in Ægypto, Et misi eum, & eduxi popu- 4
lum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud
me diebus multis. Et enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & 5
finem, & præcepi ei dicens: Hæc in palàm facies verba, & hæc abscondes. Et nunc 6
tibi dico: Signa quæ demonstravi, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas 7
tu vidisti in corde tuo repone ea: Tu enim recipieris ab omnibus; convertêris resi- 8
duus cum consilio meo & cum similibus tuis, usquequò finiantur tempora. Quoniam 9
sæculum perdidit juventutem suam, & tempora appropinquant senescere. Duodecim 10
enim partibus divisum est seculum, & transierunt ejus decima & dimidium decimæ 11
partis. Supersunt autem ejus post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone do- 12
mum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia jam 13
corruptelæ, Et dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te pondera huma- 14
na, & exue te jam infirmam naturam, & repone in unam partem molestissima tibi co-
gitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: Quæ enim vidisti nunc conti- 15
gisse mala, iterum horum deteriora facient: Quantum enim invalidum fiet sæculum 16
à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. Prolongavit enim se 17
magis veritas, & appropinquavit mendacium. Jam enim festinat venire, quam vidisti
visionem. Et respondi, & dixi coram te Domine: Ecce enim ego abibo, sicut præ- 18
cepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis 19
commonebit? Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lu- 20
mine. Quoniam lex tua incensa est, propter quòd nemo scit quæ à te facta sunt, vel 21
quæ incipient opera. Si enim inveni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, 22
& scribam omne quod factum est in sæculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, ut
possint homines invenire semitam, & qui voluerint vivere in novissimis, vivant. Et 23
respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, ut non quæ-
rant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum 24
Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad
scribendum velociter. Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intelle- 25
ctus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere. Et tunc per- 26
fectis quædam palàm facies, quædam sapientibus absconsè trades, in crastinum enim
hac hora incipies scribere. Et profectus sum sicut mihi præcepit, & congregavi omnem 27
populum, & dixi: Audi Israel verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio 28
in Ægypto, & liberati sunt inde: Et acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, 29
quam & vos post eos transgressi estis: Et data est vobis terra in sortem, & terra Sion, 30
& patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non servastis vi[illegible] quas præcepit vobis 31
Altissimus: Et justus judex cum sit, abstulit à vobis in t[illegible] quod donaverat. 32
Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrûm sun[illegible] imperaveritis 33
sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis, [illegible] mortem miseri- 34
cordiam consequemini. Judicium enim post mortem veniet, qua[illegible] iterum revivi- 35
scemus: & tunc justorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me 36
igitur nemo accedat nunc, neque requirat me usque dies quadraginta. Et accepi quin- 37
que viros sicut mandavit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi.

Et

38 Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocavit me dicens: Esdra aperi os tuum,
39 & bibe quo te potavero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur
40 mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem ejus ut ignis similis. Et accepi,
& bibi: & in eo cùm bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum
41 increscebat sapientia. Nam spiritus meus conservabatur memoria. Et apertum est
42 os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris,
43 & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant. Nocte autem
manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam.
44 Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum est cùm
45 complevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti
46 in palàm pone, & legant digni & indigni: Novissimos autem septuaginta conserva-
47 bis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, &
sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

1 ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os
2 tuum, dicit Dominus: Et fac ut in charta scribantur, quoniam fideles &
3 veri sunt. Ne timeas à cogitationibus adversum te, nec turbent te incredulitates
4 dicentium. Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego
5 induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mor-
6 tem, & interitum: Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimple-
7 ta sunt opera nociva illorum. Propterea dicit Dominus: Jam non silebo de impie-
8 tatibus eorum quæ irreligiosè agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent.
Ecce sanguis innoxius & justus clamat ad me, & animæ justorum clamant perseve-
9 ranter. Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinem in-
10 noxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, jam non
11 patiar illum habitare in terra Ægypti: Sed educam eum in manu potenti & brachio
12 excelso, & percutiam plaga sicut priùs, & corrumpam omnem terram ejus. Luge-
bit Ægyptus & fundamenta ejus plaga verberata & castigatione, quas inducet ei Deus.
13 Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab uredine, &
14 grandine, & à sidere terribili. Væ sæculo, & qui habitant in eo: Quia appropin-
15 quavit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, &
16 rhomphæa in manibus eorum. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis in-
valescentes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia
17 sua. Concupiscet enim homo in civitatem ire, & non poterit. Propter superbiam
18 enim eorum civitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non mi-
19 serebitur homo proximum suum, ad irritum faciendum domos eorum in gladium,
ad diripiendas substantias eorum, propter famem panis & tribulationem multam.
20 Ecce ego convoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Ori-
ente, & ab Austro, & ab Euro, & à Libano, ad convertendos in se, & reddere quæ
21 dederunt illis: Sicut faciunt usque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu
22 eorum. Hæc dicit Dominus Deus. Non parcet dextera mea super peccatores, nec
23 cessabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram. Exiit ignis
ab ira ejus, & devoravit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum.
24 Væ eis qui peccant, & non observant mandata mea, dicit Dominus. Non parcam
25 illis. Discedite filii à potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam, Quo-
26 niam novit Dominus omnes qui delinquunt in illum; propterea tradidit eos in mor-
27 tem, & in occisionem. Jam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis
28 in illis. Non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum. Ecce visio
29 horribilis, & facies illius ab Oriente. Et exient nationes draconum Arabum in cur-
ribus multis, & sicut flatus eorum numerus feretur super terram, ut jam timeant &
30 trepident omnes qui illos audient. Carmonii insanientes in ira, & exient ut apri de
silva, & advenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt
31 portionem terræ Assyriorum. Et post hæc supervalescent dracones nativitatis suæ
32 memores, & convertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti
33 turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & convertent pedes suos in fugam, Et à
territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet unum ex illis, & erit ti-
34 mor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab
oriente & septentrione usque ad meridianum, & facies earum horrida valdè, plena
35 iræ & procellæ, Et collident se invicem, & collident sidus copiosum super terram,
36 & sidus illorum, & erit sanguis à gladio usque ad ventrem, Et fimus hominis us-
37 que ad substramen cameli, & erit timor & tremor multus super terram, Et horrebunt
qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc movebunt nimbi
38 copiosi A meridiano & septentrione, & portio alia ab occidente: Et superinva-
39 lescent venti ab oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitavi in ira, & sidus
40 ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & occidentem violabitur: Et
exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sidus, ut exterreant omnem terram,
& inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sidus ter-
41 ribile, Ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, ut etiam
42 impleantur omnes campi, & omnes rivi plenitudine aquarum multarum. Et demo-
lientur civitates, & muros, & montes, & colles, & ligna silvarum, & fœnum prato-
43 rum, & frumenta eorum. Et transibunt constantes usque ad Babylonem, & exte-
44 rent eam: Convenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sidus, & omnem
iram super eam, & subibit pulvis & fumus usque in cœlum, & omnes in circuitu lu-
45 gebunt eam: Et qui sub ea remanserint, servient his qui exterruerunt. Et tu Asia
46 concors in spem Babylonis, & gloria personæ ejus, Væ tibi misera propter quod as-
47 similasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione, ad placendum & gloriandum in ama-
48 toribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari. Odibilem imitata es in omnibus
49 operibus ejus, & in adinventionibus ejus: propterea dicit Deus, Immitam tibi ma-
la, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad devastandas do-
50 mos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut vos siccabitur, cùm
51 exurget ardor qui emissus est super te, Infirmaberis ut paupercula plagata & castiga-
52 ta à mulieribus, ut non possint te suscipere potentes & amatores. Numquid ego sic
53 zelabor te, dicit Dominus, Nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans
54 percussionem manuum, & dicens super mortem eorum, cùm inebriata esses, Exor-
55 na speciem vultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditio-
56 nem accipies. Sicut facies electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus, & tra-
57 det te in malum. Et nati tui fame interient: Et tu rhomphæa cades, & civitates
58 tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. Et qui sunt in montibus fa-
me peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent, à fame panis & siti
59 aquæ. Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. Et in transitu allident ci-
60 vitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ ex-
61 terminabunt, rursum revertentes ad Babylonem subversam. Et demolita eris illis pro
62 stipula, & ipsi erunt tibi ignis: Et devorabunt te, & civitates tuas, terram tuam,
& montes tuos, omnes silvas tuas & lignum fructiferum igni comburent. Filios 63
tuos captivos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ
exterminabunt.

CAP. XVI.

VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria. Præcingite vos saccis & ciliciis, 1
& plangite filios vestros, & dolete; quoniam appropinquavit contritio vestra. 2
Immissus est vobis gladius, & quis est qui avertat illum? Immissus est in vobis ignis, 3
& quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea? 4
Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula, 5
mox quando cœperit ardere? Numquid repellit aliquis sagittam à sagittario forti mis- 6
sam? Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? Exiit ignis ex 7
iracundia ejus, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit, & quis non timebit? 8
Tonabit, & quis non pavebit? Dominus comminabitur, & quis non funditus con- 9
teretur à facie ipsius? Terra tremuit & fundamenta ejus, mare fluctuat de profundo, 10
& fluctus ejus disturbabuntur, & pisces ejus à facie Domini, & à gloria virtutis ejus: 11
Quoniam fortis dextera ejus quæ arcum tendit: sagittæ ejus acutæ quæ ab ipso mit- 12
tuntur non deficient, cùm cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, & 13
non revertentur, donec veniant super terram. Ignis succenditur, & non extinguetur, 14
donec consumat fundamenta terræ. Quemadmodum non redit sagitta missa à valido 15
sagittario, sic non revertentur mala quæ missa fuerint in terram. Væ mihi, væ mihi: 16
quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorum & multi gemitus, initium fa- 17
mis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates, initium malorum 18
& trepidabunt omnes. In his quid faciam, cùm venerint mala? Ecce fames & pla- 19
ga, & tribulatio & angustia, missa sunt flagella in emendatione. Et in his omni- 20
bus se non convertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. 21
Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sic ut putent sibi esse directam pacem, & tunc 22
germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio. A fame enim 23
plurimi qui inhabitant terram interient, & gladios perdet cæteros qui superaverint à
fame, Et mortui sicut stercora projicientur, & non erit qui consoletur eos. Derelin- 24
quetur enim terra deserta, & civitates ejus dejicientur. Non derelinquetur qui co- 25
lat terram, & qui seminet eam. Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa? 26
Uva matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio. Cupiet e- 27
nim homo hominem videre, vel vocem ejus audire. Relinquentur enim de civitate 28
decem, & duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus & scissuris petrarum: 29
Quemadmodum derelinquuntur in oliveto & singulis arboribus tres aut quatuor olivæ. 30
Aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scru- 31
tantur: Sic relinquentur in diebus illis, tres aut quatuor ab scrutantibus domos eo- 32
rum in rhomphæa. Et relinquetur terra deserta, & agri ejus inveterabunt, & viæ ejus, 33
& omnes semitæ ejus germinabunt spinas, eò quòd non transient homines per eam.
Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lu- 34
gebunt filiæ earum non habentes adjutorium: Sponsi earum in bello consumentur, 35
& viri earum in fame exterentur. Audite verò ista, & cognoscite ea servi Domini. 36
Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dominus, Ec- 37
ce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmodum prægnans cùm parit in no- 38
no mense filium suum, appropinquante hora partus ejus, ante horas duas vel tres do- 39
lores circumeunt ventrem ejus, & prodeunte infante de ventre non tardabunt uno
puncto: Sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & sæculum gemet, 40
& dolores circumtenebunt illud. Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnam 41
& in malis sic estote quasi advenæ terræ. Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui 42
emit, quasi qui perditurus. Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat: & qui 43
ædificat, quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui vi- 44
neam putat, quasi non vindemiaturus. Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & 45
qui non nubunt, sic quasi vidui. Propter quod qui laborant, sine causa laborant. 46
Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos 47
evertent, & filios eorum captivabunt: quia in captivitate & fame generant natos
suos. Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant civitates & domos suas 48
& possessiones & personas suas, Tantò magis adzelabor eos super peccata sua, dicit 49
Dominus. Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valdè, Sic 50
zelabitur justitia iniquitatem cùm exornat se, & accusat eam in facie, cum venerit 51
qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. Propterea nolite similari 52
ei, nec operibus ejus: Quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra, & ju- 53
stitia regnabit in vos. Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis 54
comburet super caput ejus, qui dicit: Non peccavi coram Domino Deo & gloria
ipsius. Ecce Dominus cognoscit omnia opera hominum, & adinventiones illorum, 55
& cogitationes illorum, & corda illorum. Dixit enim: Fiat terra, & facta est: 56
fiat cœlum, & factum est. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & novit numerum 57
stellarum. Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare & 58
conceptum ejus. Qui conclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super 59
aquas verbo suo. Qui extendit cœlum quasi cameram, super aquas fundavit eum. 60
Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emitten- 61
dum flumina ab eminenti petra, ut potaret terram. Qui finxit hominem, & posuit 62
cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam & intellectum, Et spiramen 63
Dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ.
Hic novit adinventionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes & 64
volentes occultare peccata vestra. Propter quod Dominus scrutinando scrutinavit 65
omnia opera vestra, & traducet vos omnes, Et vos confusi eritis cùm processerint 66
peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die
illo. Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram Deo & angelis 67
ejus? Ecce judex Deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris, & oblivisçamini 68
iniquitates vestras jam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de 69
omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient
quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos: Et qui consenserint eis, erunt illis in 70
derisum, & in improperium, & in conculcationem. Erit enim locis locus, & in vici- 71
nas civitates exurrectio multa super timentes Dominum. Erunt quasi insani nemini 72
parcentes, ad diripiendum & devastandum adhuc timentes Dominum: Quia de- 73
vastabunt, & diripient substantias, & de domibus suis eos ejicient. Tunc parebit pro- 74
batio electorum meorum, ut aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei, 75
dicit Dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. Ne ti- 76
meatis, nec hæsitetis, quoniam Deus dux vester est. Et qui servat mandata & præ- 77
cepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne superele-
vent se iniquitates vestræ. Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab 78
iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à silva, & spinis tegitur semita
ejus per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad devorationem ignis.

ספר טוביה: א — *Liber TOBIÆ secundum editionem* P. FAGII, *cum versione Latina.*

א

1 זה ספר טוביה בן חננאל בן גבריאל מזרע אשיל משבט נפתלי אשר הגלה מתושבי
2 מארץ נפתלי: אשר הגלה שלמנאסר מלך אשור יחד עם כל יושבי הגליל
3 אני טוביה בצדק ואמת הלכתי כל ימי חיי: וחסדים גדולים גמלתי לכל אחי
4 ולעמי ולכל גלות אשר גלו עמי בגולה בארץ אשור בנינוה: ובהיותי בביתי
בארץ ישראל נער הייתי וכל משפחות בית אבי שבט נפתלי חדלו מלכת בבית
דוד בירושלם עיר הקדש אשר בחר בה יהוה מכל שבטי ישראל וצוה להעלות
שם כל זבחי שלמים בני ישראל והקדיש את ההיכל לשם יהוה צבאות לשכן
5 שמו שם לעולם ועד: וכל שבטי ישראל עזבו את יהוה ויעבדו את הבעלים
ואת הגעלים וכמו כן גם שבט נפתלי:

CAP. I.

Hic est liber Tobiæ, filii Hananeelis, filii Gabrielis, de semine Aschel, 1
de tribu Naphthali, qui captivus abductus fuit ex incolis terræ Naph
thali. Quem captivum abduxit Salmanasar rex Assyriæ, unà cum omnibus 2
habitatoribus Galileæ. Ego Tobias in justitia & veritate ambulavi omni-
bus diebus vitæ meæ, Et beneficia magna retribui omnibus fratribus me- 3
is, populo meo, atque omnibus in exilio (existentibus,) qui mecum captivi
abducti fuerunt in terram Assyriæ, in ipsam scilicet Ninive (urbem.)
Cúmque essem in domo mea, in terra Israel puer eram, omnésque fami- 4
liæ domûs patris mei, tribûs Naphtalicæ, cessaverant pergere ad domum
David, quæ (erat) in Jerosolyma civitate sancta, quam elegit Dominus
ex omnibus tribubus Israel. Præcepítque immolari ibi omnia sacrificia
pacifica, filiorum Israel. Sanctificavit quoque templum nomini Domini
exercituum, ut habitaret ibi nomen ejus in seculum & in perpetuum.
Omnes (inquam) tribus Israel, reliquerant Dominum, & colebant Baa- 5
lim, atque idola execranda, quod idem faciebat & tribus Naphtali.

Editio SEBAST. MUNSTERI.

א

1 זה ספר טובי בן טוביאל בן חננאל בן אריאל בן גבאל בן עשאל בן ננתיאל
2 ממטה נפתלי: אשר הגלה משומרון עם הגולה אשר הגלתה בימי הושע
בן אלה אשר הגלה בימי שלמנאסר מלך אשור והוא היה מתושבי עיר נפתלי
אשר בגליל על גבול ימה
ויאמר טובי זכרה לי אלהי לטובה על שהלכתי לפניך כל ימי חיי בדרך תמים:
3 וצדקות רבות וחסדים טובים שעשיתי לאחי ולעמי בגולה בנינוה בארץ אשור:
4 ויהי בהיותי נער בארץ ישראל כל מטה נפתלי פשעו בבית דוד ויחדלו מעלות
ירושלם העיר אשר בחר יי מכל שבטי ישראל ושם מזבח יי המקודש לכל שבטי
ישראל והיכל יי בנוי בתוכה להעלות עולות ושלמים ליי שלשה פעמים בשנה:
5 וכל אישי מטה נפתלי זובחים זבחים ועולות לעגלי הזהב אשר עשה ירבעם בן
נבט מלך ישראל בבית־אל ובדן:

CAP. I.

Hic est liber Tobæi, filii Tobiel, filii Hananeel, filii Ariel, filii 1
Gabiel, filii Asael, filii Nenathiel de tribu Naphthali, Qui trans- 2
latus est de Samaria cum captivitate quæ transmigrata est in diebus
Hoschea filii Ela, quæ inquam transmigrata est in diebus Salmanasar regis
Assur. Fuit autem de habitatoribus civitatis Naphthali, quæ sita fuit in
Galilea ad terminum occidentalem. Dixítque Tobæus; Recordare mei
Deus meus in bonum, quoniam ambulavi coram te cunctis diebus vitæ
meæ conversatione integrâ, Faciens eleemosynas multas atq; pietates fra 3
tribus meis atque populo meo existenti in captivitate, nempe in Ninive
urbe terræ Assur. Factum siquidem est, dum adhuc puer essem in terra 4
Israel, ut cuncta tribus Naphthali prævaricaretur in domum David, omit-
teréntque ascendere in Jerusalem, civitatem quam elegit Dominus de cun-
ctis tribubus Israel, ubi erat altare Domino consecratum pro cunctis tri-
bubus Israel, & in cujus medio erat templum extructum pro offerendis ho-
locaustis & pacificis Domino tribus vicibus per annum. At omnes viri 5
tribûs Naphthali offerebant sacrificia & holocausta vitulis aureis, quos
fecerat Jarobeam filius Nebat rex Israel in Bethel & in Dan:

Versio VULG. LAT.

LIBER TOBIÆ.

CAP. I.

1 TOBIAS ex tribu & civitate Nephthali;
(quæ est in superioribus Galilææ supra Naas-
son, post viam quæ ducit ad Occidentem, in si-
2 nistro habens civitatem Sephet,) Cùm captus
esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in
captivitate tamen positus, viam veritatis non de-
3 seruit, Ita ut omnia, quæ habere poterat, quo-
tidiè concaptivis fratribus, qui erant ex ejus ge-
4 nere, impertiret. Cúmque esset junior omnibus
in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in
5 opere. Denique cùm irent omnes ad vitulos au-
reos, quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus
fugiebat consortia omnium.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΤΩΒΙ'Τ.

ΚΕΦ. α'.

1 ΒΙ'ΒΛΟΣ λόγων Τωβὶτ, τοῦ Τωβιὴλ, τοῦ Ἀνανιὴλ, (α) τοῦ Ἀ-
per eum repleti sumus. Quod illi ad hæc piterimus di-
4 gnum dare? Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si
forte dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata
5 sunt, sibi assumere. Et vocantes eum, pater sci-
licèt & filius, tulerunt eum in partem: & rogare
cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omni-
6 um, quæ attulerant, acceptam habere. Tunc
dixit eis occultè; Benedicite Deum cœli, & co-
ram omnibus viventibus confitemini ei, quia fe-
7 cit vobiscum misericordiam suam. Etenim sacra-
mentum regis abscondere bonum est: opera au-
tem Dei revelare honorificum est. Bo-
8 na est oratio cum jejunio, & eleemosyna magis
9 quàm thesauros auri recondere: Quoniam elee-
mosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat
peccata, & facit invenire misericordiam & vitam
10 æternam. Qui autem faciunt peccatum, & ini-
11 quitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergò
vobis veritatem, & non abscondam à vobis oc-
12 cultum sermonem. Quando orabas cum lachry-
mis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas
prandium tuum, & mortuos abscondebas per
diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego
obtuli orationem tuam Domino. Et quia accep-
13 tus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

2 Καὶ (α) εἶπεν, Πάτερ, οὐ βλάπτομαι δοὺς αὐτῷ τὸ ἥμισυ ὧν ἐνή-
3 νοχα, Ὅτι με ἀγήοχέ σοι ὑγιῆ, καὶ τὴν γυναῖκά μου ἐ-
θεράπευσε, καὶ τὸ ἀργύριόν μου ἤνεγκε, καὶ σὲ ὁμοίως ἐθερά-
5 πευσε. καὶ εἶπεν ὁ πρεσβύτης, Δικαιοῦται αὐτῷ. Καὶ ἐκάλεσε
τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Λάβε τὸ ἥμισυ πάντων ὧν (β) ἐνη-
6 νόχατε, καὶ ὕπαγε ὑγιαίνων. Τότε καλέσας τοὺς δύο κρυπτῶς,
εἶπεν αὐτοῖς, Εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν, καὶ αὐτῷ (γ) ἐξομολογεῖσθε,
καὶ μεγαλωσύνην δίδοτε αὐτῷ, καὶ ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ ἐνώπι-
ον πάντων τῶν ζώντων περὶ ὧν ἐποίησε μεθ' (δ) ὑμῶν. ἀγα-
θὸν τὸ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ὑψοῦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοὺς λό-
γους τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἐντίμως ὑποδεικνύοντες· καὶ μὴ ὀκνεῖ-
7 τε ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. Μυστήριον βασιλέως καλὸν (ε) κρύ-
ψαι, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακαλύπτειν ἐνδόξως. (ζ) ἀγαθὸν
8 ποιήσατε, καὶ κακὸν οὐχ εὑρήσει ὑμᾶς. Ἀγαθὸν προσευχὴ μετὰ
νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης καὶ δικαιοσύνης. ἀγαθὸν τὸ ὀλίγον
μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολὺ μετὰ ἀδικίας. καλὸν (η) ποιῆσαι ἐλε-
9 ημοσύνην ἢ θησαυρίσαι χρυσίον. Ἐλεημοσύνη γὰρ ἐκ θανάτου
ῥύεται, καὶ αὐτὴ ἀποκαθαριεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν. οἱ ποιοῦντες ἐ-
10 λεημοσύνας καὶ δικαιοσύνας, πλησθήσονται ζωῆς. Οἱ δὲ ἁμαρτά-
11 νοντες, πολέμιοί εἰσι τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. Οὐ μὴ κρύψω ἀφ' ὑ-
μῶν πᾶν ῥῆμα· εἴρηκα (θ) δὴ, Μυστήριον βασιλέως κρύψαι
12 καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακαλύπτειν ἐνδόξως. Καὶ νῦν
ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον
τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου· καὶ ὅτε
ἔθαπτες τοὺς νεκροὺς, ὡσαύτως συμπαρήμην σοι. καὶ ὅτε
οὐκ ὤκνησας ἀναστῆναι καὶ καταλιπεῖν τὸ ἄριστόν σου, ὅπως ἀπ-
ελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρὸν, οὐκ ἔλαθές με (ι) ἀγαθοποιῶν,
ἀλλὰ σὺν σοὶ ἤμην.

MS. A. (α) εἶπεν αὐτῷ, Πάτερ, (β) ἐνηνόχατε. Τότε (γ) ἐξομολογεῖ-
σθαι* ἐνώπιον πάντων, (δ) ἡμῶν. (ε) κρύπτειν, (ζ) Ἀγαθὸν προσευχὴ (η) τὸ ποιῆσαι (θ) δὲ, (ι) ἀγαθὸν ποιῶν,

Et dixit; Pater, non lædor dans ei dimidium eo- 2
rum, quæ attuli: Quoniam me tibi reduxit sanum, 3
& uxorem meam curavit: & argentum meum at-
tulit, & te similiter curavit. Et dixit senex;
Justè fit ei. Et vocavit angelum, & dixit ei; Ac- 5
cipe dimidium omnium quæ attulistis, & abduc
sanus. Tunc vocans ambos clàm, dixit eis; Be- 6
nedicite Deum, & ei confitemini, & magnificen-
tiam date ei: & confitemini ei coram omnibus vi-
ventibus, pro iis quæ fecit vobiscum. Bonum est
benedicere Deum, & exaltare nomen ejus, verba
operum Dei honorificè demonstrantes: & ne pigri
sitis confiteri ei. Mysterium regis bonum est oc- 7
cultare, opera autem Dei revelare honorificè. Bonum 8
facite: & malum non inveniet vos. Bonum oratio
cum jejunio, & eleemosynâ, & justitiâ. Bonum est
paucum cum justitia, quàm multum cum injustitia.
Bonum facere eleemosynam, quàm thesaurizare au-
rum. Eleemosyna enim à morte liberat: & ipsa 9
emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas,
& justitias, implebuntur vitâ: Peccantes autem, 10
sunt hostes suæ ipsorum vitæ. Non occultabo à 11
vobis omne verbum. Dixi jam; Mysterium regis
occultare bonum, opera autem Dei revelare hono-
rificè. Et nunc, quando orâsti tu, & nurus tua 12
Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ
coram Sancto: & quando sepeliebas mortuos,
similiter aderam tibi: & quando non piger
eras surgere, & relinquere prandium tuum,
ut abiens operires mortuum; non latuisti me be-
nefaciens, sed tecum fui.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]

Et dixit Tobias; Pater, quantũ ei dabo? 2
Nec enim ægrè darem ei dimidium
omnium quæ adduxi mecum. Me enim 3
in via custodivit: Et uxorem meam
sanavit: Et pecuniam adduxit: Nec
deest mihi quod ipsi dem. Et dixit
Tobit; Æquum est ut ipsi demus dimi- 4
dium omnium quæ adduxisti tecum.
Et vocavit eum, & dixit ei; Accipe di- 5
midium omnium quæ adduxi mecum,
& vade in pace. Ille autem seduxit eos, 6
& dixit ambobus; Laudate Deum, &
confitemini ipsi coram omnibus homi-
nibus, de omnibus bonis quæ fecit vo-
bis. Bonum enim est laudare Deum, &
exaltare nomen ejus: Et res Dei publica- 7
te omni tempore. Quia secreta Regni *
& facere bona. Et malum non invenia-
tur in vobis, sed bonum. Adsit autem in 8
oratione & jejunio assiduitas, eleemo-
syna, & justitia: Hæc enim ambo bona
sunt factu. Eleemosyna thesaurus magn^9
est. Eleemosyna de morte liberat: Et 9
qui eleemosynam faciunt, vitam ingre-
dientur. Indicabo autem vobis verum, 11
nec abscondam à vobis. Cùm orares tu 12
Tobit, & Sara nurus, audita est oratio
amborum vestrûm coram Deo, & mani-
festa facta sunt opera tua, ac eleemosy-
næ quas faciebas in eos qui morieban-
tur; et quòd clàm surgens asportâsti
mortuum illum, Cùm superveniret tibi 13
tentatio,

ספר טוביה : יג

14 וְעַתָּה שְׁגָרַנִי הַבּ֗הֹ לְרַפֹּאת אוֹתְךָ וְאֵת שָׂרָה כַּלָּתְךָ : וַאֲנִי הוּא רְפָאֵל אֶחָד מִן שִׁבְעָה
15 מַלְאָכִים הָעוֹמְדִים וּמְשָׁרְתִים לִפְנֵי הַבּ֗הֹ : וּכְשׁוֹמְעָם כַּךְ נִבְהֲלוּ וַיִּפְּלוּ עַל פְּנֵיהֶם 16
ופָּחֲדוּ פַּחַד גָּדוֹל : וַיֹּאמֶר לָהֶם שָׁלוֹם לָכֶם אַל תִּירְאוּ וּבָרְכוּ אֶת יְהוָה אֲשֶׁר מְצָאתֶם 17
חֵן בְּעֵינָיו : וּבִדְבָרוֹ אֲנִי עוֹמֵד עֲלֵיכֶם עַל כֵּן הַלְלוּהוּ וְשַׁבְּחוּהוּ כָּל יְמֵי חַיֵּיכֶם : וְעַל 18 19
הַיָּמִים שֶׁעָשִׂיתִי עִמָּכֶם לֹא אָכַלְתִּי וְלֹא שָׁתִיתִי אֶלָּא הָיִיתִי נִרְאֶה כְּאוֹכֵל וְשׁוֹתֶה :
וְעַתָּה הוֹדוּ לַיהוָה כִּי טוֹב כִּי בְשָׁעָה זוּ אֶעֱלֶה עַל שׁוֹלְחִי וְאַתֶּם כִּתְבוּ בְּסֵפֶר כָּל 20
סִיפּוּר הַמַּעֲשֶׂה וּמַה רְאִיתֶם עֲלֵיכֶם וּמַה שֶּׁהִגִּיעַ אֲלֵיכֶם : וּכְשֶׁהִשְׁלִים אֶת הַדְּבָרִים 21
מִיָּד נֶעֱלַם מֵעֵינֵיהֶם וְהָיוּ מְסַפְּרִים כְּבוֹד אֵל וּמַעֲשֵׂה נִפְלְאוֹתָיו אֵיךְ נִרְאָה
לָהֶם הַמַּלְאָךְ :

יג

וְטוֹבִיָּה תִּקֵּן תְּפִלָּה וְהִתְחִיל לְהִתְפַּלֵּל וְכֵן אָמַר בָּרוּךְ יְהוָה חַי הָעוֹלָמִים וּבָרוּךְ 1
שֵׁם כְּבוֹד מַלְכוּתוֹ לְעוֹלָם וָעֶד : כִּי הוּא טָרַף וַיִּרְפָּאֵנִי וְהוּא מוֹחֵץ וְרוֹפֵא מוֹרִיד 2
שְׁאוֹל וַיַּעַל וְאֵין מִיָּדוֹ מַצִּיל : בֵּית יִשְׂרָאֵל בָּרְכוּ אֶת יְהוָה שִׁירוּ לוֹ זַמְּרוּ לוֹ : 3
שִׂיחוּ כָּל נִפְלְאוֹתָיו בַּקְּשׁוּ פָנָיו תָּמִיד וְהַגִּידוּ בָעַמִּים עֲלִילוֹתָיו אֲשֶׁר הִדִּיחֲכֶם 4
שָׁמָּה רוֹמְמוּהוּ לְעֵינֵי כָּל חַי כִּי הוּא יְהוָה אֱלֹהֵנוּ וּמֵעוֹלָם אָבִינוּ וְעַד סוֹף כָּל
הַדּוֹרוֹת הוּא מוֹשִׁיעֵנוּ :

Liber TOBIÆ, Edit P FAGII

Nunc itaque misit me Deus, ut curarem te, & Saram nurum tuam. Atque 14
ego sum Raphael unus ex septem Angelis, qui stant & ministrant coram 15
Deo. Hæc cum audivissent, territi sunt, procidentesque in facies suas, ti- 16
muerunt timore magno. Tunc dixit ad eos; Pax vobis. Ne timeatis, quin 17
potius benedicite Dominū, quod inveneritis gratiam in oculis ejus. Ipsius 18
siquidem jussu ego adsum vobis. Propterea laudate & prædicate eum,
omnibus diebus vitæ vestræ. Per omnes quoque dies, quibus vobiscum egi, 19
nihil edi neque bibi, tametsi visus fuerim tanquàm edens ac bibens. Nunc 20
ergo confitemini Domino, quoniam bonus est, hac enim horâ ascendam ad
mensam meam. Vos autem scribite in libro Chronicorum, quæcunq; in vo-
bis fieri vidistis, & quæcunque acciderunt vobis. Cumq; complevisset ser- 21
monem, statim absconditus fuit ab oculis eorum. Ipsi vero enarraverunt 22
gloriam Dei, ac mirabilia opera ejus, quomodo scilicet adparuisset eis
Angelus.

CAP. XIII.

CÆterum Tobias orationem instituit, cœpitque orare, hunc in modum: 1
Benedictus sit Dominus, qui vivit in secula. Et benedictum nomen ejus
gloriosum, cujus regnum (manet) in seculum & in perpetuum. Ipse est 2
qui percussit, atque iterum curavit me. Ipse vulnerat & sanat, deducit
ad inferos & iterum reducit. Nemo est qui rapiat (quicquam) de
manu ejus. Domus Israel benedicite Domino. Cantate ei, psallite ei, 3
loquimini omnia mirabilia ejus. Inquirite faciem ejus semper. Et annun- 4
tiate in populis ad quos detrusit vos, opera ejus. Exaltate eum in oculis
omnium viventium. Ipse est Deus noster, & à seculo est pater noster,
usque in finem omnium generationum, ipse erit salvator noster.

Editio SEBAST. MUNSTERI.

וַאֲנִי לֹא אֲכַחֵד מִכֶּם כָּל הָאֱמֶת: דְּעוּ כִּי בְעֵת אֲשֶׁר הִתְפַּלַּלְתָּ וְהִתְחַנַּנְתָּ לִפְנֵי 11
הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא אַתָּה וְשָׂרָה כַּלָּתְךָ עַל צָרַת נַפְשְׁכֶם אֲנִי הֶעֱלֵיתִי תְּפִלַּתְכֶם 12
לִפְנֵי כִּסֵּא הַכָּבוֹד וּבְעֵת אֲשֶׁר הָיִיתָ קוֹבֵר אֶת הַמֵּתִים אֲנִי הָיִיתִי עִמְּךָ: וְנִסָּה
אוֹתְךָ יְיָ בְּעִוּרוֹת עֵינֶיךָ כִּי יְיָ צַדִּיק יִבְחַן: וּבְעֵת צָרָתְךָ שְׁלָחַנִי יְיָ לְרַפֵּא אוֹתְךָ 13 14
וְאֶת שָׂרָה כַּלָּתְךָ : וַאֲנִי הוּא רְפָאֵל הַמַּלְאָךְ אֶחָד מִן הַשָּׂרִים הַמְשָׁרְתִים לִפְנֵי כִסֵּא 15
הַכָּבוֹד : וַיְהִי כְּשָׁמְעָם אֶת כָּל הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה וַיִּרְאוּ מְאֹד וַיִּפְּלוּ עַל פְּנֵיהֶם : 16

Nec ego volo vobis ullam celare veritatem. Scire ergo debetis quod eâ 11
horâ quando tu orabas & effundebas precationem tuam coram Domino 12
sancto & benedicto, tu inquam & Sara nurus tua propter tribulationem
animæ vestræ, ego obtuli orationem vestram ante solium majestatis: & eo
tempore quando sepeliebas mortuos, ego fui tecum. Tentavit namque te 13
Deus per cæcitatem oculorum tuorum. Solet enim sic Deus justum probare.
At in tempore tuæ tribulationis misit me Dominus ad sanandum te & Sa- 14
ram nurum tuam. Siquidem ego sum Raphael angelus, unus ex principibus 15
ministrantibus ante solium majestatis. Factum est autem cum illi audissent 16
omnia verba ista, timuerunt valde & ceciderunt in facies suas.

Versio VULG. LAT.

14 Et nunc misit me Dominus ut curarem te, & Saram
15 uxorem filii tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum
Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante
16 Dominum. Cúmque hæc audîssent, turbati sunt, &
trementes ceciderunt super terram in faciem suam.
17 Dixítque eis Angelus; Pax vobis, nolite timere. Ete-
18 nim cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram:
19 ipsum benedicite, & cantate illi. Videbar quidem
vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo
invisibili, & potu, qui ab hominibus videri
20 non potest, utor. Tempus est ergò ut revertar
ad eum, qui me misit: vos autem benedicite De-
21 um, & narrate omnia mirabilia ejus. Et cùm hæc
dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultrà eum
22 videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas
tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes
narraverunt omnia mirabilia ejus.

CAP. XIII.

1 APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit
Dominum, & dixit; Magnus es, Domine, in
æternum, & in omnia secula regnum tuum:
2 Quoniam tu flagellas & salvas: deducis ad in-
feros, & reducis: & non est qui effugiat manum
3 tuam. Confitemini Domino, filii Israel, & in con-
4 spectu gentium laudate eum: Quoniam ideò di-
spersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos
enarretis mirabilia ejus, & faciatis scire eos, quia
non est alius Deus omnipotens præter eum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 Καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἰάσασθαί σε καὶ τὴν νύμφην σου
15 Σάῤῥαν. Ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ, εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἁγίων ἀγγέλων
οἳ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων, καὶ εἰσπορεύονται
16 ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ ἁγίου. Καὶ ἐταράχθησαν οἱ δύο, καὶ (α)
17 ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, ὅτι ἐφοβήθησαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς,
Μὴ φοβεῖσθε, (β) εἰρήνη ὑμῖν ἔσται. τὸν δὲ Θεὸν εὐλογεῖτε εἰς
18 τὸν αἰῶνα, Ὅτι οὐ τῇ ἐμαυτοῦ χάριτι, ἀλλὰ τῇ θελήσει τοῦ
19 Θεοῦ ἡμῶν ἦλθον, ὅθεν εὐλογεῖτε αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα. Πάσας
τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔφαγον οὐδὲ ἔπιον, ἀλλὰ
20 ὅρασιν ὑμεῖς ἐθεωρεῖτε. Καὶ νῦν ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ, δι-
ότι ἀναβαίνω πρὸς τὸν ἀποστείλαντά με, καὶ γράψατε πάντα
21 τὰ συντελεσθέντα εἰς βιβλίον. Καὶ ἀνέστησαν, καὶ οὐκ ἔτι εἶ-
22 δον αὐτόν. Καὶ ἐξωμολογοῦντο τὰ ἔργα τὰ μεγάλα καὶ θαυ-
μαστὰ (γ) αὐτοῦ, ὡς ὤφθη αὐτοῖς ὁ ἄγγελος κυρίου.

MS. A. (α) ἔπεσον (β) ὅτι εἰρήνη ἔσται ὑμῖν. (γ) τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς

Et nunc misit me Deus sanare te, & nurum tuam 14
Sarram. Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis 15
angelis, qui offerunt orationes Sanctorum, & ingre-
diuntur in conspectu gloriæ Sancti. Et turbati sunt 16
ambo, & ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt.
Et dixit eis; Ne timeatis: pax vobis erit. Deum 17
autem benedicite in seculum: Quoniam non meâ 18
ipsius gratiâ, sed voluntate Dei nostri veni: unde
benedicite eum in seculum. Omnibus diebus appare 19
bam vobis, & non manducabam, neque bibebam: sed
visionem vos spectabatis. Et nunc confitemini 20
Deo; quoniam ascendo ad eum qui misit me: &
scribite omnia, quæ consummata sunt, in libro. Et 21
surrexerunt, & non ultrà viderunt eum. Et confi- 22
tebantur opera magna, & mirabilia (a) ejus,
quomodò apparuerat eis angelus Domini.

ΚΕΦ. ιγ'.

1 ΚΑὶ Τωβὶτ ἔγραψε προσευχὴν εἰς ἀγαλλίασιν, καὶ εἶπεν,
Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ζῶν εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ,
2 Ὅτι αὐτὸς μαστιγοῖ καὶ ἐλεεῖ, κατάγει εἰς ᾅδην καὶ ἀνάγει,
3 καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐκφεύξεται τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ
4 οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν, Ὅτι αὐτὸς διέσπειρεν
ἡμᾶς ἐν αὐτοῖς. ἐκεῖ ὑποδείξατε τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, ὑ-
ψοῦτε αὐτὸν ἐνώπιον παντὸς ζῶντος, καθότι αὐτὸς κύριος
ἡμῶν, καὶ (α) Θεὸς αὐτὸς πατὴρ ἡμῶν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

MS. A. (α) ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ

CAP. XIII.

ET Tobit scripsit orationem in exultationem, 1
& dixit; Benedictus Deus vivens in secula, &
regnum ejus: Quoniam ipse flagellat, & mise- 2
retur; deducit ad infernum, & reducit: & non
est qui effugiet manum ejus. Confitemini ei, filii 3
Israel, in conspectu gentium, Quoniam ipse disse- 4
minavit nos in eis. Ibi demonstrate magnificentiam
ejus: exaltate eum coram omni vivente, sicut ipse
Dominus noster, & Deus ipse pater noster in omnia
secula.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 * ܫܕܪܢܝ ܐܠܗܐ ܕܐܦܨܝܟ ܘܐܣܐ ܠܟ ܘܠܟܠܬܟ. * ܐܢܐ ܕܝܢ ܪܦܐܝܠ ܐܢܐ ܚܕ ܡܢ ܡܠܐ̈ܟܐ 15
16 ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. * ܘܕܚܠܘ ܘܐܬܬܙܝܥܘ ܬܪܝܗܘܢ. ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܦܝܗܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ.
17 * ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ. ܫܠܡܐ ܗܘ ܠܟܘܢ. ܗܘܘ ܠܗ ܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ. * ܡܛܠ ܕܠܐ 18
19 ܗܘܐ ܒܛܝܒܘܬܝ ܐܬܝܬ ܗܘܝܬ ܥܡܟܘܢ. ܐܠܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. * ܘܐܢܐ ܠܐ ܐܟܠܬ ܗܘܝܬ
20 ܘܠܐ ܐܫܬܝܬ. ܐܠܐ ܕܐܝܟ ܕܚܙܝܢ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ ܕܐܟܠ ܐܢܐ ܘܫܬܐ ܐܢܐ. * ܒܪܡ ܗܫܐ
ܩܘܡ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܟܬܘܒ ܗܠܝܢ ܒܟܬܒܐ. ܘܐܘܕܘ ܠܡܪܝܐ. ܘܗܘܝܬܘܢ ܡܫܒܚܝܢ
21 ܠܐܠܗܐ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܗܐ ܡܣܬܠܩ ܐܢܐ ܠܘܬ ܗܘ ܡܢ ܕܫܕܪܢܝ. * ܘܟܕ ܩܡܘ.
ܒܥܘ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܠܐ ܐܫܟܚܘܗܝ. ܘܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܘܕܝܢ
ܒܥܒܕܐ ܕܥܒܕ ܥܡܗܘܢ.

Misit me Deus ut eriperem te, téque ac 14
nurum tuam sanarem. Ego autem Ra- 15
phaël sum, unus angelorum qui stant
coram Domino. Et timuerunt, tremue- 16
rúntq; ambo, & ceciderunt in facies
suas super terram. Et dixit eis; Nolite 17
timere: Pax vobis. Laudate Deum. Neq; 18
enim meâ gratiâ, sed bonitate Dei con-
tigerunt hæc. Ego autē non edebam nec 19
bibebam, sed videbatur vobis quòd
ederem & biberem. Verùm surge nunc 20
de terra, & scribe hæc in libro: Et lau-
da tu Deum. Ego enim ascendo ad eum
qui misit me. Et surgentes quærebant 21
eum, nec aderat. Laudabant autem
Deum, & prædicabant opera quæ fe-
cerat ipsis.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܓ *

1 * ܘܟܬܒ ܛܘܒܝܬ ܬܫܒܘܚܬܐ ܗܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܗܟܢܐ. ܒܪܝܟ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܚܝܐ.
2 ܕܡܠܟܘܬܟ ܠܐ ܥܒܪܐ. * ܐܢܬ ܗܘ ܕܡܟܬܫ ܐܢܬ ܘܡܪܚܡ. ܘܡܚܬ ܐܢܬ ܠܫܝܘܠ ܘܡܣܩ ܐܢܬ.
3 ܘܠܝܬ ܕܢܥܪܘܩ ܡܢ ܩܕܡܝܟ. * ܐܘܕܘ ܩܕܡܘܗܝ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܩܕܡ ܥܡܡܐ.
4 * ܡܛܠ ܕܗܘ ܒܕܪ ܐܢܘܢ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܘܬܡܢ ܬܚܘܘ ܪܒܘܬܗ. ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܩܕܡ ܟܠ ܚܝ. ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ
ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ. ܘܐܒܘܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ.

CAP. XIII.

SCripsit autem Tobit canticum hoc 1
cum gaudio, itaq; dixit; Benedictus
Deus vive, cujus regnum non transit.
Tu flagellas, & misereris: deducis ad 2
infernum, & reducis, neque est qui au-
fugere possit de conspectu tuo. Con- 3
fitemini coram ipso filii Israel, coram
Gentibus. Quia ipse dispersit nos in- 4
ter eas. Neque est instar ipsius, & ad-
mirandorum quæ facit. Quia ipse Do-
minus noster, & Deus noster, Paterque
noster in seculum seculorum.

ספר טוביה: יג

5 הוא המיסר אתכם בעונותיכם לרחם עליכם באחרית הימים ולהושיעכם
הוא יקבץ אתכם מכל העמים אשר נפוצותם שמה אם תשובו אליו בכל
6 לבבכם תתמהו על רוב הניסים ונפלאות שיעשה עמכם: על כן הודו לו
7 וברכו שמו ורוממו את המלך אשר מלכותו עומדת לעולם ועד: וגם אני
בארץ גלות אודה ואשבח ואקלס למלך מלכי המלכים ואספר נפלאותיו וכחו
8 וגבורתו לעיני כל חי: וגם אתם המורדים והחוטאים שובו אל יהוה אולי
9 ירחם עליכם כי אל רחום וחנון הוא ארך אפים ורב חסד ואמת: אני
אל אלהים אקרא ונפשי תברך את יהוה אלהי השמים הוד והדר לפניו עוז
10 ותפארת במקדשו: יודו כל העמים נפלאותיו בעיר הקדש בירושלם: ירושלם
11 עיר הקדש הוא שלם לך עונות בניך ועוד יושיעם ויש תקוה לאחריתך נאם
12 יהוה ושבו בנים לגבולם: ועל כן תנו הודיה לשמו כי טוב וברכי ושבחי
ירושלם את מלך חי העולמים כי עתיד לשוב עליך ולשכן שמו בתוכך ונבנו
חרבותיך ויקבץ עליך בשמחה כל גלותך ויטע בקרבך כל בניך לעולם ועד:
14 גוים רבים ישאלו בשלומך ויבקשו שם יהוה עליון מלכי תרשיש ואיים מנחה
15 ישיבו: מלכי שבא וסבא אשכר יקריבו: לדור ודור ישישו וישמחו בקרבך כל
16 אוהביך: יבושו ויסוגו אחור כל שונאיך: שישי ושמחי ירושלם על קבוץ בניך
17 השבים בקרבך ושם יודו ויברכו את שם יהוה: אשרי כל המתאבלים עליך כי
18 עתה ישישו ועליך יתמהו על רוב כבודך וישמחו לעולם ועד: ברכי נפשי את
19 יהוה המלך הגדול: כי הוא יבנה את ירושלם אבני ספיר ויהלום וברקת וכל
21 חומותיה אבני אקדח מגדלותיה וארמנותיה זהב טהור: וכל רחובותיה נופך ואבני
22 יקרה מאופיר תרצפנה ואז תרננה כל רחובותיה ותאמרנה הללויה: ברוך
23 יהוה אשר הרים קרן מלכותך לעולם ועד עד כאן תפלת טוביה:

Liber TOBIÆ; Edit. P. FAGII.

Ipse est qui castigat vos propter iniquitates vestras, ut misereatur vestri in 5
novissimo dierum, atque salvet vos. Ipse congregabit vos ex omnibus po-
pulis, inter quos dispersi estis, si modò redieritis ad eum toto corde vestro,
adeo, ut demiremini multitudinem miraculorum, & rerum mirabiliũ, quas
faciet vobiscum. Propterea confitemini Domino, & benedicite nomen ejus, 6
atque exaltate eum, cujus regnum durat in seculum & in æternum. Et ego 7
quoq; in terra captivitatis nostræ, confitebor, prædicabo, & collaudabo re-
gem omnium regum. Narraboque mirabilia ejus, virtutem ac potentiam
ejus, corã omnibus viventibus. Præterea & vos defectores & peccatores, 8
revertimini ad Dominum, fortassis miserebitur vestri. Nam Deus misericors
& clemens est, longanimis, multæ pietatis & veritatis. Ego ad Deum cla- 9
mabo, sed & anima mea benedicat Dominum Deum cœli. Decor & gloria
est coram eo. Fortitudo & decor est in sanctuario ejus. Confiteantur omnes 10
populi mirabilia ejus, in civitate sancta Jerusalem. Jerusalem civitas sancta, 11
ipse rependit tibi iniquitates filiorum tuorum, Verùm iterum salvabit eos.
Est quoq; spes novissimo tuo, dicit Dominus, & revertentur filii ad terminũ
suum. Quapropter date confessionem nomini ejus, quoniam bonum est. Be- 12
nedic & glorifica Jerusalem regem viventem in secula, Futurum est enim ut
se convertat ad te, ac habitare faciat nomen suũ in medio tui. Ædificabit
quoque diruta tua, & congregabit ad te cum gaudio omnem captivitatem
tuam, plantabitque in medio tui, omnes filios tuos, in seculum & in perpe-
tuũ. Multæ gentes rogabunt pro pace tua, & inquirent nomen Domini al- 14
tissimi. Reges Tharsis & insularum munera reddent. Reges Scheba & Seba
dona adducent. In generatione & generationem lætabuntur, & gaudebunt 15
in medio tui, omnes qui diligunt te. Confundantur & retro agantur omnes 16
qui oderunt te. Lætare & gaude Jerusalem, super collectione filiorum tuo- 17
rum, qui habitant in medio tui, ibi confitebuntur & benedicent nomen Do-
mini. Beati omnes qui lugent propter te, nunc enim lætabuntur, & propter 18
te admirabũtur, nempe propter magnã gloriã tuã, atq; gaudebunt in seculũ 19
& in perpetuũ. Benedic anima mea Dominũ regem magnũ, Quoniam ipse 21
ædificabit Jerusalem lapidibus pretiosis, nempe Sapphiro. Adamante, &
Smaragdo, Omnesque muri ejus (erunt) ex lapidibus lucentibus, Turres
quoq; & palatia ejus, erunt ex auro mundo. Omnes plateæ ejus carbunculo 22
& lapidibus pretiosis ex Ophir allatis, stratæ erunt. Tunc jubilabunt
omnes plateæ ejus, ac dicent; Laudate Dominum. Benedictus Dominus qui exaltavit cornu regni tui, in seculum & in perpetuum. Hactenus oratio Tobiæ. 23

Editio SEBAST. MUNSTERI.

17 ויאמר רפאל שלום לכם אל תיראו ברכו את יי על הגדלות והנוראות האלה
19 אשר עשה עמכם: ואני בכל אשר הייתי עמכם ראיתם אותי אוכל ושותה כי
20 כן נדמה בעיניכם ואני לא אכלתי ולא שתיתי: ועתה כתבו לכם את כל הדברים
האלה בספר והיה לעד ביניכם ובין אלהיכם כל ימי חייכם:

Ad quos dixit Raphael; Pax vobis: Nolite timere, sed benedicite Dominum 17
pro magnalibus & mirabilibus istis quæ fecit vobiscũ. Et me quidẽ omni 19
tempore quo fui apud vos vidistis comedere & bibere, sic enim visum est
in oculis vestris, at ego non comedi neque bibi. Nunc ergo scribite vobis 20
omnia verba ista in libro, qui sit in testimonium inter vos & inter Deum
vestrum cunctis diebus vitæ vestræ,

Versio VULG. LAT.

5 Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras :
& ipse salvabit nos propter misericordiam suam.
6 Aspicite ergò quæ fecit nobiscum, & cum ti-
more & tremore confitemini illi : regémque se-
7 culorum exaltate in operibus vestris. Ego au-
tem in terra captivitatis meæ confitebor illi :
quoniam ostendit majestatem suam in gentem
8 peccatricem. Convertimini itaque peccatores,
& facite justitiam coram Deo, credentes quòd
9 faciet vobiscum misericordiam suam. Ego au-
10 tem, & anima mea in eo lætabimur. Benedi-
cite Dominum omnes electi ejus : agite dies læ-
11 titiæ, & confitemini illi. Jerusalem civitas Dei,
castigavit te Dominus in operibus manuum tua-
12 rum. Confitere Domino in bonis tuis, & bene-
dic Deum seculorum, ut reædificet in te taber-
naculum suum, & revocet ad te omnes captivos,
13 & gaudeas in omnia secula seculorum. Luce
splendidâ fulgebis : & omnes fines terræ adora-
14 bunt te. Nationes ex longinquo ad te venient :
& munera deferentes, adorabunt in te Domi-
num, & terram tuam in sanctificationem habe-
15 bunt. Nomen enim magnum invocabunt in te.
16 Maledicti erunt qui contempserint te : & con-
demnati erunt omnes qui blasphemaverint te :
17 benedictique erunt qui ædificaverint te. Tu
autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes
benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.
18 Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent
19 super pace tua. Anima mea benedic Dominum,
quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à
cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus no-
20 ster. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis
21 mei ad videndam claritatem Jerusalem. Portæ
Jerusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabun-
tur : & ex lapide pretioso omnis circuitus mu-
22 rorum ejus. Ex lapide candido & mundo
omnes plateæ ejus sternentur : & per vicos ejus
23 alleluja cantabitur. Benedictus Dominus, qui
exaltavit eam, & sit regnum ejus in secula secu-
lorum super eam. Amen.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ μαστιγώσει ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀδικίαις ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐλεήσει, καὶ
συνάξει ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, οὗ ἐὰν (α) σκορπισθῆτε ἐν αὐτοῖς.
ἐὰν ἐπιστρέψητε πρὸς αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, καὶ ἐν ὅλῃ
τῇ ψυχῇ ὑμῶν, ποιῆσαι ἐνώπιον αὐτοῦ ἀλήθειαν, τότε ἐπιστρέψει
6 πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ μὴ (β) κρύψει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀφ᾽ ὑμῶν. Καὶ
θεάσασθε ἃ ποιήσει μεθ᾽ ὑμῶν, καὶ ἐξομολογήσασθε αὐτῷ ἐν ὅλῳ
τῷ στόματι ὑμῶν, καὶ (γ) εὐλογήσατε τὸν κύριον τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑ-
7 ψώσατε τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων. Ἐγὼ ἐν τῇ γῇ τῆς αἰχμαλωσίας
μου ἐξομολογοῦμαι αὐτῷ, καὶ δεικνύω τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν μεγαλωσύνην
8 αὐτοῦ ἔθνει ἁμαρτωλῶν. Ἐπιστρέψατε ἁμαρτωλοί, καὶ ποιήσατε δι-
καιοσύνην ἐνώπιον αὐτοῦ· τίς γινώσκει εἰ θελήσει ὑμᾶς, καὶ
9 ποιήσει ἐλεημοσύνην (δ) ὑμῖν; Τὸν θεόν μου ὑψῶ, καὶ ἡ ψυχή μου
10 (ε) τῷ βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀγαλλιάσεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ. Λε-
11 γέτωσαν πάντες, καὶ ἐξομολογείσθωσαν αὐτῷ ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἱε-
ροσόλυμα πόλις (ζ) ἁγία, μαστιγώσει ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν υἱῶν σου, καὶ
12 πάλιν ἐλεήσει τοὺς υἱοὺς τῶν δικαίων. Ἐξομολογοῦ (η) τῷ κυρίῳ
ἀγαθῶς, καὶ εὐλόγει τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων, ἵνα πάλιν (θ) ἡ σκη-
νὴ αὐτοῦ οἰκοδομηθῇ ἐν σοὶ μετὰ χαρᾶς, καὶ (ι) εὐφράναι ἐν σοὶ
τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ἀγαπῆσαι ἐν σοὶ τοὺς ταλαιπώρους, εἰς πά-
14 σας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. Ἔθνη πολλὰ μακρόθεν ἥξει πρὸς
τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ, δῶρα ἐν χερσὶν ἔχοντες, (κ) καὶ δῶρα τῷ
15 βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ. (λ) Γενεαὶ γενεῶν δώσουσί σοι ἀγαλλίαμα.
16 Ἐπικατάρατοι πάντες οἱ μισοῦντές σε, εὐλογημένοι ἔσονται πάν-
17 τες οἱ ἀγαπῶντές σε εἰς τὸν αἰῶνα. (μ) Χάρηθι καὶ ἀγαλλίασαι
ἐπὶ τοῖς υἱοῖς τῶν δικαίων, ὅτι συναχθήσονται καὶ εὐλογήσουσι τὸν
18 κύριον τῶν δικαίων. Ὦ μακάριοι οἱ ἀγαπῶντές σε, χαρήσονται
ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ σου· μακάριοι ὅσοι ἐλυπήθησαν ἐπὶ πάσαις ταῖς
μάστιξί σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ χαρήσονται θεασάμενοι πᾶσαν τὴν δόξαν
19 σου, καὶ εὐφρανθήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἡ ψυχή μου εὐλογείτω
21 τὸν θεὸν τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, Ὅτι οἰκοδομηθήσεται Ἱερουσαλὴμ
σαπφείρῳ καὶ σμαράγδῳ, καὶ λίθῳ (ν) ἐντίμῳ τὰ τείχη σου,
22 καὶ οἱ πύργοι, καὶ οἱ προμαχῶνες ἐν χρυσίῳ καθαρῷ. Καὶ αἱ
πλατεῖαι Ἱερουσαλὴμ (ξ) ἐν βηρύλλῳ, καὶ ἄνθρακι, καὶ λίθῳ ἐκ
Σουφεὶρ ψηφολογηθήσονται. καὶ ἐροῦσι πᾶσαι αἱ ῥῦμαι αὐτῆς
23 ἀλληλούϊα καὶ (ο) αἴνεσιν, λέγοντες, Εὐλογητὸς ὁ θεός, ὃς ὕ-
ψωσε (π) πάντας τοὺς αἰῶνας.

MS. A. (α) ἐσκορπίσθητε (β) κρύψῃ (γ) εὐλογεῖτε (δ) εἰς ὑμᾶς; (ε) τὸν βασιλέα (ζ) ἁγία, (η) τῷ ἀγαθῷ, καὶ (θ) σκηνή (ι) εὐφρανῇ ἐν σοὶ τοὺς ἐκεῖ αἰχμαλώτους (κ) δῶρα (λ) Γενεαὶ γενεῶν αἰνέσουσίν σοι, καὶ δώσουσιν ἀγαλλίασιν. (μ) Χάρηθι (ν) ἐπιτίμῳ (ξ) βηρύλλῳ, (ο) αἰνέσουσιν, (π) εἰς πάντας

Et flagellabit nos in injustitiis nostris; & rursus 5
miserebitur, & congregabit nos ex omnibus genti-
bus, ubicunque dispersi fueritis in eis. Si rever-
teritis ad eum in toto corde vestro, & in tota anima
vestra, ad faciendum coram eo veritatem; tunc
redibit ad vos, & non occultabit faciem suam à
vobis: Et (a) videte, quæ faciet vobiscum, & 6
confitemini ei in toto ore vestro, & benedicite Do-
minum justitiæ, & exaltate regem seculorum.
Ego in terra captivitatis meæ confiteor ei, & 7
ostendo fortitudinem, & magnificentiam ejus genti
(b) peccatorum. Revertite, peccatores, & facite justi- 8
tiam coram eo. Quis scit, si volet vos, & faciet mi-
sericordiam vobis? Deum meum exalto, & anima 9
mea (c) regi cœli, & exultabit magnificentiã ejus.
Dicant omnes, & cõfiteantur ei in (d) Hierosolymis. 10
Hierosolyma civitas Sancti, (e) flagellabit super 11
opera filiorum tuorum : & rursus miserebitur fi-
liorum justorum. Confitere Domino (f) benè, & 12
benedic regem seculorum; ut rursus tabernaculum
ejus ædificetur in te cum gaudio, & lætificet in
te captivos, & diligat in te miseros, in omnes ge-
nerationes seculi. Gentes multæ de longè venient 14
ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes,
(g) & munera regi cœli. Generationes genera- 15
tionum (h) dabunt tibi exultationem. Maledicti 16
omnes, qui odio habent te : benedicti erunt omnes
diligentes te in seculum. Gaude, & exulta super 17
filiis justorum; quoniam congregabuntur, & bene-
dicent Dominum justorum. O beati, qui diligunt te, 18
gaudebunt in pace tua. Beati, quicunque tristati
sunt super omnibus flagellis tuis : quoniam in te
gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, & læta-
buntur in seculum. Anima mea benedicat Deum re- 19
gem magnum : Quoniam ædificabitur Hieru- 21
salem sapphiro, & smaragdo, & lapide pre-
tioso muri tui, & turres, & propugnacula in
auro mundo, Et plateæ Hierusalem in beryllo, 22
& carbunculo, & lapide de Suphir sternentur.
Et dicent omnes vici ejus, Alleluja, & (i) lau-
dem, dicentes; Benedictus Deus, qui exalta- 23
vit omnia secula.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Hæc enim propter peccata nostra: sed 5
miserebitur nostri denuò, & congrega-
bit nos de omnibus populis inter quos
dispersi sumus, cùm ad ipsum conversi
fuerimus, & fecerimus veritatem co-
ram ipso corde mundo. Et nunc videte 6
omnia quæ fecit nobis, & confitemini
corã ipso de toto corde vestro, & lau-
date Deum justitiæ, & exaltate eum qui
regnat in seculum. Convertimini etiam 8
peccatores, & facite justitiã corã ipso,
ut acceptos vos habeat, & misereatur
vestri. Quia ecce ego Deum meum 9
exalto, & anima mea in Deo meo ex-
ultat : Vos autem confitemini coram 10
ipso in Jerusalem civitate sanctâ.

ספר טוביה : יד

Liber TOBIÆ, Edit. P. FAGII.

יד

3 וְהָיָה בֶּן חֲמִשִּׁים וּשְׁמוֹנֶה כְּשֶׁנִּתְבַּלְבְּלוּ עֵינָיו וְאַחַר כָּךְ נִתְרַפֵּא וְהָיָה עוֹשֶׂה
4 צְדָקָה לָרוֹב מְאֹד : וְהוֹסִיף לְיִרְאָה שְׁמוֹ שֶׁל הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא וּלְשַׁבְּחוֹ בְּכָל
5 עֵת : וַיְהִי כִּי זָקֵן טוֹבִיָּה וַיִּקְרָא לִבְנוֹ טוֹבִיָּה וְאֶת שִׁשָּׁה בְּנֵי טוֹבִיָּה שֶׁנּוֹלְדוּ
לוֹ וְאָמַר לוֹ בְּנִי אִם יָדַעְתִּי וּבָאתִי בַּיָּמִים וְהִזָּהֵר בְּךָ אַחֲרֵי מוֹתִי אַל תַּעֲמוֹד בְּנִינְוֵה :
6 כִּי בְּוַדַּאי וּבְבֵירוּר לְךָ שֶׁתִּתְקַיֵּים נְבוּאָתוֹ שֶׁל יוֹנָה הַנָּבִיא וְקַח בָּנֶיךָ וְכָל אֲשֶׁר
7 לְךָ וְלֵךְ אֶל אֶרֶץ מִדְיָן כִּי שָׁלוֹם יִהְיֶה שָׁם עַד זְמַן וְעִדָּן : וּשְׁאָר אַחֵינוּ יִשְׂרָאֵל
אֲשֶׁר בִּירוּשָׁלַיִם כּוּלָּם יֵצְאוּ בְגָלוּת וִירוּשָׁלַיִם לְעִיִּים תִּהְיֶה וְהַר הַבַּיִת לְבָמוֹת
יַעַר וְתִהְיֶה שׁוֹמֵמָה זְמַן מוּעָט וְאָז יַעֲלוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל וְיִבְנוּ אוֹתָהּ וְאֶת הַבַּיִת
אֲבָל לֹא כְּבִנְיָן רִאשׁוֹן וַיַּעַמְדוּ שָׁם יָמִים רַבִּים לְפִי מְלֹאת עוֹלָם אֶחָד וְעוֹד
יֵצְאוּ בְגָלוּת רַב וְגָדוֹל וְהַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא יִזְכּוֹר אוֹתָם וִיקַבְּצֵם מֵאַרְבַּע כַּנְפוֹת
הָאָרֶץ וְתִבָּנֶה יְרוּשָׁלַיִם עִיר הַקֹּדֶשׁ בִּנְיָן נָאֶה וּמְפוֹאָר וְגַם הַבַּיִת יִבָּנֶה בִּנְיָן
מְשׁוּבָּח בִּנְיָן אֲשֶׁר לֹא יִנָּתֵשׁ וְלֹא יֵהָרֵס לְעוֹלָם וּלְעוֹלְמֵי עוֹלָמִים כַּאֲשֶׁר דִּבְּרוּ
הַנְּבִיאִים :

CAP. XIV.

Fuit autem Tobias quinquaginta octo annorum, quando amisit lumen 3
oculorum suorum, qui postquam curatus fuit, multas præstitit eleemosynas.
Et adhuc magis etiam timuit nomen Dei, glorificans illud omni tempore. 4
Et factum est, cum senuisset Tobias, ut vocaret filium suum Tobiam, unà 5
cum sex filiis qui nati fuerunt ei; ac diceret ei; Novi quod senio confectus
sim, cave itaque post obitum meum, ut non diutius maneas Nineve. Cer- 6
tum enim ac manifestum est tibi, fore ut confirmetur prophetia Jonæ pro-
phetæ. Quare accipe filios tuos, & quæcunque habes, & vade in terram
Midian, ibi enim erit pax ad tempus constitutum. Cæterùm reliqui fratres 7
nostri Israel, qui sunt Jerosolymis, omnes migrabunt in exilium, Et Jeru-
salem in acervos redigetur, atque mons domus (Domini) in excelsa (erit,)
stabitque desolata ad modicum tempus. Tunc ascendent filii Israel, & re-
ædificabunt eam, necnon & templum, attamen non juxta priorem structu-
ram. Manebuntque ibi diebus multis, donec impleatur seculum unum.
Ex quo iterum abibunt in captivitatem maximam. Exinde Deus sanctus
benedictus memor erit illorum, & congregabit eos à quatuor plagis
mundi. Tum restaurabitur Jerusalem civitas sancta structurâ pulchrâ
& præclarâ. Necnon & templum ipsum extruetur structura celebri,
ejusmodi scilicet, quæ non destruetur, nec diruetur in seculum & in se-
cula seculorum, quemadmodum prædixerunt prophetæ.

Editio SEBAST. MUNSTERI.

וְהַדָּבָר הַזֶּה לְאוֹת וְעֵד בְּכָל דּוֹר וָדוֹר וּבָרְכוּ אֶת יְיָ וְהוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ וְעַתָּה
22 שַׁלְּחוּנִי וְאֵלֵךְ אֶל הָאֱלֹהִים אֲשֶׁר שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם : וַיְשַׁלְּחוּהוּ וַיְבָרְכוּ אֶת יְיָ עַל כָּל
21 זֹאת : וַיַּעַל מַלְאַךְ ה הַשָּׁמַיְמָה וְלֹא יָסַף עוֹד לְהֵרָאוֹת אֶל טוֹבִי וְאֶל טוֹבִיָּה בְּנוֹ :

יג

1 בְּעֵת הַהִיא כָּתַב טוֹבִיָּה אֶת כָּל הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה בְּשִׂמְחָה וַיֹּאמֶר טוֹבִי בָּרוּךְ יְיָ
2 הָאֱלֹהִים הַגָּדוֹל הַמַּפְלִיא פְּלָאָיו לְעַמּוֹ וַעֲבָדָיו : וְהוּא מוֹחֵץ וְרוֹפֵא וּמֵמִית וּמְחַיֶּה
4 וּמוֹרִיד שְׁאוֹל וַיָּעַל : אֲשֶׁר פִּזֵּר אוֹתָנוּ בֵּין הַגּוֹיִם חַיָּבִין אָנוּ לְהוֹדִיעַ אֶת כָּל
הַנִּפְלָאוֹת הָאֵלֶּה בֵּין הָעַמִּים :

Atque res ista sit in signũ & testimoniũ in omnem generationem & gene-
rationem, & vos benedicite Dominum atque confitemini memoriæ sancti-
tatis ejus. Et jam dimittetis me, ut vadam ad Deum qui misit me ad vos.
Dimittentes autem eum benedixerunt Dominum pro omnibus istis. Et an- 22
gelus Domini ascendit in cœlum, nec addidit amplius apparere Tobæo 21
& Tobiæ filio ejus.

CAP. XIII.

IN tempore illo scripsit Tobias omnes sermones istos cum gaudio, dixitq; 1
Tobæus: Benedictus Domin⁹ Deus magnus, qui mirabilia sua ostendit erga
populum suum atque servos suos. Ipse vulnerat & medetur, mortificat & 2
vivificat, deponit in foveam & resuscitat. Ipse dispersit nos inter gentes, 4
atque nos tenemur annuntiare omnia mirabilia ista inter populos.

Versio VULG. LAT.

CAP. XIV.

1 ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et
posteàquàm illuminatus est Tobias, vixit annis
quadraginta duobus, & vidit filios nepotum
2 suorum. Completis itaque annis centum duo-
3 bus, sepultus est honorificè in Ninive. Quin-
quaginta namque & sex annorum lumen ocu-
4 lorum amisit, sexagenarius verò recepit. Re-
liquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum
bono profectu timoris Dei perrexit in pace.
5 In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobi-
am filium suum, & septem juvenes filios ejus
6 nepotes suos, dixítque eis; Propè erit inte-
ritus Ninive: non enim excidit verbum Domi-
ni: & fratres nostri, qui dispersi sunt à terra
7 Israel, revertentur ad eam. Omnis autem de-
serta terra ejus replebitur, & domus Dei, quæ
in ea incensa est, iterùm reædificabitur: ibíque
revertentur omnes timentes Deum,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ιδ'.

1 ΚΑὶ ἐπαύσατο ἐξομολογούμενος Τωβίτ. Καὶ ἦν ἐτῶν (α)
3 πεντηκονταοκτὼ, ὅτε ἀπώλεσε τὰς ὄψεις, καὶ μετὰ ἔτη ὀκτὼ
4 ἀνέβλεψεν. καὶ ἐποίει ἐλεημοσύνας· Καὶ προσέθετο φοβεῖσθαι
κύριον τὸν θεὸν, καὶ (β) ἐξωμολογεῖτο αὐτῷ. μεγάλως δὲ
5 ἐγήρασεν· Καὶ ἐκάλεσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς (γ) υἱοὺς αὐ-
τοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Τέκνον λάβε τοὺς υἱούς σου, ἰδοὺ γεγήρα-
6 κα, καὶ πρὸς τὸ ἀποτρέχειν (δ) ἐκ τοῦ ζῆν εἰμι. Ἄπελ-
θε εἰς τὴν Μηδίαν τέκνον, ὅτι πέπεισμαι ὅσα ἐλάλησεν Ἰω-
νᾶς ὁ προφήτης περὶ Νινευὴ, ὅτι (ε) καταστραφήσεται· ἐν δὲ
τῇ Μηδίᾳ ἔσται εἰρήνη μᾶλλον ἕως καιροῦ· καὶ ὅτι οἱ ἀδελφοὶ
7 ἡμῶν ἐν τῇ γῇ σκορπισθήσονται ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς γῆς· Καὶ
Ἱεροσόλυμα ἔσται ἔρημος, καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῇ κα-
τακαήσεται, καὶ ἔρημος ἔσται μέχρι χρόνου. καὶ πάλιν ἐλεή-
σει αὐτοὺς ὁ θεὸς, καὶ ἐπιστρέψει αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, καὶ οἰ-
κοδομήσουσι τὸν οἶκον, οὐχ οἷος ὁ πρότερος, (ζ) ἕως πληρωθῶσι
καιροὶ τοῦ αἰῶνος. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν ἐκ τῶν αἰχμα-
λωσιῶν, καὶ οἰκοδομήσουσιν Ἱερουσαλὴμ ἐντίμως· καὶ ὁ οἶκος
τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῇ (η) οἰκοδομηθήσεται ἐνδόξως, καθὼς ἐλάλησαν
περὶ αὐτῆς οἱ προφῆται.

CAP XIV.

ET cessavit confitens Tobit. Et erat anno- 1
rum quinquaginta octo, quando amisit visum: 3
& post annos octo recuperavit visum. Et faci-
ebat eleemosynas: Et adjecit timere Dominum 4
Deum, & confitebatur ei. Magnoperè autem
senuit: Et vocavit filium suum, & filios e- 5
jus, & dixit ei; Fili, accipe filios tuos: ecce
senui, & ad exeundum è vita sum. Abi in 6
Mediam, fili, Quoniam credidi, quæcunque
locutus est Jonas propheta de Nineve, quia sub-
vertetur: in Media autem erit pax magìs usque
ad tempus: & quia fratres nostri in terra di-
spergentur à bona terra: Et Hierosolyma erit 7
deserta, & domus Dei in ea comburetur, & de-
serta erit usque ad tempus. Et rursus misere-
bitur eorum Deus, & reducet eos in terram, &
ædificabunt domum, non qualis prior, donec im-
pleta fuerint tempora seculi. Et post hæc re-
vertent de captivitatibus, & ædificabunt Hie-
rusalem honorificé: & domus Dei in ea ædi-
ficabitur gloriosè, sicut locuti sunt de ea pro-
phetæ.

MS. A. (α) ὀγδοηκονταοκτὼ, (β) ἐξομολογεῖσθαι (γ) ἓξ υἱοὺς (δ) ἀπὸ τοῦ (ε) κατασκαφήσεται· (ζ) ὡς (η) οἰκοδομηθήσεται εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος οἰκοδομῇ ἐνδόξῳ, καθὼς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܝܕ * ܛܘܒܝܬ *

1 2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 6 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. XIV.

Cúmque absolvisset Tobit verba sua 1
confitendo, consenuit in pace; Et mor- 2
tuus est annos natus centum & duo, &
sepultus est cum gloriâ magnâ in Ni-
nive. Cæcus factus est annos quinqua- 3
ginta octo natus; Et in cæcitate septem
annos egit. Cúmque conversus Deus
lucem ipsi indulsisset, & aperti fuissent
oculi ejus, vixit adhuc annos triginta
septem; Toto vitæ suæ spatio faci- 4
ens misericordiam & justitiam. Et
confitebatur coram Domino. Cúmque 5
moreretur, vocavit filium suum To-
biam, & dixit ei; Cùm mortuus fuero, 6
fili, & sepeliveris me, cape liberos
tuos, & ito in Mediam; Veracia enim
sunt verba prophetæ, quæ dixit de As-
syriis, & de Ninive; nec quicquam ex
eis falsum erit. In Media autem fir-
mior erit *pax* quam in Ninive, & in-
ter Assyrios, & Babylone. Etiam 7
fratres nostri qui ipsa Hierosolyma
habitant, dispergentur omnes per to-
tam terram de terra Israel, & deso-
labitur terra bona: Etiam domus Do-
mini, & civitas. Et posteà miseri-
cordiâ motus reducet residuum Israe-
lis. Hi ædificabunt Templum: Et
omnes revertentur ad populum no-
strum, qui scilicet in captivitate fue-
runt. Et ædificabitur Jerusalem, tem-
plum etiam, cum gloria, in omnes ge-
nerationes seculi, sicut prædixerunt
prophetæ, qui locuti sunt nomine Do-
mini in Israele.

כפר טוביה : יד

8 וְאָז יָשׁוּבוּ הַגּוֹיִם הָהֵם לַעֲבוֹד אֶת יְהוָה וַיַּשְׁלִיכוּ פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם : וְיִתְּנוּ שֶׁבַח
9 וְהוֹדָאָה לִשְׁמוֹ הַגָּדוֹל וְיָרִים קֶרֶן עַמּוֹ נֶגֶד כָּל הַגּוֹיִם וִיפָאֲרוּ וִישַׁבְּחוּ לִשְׁמוֹ הַגָּדוֹל
כָּל זֶרַע יִשְׂרָאֵל וְאָז יִשְׂמְחוּ כָּל עֲבָדָיו הָעוֹבְדִים לְפָנָיו בֶּאֱמֶת וְיָשִׂישׂוּ וְיָגִילוּ כָּל
12 עוֹשֵׂה צְדָקָה וָחֶסֶד : וְעַתָּה בְּנִי בְּרַח לְךָ מִן הַמָּקוֹם הַזֶּה כִּי יִתְקַיְּמוּ עָלָיו דִּבְרֵי
הַנְּבִיאִים וְאַתָּה בְּנִי נְצוֹר תּוֹרַת אֱלֹהֵינוּ וְאֶת מִצְוֹתָיו שְׁמוֹר הֱיֵה בְנִי אִישׁ צַדִּיק
תָּם וְיָשָׁר לְמַעַן תַּצְלִיחַ בְּכָל דְּרָכֶיךָ בְּנִי קָבְרֵנִי בְּטוֹב וְאֶת אִמְּךָ עִמִּי וְאַל תְּאַחֵר
בְּנִינְוֵה וְהַשֵּׁם יִתְבָּרַךְ יִהְיֶה בְּעֶזְרָתֶךָ :

Liber TOBIÆ, Edit. P. FAGII.

Tunc convertentur gentes iſtæ, ut colant Dominum, proiicientquè imagi- 8
nes deorum ſuorum. Dabúntque laudem & confeſſionem nomini ejus 9
magno. Exaltabit quoque cornu populi ſui, coram omnibus gentibus. Et
celebrabunt ac glorificabunt nomen magnum ejus, omne ſemen Iſrael. Tunc
gaudebunt omnes ſervi ejus, qui ſerviunt ei in veritate. Lætabuntur &
exultabunt omnes qui faciunt juſtitiam & pietatem. Nunc ergo mi fili, 12
fuge de loco iſto, quoniam implebuntur quæ de eo locuti ſunt prophetæ. Tu
verò mi fili, ſerva legem Dei noſtri, ac præcepta ejus cuſtodi. Eſto mi fili vir
juſtus, integer, & rectus, tum proſperè ſuccedent viæ tuæ, Mi fili, ſepelito
me diligenter, necnon & matrem tuam mecũ, Nec moram facias in Nineve,
Deus quoque benedictus auxilio tibi ſit (in omnibus.)

Editio SEBAST. MUNSTERI.

וְאַתֶּם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל חִזְקוּ וְיַאֲמֵץ לְבַבְכֶם וְלֹא יִרְפּוּ יְדֵיכֶם כִּי יֵשׁ שָׂכָר לִפְעֻלַּתְכֶם וְהוּא יָרוּם לְרַחֶמְכֶם כִּי אֱלֹהֵי מִשְׁפָּט יְיָ אַשְׁרֵי כָּל חוֹסִים לוֹ וְאַתֶּם בְּנֵי הַרְבּוּ צְדָקָה תְּפִלָּה וּתְחִנָּה לִפְנֵי רִבּוֹן הָעוֹלָם כִּי צְדָקָה וּתְפִלָּה דּוֹחִין אֶת הַגְּזֵרָה שֶׁנֶּאֱמַר וּצְדָקָה תַּצִּיל מִמָּוֶת בָּרוּךְ יְיָ אֲשֶׁר עָשָׂה עִמִּי וְעִם אָבִי וְעִם אֲבוֹתַי וְעִם כָּל אֲשֶׁר בָּטַח בּוֹ נִסִּים וְנִפְלָאוֹת וְנוֹרָאוֹת גְּדוֹלוֹת בָּרוּךְ יְיָ לְעוֹלָם אָמֵן אָמֵן :

תם ונשלם ספר טובי בן טוביאל :

Et vos filii Iſrael viriliter agite, confortetur cor veſtrũ & non diſſolvantur manus veſtræ. Habebitis enim mercedem operationis veſtræ. Et ipſe quidem Deus exaltatur quando miſeretur veſtri, quoniã Deus judicii eſt. Beati omnes qui ſperant in eo. Vos itaq; filii multiplicate eleemoſynã, orationem & precationem coram Domino mundi, quoniam eleemoſyna & oratio deprecantur Dei comminationem, ſicut ſcriptum eſt: Eleemoſyna liberat à morte. Benedictus Dominus qui fecit mecum & cum patre meo atque cum progenitoribus meis & cum omni eo qui ſperavit in ſe ſigna & mirabilia atque terribilia magna. Benedictus Dominus in æternum, Amen, Amen.

FINIT Liber TOBÆI *filii Tobiel, Laus Deo.*

Verſio VULG. LAT.

8 Et relinquent gentes idola ſua, & venient in
9 Jeruſalem, & inhabitabunt in ea, Et gaude-
bunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem
10 Iſraël. Audite ergò, filii mei, patrem veſtrum:
Servite Domino in veritate, & inquirite ut fa-
11 ciatis quæ placita ſunt illi: Et filiis veſtris
mandate ut faciant juſtitias & eleemoſynas, ut
ſint memores Dei, & benedicant eum in omni
tempore in veritate, & in tota virtute ſua.
12 Nunc ergò, filii, audite me, & nolite manere
hic: ſed quacunque die ſepelieritis matrem ve-
ſtram circa me in uno ſepulchro, ex eo dirigite
13 greſſus veſtros ut exeatis hinc. Video enim quia
14 iniquitas ejus finem dabit ei. Factum eſt au-
tem poſt obitum matris ſuæ, Tobias abſceſſit
ex Ninive cum uxore ſua, & filiis, & filiorum
15 filiis, & reverſus eſt ad ſoceros ſuos. Invenít-
que eos incolumes in ſenectute bona: & curam
eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum:
& omnem hæreditatem domûs Raguelis ipſe per-
cepit: vidítque quintam generationem, filios
16 filiorum ſuorum. Et completis annis nonagin-
tanovem in timore Domini, cum gaudio ſepe-
17 lierunt eum. Omnis autem cognatio ejus, &
omnis generatio ejus, in bona vita, & in
ſancta converſatione permanſit, ita ut accepti eſ-
ſent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis ha-
bitantibus in terra.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

8 Καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιστρέψουσιν ἀληθινῶς φοβεῖσθαι κύριον
9 τὸν θεὸν, καὶ (α) κατορύξουσι τὰ εἴδωλα αὐτῶν, Καὶ εὐλογή-
σουσι πάντα τὰ ἔθνη (β) κύριον· καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐξομολογή-
σεται τῷ θεῷ· καὶ ὑψώσει κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ χαρήσον-
ται πάντες οἱ ἀγαπῶντες κύριον τὸν θεὸν ἐν ἀληθείᾳ καὶ δι-
12 καιοσύνῃ, ποιοῦντες ἔλεος τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν. Καὶ νῦν τέ-
κνον ἄπελθε ἀπὸ Νινευῆ, ὅτι πάντως ἔσται ἃ ἐλάλησεν ὁ προ-
φήτης Ἰωνᾶς. Σὺ δὲ τήρησον τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα,
καὶ (γ) γενοῦ φιλελεήμων καὶ δίκαιος, ἵνα σοι καλῶς ᾖ.
Καὶ θάψον με καλῶς, καὶ τὴν μητέρα σου μετ' ἐμοῦ, καὶ μηκέτι
αὐλισθῆτε (δ) εἰς Νινευῆ. τέκνον ἴδε τί ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχια-
χάρῳ τῷ θρέψαντι αὐτὸν, ὡς ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν (ε) εἰς
τὸ σκότος. καὶ ὅσα ἀνταπέδωκεν αὐτῷ· καὶ (ζ) Ἀχιάχαρον
μὲν ἔσωσεν, ἐκείνῳ δὲ τὸ ἀνταπόδομα ἀπεδόθη, καὶ αὐτὸς
κατέβη εἰς τὸ σκότος. Μανασσῆς ἐποίησεν ἐλεημοσύνην, καὶ
ἐσώθη ἐκ παγίδος θανάτου, ἧς ἔπηξεν αὐτῷ· Ἀμὰν δὲ ἐνέπε-
σεν εἰς τὴν παγίδα, καὶ ἀπώλετο. καὶ νῦν παιδία ἴδετε τί
ἐλεημοσύνη ποιεῖ, καὶ (η) δικαιοσύνη ῥύεται. καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέ-
γοντος, ἐξέλιπεν (θ) ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης· ἦν δὲ
ἐτῶν ἑκατὸν πεντηκονταοκτώ· καὶ (ι) ἔθαψαν αὐτὸν ἐνδόξως.
14 Καὶ ὅτε ἀπέθανεν Ἄννα, ἔθαψεν αὐτὴν μετὰ τοῦ πατρὸς αὐ-
τοῦ. ἀπῆλθε δὲ Τωβίας μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν (κ) υἱ-
ῶν αὐτοῦ εἰς Ἐκβάτανα πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐ-
15 τοῦ, Καὶ ἐγήρασεν ἐντίμως. καὶ ἔθαψε τοὺς πενθεροὺς αὐτοῦ
ἐνδόξως, καὶ ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ Τωβὶτ τοῦ πα-
τρὸς αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν ἐτῶν ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ἐν Ἐκβατά-
νοις τῆς Μηδίας. καὶ ἤκουσε πρὶν ἢ ἀποθανεῖν αὐτὸν, τὴν
ἀπώλειαν Νινευῆ, ἣν (λ) ᾐχμαλώτισε Ναβουχοδονόσορ, καὶ (μ) Ἀ-
σύηρος, καὶ ἐχάρη πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν ἀπὸ Νινευῆ.

Et omnes gentes convertentur veraciter ad ti- 8
mendum Dominum Deum, & defodient idola
ſua: Et benedicent omnes gentes Dominum. 9
Et populus ejus confitebitur Deo: & exaltabit
Dominus populum ſuum: & gaudebunt omnes,
qui diligunt Dominum Deum in veritate, &
juſtitia, facientes miſericordiam fratribus noſtris.
Et nunc, fili, diſcede à Nineve; quoniam omni- 12
no erunt quæ locutus eſt propheta Jonas. Tu
autem ſerva legem, & præcepta, & eſto amator
miſericordiæ, & juſtus; ut tibi benè ſit. Et
ſepeli me honeſtè, & matrem tuam mecum, &
non ultrà maneatis in Nineve. Fili, vide, quid
fecit Aman Achiacharo, qui nutriverat eum,
quomodò è luce adduxit eum in tenebras, &
quæcunque retribuit ei. Et (a) Achiacharum
quidem ſalvavit: illi autem retributio retributa
eſt, & ipſe deſcendit in tenebras. Manaſſes fe-
cit miſericordiam, & ſalvatus eſt de laqueo
mortis, quem (b) fixerat ei. Aman autem in-
cidit in laqueum, & periit. Et nunc, filii, vi-
dete, quid eleemoſyna facit, (c) & juſtitia li-
berat. Et hæc ipſo dicente, defecit anima ejus
ſuper lectum. Erat autem annorum centum quin-
quaginta octo: & ſepelierunt eum glorioſè. Et 14
quando mortua eſt Anna; ſepelivit eam cum
patre ſuo. Diſceſſit autem Tobias cum uxore ſua,
& filiis ſuis in Ecbatana ad Raguel ſocerum
ſuum, Et ſenuit honorificé. Et ſepelivit ſoceros 15
ſuos glorioſè, & hæreditavit ſubſtantiam eorum,
& Tobit patris ſui. Et mortuus eſt annorum cen-
tum viginti ſeptem in Ecbatanis Mediæ. Et au-
divit, priuſquàm ipſe moreretur, perditionem
Nineve, quam captivavit Nabuchodonoſor, &
Aſſyeros: & gaviſus eſt, antequàm morere-
tur, ſuper Nineve.

MS.A. (α) κατορύξωσιν (β) τὸν κύριον (γ) γίνου (δ) ἐν (ε) εἰς σκότος. (ζ) Ἀχιάχαρος μὲν ἐσώθη, (η) τί δικαιοσύνη (θ) αὐτοῦ ἡ ψυχὴ ἐπὶ (ι) ἔθαψεν (κ) υἱῶν εἰς Τωβείτ. (λ) ᾐχμαλώτευσεν (μ) Ἀσύηρος

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et omnes gentes convertentur ad 8
Deum Iſraelis, & colent ipſum in
juſtitia. Verùm enimverò facite quod 10
bonum eſt in conſpectu ejus: Et man- 11
date filiis veſtris ut faciant eleemoſy-
nam & juſtitiam, & memores ſint Do-
mini, & laudent nomen ejus omni tem-
pore totis viribus. Jam, fili, cùm me & 12
matrẽ tuã ſepeliveris, exi de Ninive,
quia multi ſunt in ea iniqui: In ea enim
retribuit Acab Akikaro qui Tobiam
educavit. Nec enim eum ad terram
deduxit: Sed ingreſſus eſt Acab tene-
bras, Akikarus autem in lucem egreſ-
ſus eſt de laqueo quem ipſi Acab te-
tenderat, ipſe autem in terram in-
greſſus eſt. Et cùm abſolviſſet Tobit
verba ſua hæc, cecidit in lectum, &
avolavit ſpiritus ejus, & ſepultus eſt
glorioſé. Et mortuâ Hannâ, ſepelivit 14
ipſam Tobias juxta Tobit patrẽ ſuum.
Et accipiens uxorem ſuam & liberos
ſuos, profectus eſt in Mediam, &
habitavit Ecbatanis apud ſocerum
ſuum Raguelem, & ſuſtentavit ſenectam
ſocerorum honore magno. Et ſepe-
livit eos in ipſis Ecbatanis. Et Tobias 15
ipſe adivit hæreditatẽ ſoceri & patris.
Mortuus autem eſt Tobias ipſe cen-
tum ac ſeptem annos natus: Priuſ-
quàm autem moreretur, vidit inte-
ritum Ninives, & captivitatem in
quam ipſam duxerunt in Mediam: Et
laudavit Dominum de omnibus quæ
fecerat: Vidítque Tobias *vindictam*
Ninives priuſquàm moreretur.

* [illegible] *

Finis libri hujus Tobit.

Versio VULG. LAT.

LIBER JUDITH.

CAP. I.

1 ARPHAXAD itaque, rex Medorum,
subjugaverat multas gentes imperio suo, & ipse
ædificavit civitatem potentissimam, quam ap-
2 pellavit Ecbatanis, Ex lapidibus quadratis &
sectis: fecit muros ejus in latitudinem cubi-
torum septuaginta, & in altitudinem cubi-
torum triginta, túrres verò ejus posuit in al-
3 titudinem cubitorum centum. Per quadrum
verò earum, latus utrumque vicenorum pe-
dum spatio tendebatur, posuítque portas ejus
4 in altitudinem turrium: Et gloriabatur quasi
potens in potentia exercitûs sui, & in gloria
5 quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo
regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum,
qui regnabat in Ninive civitate magna, pu-
6 gnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum In
campo magno, qui appellatur Ragau, circa
Euphraten, & Tigrin, & Jadason, in campo
7 Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est
regnum Nabuchodonosor, & cor ejus eleva-
tum est: & misit ad omnes, qui habitabant
8 in Cilicia, & Damasco, & Libano, Et ad
gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, &
inhabitantes Galilæam in campo magno Es-
9 drelon, Et ad omnes qui erant in Samaria, &
trans flumen Jordanem usque ad Jerusalem, &
omnem terram Jesse, quousque perveniatur ad
10 terminos Æthiopiæ. Ad hos omnes misit
nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum:
11 Qui omnes uno animo contradixerunt, & re-
miserunt eos vacuos, & sine honore abjece-
12 runt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex
adversùs omnem terram illam, juravit per thro-
num & regnum suum, quòd defenderet se de
omnibus regionibus his.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ἸΟΥΔΙΘ.

ΚΕΦ. α΄.

1 ΕΤΟΥΣ δωδεκάτου τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, ὃς ἐβασί-
λευσεν Ἀσσυρίων ἐν Νινευῆ τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ, ἐν ταῖς ἡμέραις
Ἀρφαξὰδ, ὃς ἐβασίλευσε Μήδων ἐν Ἐκβατάνοις, ϗ ᾠκοδόμησεν
2 ἐπ᾽ Ἐκβατάνων, (α) Καὶ κύκλῳ τείχη ἐκ λίθων λελαξευμένων,
εἰς πλάτος πηχῶν τριῶν, ϗ εἰς μῆκος πηχῶν ἕξ· ϗ ἐποίησε
τὸ (β) ὕψος τοῦ τείχους πηχῶν ἑβδομήκοντα, ϗ τὸ πλάτος αὐτοῦ
πηχῶν (γ) πεντήκοντα, ϗ τοὺς πύργους αὐτοῦ ἔστησεν ἐπὶ ταῖς πύ-
λαις αὐτῆς πηχῶν ἑκατὸν, ϗ τὸ πλάτος αὐτῆς ἐθεμελίωσεν εἰς
πήχεις ἑξήκοντα· ϗ ἐποίησε τὰς πύλας αὐτῆς πύλας διεγειρομέ-
νας εἰς ὕψος πηχῶν ἑβδομήκοντα, ϗ τὸ πλάτος (δ) αὐτῶν πή-
χεις τεσσαράκοντα εἰς ἐξόδους δυνάμεων δυνατῶν αὐτοῦ, ϗ διατά-
5 ξεις τῶν πεζῶν αὐτοῦ· Καὶ ἐποίησε πόλεμον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ
6 βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πρὸς βασιλέα Ἀρφαξὰδ Ἐν τῷ πεδίῳ τῷ
μεγάλῳ, (ε) τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ. ϗ συνήντησαν πρὸς αὐτὸν
πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν ὀρεινὴν, ϗ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὸν Εὐφράτην,
ϗ τὸν (ζ) Τίγριν, ϗ τὸν Ὑδάσπην, ϗ (η) πεδίῳ Εἰριὼχ ὁ βασιλεὺς
Ἐλυμαίων· ϗ (θ) συνῆλθον ἔθνη πολλὰ σφόδρα εἰς παράταξιν
7 υἱῶν Χελεοὺλ. Καὶ ἀπέστειλε Ναβουχοδονόσορ, (ι) ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων
ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας (κ) τὴν Περσίδα, ϗ ἐπὶ πάντας τοὺς
κατοικοῦντας πρὸς δυσμαῖς, τοὺς κατοικοῦντας Κιλικίαν ϗ Δαμα-
σκὸν, (λ) τὸν Λίβανον ϗ Ἀντιλίβανον, ϗ πάντας τοὺς κατοικοῦντας
8 κατὰ πρόσωπον (μ) παραλίας, Καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῦ Καρ-
μήλου, ϗ Γαλαὰδ, ϗ τὴν ἄνω Γαλιλαίαν, ϗ τὸ μέγα πεδίον
9 (ν) Ἐσδρηλὼμ, Καὶ πάντας τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ ϗ ταῖς πόλεσιν αὐτῆς,
ϗ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἕως Ἱερουσαλὴμ, ϗ Βετάνη, ϗ (ξ) Χελλοὺς
ϗ Κάδης, ϗ τοῦ ποταμοῦ Αἰγύπτου, ϗ Ταφνὰς, ϗ Ῥαμεσσὴ, ϗ πᾶσαν
γῆν Γεσὲμ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπάνω Τάνεως ϗ Μέμφεως, ϗ πάντας
τοὺς κατοικοῦντας τὴν Αἴγυπτον ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Αἰ-
11 θιοπίας· Καὶ ἐφαύλισαν πάντες οἱ κατοικοῦντες πᾶσαν τὴν γῆν τὸ
ῥῆμα Ναβουχοδονόσορ (ο) τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, ϗ οὐ συνῆλθον
αὐτῷ εἰς τὸν πόλεμον, ὅτι οὐκ ἐφοβήθησαν αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἦν ἐναντίον
αὐτῶν ὡς ἀνὴρ (π) ἴσος· ϗ ἀνέστρεψαν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ κε-
12 νοὺς ἐν ἀτιμίᾳ (ρ) πρὸ προσώπου αὐτῶν. Καὶ ἐθυμώθη Ναβου-
χοδονόσορ ἐπὶ πᾶσαν τὴν (σ) γῆν ταύτην σφόδρα, ϗ ὤμοσε κατὰ τοῦ
θρόνου ϗ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, εἰ μὴν ἐκδικήσειν πάντα τὰ (τ) ὅρια
τῆς Κιλικίας ϗ Δαμασκηνῆς ϗ Συρίας, ἀνελεῖν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτοῦ,
ϗ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν γῇ Μωὰβ, ϗ τοὺς (υ) υἱοὺς Ἀμ-
μὼν, ϗ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, ϗ πάντας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὅρια τῶν δύο θαλασσῶν.

JUDITH.

CAP. I.

ANno duodecimo regni Nabuchodonosor, qui regna- 1
vit (a) super Assyrios in Nineve, civitate magna,
in diebus Arphaxad, qui regnavit super Medos in
Ecbatanis, & ædificavit super Ecbatana, (b) Et in 2
circuitu muros ex lapidibus sectis, in latitudine cu-
bitorum trium, & in longitudine cubitorum sex: &
fecit altitudinem muri cubitorum septuaginta: &
latitudinem ejus cubitorum quinquaginta: &
turres ejus statuit super portas illius cubitorum cen-
tum: & latitudinem ejus fundavit in cubitis sexa-
ginta: & fecit portas ejus portas suscitatas in alti-
tudinem cubitorum septuaginta, & latitudinem ea-
rum cubitos quadraginta ad exitus exercituum poten-
tium ipsius, & ordines peditum ipsius. Et fecit bel- 5
lum in diebus illis rex Nabuchodonosor adversùs re-
gem Arphaxad In campo magno: hic est in finibus 6
Ragay. Et concurrerunt ad eum omnes habitantes
montanam, & omnes habitantes Euphratem, & Ti-
grim, & Hydaspem, & (c) campo Irioch rex Elymæ-
orum. Et convenerunt gentes multæ valdè in aciem
filiorum Cheleul. Et misit Nabuchodonosor rex As- 7
syriorum ad omnes habitantes Persidem, & ad omnes
habitantes ad Occidentem, habitantes Ciliciã, & Da-
mascum, Libanum & Antilibanum, & omnes qui ha-
bitabant ad faciem maritimæ, Et qui in gentibus 8
Carmeli, & Galaad, & superiorem Galilæam, &
magnum campum Esdrelom, Et omnes, qui in Sama- 9
ria, & civitatibus ejus, & trans Jordanem usque
Hierusalem, & Betane, & Chellus, & Cades, & flu-
minis Ægypti, & Taphnas, & Ramesse, & omnem
terram Gesem, usque ad veniendum (d) supra Tanim,
& Memphim, & omnes habitantes Ægyptum usque
ad veniendum super fines Æthiopiæ. Et vilipende-
runt omnes habitantes (e) universam terram verbum
Nabuchodonosor regis Assyriorum: & non convene- 11
runt ei ad bellum; quoniam non timuerunt eum: sed
erat coram eis tanquam vir (f) æqualis. Et remise-
runt nuntios ejus vacuos in ignominia (g) ante faci-
em suam. Et indignatus est Nabuchodonosor super 12
omnem terram hanc valdè, & juravit per thronum,
& regnum suum, nimirum (h) ulturum se omnes fines
Ciliciæ, & Damascenæ, & Syriæ, (i) interempturum
gladio suo & omnes habitantes in terra Moab, & fili-
os Ammon, & omnem Judæam, & omnes qui in Ægy-
pto usque ad veniendum super fines duorum marium.

MS.A. (α) Κύκλῳ (β) μῆκος (γ) ἑβδομήκοντα, (δ) αὐτῆς πήχεις τεσσαράκοντα (ε) τελέσιν παιδίον ἐν (ζ) Τίγριν, (η) παιδία Ἀριὼχ (θ) συνῆλθεν ἔθνη πολλὰ εἰς (ι) βασιλεὺς (κ) Περσίδα, (λ) ϗ Λίβανον (μ) τῆς παραλίας, (ν) Ἐσδρὴμ, (ξ) Χελοὺς (ο) βασιλέως (π) εἷς· ϗ ἀπέστρεψαν (ρ) ἀπὸ (σ) γῆν σφόδρα, (τ) ὄρη (υ) υἱῶν

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* [illegible] *

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sequitur liber Judith.

CAP. I.

ANno decimo tertio regni Nebu- 1
chadnosaris regis Assyriæ, qui regnavit
in Ninive civitate magnâ, tempore
Arphaxad Regis Mediæ, qui regna-
vit Ecbatanis; Et ædificavit turres 2
Ecbatanis, & circumdedit ipsis murum
lapidibus dolatis: Quorum erat lati-
tudo singulorum tres cubiti, longitudo
sex, altitudo autem muri septuagin-
ta: Et ædificavit turres portarum 3
muri, centum cubitorum: crassitudine
portæ sexaginta cubitorum fecitque
portas & postes, sexaginta cubitos al-
tas, latas quadraginta, egressui curru-
um exercitûs sui. Tempore ipso fecit 5
Nebucadnosar rex bellum Arphaxad
regi in planitie: planitie inquam
Duræ. Et egressi sunt ipsi obviàm 6
omnes incolæ montium, & omnes
habitantes juxta fluvium Euphratem &
Tigrim, & Vlæum, in planitie Ariuc
regis Elam. Et coacti sunt populi 7
multi ad pugnam contra Chaldæos.
Et misit Nebucadnosar rex Assyriæ
ad omnes incolas Occidentis, Cili-
ciæque & Damasci, Libaníque, & lo-
corum circumpositorum: Et ad omnes
qui habitant juxta mare, Incolásque 8
Carmeli, & Galaad, & Galilææ su-
perioris, & planitiei magnæ Jezraelis;
Et ad omnes qui in Samaria & civitati- 9
bus ejus, quíq; ultra Jordanem, Jeroso-
lyma usque, & qui habitant Batnan, &
Calon, & Cadesh, & qui ad fluvium
Ægypti, quíque in Tachpis, & ad
Ramases, & totam Goshen, Tanem
usque, ad Memphim item & omnes
incolas Ægypti, usque ad terminos
Cush. Et rejecerunt verba Nebu- 11
cadnosaris regis omnes habitatores
terræ, neq; venerũt ad bellũ, neq; ipsum
timuerunt: fuerunt enim omnes tanquã
vir unus. Et remiserunt legatos ejus
cum opprobrio vultûs ipsorum. Et 12
valdè iratus est rex Nebucadnosar
universæ terræ propter hoc. Et juravit
per regnum & solium suum, ultum se iri
de universis finibus Ciliciæ, & Damasci,
& Bathan: Et occisurum gladio omnes
sapientes Moab, filiósque Ammon, &
Judæam totã, omnésq; qui in Ægypto:
Venturúmq; ad fines utriusq; maris.

Versio VULG. LAT.

CAP. II.

1 ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vigesimâ & secundâ die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ut defende-
2 ret se. Vocavítque omnes majores natu, omnésque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis
3 mysterium consilii sui: Dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret im-
4 perio. Quod dictum cùm placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem princi-
5 pem militiæ suæ, Et dixit ei; Egredere adversùs omne regnum Occidentis, & contra eos præcipuè, qui contempserunt imperium
6 meum. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnémque urbem munitam subjugabis mihi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

Καὶ παρετάξατο ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ πρὸς Ἀρφαξὰδ βασιλέα ἐν τῷ ἔτει τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ, καὶ ἐκραταιώθη ἐν τῷ πολέμῳ αὐτοῦ, καὶ ἀνέστρεψε πᾶσαν τὴν δύναμιν Ἀρφαξὰδ, καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἅρματα αὐτοῦ, Καὶ ἐκυρίευσε τῶν πόλεων αὐτοῦ· καὶ ἀφίκετο ἕως Ἐκβατάνων, καὶ ἐκράτησε τῶν πύργων, καὶ ἐπρονόμευσε τὰς πλατείας αὐτῆς, καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς ἔθηκεν εἰς ὄνειδος αὐτῆς. Καὶ ἔλαβε τὸν Ἀρφαξὰδ ἐν τοῖς ὄρεσι Ῥαγαῦ, καὶ κατηκόντισεν αὐτὸν ἐν ταῖς σιβύναις αὐτοῦ, καὶ (φ) ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Καὶ ἀνέστρεψε μετ᾽ αὐτῶν (χ) αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ σύμμικτος αὐτοῦ, πλῆθος ἀνδρῶν πολεμιστῶν πολὺ σφόδρα· καὶ ἦν ἐκεῖ (ψ) ῥαθυμῶν καὶ εὐωχούμενος αὐτὸς καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι.

MS.A. (φ) ἐξωλέθρευσεν (χ) εἰς Νινευὴ αὐτὸς (ψ) * ῥαμυθῶν

Et aciem struxit in virtute sua adversùs Arphaxad regem in anno septimo & decimo: & prævaluit in prælio suo, & (k) evertit omnem virtutem Arphaxad, et omnem equitatum ejus, et omnes currus ejus, et dominatus est civitatibus ejus. Et pervenit usque Ecbatana, et obtinuit turres, et prædatus est plateas ejus, et ornatum ejus posuit in opprobrium ejus. Et cepit Arphaxad in montibus Ragay, et confixit eum in jaculis suis, et exterminavit eum usque in diem illam. Et revertit cum (l) eis ipse, & omnis commistus ejus, multitudo virorum bellatorum plurima valdè. Et erat ibi torpens, & epulans, ipse, et virtus ejus per dies centum viginti.

Κεφ. β΄.

1 ΚΑὶ ἐν τῷ ἔτει τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ, δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ πρώτου μηνὸς,
ἐγένετο λόγος ἐν οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ (α) βασιλέως Ἀσσυρίων, ἐκ-
2 δικῆσαι πᾶσαν τὴν γῆν καθὼς ἐλάλησε. Καὶ συνεκάλεσε πάντας τοὺς
θεράποντας αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ, καὶ ἔθετο μετ᾽ αὐτῶν
3 τὸ μυστήριον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. Καὶ συνετέλεσε πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς
γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ αὐτοὶ ἔκριναν (β) ὀλοθρεῦσαι πᾶσαν
4 σάρκα, οἳ οὐκ ἠκολούθησαν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ὡς
συνετέλεσε τὴν βουλὴν αὐτοῦ, ἐκάλεσε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Ἀσσυ-
ρίων τὸν Ὀλοφέρνην ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δεύτερον ὄντα
5 μετ᾽ αὐτὸν, Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας,
ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς, Ἰδοὺ σὺ ἐξελεύσῃ ἐκ τοῦ προσώπου μου, καὶ λήψῃ
μετὰ σεαυτοῦ ἄνδρας πεποιθότας ἐν ἰσχύϊ αὐτῶν, πεζῶν εἰς χιλιάδας
ἑκατὸν εἴκοσι, καὶ πλῆθος ἵππων σὺν ἀναβάταις (γ) μυριάδων δεκαδύο·
καὶ ἐξελεύσῃ εἰς συνάντησιν πάσῃ τῇ γῇ ἐπὶ δυσμὰς, ὅτι ἠπείθησαν
τῷ ῥήματι τοῦ στόματός μου. καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἑτοιμάζειν γῆν
καὶ ὕδωρ, ὅτι ἐξελεύσομαι ἐν θυμῷ μου ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ καλύψω πᾶν τὸ
πρόσωπον τῆς γῆς ἐν τοῖς ποσὶ τῆς δυνάμεώς μου· καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς διαρπαγὴν
αὐτοῖς, καὶ οἱ τραυματίαι αὐτῶν πληρώσουσι τὰς φάραγγας (δ) καὶ τοὺς
χειμάῤῥους αὐτῶν, καὶ ποταμὸς ἐπικλύζων τοῖς νεκροῖς αὐτῶν πληρω-
θήσεται· καὶ ἄξω τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα πάσης τῆς γῆς. σὺ δὲ ἐξελθὼν
(ε) προκαταλήψῃ μοι πᾶν ὅριον αὐτῶν, καὶ ἐκδώσουσί σοι ἑαυτοὺς, καὶ διατηρήσεις (ζ) ἐμοὶ
6 αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπειθοῦντας οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου, (η) δοῦναι
αὐτοὺς εἰς φόνον καὶ ἁρπαγὴν ἐν πάσῃ τῇ γῇ σου. ὅτι ζῶν ἐγὼ, καὶ τὸ κράτος τῆς βασι-
λείας μου, λελάληκα, καὶ ποιήσω ταῦτα ἐν χειρί μου. καὶ σὺ δὲ οὐ παραβήσῃ ἕν τι τῶν ῥημάτων
τοῦ κυρίου σου, ἀλλ᾽ ἐπιτελῶν ἐπιτελέσεις, καθότι προσέταξά σοι, καὶ οὐ μακρυνεῖς τοῦ ποιῆσαι
αὐτά.

MS.A. (α) * βασιλεὺς (β) ὀλεθρεῦσαι (γ) χιλιάδας (δ) αὐτῶν καὶ τοὺς χειμάῤῥους καὶ (ε) προσκαταλήψῃ (ζ) μοὶ (η) τοῦ δοῦναι

CAP. II.

ET in anno octavo et decimo, secundâ et vigesimâ 1
primi mensis, factum est verbum in domo Nabuchodonosor
regis Assyriorum, ulcisci omnem terram, sicut locutus erat.
Et convocavit omnes ministros suos, et omnes magnates 2
suos, et posuit cum eis mysterium consilii sui. Et (a) con- 3
summavit omne malum terræ de ore suo: et ipsi judicaverunt exterminare omnem carnem, qui non obsequuti fuerant
sermoni oris ejus. Et factum est, ut consummavit consi- 4
lium suum; vocavit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernem principem virtutis suæ, qui secundus erat ab ipso,
Et dixit ad eum; Hæc dicit rex magnus, dominus uni- 5
versæ terræ; Ecce tu egredieris à facie mea, et sumes tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditum ad millia centum viginti, et multitudinem equorum cum ascensoribus (b) myriadum duodecim: et egredieris in occursum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obedierunt verbo oris mei: et annuntiabis eis parare terram, et aquam: quoniam egrediar in furore meo super eos; et operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ: et dabo illos in direptionem eis: et cæsi istorum implebunt valles, et torrentes ipsorum: et fluvius inundans mortuis eorum implebitur: et ducam captivitatem eorum, ad summitates universæ terræ. Tu verò egressus præoccupabis mihi omnem terminum eorum: et dedent se tibi, et conservabis mihi eos in diem argutionis eorum: Super inobedientes autem 6
non parcet oculus tuus, dare eos in cædem et direptionem in omni terra tua: quoniam vivens ego, et imperium regni mei: locutus sum, et faciam hæc in manu mea. Et tu autem non transgredieris unum quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi: et non cunctaberis facere hæc.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

ܘܣܕܪ ܚܝܠܗ ܠܘܩܒܠ ܐܪܦܟܫܕ ܡܠܟܐ. ܒܫܢܬ ܫܒܥܣܪܐ. ܘܐܬܚܝܠ ܒܩܪܒܐ. ܘܐܗܦܟ ܠܡܥܪܩܐ ܠܟܠܗ
ܚܝܠܗ ܕܐܪܦܟܫܕ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܦܪ̈ܫܘܗܝ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܪ̈ܟܒܬܗ. ܘܐܫܬܠܛ ܥܠ ܡܕ̈ܝܢܬܗ.
ܘܡܛܐ ܥܕܡܐ ܠܐܚܡܬܢ. ܘܟܒܫ ܡܓ̈ܕܠܐ. ܘܒܙܐ ܫܘ̈ܩܝܗ. ܘܠܫܘܦܪܗ ܗܦܟ ܠܚܣܕܐ.
ܘܐܚܕܗ ܠܐܪܦܟܫܕ ܒܛܘܪܐ ܕܪܓܘ. ܘܡܚܝܗܝ ܒܢܝܙܟܘܗܝ. ܘܐܘܒܕܗ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܢܐ.
ܘܗܦܟ ܠܢܝܢܘܐ ܗܘ ܘܚܝܠܗ. ܘܟܢܫܐ ܕܓܒܪ̈ܐ ܩܪ̈ܒܬܢܐ. ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܡܬܦܢܩ ܘܐܟܠ ܘܫܬܐ.
ܗܘ ܘܟܠܗ ܚܝܠܗ. ܝܘ̈ܡܐ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ.

* ܫܠܡ * ܒ̄ *

1 * ܘܒܫܢܬ ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ ܕܪ̈ܚܡܝܗ ܕܒܝܪܚܐ ܩܕܡܝܐ. ܗܘܐ ܦܬܓܡܐ ܒܒܝܬܗ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ
2 ܡܠܟܐ. ܠܡܬܒܥ ܡܢ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ. * ܘܩܪܐ ܠܥܒ̈ܕܘܗܝ ܠܟܠܗܘܢ ܘܠܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ.
3 ܘܓܠܐ ܠܗܘܢ ܐܪܙܐ ܕܠܒܗ. * ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܠܡܐܡܪ ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܘܡܢܗܘܢ
ܐܦ ܗܢܘܢ ܩܒܠܘ ܕܢܘܒܕܘܢ ܟܠܗ ܒܣܪܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܫܬܡܥܘ ܠܦܬܓܡܐ ܕܦܘܡܗ ܕܡܠܟܐ.
4 * ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܡܠܟܗ ܘܬܪܥܝܬܗ. ܩܪܐ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪ ܠܐܠܦܪܢܐ ܪܒ ܚܝܠܗ. ܡܛܠ
5 ܕܬܪܝܢ ܗܘܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ. * ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܡܪܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܗܐ ܐܢܬ ܢܦܘܩ
ܡܢ ܩܕܡܝ. ܘܕܒܪ ܥܡܟ ܓܒܪ̈ܐ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠ ܚܝܠܗܘܢ. ܪ̈ܓܠܝܐ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܐܠܦܝܢ. ܘܣܘܓܐܐ
ܕܣܘܣܘܬܐ ܘܕܪ̈ܟܒܝܗܘܢ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܘܦܘܩ ܠܘܩܒܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܡܥܪܒܐ. ܡܛܠ ܕܡܪܕܘ
ܒܦܬܓܡܐ ܕܦܘܡܝ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܢܛܝܒܘܢ ܐܪܥܐ ܘܡܝ̈ܐ. ܡܛܠ ܕܢܦܩ ܐܢܐ ܥܠܝܗܘܢ
ܒܚܡܬܝ. ܘܐܟܣܐ ܦܪ̈ܨܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ ܒܪ̈ܓܠܝ ܚܝܠܝ. ܘܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܠܒܙܬܐ.
ܘܢܬܡܠܘܢ ܢܚ̈ܠܐ ܘܢܗܪ̈ܘܬܐ ܡܢ ܩܛܝ̈ܠܝܗܘܢ. ܘܐܫܒܐ ܫܒܝܗܘܢ. ܠܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ.
ܘܐܢܬ ܦܘܩ ܘܐܚܘܕ ܠܝ ܟܠܗܘܢ ܬܚܘܡܝܗܘܢ. ܘܐܢ ܢܫܠܡܘܢ ܠܟ ܢܦܫܗܘܢ ܛܪ ܐܢܘܢ ܠܝ ܠܝܘܡܐ
6 ܕܡܟܣܢܘܬܗܘܢ. * ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܐ ܬܚܘܣ ܥܝܢܟ ܠܡܫܠܡܘ ܐܢܘܢ
ܠܩܛܠܐ ܘܠܒܙܬܐ. ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܡܛܠ ܕܚܝ ܐܢܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܝ: ܘܐܡܪܬ ܘܐܥܒܕ
ܒܐܝܕܝ. ܘܐܢܬ ܠܐ ܬܥܒܪ ܥܠ ܚܕ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܪܟ. ܐܠܐ ܡܫܡܠܘ ܬܫܡܠܐ
ܐܝܟ ܕܦܩܕܬܟ ܘܠܐ ܬܘܚܪ ܠܡܥܒܕ ܗܠܝܢ.

Paravítque copias suas adversùs Arphaxad anno decimo septimo. Et fortior factus prælio convertit in fugam omnes copias Arphaxad, & equites ejus omnes, currúsque, factúsque est dominus civitatum ejus, pervenítque Ecbatana usque, & subegit turres, & diripuit plateas ejus, & decorem ipsarum omnem in opprobrium mutavit. Cepítque Arphaxad in montib⁹ Ragau, & occidit ipsum lanceis suis, perdiditque ad diem usque hanc. Reversúsque est Ninivem ipse, & exercitus ejus, & multitudo virorũ bellatorum, exultabátque ibi, & convivia agebat ipse, & totus exercitus ejus diebus centum viginti.

CAP. II.

ANno autem vicesimo octavo, duodecimo mensis primi factus est sermo in do- 1
mo Nebucadnosaris regis, de sumenda ultione de universa terra, ut dixerat. Et vo- 2
cavit omnes servos, & magnates suos, & declaravit eis secretum cordis sui. Et 3
factũm est, cùm absolvisset loqui malum de tota terra, receperunt etiam illi in se perdere omnes homines qui non fuerant dicto obedientes regi. Et factum est, cùm 4
absolvissent consiliũ suum, vocavit Nebucadnosar rex Assyriæ Alfernam magistrũ militiæ suæ, erat enim secundus ab ipso: Et dixit ei, Sic dicit rex magnus do- 5
minus totius terræ; Ecce tu egredere de conspectu meo, & sume tecum viros fortes, peditum centum viginti millia, & numerum equorum, equitúmque ipsorum, duodecim millia. Et obviam ito toti terræ Occidentis; illis qui spreverunt dictum oris mei. Et jube illos parare mihi terram & aquam, quia egrediar ad ipsos in furore meo, & operiam faciem totius terræ peditibus exercitûs mei: et dabo ipsos in prædam exercitui meo. Et replebuntur valles & torrentes ipsorum sanguine cæsorum suorum. Et torrens inundans implebitur cadaveribus ipsorum. Et dispergam captivos ipsorum in extrema terræ. Tu autem egressus, cape mihi omnes fines ipsorum. Quòd si pacifici fuerint, serva eos mihi in diem quo arguentur. Eis autem qui non obedierint, 6
ne parcat oculus tuus, quin eos tradat cædi, & prædæ, universam nempe terram. Quia sicut vivo ego, & regnum meũ, quæ dixi, hæc cuncta faciam manu meâ. Tu autem noli quicquam mandatorum domini tui transgredi, sed effice omnino hæcque tibi mando.

Versio VULG. LAT.

7 Tunc Holofernes vocavit duces, & magi-
stratus virtutis Assyriorum: & dinume-
ravit viros in expeditionem, sicut præce-
pit ei rex, centum viginti millia peditum
pugnatorũ, & equitum sagittariorũ duo-
8 decim millia. Omnémque expeditionem
suam fecit præire in multitudine innu-
merabiliũ camelorum, cum his quæ exer-
citibus sufficerent copiosè, boum quoque
armenta, gregésque oviũ, quorũ non erat
9 numer⁹. Frumentũ ex omni Syria in trans-
10 itu suo parari constituit. Aurum verò &
argentũ, de domo regis assumpsit multum
11 nimis. Et profectus est ipse, & omnis ex-
ercitus, cum quadrigis, & equitibus, & sa-
gittariis, qui cooperuerunt faciẽ terræ, sic-
12 ut locustæ. Cúmque ptransisset fines As-
syriorum, venit ad magnos montes Ange,
qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascendítque
omnia castella eorũ, & obtinuit omnẽ mu-
13 nitionẽ. Effregit autem civitatem opina-
tissimam Melothi, prædavítque omnes fi-
lios Tharsis, & filios Ismael, qui erãt con-
tra faciem deserti, & ad austrũ terræ Cel-
14 lon. Et transivit Euphraten, & venit in
Mesopotamiam: & fregit omnes civitates
excelsas, quæ erãt ibi, à torrente Mambre
15 usquequò perveniatur ad mare: Et oc-
cupavit terminos ejus, à Cilicia usque ad
16 fines Japheth, qui sunt ad austrũ. Abdu-
xítque omnes filios Madian, & prædavit
omnem locupletationem eorum, omnésq;
17 resistentes sibi occîdit in ore gladii. Et
post hæc descendit in campos Damasci in
diebus messis, & succendit omnia sata
omnésque arbores & vineas fecit incîdi:
Et cecidit timor illius super omnes inha-
bitantes terram.

CAP. III.

1 TUnc miserunt legatos suos, universarũ
urbium ac provinciarum reges ac princi-
pes, Syriæ scilicèt Mesopotamiæ, & Syriæ
Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui ve-
2 nientes ad Holofernem, dixerunt; Desinat
indignatio tua circa nos: Melius est enim
ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

7 Καὶ ἐξῆλθεν Ὀλοφέρνης ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε πάντας
τοὺς δυνάστας, καὶ τοὺς στρατηγοὺς, καὶ ἐπιστάτας τῆς δυνάμεως Ἀσσοὺρ, καὶ
ἠρίθμησεν ἐκλεκτοὺς ἄνδρας εἰς παράταξιν, καθότι (α) ἐκέλευσεν αὐτῷ
ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰς μυριάδας δεκαδύο, καὶ ἱππεῖς τοξότας μυρίους δισχιλίους,
8 καὶ διέταξεν αὐτοὺς ὃν τρόπον πολέμου πλῆθος συντάσσεται. Καὶ ἔλαβε
καμήλους καὶ ὄνους καὶ ἡμιόνους εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν, πλῆθος πολὺ
σφόδρα, καὶ πρόβατα καὶ βόας καὶ αἶγας εἰς τὴν παρασκευὴν αὐτῶν, ὧν
9 οὐκ ἦν ἀριθμός, Καὶ ἐπισιτισμὸν παντὶ ἀνδρὶ εἰς πλῆθος, Καὶ χρυσίον
10 11 καὶ ἀργύριον ἐξ οἴκου βασιλέως πολὺ σφόδρα. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτὸς καὶ
πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ εἰς πορείαν τοῦ προελθεῖν βασιλέως Ναβουχοδονόσορ,
(β) καὶ καλύψαι πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς πρὸς δυσμαῖς ἐν ἅρμασι καὶ ἱππεῦ-
σι καὶ πεζοῖς ἐπιλέκτοις αὐτῶν. Καὶ πολὺς ὁ ἐπίμικτος ὡς ἀκρὶς συνεξῆλθον
αὐτοῖς, καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς· οὐ γὰρ ἦν ἀριθμὸς ἀπὸ πλήθους αὐτῶν. Καὶ
(γ) ἀπῆλθον ἐκ Νινευὴ ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου (δ) Βαι-
12 κτιλαὶθ, Καὶ ἐπεστρατοπέδευσεν ἀπὸ Βαικτιλαὶθ πλησίον τοῦ ὄρους τοῦ ἐπ'
ἀριστερᾷ τῆς ἄνω Κιλικίας. καὶ ἔλαβε πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τοὺς
πεζοὺς, καὶ τοὺς ἱππεῖς, καὶ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν
ὀρεινήν. καὶ διέκοψε (ε) τὸ Φοὺδ καὶ Λοὺδ, καὶ (ζ) ἐπρονόμευσαν πάντας
υἱοὺς Ῥασσὶς, καὶ υἱοὺς Ἰσμαὴλ τοὺς κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου πρὸς Νότον τῆς
14 (η) Χελλαίων. Καὶ παρῆλθε τὸν Εὐφράτην, καὶ διῆλθε τὴν Μεσοποταμίαν,
καὶ (θ) διέσκαψε πάσας τὰς πόλεις τὰς ὑψηλὰς τὰς ἐπὶ τοῦ χειμάρρου
15 Ἀβρωνᾶ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ θάλασσαν. Καὶ κατελάβετο τὰ ὅρια τῆς
Κιλικίας, καὶ κατέκοψε πάντας τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ· καὶ ἦλθεν ἕως
16 ὁρίων Ἰάφεθ, τὰ πρὸς Νότον κατὰ πρόσωπον τῆς Ἀραβίας. Καὶ ἐκύκλωσε
πάντας τοὺς υἱοὺς (ι) Μαδιὰν, καὶ ἐνέπρησε τὰ σκηνώματα αὐτῶν, καὶ ἐπρονό-
17 μευσε τὰς μάνδρας αὐτῶν. Καὶ κατέβη εἰς πεδίον Δαμασκοῦ ἐν ἡμέραις
θερισμοῦ πυρῶν, καὶ ἐνέπρησε πάντας τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν· καὶ τὰ ποίμνια καὶ
τὰ βουκόλια ἔδωκεν εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσκύλευσε, καὶ τὰ
πεδία αὐτῶν ἐξελίκμησε, καὶ ἐπάταξε πάντας τοὺς νεανίσκους αὐτῶν ἐν
18 στόματι ῥομφαίας. Καὶ (κ) ἐπέπεσεν ὁ φόβος καὶ ὁ τρόμος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς κατ-
οικοῦντας τὴν παραλίαν, τοὺς ὄντας ἐν Σιδῶνι καὶ (λ) Τύρῳ, καὶ τοὺς κατοι-
κοῦντας Σοὺρ, καὶ Ὀκινὰ, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἰεμναάν. καὶ οἱ
κατοικοῦντες ἐν Ἀζώτῳ καὶ Ἀσκάλωνι ἐφοβήθησαν αὐτὸν σφόδρα.

MS.A. (α) προσέταξεν (β) καλύψαι (γ) ἐξῆλθεν (δ) Βεκτελὰθ, Καὶ ἐπεστρατοπαίδευσαν ἀπὸ Πακταλαὶ (ε) τοὺ Φοὺδ (ζ) ἐπρονόμευσεν υἱοὺς πάντας (η) Χελέων (θ) κατέσκαψεν (ι) Μαδιὰμ, (κ) ἔπεσεν (λ) ἐν Τύρῳ,

ΚΕΦ. γ'.

1 ΚΑὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγοις εἰρηνικοῖς, λέγοντες, Ἰδοὺ
2 ἡμεῖς οἱ παῖδες Ναβουχοδονόσορ βασιλέως μεγάλου παρακείμεθα ἐνώπιόν
σου, χρῆσαι ἡμῖν καθὼς ἀρεστόν ἐστι τῷ προσώπῳ σου.

Et exivit Olophernes à facie domini sui & vocavit omnes dynastas, & duces, & præsides virtutis Assur, & numeravit electos viros in aciem, sicut jusserat ei dominus ejus, ad myriadas duodecim, & equites sagittarios duodecim millia: & ordinavit eos, quemadmodùm belli multitudo coordinatur. Et sumpsit camelos, & asinos, & mulos ad impedimenta ipsorum, multitudinem plurimam valdè, & oves, & boves, & capras ad apparatum ipsorum, quorum non erat numerus, Et rem frumentariam omni viro in multitudine, Et aurum, & argentum è domo regis multum valdè. Et exiit ipse, & universa virtus ejus ad iter ad præcedendum regem Nabuchodonosor; & operiendum omnem faciem terræ ad Occidentem in currubus, & equitibus, & peditibus electis ipsorum. Et multus admistus, tanquam locusta exierunt cum eis, & tanquam arena terræ: Non enim erat numerus præ multitudine eorum. Et abierunt de Nineve viam trium dierum super faciem campi Bæctilæth: Et castra fecit à Bæctilæth prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciæ. Et sumpsit omnem virtutem suam, pedites, & equites, & currus suos: & abiit inde in montanam: Et excîdit Phud, & Lud: & prædati sunt omnes filios Rassis, & filios Ismael, qui super faciem deserti ad Austrum Chellæon. Et transivit Euphratem, & pertransiit Mesopotamiam, & diruit omnes civitates excelsas, quæ super torrentem Abrona usque ad veniendum super mare. Et cepit fines Ciliciæ, & concîdit omnes resistentes sibi. Et venit usque ad fines Japheth, qui ad Austrum super faciem Arabiæ. Et circuivit omnes filios Madian, & incendit tabernacula eorum, & diripuit mandras eorum. Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, & incendit omnes agros eorum: & greges, & armenta boum dedit in perditionem: & civitates eorum spoliavit, & campos eorum ventilavit, & percussit omnes juvenes eorum in ore gladii. Et incidit timor & tremor ejus super habitantes maritimam, eos qui erant in Sidone, & Tyro, & habitantes Sur, & Ocina, & omnes habitantes Hiemnaan. Et habitantes in Azoto & Ascalone timuerunt eum valdè.

CAP. III.

ET miserunt ad eum nuntios verbis pacificis, dicentes, Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te: utere nobis, sicut placitum est faciei tuæ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

CAP. III.

1 2 [illegible]

Et egressus Alfernas de conspectu Regis Domini sui, vocavit dynastas, & magistros militiæ, præfectósque regis Assyriæ, & numeravit viros ad prælium electos, ut mandaverat ei dominus suus, centum viginti millia, hippotoxotas duodecim millia, & præcepit ut coïrent ad bellum. Accepítque camelos & asinos qui portarent annonam, valdè multos. Et oves bovésque in cibum innumeros. Aurum item & argentum de domo regis valdè copiosum. Et egressus est Niniveни, ipse & exercitus ejus, ut præiret viam regi, & operiret faciem totius terræ Occidentis, curribus, & peditibus electis. Et egressa est cum eis turba miscellanea, numero instar locustarum aut arenæ maris, nec erat numerus summæ ipsorum. Et egressi sunt de Ninive iter trium dierum, adversus planitiem Bethketilath; Et castra posuerunt ex adverso Bethketilath secus montem Aganorum, qui à sinistris superioris Ciliciæ. Et accepit totum exercitũ suum, pedites, & equites, & currus, & profecti sunt indè in montana: Et exciderunt Phutæos, & Ludæos, & captivos fecerunt omnes filios Thiras, & Ramesis, Filiósq; Ismael habitantes desertum quod à Meridie, totámque terram Chaldæorum. Et trajecto Euphrate, transivit Mesopotamiam quæ ad Meridiẽ, destruxítq; omnes civitates fortes, quæ adsitæ sunt fluvio Jabok, donec pervenirent ad mare. Cœperúntq; fines Ciliciæ, et exciderunt omnes qui ex adverso stabant: Venítque ad terminos *Japhet*, qui ad Meridiem adversus Arabiam totam. Et circumierunt omnes filios Madian, & tentoria caulásque eorum incenderunt. Et descenderunt in agros Damascenos, tempore messis tritici, & incenderunt omnes agros ipsorum, & valles ipsorum ventilârunt, oviliáque ipsorum, armentáque, & stabula in excidium verterunt, urbésque ipsorum diripuerunt, & juvenes ipsorum acie gladii occiderunt. Cecidítque timor ac tremor in omnes qui habitant juxta mare, et Tyri ac Sidone, incolásq; Syriæ, & omnes qui habitant Lebnam, incolásque Azoti, Askelonis, & Gazæ, & timuerunt sibi ab ipso magnum in modum,

CAP. III.

ET miserunt ei nuntios verbis pacificis, dicentes; Sic dicimus, Servi sumus Nebucadnosoris regis magni. Ecce stamus coram te. Fac quod bonum videtur tibi.

Versio VULG. LAT.

3 Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes mon-
tes, & colles, & campi, & armenta boum, gregésque
ovium, & caprarum, equorúmque & camelorum, &
4 universæ facultates nostræ, atque familiæ, in conspectu
5 tuo sunt: Sint omnia nostra sub lege tua. Nos, & fi-
6 lii nostri, servi tui sumus. Veni nobis pacificus do-
minus, & utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.
7 Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute
magna, & obtinuit omnem civitatem, & omnem in-
8 habitantem terram. De universis autem urbibus as-
sumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bel-
9 lum. Tantúsque metus provinciis illis incubuit, ut
universarum urbium habitatores principes, & hono-
10 rati simul cum populis, exirent obviàm venienti, Ex-
cipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes
11 choros in tympanis, & tibiis. Nec ista tamen facien-
12 tes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt: Nam
& civitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.
13 Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes
deos terræ exterminaret, videlicèt ut ipse solus dicere-
tur deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis
14 potentiâ subjugari. Pertransiens autem Syriam Sobal,
& omnem Apameam, omnémque Mesopotamiam, ve-
15 nit ad Idumæos in terram Gabaa, Accepítque civitates
eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus
adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ.

CAP. IV.

1 TUnc audientes hæc filii Israel, qui habitabant in
2 terra Juda, timuerunt valdè à facie ejus. Tremor &
horror invasit sensus eorum, ne hoc faceret Jerusalem
& templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus &
3 templis earum. Et miserunt in omnem Samariam per
circuitum usque Jericho, & præoccupaverunt omnes
4 vertices montium: Et muris circumdederunt vicos
suos, & congregaverunt frumenta in præparationem
5 pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad univer-
sos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem
campi magni juxta Dothain, & universos, per quos
viæ transitus esse poterat,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 Ἰδοὺ αἱ ἐπαύλεις (α) ἡμῶν, ϗ πᾶν πεδίον πυρῶν, ϗ τὰ ποίμνια ϗ
τὰ βουκόλια, ϗ πᾶσαι αἱ μάνδραι τῶν σκηνῶν ἡμῶν παράκεινται πρὸ
4 προσώπου σου· Χρῆσαι καθ' ὃ ἂν ἀρέσκῃ σοι. Ἰδοὺ ϗ αἱ πόλεις
5 ἡμῶν, ϗ οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐταῖς δοῦλοί σου εἰσίν· Ἐλθὼν
6 ἀπάντησον αὐταῖς ὡς ἐστιν ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου. καὶ παρε-
γένοντο οἱ ἄνδρες πρὸς Ὀλοφέρνην, ϗ ἀπήγγειλαν αὐτῷ κατὰ τὰ
7 ῥήματα ταῦτα. Καὶ κατέβη ἐπὶ τὴν (β) παραλίαν αὐτὸς ϗ ἡ
8 δύναμις αὐτοῦ, ϗ ἐφρούρησε τὰς πόλεις τὰς ὑψηλάς· Καὶ ἔλαβεν
9 ἐξ αὐτῶν εἰς συμμαχίαν ἄνδρας ἐπιλέκτους. Καὶ ἐδέξαντο αὐτὸν
10 αὐτοὶ, ϗ πᾶσα ἡ περίχωρος αὐτῶν Μετὰ στεφάνων ϗ χορῶν ϗ
12 τυμπάνων. Καὶ κατέσκαψε πάντα τὰ ὅρια αὐτῶν, ϗ τὰ ἄλση αὐ-
13 τῶν ἐξέκοψε. Καὶ ἦν (γ) δεδομένον αὐτῷ ἐξολοθρεῦσαι πάντας
τοὺς θεοὺς τῆς γῆς, ὅπως αὐτῷ μόνῳ τῷ Ναβουχοδονόσορ (δ) λατρεύσωσι
πάντα τὰ ἔθνη, ϗ πᾶσαι αἱ γλῶσσαι (ε) ϗ πᾶσαι αἱ φυλαὶ αὐτῶν
ἐπικαλέσωνται αὐτὸν εἰς θεόν. Καὶ ἦλθε κατὰ πρόσωπον Ἐσδρηλὼν
πλησίον τῆς Δωταίας, ἥ ἐστιν ἀπέναντι τοῦ πρίονος τοῦ μεγάλου τῆς Ἰου-
14 δαίας. Καὶ (ζ) κατεστρατοπέδευσεν ἀναμέσον Γαιβαὶ ϗ Σκυθῶν
15 πόλεως. Καὶ ἦν ἐκεῖ μῆνα ἡμερῶν εἰς τὸ συλλέξαι πᾶσαν τὴν
ἀπαρτίαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

MS.A. (α) ἡμῶν, ϗ πᾶς τόπος ἡμῶν, ϗ πᾶν (β) ἐπαρχίαν (γ) δεδομένον (δ) λατρεύσει (ε) ϗ αἱ (ζ) κατεστρατοπέδευσεν ἀναμέσον Γαιβὰν

Ecce villæ nostræ, & omnis campus triticorum, & 3
greges, & armenta, & omnes mandræ tabernaculo-
rum nostrorum adjacent ante faciem tuam: Utere, 4
quomodò placuerit tibi. Ecce & civitates nostræ, 5
& habitantes in eis servi tui sunt. Veniens oc- 6
curre eis, prout est bonum in oculis tuis. Et adve-
nerunt viri ad Olophernem, & annuntiaverunt ei
secundùm verba hæc. Et descendit super mariti- 7
mam ipse, & virtus ejus, & præsidia posuit in
civitatibus excelsis: Et assumpsit ex eis in belli 8
societatem viros electos. Et susceperunt eum ipsi, 9
& omnis regio adjacens eorum Cum coronis, & 10
choris, & tympanis. Et demolitus est omnes fines 12
eorum, & lucos eorum excidit. Et erat decretum
ei exterminare omnes deos terræ: ut ipsi soli 13
Nabuchodonosor servirent omnes gentes: & omnes
linguæ, & omnes tribus eorum invocarent eum in
Deum. Et venit super faciem Esdrelon prope Do-
tæam, quæ est contra Serram magnam Judææ.
Et castrametatus est inter Gæbæ, & Scytharum 14
civitatem: Et fuit ibi mensem dierum ad col- 15
ligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

ΚΕΦ. δʹ.

1 ΚΑὶ ἤκουσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πάντα
ὅσα ἐποίησεν Ὀλοφέρνης τοῖς ἔθνεσιν, ὁ ἀρχιστράτηγος Ναβουχοδο-
νόσορ (α) βασιλέως Ἀσσυρίων, ϗ ὃν τρόπον ἐσκύλευσε πάντα τὰ
(β) ἱερὰ αὐτῶν, ϗ ἔδωκεν αὐτὰ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ ἐφοβήθησαν
2 (γ) σφόδρα σφόδρα ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, Καὶ περὶ Ἱερουσαλὴμ ϗ
τοῦ ναοῦ κυρίου θεοῦ αὐτῶν ἐταράχθησαν· ὅτι προσφάτως ἦσαν ἀναβε-
βηκότες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ϗ νεωστὶ πᾶς ὁ λαὸς συνελέλεκτο τῆς Ἰου-
δαίας, ϗ τὰ σκεύη, ϗ τὸ θυσιαστήριον, ϗ ὁ οἶκος ἐκ τῆς βεβη-
3 λώσεως ἡγιασμένα ἦν. Καὶ ἀπέστειλαν εἰς πᾶν ὅριον Σαμαρείας, ϗ
Κωνὰς, ϗ (δ) Βαιθωρὼν, ϗ Βελμὲν, ϗ Ἱεριχὼ, ϗ εἰς Χωβὰ, ϗ Αἰσωρὰ,
ϗ τὸν αὐλῶνα Σαλήμ, ϗ προκατελάβοντο πάσας τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέ-
4 ων τῶν ὑψηλῶν, Καὶ (ε) ἐτείχισαντο τὰς ἐν αὐτοῖς κώμας, ϗ παρέθεντο
εἰς ἐπισιτισμὸν εἰς παρασκευὴν πολέμου, ὅτι προσφάτως ἦν τὰ πεδία
5 αὐτῶν τεθερισμένα. Καὶ ἔγραψεν Ἰωακὶμ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ὃς
ἦν ἐν ταῖς (ζ) ἡμέραις ἐκείναις ἐν Ἱερουσαλὴμ, τοῖς κατοικοῦσι Βετυλούα,
ϗ Βετομεσθαὶμ ἥ ἐστιν ἀπέναντι (η) Ἐσδρηλὼν, κατὰ πρόσωπον
τοῦ πεδίου τοῦ πλησίον Δωθαΐμ,

CAP. IV.

ET audierunt filii Israel habitantes in Ju- 1
dæa omnia quæcunque fecerat Olophernes genti-
bus, princeps militiæ Nabuchodonosor regis Assy-
riorum, & quomodò spoliaverat omnia templa ea-
rum, & dederat ea in perditionem: & timu-
erunt valdè valdè à facie ejus, Et pro Hierusa- 2
lem, & templo Domini Dei sui turbati sunt: quo-
niam recenter ascenderant è captivitate, & nuper
omnis populus collectus fuerat Judææ: & vasa,
& altare, & domus, ex pollutione fuerant sancti-
ficata. Et miserunt in omnem terminum Samariæ, 3
& Conas, & Bæthoron, & Belmen, & Hiericho, &
in Choba, & Asora, & vallem Salem: & præoccu-
paverunt omnia cacumina montium excelsorum, Et 4
muris circumdederunt pagos, qui in eis: & reposue-
runt in rem frumentariam ad apparatum belli: quo-
niam recenter fuerant campi ipsorum demessi. Et 5
scripsit Joacim sacerdos magnus, qui erat in diebus
illis in Hierusalem, habitantibus Betylua, & Be-
tomesthæm, quæ est è regione Esdrelon super faciem
campi, qui prope Dothaim,

MS.A. (α) * βασιλεὺς (β) ὅρια (γ) σφόδρα ἀπὸ (δ) Βεθωρὼ, (ε) ἐτείχισαν (ζ) ἡμέραις ἐν (η) Ἐσερηχὼν,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

Ecce omnis terra quam habitamus, o- 3
mnes agri et valles nostræ frugiferæ ovés-
que & boves nostri, stabuláque pecoris
nostri coram te: Fac nobis quod bonum 4
videtur tibi. Ecce civitates nostræ, inco- 5
læque ipsarum servi tui sunt: Veni ob- 6
viàm nobis ut bonum videtur tibi. Et
venerunt legati, & dixerunt Alphernæ
secundùm verba hæc. Et descendit ad 7
civitates mari assitas, ipse & exercitus e-
jus, posuítque custodiam in civitatibus
munitis. Et accepit de eis auxiliarios vi- 8
ros electos. Et susceperunt eum civitates 9
& oppida, Cum coronis, cymbalísque, & 10
tympanis. Et diruerũt omnia templa ipso- 11
rum, & omnia idola ipsorũ conciderunt. 12
Statuerat enim secretò perdere omnes 13
deos terræ, ut omnes populi & linguæ co-
lerent & adorarent Nebucadnosarem,
ipsúmque Deum appellarent. Venítque
Izraelem quæ est juxta Dothan, ex adver-
so serræ magnæ Judææ. Et castrameta- 14
tus est inter Gebam & Baishan. Et mo- 15
ratus est ibi mensem integrum, ut refi-
ceret omnia instrumenta exercitûs sui.

[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. IV.

ET audierunt filii Israel qui habitant 1
Judæam, quicquid fecerat Alphernas dux
exercitûs regis Assyriæ Nebucadnosaris,
populis; Cepisséque eum & tradidis-
se exterminio deos ipsorum. Et timue-
runt valdè à conspectu ejus, Jerosoly- 2
mis, & templo Domini Dei sui. Timue-
runt autem; quoniam nuper ascenderant
à captivitate, & recèns collectus fuerat
populus Judæorum, vasáque & altare re-
cèns ab immunditie sanctificata fuerant.
Et miserunt ad fines Samariæ, oppidáq; 3
Bethhoron, & Abelmeholam, & Jeri-
chuntem, & ad planitiem, & Bethhoron,
& Aulonem Galeami. Et ceperunt o-
mnes vertices montium celsorum. Et 4
muniverunt oppida quæ in eis, & extule-
runt ea quasi ad bellum: nuper enim mes-
sem fecerant agrorum suorũ. Et Eliakim 5
sacerdos summus illis temporibus in Je-
rusalem, scripsit incolis Bethpallu, &
Bethmasthim quæ sunt supra serram quæ
ex adverso Izraelis, & planitiei magnæ
quæ juxta Dothan, dicens;

Versio VULG. LAT.

6 Ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse po-
terat ad Jerusalem, & illic custodirent ubi angustum
7 iter esse poterat inter montes. Et fecerunt filii Israel,
secundùm quod constituerat eis sacerdos Domini Elia-
8 chim. Et clamavit omnis populus ad Dominum in-
stantiâ magnâ, & humiliaverunt animas suas in jeju-
9 niis, & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Et in-
duerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrave-
runt contra faciem templi Domini, & altare Domini
10 operuerunt cilicio: Et clamaverunt ad Dominum
Deum Israel unanimiter, ne darentur in prædam in-
fantes eorum, & uxores eorum in divisionem, & civi-
tates eorum in exterminium, & Sancta eorum in pollu-
11 tionem, & fierent opprobrium Gentibus. Tunc Elia-
chim, sacerdos Domini magnus, circuivit omnē Israel,
12 allocutúsque est eos, Dicens; Scitote quoniam ex-
audiet Dominus preces vestras, si manentes perman-
seritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domi-
13 ni. Memores estote Moysi servi Domini, qui Amalec
confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in
exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, &
in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus
14 sanctis orando dejecit: Sic erunt universi hostes Israel:
15 si perseveraveritis in hoc opere, quod cœpistis. Ad
hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Domi-
16 num, permanebant in conspectu Domini, Ita ut etiam
hi qui offerebant Domino holocausta, præcincti cili-
ciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super ca-
17 pita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant
Deum, ut visitaret populum suum Israel.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

6 Λέγων διακατασχεῖν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς, ὅτι δι' αὐτῶν ἦν
ἡ εἴσοδος εἰς τὴν Ἰουδαίαν· καὶ ἦν εὐχερῶς διακωλῦσαι αὐτοὺς προσ-
βαίνοντας, στενῆς τῆς (α) προσβάσεως οὔσης, ἐπ' ἄνδρας τοὺς πάντας
7 δύο. Καὶ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καθὰ συνέταξεν αὐτοῖς Ἰωακὶμ
ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, καὶ ἡ γερουσία παντὸς (β) δήμου Ἰσραήλ, οἳ ἐκάθηντο
8 ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἀνεβόησαν πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ πρὸς τὸν θεὸν
ἐν ἐκτενείᾳ μεγάλῃ, καὶ ἐταπείνωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἐκτενείᾳ
μεγάλῃ, αὐτοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ νήπια αὐτῶν, καὶ τὰ
κτήνη αὐτῶν· καὶ πᾶς πάροικος (γ) ἢ μισθωτός, καὶ ἀργυρώνητος αὐτῶν,
9 ἐπέθεντο σάκκους ἐπὶ τὰς ὀσφύας αὐτῶν. Καὶ πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ καὶ
γυνή, (δ) τὰ παιδία, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ (ε) ἔπεσον κατὰ
πρόσωπον τοῦ ναοῦ, καὶ ἐσποδώσαντο τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἐξέτειναν τοὺς
10 σάκκους αὐτῶν κατὰ πρόσωπον κυρίου· καὶ τὸ θυσιαστήριον σάκκῳ περιέβα-
λον, Καὶ ἐβόησαν πρὸς τὸν θεὸν Ἰσραὴλ ὁμοθυμαδὸν ἐκτενῶς, τοῦ μὴ
δοῦναι εἰς διαρπαγὴν τὰ νήπια αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας εἰς προνο-
μήν, καὶ τὰς πόλεις τῆς κληρονομίας αὐτῶν εἰς ἀφανισμόν, καὶ τὰ ἅγια εἰς
βεβήλωσιν καὶ ὀνειδισμόν, ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. Καὶ εἰσήκουσεν κύριος
τῆς φωνῆς αὐτῶν, καὶ εἰσεῖδεν τὴν θλῖψιν αὐτῶν. καὶ ἦν ὁ λαὸς νηστεύων
ἡμέρας πλείους ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Ἱερουσαλήμ, κατὰ πρόσωπον τοῦ
11 ἁγίων κυρίου (ζ) παντοκράτορος. Καὶ Ἰωακὶμ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας,
15 Καὶ πάντες οἱ παρεστηκότες ἐνώπιον κυρίου, (η) ἱερεῖς, καὶ οἱ λειτουργοῦν-
16 τες κυρίῳ, σάκκους περιεζωσμένοι τὰς ὀσφύας αὐτῶν, Προσέφερον
τὴν ὁλοκαύτωσιν τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, καὶ τὰς εὐχάς, καὶ τὰ ἑκούσια δόματα
17 τοῦ λαοῦ, καὶ ἦν σποδὸς ἐπὶ τὰς κιδάρεις αὐτῶν. Καὶ ἐβόων
πρὸς κύριον ἐκ πάσης δυνάμεως εἰς ἀγαθὸν ἐπισκέψασθαι (θ) πάντα
οἶκον Ἰσραήλ.

MS. A. (α) διαβάσεως (β) λαοῦ (γ) καὶ (δ) καὶ τὰ (ε) ἐπέθεντο (ζ) τοῦ παντοκράτορος. (η) ἱερεῖς οἱ (θ) πᾶν οἶκον

Cum Translatione LATINA.

Dicens obtinere ascensiones ipsius montanæ: quo- 6
niam per eas erat introitus in Judæam: & erat
facile prohibere eos accedentes, quòd angustus
(a) accessus erat, (b) duos super omnes viros. Et 7
fecerunt filii Israel, sicut constituit eis Joacim
sacerdos magnus, & senatus universi populi Israel,
qui sedebant in Hierusalem. Et exclamaverunt 8
omnis vir Israel ad Deum in instantia magna, &
humiliaverunt animas suas in instantia magna, ipsi,
& uxores ipsorum, & infantes ipsorū, & jumenta
ipsorū: & omnis incola, vel mercenarius, & ar-
gento emptus ipsorū, imposuerunt saccos super lum-
bos suos. Et omnis vir Israel, & mulier, pueri, & 9
habitantes in Hierusalem, ceciderunt ad faciem
templi, & cinere consperserunt capita sua, & exten-
derunt saccos suos ad faciem Domini. Et altare
sacco circumtexerunt, Et clamaverunt ad Deum 10
Israel unanimiter assiduè, ut non daret in direptio-
nem infantes ipsorum, & uxores in prædam, &
civitates hæreditatis ipsorum in perditionem, &
Sancta in pollutionē & opprobriū, gaudiū gentibus.
Et exaudivit Dominus vocem eorum, & inspexit
tribulationem eorū. Et fuit populus jejunans dies
plures in omni Judæa, & Hierusalem, ad faciem
Sanctorum Dei omnipotentis. Et Joacim sacerdos 11
magnus, Et omnes assistentes ante Dominum, sa- 15
cerdotes, & ministrantes Domino, saccis accincti
lumbos suos, Offerebant holocaustoma jugis sacri- 16
ficii, & vota, & spontanea dona populi: & erat
cinis super cidaras eorū. Et clamabant ad Dominū 17
ex omni virtute in bonū visitare omnē domū Israel.

CAP. V.

1 NUntiatúmque est Holoferni principi militiæ Assy-
riorum, quòd filii Israel præpararent se ad resistendum,
2 ac montium itinera conclusissent, Et furore nimio
exarsit in iracundia magna, vocavítque omnes prin-
3 cipes Moab & duces Ammon, Et dixit eis; Dicite
mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut
quæ, & quales, & quantæ sint civitates eorum: quæ
etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum:
vel quis rex militiæ illorum:

ΚΕΦ. ε'.

1 ΚΑὶ ἀνηγγέλη Ὀλοφέρνῃ ἀρχιστρατήγῳ δυνάμεως Ἀσσούρ, διότι
(α) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον, καὶ τὰς διόδους τῆς
ὀρεινῆς συνέκλεισαν, καὶ ἐτείχισαν πᾶσαν κορυφὴν ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ
2 ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ σφόδρα, καὶ
ἐκάλεσε πάντας τοὺς ἄρχοντας Μωάβ, καὶ τοὺς στρατηγοὺς (β) Ἀμ-
3 μών, καὶ πάντας σατράπας τῆς παραλίας, Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀναγ-
γείλατε δή μοι υἱοὶ Χαναὰν τίς ὁ λαὸς οὗτος ὁ καθήμενος ἐν τῇ
ὀρεινῇ, καὶ τίνες ἃς κατοικοῦσι πόλεις; καὶ τὸ πλῆθος τῆς δυνάμεως
αὐτῶν, καὶ ἐν τίνι τὸ κράτος αὐτῶν, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν, καὶ τίς ἀνέ-
στηκεν ἐπ' αὐτῶν (γ) βασιλεὺς ἡγούμενος στρατιᾶς αὐτῶν;

MS.A. (α) υἱοὶ (β) υἱοὺς Ἀμμών, (γ) ὁ βασιλεὺς ἡγούμενος στρατείας

CAP. V.

ET nuntiatum est Olopherni principi virtutis 1
Assur, quia filii Israel parati erant ad prælium, &
transitus montanæ concluserant, & muris circun-
dederant omne cacumen montis excelsi, & posuerant
in campis scandala. Et iratus est furore valdè, & 2
vocavit omnes principes Moab, & duces Ammon,
& omnes satrapas maritimæ, Et dixit eis; An- 3
nuntiate nunc mihi, filii Chanaan, quis populus
hic habitans in montana, & quænam, quas habi-
tant, civitates, & quæ multitudo virtutis eorum,
& in quo potestas eorum, & fortitudo eorum, &
quis surrexit super eos rex, dux exercitûs eorum,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]

Occupate ascensum montis unde ingressus in Judæam: Nec enim facilis erat ascen-
dentibus, quia angustus erat ascensus, et-
iam viris simul duobus. Et fecerunt fi- 7
lii Israel sicut mandaverat Eliakim sa-
cerdos magnus, & senatores totius po-
puli Israel qui habitabant Jerosolymis.
Et clamârunt omnes Israelitæ ad Domi- 8
num toto corde suo, & afflixerunt seipsos
jejunio magno, uxorésque suas & liberos,
& incolam omnem atque mercenarium
& argento emptum: Præcinxerúntque
lumbos suos saccis. Et omnes viri Israe- 9
litæ, mulierésque & pueri qui habitabant
Jerosolyma, ceciderunt in facies suas co-
ram templo Domini, & cinxerunt altare
sacco; Et clamârunt unà ad Deum Is- 10
raelis, ne daret liberos ipsorum et uxores
in captivitatem, & urbem ipsorum in
destructionem, sanctuarium autem in im-
munditiem, & opprobrium, & gaudium
gentibus. Et audivit Dominus, & vidit
angustias ipsorum. Jejunavit autem po-
pulus dies multos per totam Judæam, &
Jerosolymis, & ceciderunt coram sanctu-
ario Dei fortis. Eliakim autem sacer-
dos summus, illíque omnes qui stabant
coram Domino sacerdotes, & ministri,
cincti saccis lumbos, Offerebant holo-
causta jugia, votáque, & separationes, ob-
lationésque populi, injecto tiaris suis pul-
vere. Et clamabant *ad Dominum* totis
viribus suis, ut respiceret universam do-
mum Israel in bonum.

[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. V.

NUntiatum autem est Alphernæ duci
exercitûs Assyriæ, coiisse filios Israel ad
bellum, & ingressum montium occupâs-
se, & vertices omnes montium excelso-
rum munivisse, & insidias per agros dis-
posuisse. Et incensus est valdè furor
Alphernæ: Et vocavit omnes magnates
Moab, & dynastas Ammonitarum, prin-
cipésque civitatum maritimarum, & dixit
eis; Dicite mihi filii Canaan, Quis iste
populus est qui montes incolit? Quæ
item civitates, numerúsque copiarum
ipsorum? Quâ in re sitæ sunt vires ro-
búrque ipsorum? quis autem princeps
ipsis imperat?

Versio VULG. LAT.

4 Et quarè præ omnibus, qui habitant in Oriente, isti
contempserunt nos, & non exierunt obviàm nobis, ut
5 susciperent nos cum pace? Tunc Achior dux omnium
filiorum Ammon respondens, ait; Si digneris audire,
domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de po-
pulo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur
6 verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex proge-
7 nie Chaldæorum est, Hic primùm in Mesopotamia
habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suo-
8 rum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes ita-
que ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine
9 deorum erant, Unum Deum cœli coluerunt: qui
& præcepit eis ut exirent indè, & habitarent in Cha-
ran. Cúmque operuisset omnem terram fames, descen-
derunt in Ægyptum, illícque per quadringentos annos
sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset
10 exercitus. Cúmque gravaret eos rex Ægypti, atque
in ædificationibus urbium suarum in luto & latere
subjugâsset eos, clamaverunt ad Dominum suum, &
11 percussit totam terram Ægypti plagis variis. Cúm-
que ejecissent eos Ægyptii à se, & cessâsset plaga ab
eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum servi-
12 tium revocare, Fugientib[9] his Deus cœli mare aperuit,
ita ut hinc indè aquæ quasi murus solidarentur, & isti
13 pede sicco fundum maris perambulando transirent. In
quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum
eos persequeretur, ita aquis coöpertus est, ut non re-
14 maneret vel unus, qui factum posteris nuntiaret. Egressi
verò mare rubrum, deserta Sina montis occupaverunt,
in quibus nunquã homo habitare potuit, vel filius ho-
15 minis requievit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad
bibendum, et per annos quadraginta annonam de cœlo
16 consecuti sunt. Ubicunque ingressi sunt sine arcu & sa-
gitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnavit
17 pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti,
18 nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Quoties-
cunque autem præter ipsum Deũ suum, alterum colue-
runt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in oppro-
19 brium. Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse
à cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resi-
20 stendi. Denique Chananæum regem, & Jebusæum, &
Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum,
& omnes potentes in Hesebon prostraverunt, & terras
21 eorum, & civitates eorum ipsi possederunt: Et usque
dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis
22 bona: Deus enim illorum odit iniquitatẽ. Nam & ante
hos annos, cùm recessissent à via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captivi abducti sunt in
23 terram non suam. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterùm possi-
dent Jerusalem, ubi sunt Sancta eorum.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

4 Καὶ διὰ τί κατενωτίσαντο τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντησίν μοι παρὰ
5 πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν δυσμαῖς. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἀχιὼρ
ὁ ἡγούμενος πάντων υἱῶν Ἀμμών, Ἀκουσάτω δὴ (α) ὁ κύριός μου
λόγον ἐκ στόματος τοῦ δούλου σου, καὶ ἀναγγελῶ σοι τὴν ἀλήθειαν περὶ
τοῦ (β) λαοῦ, ὃς κατοικεῖ τὴν ὀρεινὴν ταύτην, πλησίον σου οἰκοῦντος,
6 καὶ οὐκ ἐξελεύσεται ψεῦδος ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δούλου σου. Ὁ λαὸς
7 οὗτός εἰσιν ἀπόγονοι Χαλδαίων, Καὶ παρῴκησαν τὸ πρότερον ἐν
τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὅτι οὐκ ἐβουλήθησαν ἀκολουθῆσαι τοῖς θεοῖς τῶν πα-
8 τέρων αὐτῶν, οἳ ἐγένοντο ἐν γῇ Χαλδαίων. Καὶ ἐξέβησαν ἐξ ὁδοῦ
9 τῶν γονέων αὐτῶν, Καὶ προσεκύνησαν τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, θεῷ ᾧ
ἐπέγνωσαν. καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῶν θεῶν αὐτῶν, καὶ
ἔφυγον εἰς Μεσοποταμίαν, καὶ παρῴκησαν ἐκεῖ ἡμέρας πολλάς.
καὶ εἶπεν ὁ θεὸς αὐτῶν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς παροικίας αὐτῶν, καὶ
πορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν· καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ, καὶ ἐπληθύνθησαν
χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ καὶ ἐν κτήνεσι πολλοῖς σφόδρα. καὶ κατέβησαν
εἰς Αἴγυπτον, ἐκάλυψε γὰρ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς Χαναὰν λιμὸς,
καὶ παρῴκησαν ἐκεῖ (γ) μέχρις οὗ διετράφησαν. καὶ ἐγένοντο ἐκεῖ εἰς
10 πλῆθος πολὺ, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τοῦ γένους αὐτῶν. Καὶ ἐπανέστη
αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ (δ) κατεσοφίσαντο αὐτοὺς ἐν πόνῳ
καὶ ἐν πλίνθῳ, καὶ ἐταπείνωσαν αὐτοὺς, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς εἰς δούλους.
καὶ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ ἐπάταξε πᾶσαν τὴν γῆν Αἰ-
11 γύπτου πληγαῖς, ἐν αἷς οὐκ ἦν ἴασις. Καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς οἱ Αἰ-
12 γύπτιοι ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. Καὶ κατεξήρανεν ὁ θεὸς τὴν ἐρυθρὰν
14 θάλασσαν ἔμπροσθεν αὐτῶν, Καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν τοῦ Σινὰ,
καὶ Κάδης Βαρνὴ, καὶ ἐξέβαλον πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ·
καὶ ᾤκησαν ἐν γῇ Ἀμορραίων, καὶ πάντας τοὺς (ε) Ἐσεβωνίτας
ἐξωλόθρευσαν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν· καὶ διαβάντες τὸν Ἰορδάνην ἐκλη-
20 ρονόμησαν πᾶσαν τὴν ὀρεινήν. Καὶ ἐξέβαλον ἐκ προσώπου αὐτῶν τὸν
Χαναναῖον, καὶ τὸν Φερεζαῖον, καὶ τὸν Ἰεβουσαῖον, καὶ τὸν Συχὲμ, καὶ πάντας
21 τοὺς Γεργεσαίους, καὶ κατῴκησαν ἐν αὐτῇ ἡμέρας πολλάς. Καὶ ἕως οὐχ
ἥμαρτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ αὐτῶν, ἦν (ζ) τὰ ἀγαθὰ μετ' αὐτῶν, ὅτι
22 θεὸς μισῶν ἀδικίαν μετ' αὐτῶν ἐστιν. Ὅτε δὲ ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς
ὁδοῦ ἧς διέθετο αὐτοῖς, (η) ἐξωλοθρεύθησαν ἐν πολλοῖς πολέμοις ἐπὶ
πολὺ σφόδρα, καὶ ᾐχμαλωτεύθησαν εἰς γῆν οὐκ ἰδίαν, καὶ ὁ ναὸς
23 τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἐγενήθη εἰς ἔδαφος, καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν ἐκρατήθησαν ὑπὸ
τῶν ὑπεναντίων. Καὶ νῦν ἐπιστρέψαντες ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτῶν, ἀνέβησαν
ἐκ τῆς διασπορᾶς οὗ διεσπάρησαν ἐκεῖ, καὶ κατέσχον τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὗ
τὸ ἁγίασμα αὐτῶν, καὶ κατῳκίσθησαν ἐν τῇ ὀρεινῇ, ὅτι ἦν ἔρημος.

MS. A. (α) λόγον ὁ κύριός μου ἐκ (β) λαοῦ τούτου, ὃς (γ) μέχρι (δ) κατεπορίσατο αὐτοὺς, καὶ ἐν πόνῳ καὶ πλίνθῳ ἐταπείνωσαν αὐτοὺς, καὶ ἔθετο (ε) Ἐσεβὼν ἐξωλέθρευσαν (ζ) μετ' αὐτῶν τὰ ἀγαθὰ, (η) ἐξωλέθρευσαν

Cum Translatione LATINA.

Et cur erexerunt dorsum, ut non venirent in occur- 4
sum mihi, præter omnes habitantes in Occidente.
Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Am- 5
mon; Audiat, quæso, dominus meus verbum ex
ore servi sui, & annuntiabo tibi veritatem de po-
pulo, qui habitat montanam hinc prope te habitan-
tem: & non exibit mendacium ex ore servi tui. 6
Populus hic sunt prognati ex Chaldæis, Et incolue- 7
runt anteà in Mesopotamia: quoniam noluerunt
sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra
Chaldæorum: Et digressi sunt è via parentum suo- 8
rum: Et adoraverunt Deum cæli, Deum, quem 9
cognoverunt. Et ejecerunt eos à facie deorum suo-
rum. Et fugerunt in Mesopotamiam, & incoluerunt
ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, ut exirent
de incolatu suo, & irent in terram Chanaan. Et
habitaverunt ibi, & multiplicati sunt auro, & ar-
gento, & in pecoribus multis valdè. Et descende-
runt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Cha-
naan fames) & incoluerunt ibi quoadusque (a) aucti
sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam,
& non erat numerus generis eorum. Et insurrexit 10
eis rex Ægypti; & circumvenerunt eos in labore,
& latere, & humiliaverunt eos, & posuerunt eos
in servos. Et exclamaverunt ad Deum suum: &
percussit universam terram Ægypti plagis, in quibus
non erat curatio. Et ejecerunt eos Ægyptii à facie 11
sua. Et exiccavit Deus rubrum mare ante eos, 12
Et duxit eos in viam Sina, & Cades Barne: Et eje- 14
cerunt omnes habitantes in deserto: & habitaverunt
in terra Amorrhæorum: & omnes Esebonitas exter-
minârunt in fortitudine sua. Et transeuntes Jor-
danem hæreditârunt universam montanam: Et eje- 20
cerunt à facie sua Chananæum, & Pherezæum, &
Jebusæum, & ipsum Sychem, & omnes Gergesæos:
& inhabitârunt in ea dies multos. Et quoadusque 21
non peccaverunt in conspectu Dei sui; fuerunt bona
cum eis: quoniam Deus odio habens injustitiam,
cum eis est. Quando autem recesserunt à via, quam 22
disposuit eis; exterminati sunt in multis bellis plu-
rimùm valdè: & captivi ducti sunt in terram non
propriam: & templum Dei ipsorum factum est in
pavimentum: & civitates eorum captæ sunt ab
adversariis. Et nunc revertentes ad Deum suum, 23
ascenderunt è dispersione, ubi dispersi fuerunt illic,
& tenuerunt Hierusalem, ubi Sanctuarium eorum:
& habitârunt in montana, quoniam erat deserta.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 5 [illegible]
[illegible]
[illegible]
6 7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 14 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]

Et quarè recusârunt obviàm mihi veni- 4
re præ omnibus incolis Occidentis. Et 5
dixit ei Achior præfectus Ammonitarum;
Audiat Dñs meus verba oris servi sui, &
dicam tibi verum de populo qui monta-
na hæc juxta te incolit: nec egredietur
verbum falsum de ore servi tui. Quia 6
populus iste de genere Chaldæorum est.
Et habitavit antehac Mesopotamiam, 7
propterea quod nollent sequi deos pa-
trum suorum, quos colebant in terra
Chaldæorum: Sed declinarent à diis 8
patrum suorum, & adorarent Deum cœ-
lorum, Deum quem cognoverant. Et e- 9
duxit eos de conspectu deorum ipsorum,
& fugerunt in Mesopotamiam, & habi-
târunt ibi dies multos. Et jussit eos Deus
eorum, egressos domo hæreditatis ipso-
rum, ire in terram Canaan. Et ibi habitâ-
runt, & facti sunt divites auro, & argen-
to, pecoréque multo admodùm. Et de-
scenderunt in Ægyptum propter famem
quæ fuit in terra Canaan, & habitârunt
ibi, & sustentati sunt, & multiplicati sunt
ibi valdè, ita ut non esset numerus fami-
liis ipsorum. Et surgentes Ægyptii in eos, 10
dolo ipsos adierunt, & redegerunt in ser-
vitutem luto & lateribus. Et afflixerunt
populum, & ipsos servos fecerunt. Et cla-
mârunt ad Deum suum, & percussit totam
terram Ægypti plagis insanabilibus. Ex- 11
pulerúntque ipsos Ægyptii terrâ suâ: Et 12
exiccavit Deus ante ipsos mare rubrum.
Et duxit eos per viam montis Sinai, & Ka-
des. Ejecítque omnes incolas deserti, & 14
omnes qui habitabant terram Amoræ-
orum, & perdiderunt robore suo filios
Hesbon. Et trajecto Jordane, possederunt
montana omnia. Et expulit ante eos Ca- 20
nanæos, & Farzæos, & Hevæos, Jebusæos-
que, & omnes Gergesæos. Et habitârunt
ibi dies multos. Cùm enim non peccarent 21
coram Deo ipsorum, tum eis erant bona:
quia Deus est qui odio habeat iniquitatẽ.
Cùm autem transgrederentur viam quam 22
eis mandaverat, peribant bellis multis, &
captivi ducti sunt in terrâ alienâ: Et con-
culcatum est templum Dei ipsorũ, & urbs
ab hostibus capta. Nunc autẽ reversi sunt 23
ad Deum suum, & collecti sunt de locis in
quos dispersi fuerant, & occupârunt Hie-
rosolyma ubi sedes sanctuarii ipsorũ, &
habitârunt in monte qui desolatus fuerat.

Versio VULG. LAT.

24 Nunc ergò, mi domine, perquire si est aliqua iniqui-
tas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad
illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi,
25 & subjugati erunt sub jugo potentiæ tuæ. Si verò
non est offensio populi hujus coram Deo suo, non po-
terimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet
26 illos: & erimus in opprobrium universæ terræ. Et
factum est, cùm cessâsset loqui Achior verba hæc, irati
sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant inter-
27 ficere eum, dicentes ad alterutrum; Quis est iste,
qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodo-
nosor, & exercitibus ejus, homines inermes, & sine
28 virtute, & sine peritia artis pugnæ? Ut ergò agno-
scat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in mon-
tana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum
29 eisdem gladio transverberabitur: Ut sciat omnis
gens, quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, &
præter ipsum alius non est.

CAP. VI.

1 FActum est autem cùm cessâssent loqui, indignatus
2 Holofernes vehementer, dixit ad Achior; Quoniam
prophetâsti nobis, dicens, quòd gens Israel defendatur
à Deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est Deus,
3 nisi Nabuchodonosor: Cùm percusserimus eos o-
mnes, sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis As-
syriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum per-
4 ditione disperiet: Et probabis quoniam Nabucho-
donosor Dominus sit universæ terræ: túncque gladius
militiæ meæ transiet per latera tua, et confixus cades in-
ter vulneratos Israel, & non respirabis ultrà, donec
5 extermineris cum illis. Porrò autem si prophetiam
tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, &
pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si ver-
6 ba mea hæc putas impleri non posse. Ut autem no-
veris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac
hora illorum populo sociaberis, ut, dum dignas mei
gladii pœnas exceperint, ipse simul ultioni subjaceas.
7 Tunc Holofernes præcepit servis suis ut comprehen-
derent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, &
traderent eum in manus filiorum Israel:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

24 Καὶ νῦν δέσποτα κύριε εἰ μέν ἐστιν ἀγνόημα ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ
ἁμαρτάνουσιν εἰς τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ ἐπισκεψόμεθα ὅ, τι ἐστὶν ἐν αὐ-
τοῖς σκάνδαλον τοῦτο, καὶ ἀναβησόμεθα, καὶ ἐκπολεμήσομεν αὐτούς.
25 (α) Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀνομία ἐν τῷ ἔθνει αὐτῶν, (β) παρελθέτω δὴ ὁ κύ-
ριός μου, μήποτε ὑπερασπίσῃ ὁ κύριος αὐτῶν καὶ ὁ θεὸς αὐτῶν
(γ) ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἐσόμεθα εἰς (δ) ὀνειδισμὸν ἐναντίον πάσης τῆς
26 γῆς. Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπαύσατο (ε) Ἀχιὼρ λαλῶν τοὺς λόγους
τούτους, καὶ ἐγόγγυσε πᾶς ὁ λαὸς ὁ (ζ) κυκλῶν τὴν σκηνὴν καὶ περιεστώς.
καὶ εἶπαν οἱ μεγιστᾶνες Ὀλοφέρνου, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν
27 παραλίαν καὶ τὴν Μωάβ συγκόψαι αὐτόν, Οὐ γὰρ φοβηθησόμεθα
ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ· ἰδοὺ γὰρ λαὸς ἐν ᾧ οὐκ ἔστι δύναμις, οὐδὲ κράτος
28 εἰς παράταξιν ἰσχυράν. Διὸ δὴ ἀναβησόμεθα, καὶ ἔσονται εἰς
(η) κατάβρωμα πάσης τῆς στρατιᾶς σου δέσποτα Ὀλοφέρνη.

MS.A. (α) Ἰδοὺ οὐκ (β) παρελθάτω ὁ κύριος, μήποτε (γ) περὶ αὐτῶν, (δ) ὄνειδος (ε) λαλῶν Ἀχιὼρ (ζ) κύκλῳ τῆς σκηνῆς περιεστώς. (η) κατάβρωσιν

ΚΕΦ. ς΄.

1 ΚΑὶ ὡς κατέπαυσεν ὁ θόρυβος τῶν ἀνδρῶν τῶν κύκλῳ τῆς συνε-
δρείας, καὶ εἶπεν Ὀλοφέρνης ὁ ἀρχιστράτηγος (α) δυνάμεως Ἀσσοὺρ
πρὸς Ἀχιὼρ ἐναντίον παντὸς τοῦ δήμου (β) ἀλλοφύλων, καὶ πρὸς πάντας
2 (γ) υἱοὺς Μωάβ, Καὶ τίς εἶ σὺ Ἀχιὼρ, καὶ οἱ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραίμ, Ὅτι
(δ) προεφήτευσας ἐν ἡμῖν καθὼς σήμερον, καὶ εἶπας τὸ γένος Ἰσραὴλ
μὴ πολεμῆσαι, ὅτι ὁ (ε) θεὸς αὐτῶν ὑπερασπιεῖ αὐτῶν; καὶ τίς ὁ θεὸς
εἰ μὴ Ναβουχοδονόσορ; οὗτος ἀποστελεῖ τὸ κράτος αὐτοῦ, καὶ (ζ) ἐξο-
λοθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ οὐ ῥύσεται αὐτοὺς ὁ
3 θεὸς αὐτῶν· Ἀλλ᾽ ἡμεῖς οἱ δοῦλοι αὐτοῦ (η) πατάξομεν αὐτοὺς ὡς
ἄνθρωπον ἕνα, καὶ οὐχ ὑποστήσονται τὸ κράτος τῶν ἵππων ἡμῶν.
Κατακαύσομεν γὰρ αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ ὄρη αὐτῶν (θ) μεθυσθή-
σεται ἐν τῷ αἵματι αὐτῶν, καὶ τὰ πεδία αὐτῶν πληρωθήσεται (ι) νε-
κρῶν αὐτῶν· καὶ οὐκ ἀντιστήσεται τὸ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν κατὰ πρόσ-
4 ωπον (κ) ἡμῶν, ἀλλὰ ἀπωλείᾳ ἀπολοῦνται, Λέγει ὁ βασιλεὺς Να-
βουχοδονόσορ ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς· εἶπε γὰρ, Οὐ ματαιωθήσεται
τὰ ῥήματα τῶν λόγων αὐτοῦ. Σὺ δὲ Ἀχιὼρ μισθωτὲ τοῦ Ἀμμών, ὃς
ἐλάλησας τοὺς λόγους τούτους ἐν ἡμέρᾳ ἀδικίας σου, οὐκ ὄψει ἔτι τὸ
πρόσωπόν μου ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης, ἕως οὗ ἐκδικήσω τὸ γένος
τῶν ἐξ Αἰγύπτου. καὶ τότε διελεύσεται ὁ σίδηρος τῆς στρατιᾶς μου,
καὶ ὁ λαὸς τῶν θεραπόντων μου τὰς πλευράς σου, καὶ πεσῇ ἐν τοῖς τραυ-
ματίαις αὐτῶν, ὅταν ἐπιστρέψω. καὶ ἀποκαταστήσουσί σε οἱ δοῦλοί
μου εἰς τὴν ὀρεινήν, καὶ θήσουσί σε ἐν μιᾷ τῶν πόλεων τῶν ἀναβάσεων, καὶ οὐκ ἀπολῇ ἕως οὗ (λ) ἐξολοθρευθῇς
5 μετ᾽ αὐτῶν. Καὶ εἴπερ ἐλπίζεις τῇ καρδίᾳ σου ὅτι οὐ (μ) ληφθήσονται, μὴ συμπεσέτω σου
6 τὸ πρόσωπον. ἐλάλησα, καὶ οὐδὲν διαπεσεῖται τῶν ῥημάτων μου. Καὶ προσέταξεν Ὀλοφέρνης τοῖς
7 δούλοις αὐτοῦ, οἳ ἦσαν παρεστηκότες ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ, συλλαβεῖν τὸν Ἀχιώρ, καὶ ἀποκαταστῆσαι
αὐτὸν εἰς Βετυλούα, καὶ παραδοῦναι εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰσραήλ.

MS A. (α) τῆς δυνάμεως (β) τῶν ἀλλοφύλων, (γ) τοὺς υἱοὺς (δ) ἐπροφήτευσας (ε) θεὸς ὑπερασπιεῖ (ζ) ἐξολεθρεύσει (η) ἐξολεθρεύσομεν (θ) μεθυσθήσονται (ι) τῶν νεκρῶν (κ) * τῶν ποδῶν ἡμῶν, (λ) ἐξολεθρευθῇς (μ) συλλημφθήσονται, μὴ συμπεσάτω

Cum Translatione LATINA.

Et nunc dominator domine, siquidem est ignorantia 24
in populo hoc, & peccant in Deum suum, (b) & vi-
debimus, quia est in eis scandalum hoc; & ascen-
demus, & debellabimus eos. Si autem non est 25
iniquitas in gente ipsorum; prætereat, quæso, do-
minus meus; ne fortè protegat Dominus eorum, &
Deus eorum pro ipsis, & erimus in opprobrium co-
ram omni terra. Et factum est, ut cessavit Achior 26
loquens sermones hos; & murmuravit omnis popu-
lus circundans tabernaculum, & adstans. Et dixe-
runt magnates Olophernis, & omnes habitantes
maritimam, & Moab, concidere eum: Non enim 27
timebimus à filiis Israel. Ecce enim populus, in
quo non est virtus, neque potentia ad aciem fortem.
Quarè nunc ascendamus: & erunt in escam uni- 28
versi exercitûs tui, domine Olophernes.

CAP. VI.

ET, ut cessavit tumultus virorum, qui in circuitu 1
consessûs; & dixit Olophernes princeps virtutis
Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum,
& ante omnes filios Moab; Et quis es tu Achior, 2
& mercenarii Ephræm, Quia prophetâsti in nobis,
sicut hodiè, & dixisti genus Israel non oppugnare,
quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est De-
us, nisi Nabuchodonosor? Hic mittet potentiam
suam, & exterminabit eos à facie terræ: & non
liberabit eos Deus eorum: Sed nos servi ejus 3
percutiemus eos, tanquam virum unum: & non
sustinebunt potentiam equorum nostrorum. (a) Com-
buremus enim eos in ipsis, & montes eorum inebri-
abuntur in sanguine ipsorum, & campi eorum im-
plebuntur mortuis ipsorum: & non resistet vesti-
gium pedum eorum ad faciem nostram, sed perditione
perdentur, Dicit rex Nabuchodonosor dominus 4
universæ terræ. Dixit enim; Non evanescent ver-
ba sermonum (b) ejus. Tu autem, Achior, mercena-
rie Ammon, qui locutus es verba hæc in die inju-
stitiæ tuæ, non videbis ampliùs faciem meam à
die hac: quoadusque ultus fuero genus eorum,
qui ex Ægypto. Et tunc pertransibit ferrum exerci-
tûs mei, & populus ministrorum meorum costas
tuas: & cades in cæsis eorum, quando revertero:
& reducent te servi mei in montanam, & ponent te
in una civitatum ascensionum: & non peribis, donec exterminatus fueris cum
illis. Et siquidem speras corde tuo, quia non capientur; ne concidat tuus 5
vultus. Locutus sum, & nihil decidet de verbis meis. Et jussit Olophernes 6
servos suos, qui erant assistentes in tabernaculo ejus, comprehendere Achior, & 7
reducere eum in Betylua, & tradere in manus filiorum Israel.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Et nunc, Domine, si est in hoc populo 24
peccatū, & stultè agunt in Deum suum,
dispiciamus fore hoc ipsis in scandalū, &
ascendam⁹, pugnemúsque in ipsos. Quòd 25
si non est in populo ipsorū iniquitas, præ-
tereat ipsos Dominus meus, ne juvet eos
Deus ipsorum, & fiam⁹ opprobrium uni-
versæ terræ. Et factum est, cùm cessâsset 26
Achior loqui ista verba, murmuravit o-
mnis populus circumstantium tabernacu-
lum. Et dixerunt magnates Alphernæ, & 27
habitatores maritimorum, quíque inco-
lebant Moab, concidi oportere Achior:
Dixerunt enim; Non timemus nobis 28
ab Israele: populus enim est in quo non
sunt vires ad bellum. Propterea ascenda-
mus adversùm eos, & erunt *in cibum* toti
exercitui tuo, domine noster Alpherna.

CAP. VI.

CUm autem cessâsset tumultus circum- 1
stantium, dixit Alphernas dux exercitûs
Assyriæ Achiori coram toto populo;
Quis tu Achior, omnésque filii Moab,
& mercenarii Ammon? Quòd prophe- 2
tâsti nobis, sicut fecisti hodiè, & vetasti
pugnare cum filiis Israel, quia Deus ipso-
rum auxilio ipsis est. Et quis Deus, præter
Nebucadnosarem regem totius terræ? Et
is mittet copias suas, & exterminabit eos
à facie toti⁹ terræ, nec liberabit eos Deus
ipsorum. Nos autem servi Nebucadno- 3
saris percutiemus eos ut virum unum, nec
stabunt adversùs hinnitum equorum no-
strorum. Perdemus enim eos, & fines
ipsorum inebriabuntur sanguine ipso-
rum: Et valles ipsorum replebuntur ca-
daveribus ipsorum, nec stabit vestigium
pedum ipsorum adversùs nos, sed omninò
peribunt. Sic dixit Nebucadnosar Do- 4
minus totius terræ, cujus verba non con-
vertentur retrorsum. Tu autem Achior
Ammonita mercenarie, qui locutus es hæc
in die iniquitatis tuæ, non videbis *faciem*
meā ab hoc die donec ultionē sumpsero de
populo qui ascendit ex Ægypto: Tum in-
gredietur gladius exercitûs mei, & lan-
cea servorum meorū latera tua, cadésque
cum occisis eorū quando rediero. Et ducēt
te servi mei hodiè, & relinquent te in
civitate aliqua Israelitarum, ne moriaris
usquedum unà cum eis pereas: Quia 5
putâsti cum corde tuo, non iri eos ca-
ptum, & non videbunt oculi tui bona: dixi
enim, nec cadet unum verborum meorū. 6
Et mandavit Alphernas servis suis qui mi- 7
nistrabant in tentorio suo, ut captum
Achiorem ducerent ad Beth-pallu, & tra-
derent in manus Israelitarum.

Versio VULG. LAT.

8 Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per
campestria : sed cùm appropinquâssent ad montana,
9 exierunt contra eos fundibularii. Illi autem diverten-
tes à latere montis, ligaverunt Achior ad arborem ma-
nibus & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt
10 eum,& reversi sunt ad dominum suum. Porrò filii Is-
rael descendentes de Bethulia, venerunt ad eum; Quē
solventes duxerunt ad Bethuliam, atque in mediū po-
puli illum statuentes, percunctati sunt quid rerū esset,
11 quòd illum vinctum Assyrii reliquissent. In diebus illis
erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Si-
12 meon, & Charmi, qui & Gothoniel. In medio itaque
seniorum, & in conspectu omniū, Achior dixit omnia
quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus : &
qualiter popul⁹ Holofernis voluisset propter hoc ver-
13 bum interficere eum, Et quemadmodùm ipse Holo-
fernes iratus jusserit eum Israelitis hac de causa tradi :
ut, dum vicerit filios Israel, tunc & ipsum Achior di-
versis jubeat interire suppliciis, propter hoc quòd di-
14 xisset ; Deus cœli defensor eorum est. Cúmque Achior
universa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in fa-
ciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione
15 & fletu unanimes preces suas Domino effuderunt, Di-
centes; Domine Deus cœli & terræ, intuere superbiam
eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem
Sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non
derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se,
16 & de sua virtute gloriantes, humilias. Finito itaque
fletu, & per totam diem oratione populorum comple-
17 tâ, consolati sunt Achior, Dicentes ; Deus patrum no-
strorum, cujus tu virtutem prædicâsti, ipse tibi hanc
dabit vicissitudinem, ut eorum magìs tu interitum vi-
18 deas. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc
libertatem servis suis, sit & tecum Deus in medio no-
strì : ut sicut placuerit tibi ita cum tuis omnibus con-
19 verseris nobiscum. Tunc Ozias, finito consilio, súsce-
pit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam.
20 Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio
21 refecerunt. Postea verò convocatus est omnis populus,
& per totam noctem intra ecclesiam oraverunt, pe-
tentes auxilium à Deo Israel.

CAP. VII.

1 Holofernes autem alterâ die præcepit exercitibus
2 suis, ut ascenderent contra Bethuliam. Erant autem pe-
dites bellatorum centum viginti millia, & equites vi-
ginti duo millia, præter præparationes virorum illo-
rum, quos occupaverat captivitas, & abducti fuerant
3 de provinciis & urbibus universæ juventutis. Omnes
parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, usque ad Chelmon qui est contra Esdrelon.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

8 Καὶ συνέλαβον αὐτὸν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἔξω τῆς
παρεμβολῆς εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἀπῆραν ἐκ μέσου τῆς πεδινῆς εἰς τὴν
ὀρεινήν. καὶ παρεγένοντο ἐπὶ τὰς πηγὰς αἳ ἦσαν ὑποκάτω Βετυλούα.
καὶ ὡς εἶδαν αὐτοὺς οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους,
ἀνέλαβον τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν
κορυφὴν τοῦ ὄρους· καὶ πᾶς ἀνὴρ σφενδονήτης διεκράτησαν τὴν ἀνά-
9 βασιν αὐτῶν καὶ (α) ἔβαλον ἐν λίθοις ἐπ᾽ αὐτούς. Καὶ ὑποδύσαντες
ὑποκάτω τοῦ ὄρους, ἔδησαν τὸν Ἀχιώρ, καὶ ἀφῆκαν (β) ἐῤῥιμμένον
ὑπὸ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄρους, καὶ ἀπῴχοντο πρὸς τὸν κύριον αὐτῶν.
10 Καταβάντες δὲ (γ) υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς πόλεως αὐτῶν ἐπέστησαν
(δ) αὐτῷ, καὶ λύσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον εἰς τὴν Βετυλούα, καὶ κατέ-
11 στησαν αὐτὸν (ε) ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως αὐτῶν, Οἳ ἦσαν
ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, Ὀζίας ὁ τοῦ (ζ) Μιχὰ ἐκ τῆς φυλῆς Συμεών,
12 καὶ (η) Ἀβρὶς ὁ τοῦ Γοθονιήλ, καὶ (θ) Χαρμὶς υἱὸς Μελχιήλ. Καὶ
συνεκάλεσαν πάντας τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πόλεως· καὶ συνέδραμον
πᾶς νεανίσκος αὐτῶν καὶ αἱ γυναῖκες εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἔστησαν τὸν
Ἀχιὼρ ἐν μέσῳ παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτῶν· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν Ὀζίας
τὸ συμβεβηκός. Καὶ ἀποκριθεὶς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὰ ῥήματα τῆς
συνεδρείας Ὀλοφέρνου, καὶ πάντα τὰ ῥήματα ὅσα (ι) ἐλάλησεν ἐν
μέσῳ τῶν ἀρχόντων υἱῶν Ἀσσούρ, καὶ ὅσα (κ) ἐμεγαλοῤῥημόνησεν
14 Ὀλοφέρνης εἰς τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Καὶ πεσόντες ὁ λαὸς προσε-
15 κύνησαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐβόησαν, Λέγοντες, Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ,
(λ) κάτιδε ἐπὶ τὰς ὑπερηφανείας αὐτῶν, καὶ ἐλέησον τὴν ταπείνωσιν τοῦ
16 γένους ἡμῶν, καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῶν ἡγιασμένων σοι ἐν
τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. Καὶ παρεκάλεσαν τὸν Ἀχιώρ, καὶ ἐπῄνεσαν αὐτὸν
19 σφόδρα. Καὶ παρέλαβεν αὐτὸν Ὀζίας ἐκ τῆς ἐκκλησίας εἰς οἶκον
20 αὐτοῦ, Καὶ ἐποίησε πότον τοῖς πρεσβυτέροις. Καὶ ἐπεκαλέσαντο
21 τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ εἰς βοήθειαν ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην.

MS. A. (α) ἔβαλλον (β) ῥεριμμένον (γ) οἱ υἱοὶ (δ) ἐπ᾽ αὐτὸν, (ε) εἰς (ζ) Χεμὰ (η) Χαβρεὶς (θ) Χαλμεὶς (ι) ἐλάλησε (κ) ἐμε-
γαλορημόνησεν (λ) κάθειδε

ΚΕΦ. ζ΄.

1 Τῇ δὲ ἐπαύριον παρήγγειλεν Ὀλοφέρνης πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ,
καὶ παντὶ (α) τῷ λαῷ αὐτοῦ, οἳ παρεγένοντο ἐπὶ τὴν συμμαχίαν αὐτοῦ,
ἀναζευγνύειν ἐπὶ Βετυλούα, καὶ τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς προκαταλαμ-
βάνεσθαι, καὶ ποιεῖν πόλεμον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. καὶ ἀνέζευξεν ἐν τῇ
2 ἡμέρᾳ ἐκείνῃ πᾶς ἀνὴρ δυνατὸς αὐτῶν· Καὶ ἡ δύναμις αὐτῶν ἀν-
δρῶν πολεμιστῶν, (β) χιλιάδες ἀνδρῶν πεζῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, καὶ
ἱππέων χιλιάδες δεκαδύο, χωρὶς τῆς ἀποσκευῆς, καὶ τῶν ἀνδρῶν, οἳ ἦσαν
3 πεζοὶ ἐν αὐτοῖς, πλῆθος πολὺ σφόδρα. Καὶ παρενέβαλον ἐν τῷ
αὐλῶνι πλησίον Βετυλούα ἐπὶ τῆς πηγῆς, καὶ παρέτειναν εἰς εὖρος ἐπὶ
(γ) Δωθαῒμ καὶ ἕως Βελθέμ, καὶ εἰς μῆκος ἀπὸ Βετυλούα ἕως
Κυαμῶνος, ὅ ἐστιν ἀπέναντι Ἐσδρηλώμ,

MS.A. (α) λαῷ (β) χιλιάδες πεζῶν (γ) Δωθαεὶμ ἕως Βελβαὶμ,

Cum Translatione LATINA.

Et comprehenderant eum servi ejus, & duxerunt 8
eum extra castra in cāpum. Et promoverūt è medio
campestris in montanā, & advenerunt super fontes,
quæ erant sub Betylua. Et, ut viderunt eos viri ci-
vitatis super cacumen montis, sumpserunt arma sua,
& abierunt extra civitatē ad cacumen montis : &
omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum,
& jaculati sunt in lapidibus super eos. Et sub- 9
euntes subter montem, ligaverunt Achior, & reli-
querunt projectum subter radicem montis, & abie-
runt ad dominum suum. Descendentes autem filii 10
Israel de civitate sua, steterunt super eum, & sol-
ventes eum abduxerunt in Betylua, & constitue-
runt eum super principes civitatis suæ, Qui erant 11
in temporibus illis, Ozias filius Micha de tribu
Symeon, & Abris filius Gothoniel, & Charmis fi- 12
lius Melchiel. Et convocaverunt omnes seniores
civitatis : & concurrerunt omnis juvenis eorum,
& mulieres, in ecclesiam : & statuerunt Achior in
medio omnis populi sui. Et interrogavit eum Ozias,
quod acciderat. Et respōdens annuntiavit eis verba
confessûs Olophernis, & omnia verba, quæcunque
locutus erat in medio principum filiorum Assur, &
quæcunque magniloquè locutus erat Olophernes in
domum Israel. Et procidentes populus adoraverunt 14
Deum, & clamaverunt, Dicentes ; Domine Deus 15
cœli, respice super superbias eorum, & miserere hu-
miliationis generis nostri, & respice in faciem san- 16
ctificatorum tibi in die hac. Et consolati sunt A-
chior, & laudaverunt eum valdé. Et assumpsit 19
cum Ozias de ecclesia in domum suam : Et fecit 20
convivium senioribus. Et advocaverunt Deum 21
Israel in adjutorium totâ nocte illâ.

CAP. VII.

Postridiè autem annuntiavit Olophernes univer- 1
so exercitui suo, & omni populo suo, qui venerant
in auxilium ipsius, movere castra super Betylua, &
ascensiones montanæ præoccupare, & facere bellum
adversùs filios Israel. Et movit castra in die illa
omnis vir potens eorum, Et virtus eorum, virorum 2
bellatorum, millia virorum peditum centum septua-
ginta, & equitum millia duodecim, præter appara-
tum, & viros, qui erant pedites in eis, multitudo
plurima valdé. Et castrametati sunt in valle pro- 3
pe Betylua super fontem : & extenderunt in lati-
tudinem super Dothaim, & usque Belthem, & in
longitudinem à Betylua usque ad Cyamonem, quæ
est contra Esdrelom.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

Et accepit eum quidam, & eduxit extra 8
castra in agrum, & duxit in montem, &
abiit ad fontem aquæ qui infra civitatem.
Et cùm viderent ipsos viri civitatis, sum-
ptis armis egressi sunt ad verticem mon-
tis omnes funditores, & occupato ascen-
su, fuderunt in eos lapides. Et digressi 9
inde, ligatū Achior projecerunt ad pedē
montis, & reliquerunt, & ad Dominum
suum reversi sunt. Et descendentes Is- 10
raelitæ de civitate, steterunt juxta eum, &
solutum eduxerunt in civitatem. Et intro-
duxerunt eum ad principes civitatis ipso-
rum, Qui tum erant Uzias filius Mica de 11
tribu Simeon, & Chabri filius Anathna-
jel, & Charmi, filius Manshajel : Et vo- 12
cârunt senatores civitatis. Cucurrerúnt-
que omnes juvenes ipsorum, & mulieres
filiíque ipsorum ad conventum, & stite-
runt Achior in medio totius populi. In-
terrogavítque illum Uzias quid accidis-
set. Et respondens dixit eis omnia verba
cœtûs Alfernæ, quæque dixit coram ma-
gnatibus Assyriæ, & magnificavit se Alfer-
nas adversùs domum Israel. Et omnis po- 14
pulus pronus cadens adoravit Deum, &
respondentes dixerunt; Dñe Deus cœli, 15
intuere superbiam ipsorum, & miserere
humilitatis populi tui, & respice hodiè
sanctuarium tuum. Et consolati sunt 16
Achiorem, & laudârunt valdé. Et acce- 17
ptum eum duxit Uzias de cœtu in domum
suam. Fecítque convivium senatoribus. 20
Et invocavit Deum Israelis totâ nocte, ut 21
auxilio ipsis esset.

* [illegible] *

1 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]

CAP. VII.

Postridiè præcepit Alfernas toti exer- 1
citui suo, omnibúsque qui auxilio sibi
venerant, ut ad Beth-pallu proficisce-
rentur, & occuparent omnes ascensus
montis, & pugnarent cum Israelitis. Et
profecti die illo omnes viri, Omnísque 2
exercitus ipsorum, centum septuaginta
duo millia, equitésque viginti duo millia,
præter parvulos ipsorum, & qui eis se
adjunxerant, multi admodúm. Et castra- 3
metati sunt in valle quæ adversùs civita-
tem, juxta fontem aquarum : Et fuit lati-
tudo exercitûs à Dothim usque Abelme-
holam, longitudo autem Kadmonem us-
que adversus Iezrael.

Versio VULG. LAT.

4 Filii autem Israel ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes ut Deus Israel mise-
5 ricordiam suam ostenderet super populum suum. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, &
6 erant custodientes ea totâ die & nocte. Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons, qui influebat, aquæductum illorum à parte australi extra civitatem dirigeret : & incîdi præcepit aquædu-
7 ctum illorum. Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad
8 refocillandum potiùs quàm ad potandum. Sed filii Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes ; Filii Israel, non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos
9 colles in præcipitio constituti. Ut ergò sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent civitatem suam, quam putant in montibus positam superari non
10 posse. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus ejus, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

4 Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραήλ, ὡς (α) εἶδον αὐτῶν τὸ πλῆθος, ἐταράχθησαν σφόδρα· καὶ εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Νῦν ἐκλείξουσιν οὗτοι τὸ πρόσωπον (β) τῆς γῆς πάσης, καὶ οὔτε τὰ ὄρη τὰ ὑψηλά, οὔτε αἱ φάραγγες, οὔτε
5 οἱ βουνοὶ ὑποστήσονται τὸ βάρος αὐτῶν. Καὶ ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ αὐτῶν, καὶ ἀνακαύσαντες πυρὰς ἐπὶ τοὺς πύργους αὐτῶν, ἔμενον φυλάσσοντες ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ ἐξήγαγεν Ὀλοφέρνης πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ κατὰ
6 πρόσωπον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, οἳ ἦσαν (γ) ἐν Βετυλούᾳ, Καὶ ἐπεσκέψατο τὰς ἀναβάσεις τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων αὐτῶν ἐφώδευσεν, καὶ προκατελάβετο αὐτάς, καὶ ἐπέστησεν αὐταῖς παρεμβολὰς ἀνδρῶν πολεμιστῶν, καὶ αὐτὸς ἀνέζευξεν εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ.
8 Καὶ προσελθόντες αὐτῷ πάντες (δ) οἱ ἄρχοντες τῶν υἱῶν Ἡσαῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ Μωάβ, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῆς παραλίας, εἶπαν, Ἀκουσάτω δὴ λόγον ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἵνα μὴ γένηται θραῦσμα ἐν τῇ δυνάμει σου. ὁ γὰρ λαὸς οὗτος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ πέποιθαν ἐπὶ τοῖς δόρασιν αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς (ε) ὕψεσι τῶν ὀρέων αὐτῶν, ἐν οἷς αὐτοὶ ἐνοικοῦσιν
9 ἐν αὐτοῖς· οὐ γάρ ἐστιν εὐχερὲς προσβῆναι ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀρέων αὐτῶν. καὶ νῦν δέσποτα μὴ πολέμει πρὸς αὐτούς, καθὼς γίνεται πόλεμος παρατάξεως, καὶ οὐ πεσεῖται ἐκ τοῦ λαοῦ σου ἀνὴρ εἷς. ἀνάμεινον ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς σου, διαφυλάσσων πάντα ἄνδρα ἐκ τῆς δυνάμεώς σου, καὶ ἐπικρατησάτωσαν οἱ παῖδές σου τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, ἣ ἐκπορεύεται ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ ὄρους, διότι ἐκεῖθεν ὑδρεύονται πάντες οἱ κατοικοῦντες Βετυλούα, καὶ ἀνελεῖ αὐτοὺς ἡ δίψα, καὶ ἐκδώσουσι τὴν πόλιν (ζ) ἑαυτῶν. καὶ ἡμεῖς καὶ ὁ λαὸς ἡμῶν ἀναβησόμεθα ἐπὶ τὰς πλησίον κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ παρεμβαλοῦμεν ἐπ' αὐταῖς εἰς προφυλακήν, τοῦ μὴ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἄνδρα ἕνα. Καὶ τακήσονται ἐν τῷ λιμῷ αὐτοί, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν· καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὴν ῥομφαίαν ἐπ' αὐτούς, καταστρωθήσονται ἐν ταῖς πλατείαις τῆς οἰκήσεως αὐτῶν, καὶ ἀνταποδώσεις αὐτοῖς ἀνταπόδομα πονηρόν, ἀνθ' ὧν
10 ἐστασίασαν, καὶ (η) οὐκ ἀπήντησαν τῷ προσώπῳ σου ἐν εἰρήνῃ. Καὶ ἤρεσαν οἱ λόγοι (θ) αὐτῶν ἐνώπιον Ὀλοφέρνου, καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ (ι) συνέταξαν ποιεῖν καθὼς ἐλάλησαν. καὶ (κ) ἀπῆρε παρεμβολὴ υἱῶν Ἀμμών, καὶ μετ' αὐτῶν χιλιάδες πέντε υἱῶν Ἀσσούρ· καὶ παρενέβαλον ἐν τῷ αὐλῶνι, καὶ προκατελάβοντο τὰ ὕδατα, καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἀνέβησαν (λ) υἱοὶ Ἡσαῦ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἀμμών, καὶ παρενέβαλον ἐν τῇ ὀρεινῇ ἀπέναντι Δωθαΐμ, καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν πρὸς Νότον καὶ Ἀπηλιώτην ἀπέναντι Ἐκρεβήλ, ἥ ἐστι πλησίον (μ) Χοῦς, ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ (ν) χειμάρρου Μοχμούρ· καὶ ἡ λοιπὴ στρατιὰ τῶν Ἀσσυρίων παρενέβαλον ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ (ξ) ἐκάλυψαν πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· καὶ αἱ σκηναὶ καὶ αἱ ἀπαρτίαι αὐτῶν κατεστρατοπέδευσαν ἐν ὄχλῳ πολλῷ, καὶ ἦσαν εἰς πλῆθος πολὺ σφόδρα. καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀνεβόησαν πρὸς κύριον θεὸν αὐτῶν, ὅτι ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμα αὐτῶν, ὅτι ἐκύκλωσαν (ο) πάντες οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἦν διαφυγεῖν ἐκ μέσου αὐτῶν.

MS. A. (α) εἶδον τὸ πλῆθος, (β) πάσης τῆς γῆς, (γ) ἐκ Βαιτυλούας, (δ) ἄρχοντες υἱῶν (ε) * ὄψεσιν τῶν ὀραίων, ἐν οἷς αὐτοὶ κατοικοῦσιν (ζ) αὐτῶν. (η) οὐχ ὑπήντησαν (θ) αὐτοῦ (ι) συνέταξεν ποιεῖν καθὰ (κ) ἀπῆραν παρεμβολὴν (λ) οἱ υἱοὶ (μ) Χουσεὶ, (ν) χειμάρρου· καὶ (ξ) ἐκάλυψεν (ο) αὐτοὺς πάντες

Cum Translatione LATINA.

Filii autem Israel, ut viderunt eorum multitudinem, turbati sunt valde : & dixit unusquisque ad proximum suum ; (a) Nunc exsorbebunt hi faciem terræ universæ : & neque montes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt gravitatem eorum. 4
Et assumentes unusquisque vasa bellica sua, & accendentes pyras super turres suas, manebant custodientes totam noctem illam. Die autem secundâ eduxit Olophernes universum equitatum suum ad faciem filiorum Israel, qui erant in Betylua, 5
Et consideravit ascensiones civitatis eorum : & fontes aquarum eorum aggressus est, & occupavit eos: & imposuit eis castra virorum bellatorum : & ipse rediit ad populum suum. 6
Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, & omnes duces populi Moab, & duces maritimæ, dicebant ; Audiat nunc verbum dominus noster : ut non fiat quassatio in virtute tua ; Populus enim hic filiorum Israel non confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorum, in quibus ipsi inhabitant in eis. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorum. 8
Et nunc, domine, ne belles adversùs eos, sicut fit bellum prælii : & non cadet de populo tuo vir unus. Mane in castris tuis, custodiens omnem virum de virtute tua : & obtineant pueri tui fontem aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniam indè aquantur omnes habitantes Betylua : & perdet eos sitis, & dedent civitatem suam. Et nos, & populus noster ascendemus super vicina cacumina montium, & castrametabimur in eis ad custodiam, ut non exeat è civitate vir unus. Et tabefient in fame ipsi, & uxores eorum, et filii eorum : et priusquàm veniat gladius super eos ; (b) sternentur in plateis habitationis suæ : et retribues eis retributionem malam pro eo quòd rebellârunt, et (c) non occurrerunt faciei tuæ in pace. 9
Et placuerunt verba eorum in conspectu Olophernis, et in conspectu omnium ministrorum ejus, et constituerunt facere sicut locuti fuerant. Et promoverunt castra filiorum Ammon, et cum eis millia quinque filiorum Assur : et castrametati sunt in valle, et præoccupaverunt aquas, et fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filii Esau, et filii Ammon, et castrametati sunt in montana contra Dothaim : et miserunt ex ipsis ad Austrum et Subsolanum è regione Ecrebel, quæ est propè Chus, quæ est super torrentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in campo, et operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, & impedimenta eorum castrametata sunt in turba multa, et fuerunt in multitudine plurima valdè. Et filii Israel exclamaverunt ad Dominum Deum suum ; quoniam pusillanimis factus est spiritus eorum, quoniam in circuitu erant omnes inimici ipsorum, et non erat effugere è medio eorum. 10

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Filii autem Israel videntes multitudinem ipsorũ, extimuerunt valdè, dicentes quisq; ad proximum suum ; Jam, neque tota terræ facies, neq; montes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt gravitatem eorum. 4
Et sumptis quisque armis quibus pugnabat, incenderunt ignes in turribus mœnium suorum, & vigilias egerunt totâ nocte. Die autem secundo eduxit Alphernas totum exercitum suum adversùs filios Israel qui habitabant Bethpallu: 5
Et explorârunt ascensus ad civitatem; Et profecti ad fontes aquarum occupârunt eos, & distribuerunt eos singulis stationibus virorum bellatorum: Ipse autem reversus est ad suos. 6
Et accedentes ad eum omnes principes gentis Idumææ, & dynastæ omnes Moab, principésque civitatum maritimarum, dixerunt ei ; Auscultet Domin⁹ noster verbo huic, ne eveniat contritio in populo tuo. Nec enim popul⁹ iste fiduciam habet in lanceis, sed in celsitudinibus montiũ in quibus habitant, & quia non est facile accedere ad fastigia montium. 8
Nunc igitur domine, noli cum ipsis pugnare quemadmodum pugnari solet, nec cadat quisquã de populo tuo. Sed sustine in castris tuis, & serva omnem exercitum tuum, & occupent servi tui fontem aquarum qui ad radices montis : Inde enim hauriunt omnes habitatores Bethpallu, & consumet eos sitis, & tradent civitatem suam. Nos autem qui tecum sumus, ascendemus in fastigium montium qui prope nos sunt, & tendemus in ipsis, & custodiam agemus ne exeat è civitate vel vir unus. Et consumentur fame ac siti, ipsi, mulieresque, & filii ipsorum, priusquàm veniat in eos gladius, & cadant in plateis. Et reddes ipsis retributionem malam propterea quòd te spreverunt, nec obviàm tibi egressi sunt cum pace. 9
Et bona visa sunt verba ipsorum in conspectu Alfernæ, omniúmque servorum ejus, jussítque fieri ut dixerant. Et profectus exercitus Moab, unáque quinque millia peditum de filiis Assyriæ, tetenderunt in valle, & occupârunt aquas, & fontes filiorum Israel. Et ascendentes filii Esau, & filii Ammon, unáque filii Assyriæ duodecim millia, castrametati sunt in montibus qui adversùs Dothim : Quosdam autem eorum misit Meridiem & Orientem versùs, contra Ekarbath, quæ ex adverso Cush, juxta torrentem Peor. Residium exercitûs filiorum Assyriæ castrametabatur in planitie, & operiebat faciẽ terræ. Tentoria autem ipsorum & vasa, quæ multa admodùm erant, inter ipsos sedem habebant. Filii autem Israel clamabant ad Deum suum, mœsti corde quòd circumdederant ipsos hostes ipsorũ, neq; evadere licebat de medio ipsorum. 10

Versio VULG. LAT.

11 Cúmque iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta,
defecerunt ciſternæ, & collectiones aquarum, omni-
bus habitantibus Bethuliam, ita ut non eſſet intra ci-
vitatem unde ſatiarentur vel unâ die, quoniam ad
12 menſuram dabatur populis aqua quotidié. Tunc ad
Oziam congregati omnes viri, fœminæque, juve-
13 nes, & parvuli, omnes ſimul unâ voce Dixerunt ; Ju-
dicet Deus inter nos & te, quoniam feciſti in nos ma-
la, nolens loqui pacificè cum Aſſyriis, & propter hoc
14 vendidit nos Deus in manibus eorum. Et ideò non
eſt qui adjuvet, cùm proſternamur ante oculos eorum
15 in ſiti, & perditione magnâ. Et nunc congregate u-
niverſos qui in civitate ſunt, ut ſpontè tradamus nos
16 omnes populo Holofernis. Melius eſt enim ut captivi
benedicamus Dominum, viventes, quàm moriamur,
& ſimus opprobrium omni carni, cùm viderimus uxo-
res noſtras, & infantes noſtros, mori ante oculos no-
17 ſtros. Conteſtamur hodiè cœlum & terram, & De-
um patrum noſtrorum, qui ulciſcitur nos ſecundùm
peccata noſtra, ut jam tradatis civitatem in manu mi-
litiæ Holofernis, et ſit finis noſter brevis in ore gla-
18 dii, qui longior efficitur in ariditate ſitis. Et cùm hæc
dixiſſent, factus eſt fletus & ululatus magnus in eccle-
ſia ab omnibus. & per multas horas unâ voce clama-
19 verunt ad Deum, dicentes ; Peccavimus cum patri-
bus noſtris, injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.
20 Tu quia pius es, miſerere noſtri, aut in tuo flagello
vindica iniquitates noſtras, & noli tradere confiten-
21 tes te, populo qui ignorat te, Ut non dicant inter
22 Gentes ; Ubi eſt Deus eorum ? Et cùm fatigati his
23 clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent, Exur-
gens Ozias infuſus lachrymis, dixit ; Æquo animo
eſtote, fratres, & hos quinque dies exſpectemus à
24 Domino miſericordiam. Forſitan enim indignati-
onem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini
25 ſuo. Si autem tranſactis quinque diebus non ve-
nerit adjutorium, faciemus hæc verba quæ locu-
ti eſtis.

CAP. VIII.

1 ET factum eſt, cùm audiſſet hæc verba Judith vi-
dua, quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Joſeph,
filii Oziæ, filii Elai, filii Jamnor, filii Gedeon,
filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan,
filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii
Reuben :

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

11 Καὶ (α) ἔμεινε κύκλῳ αὐτῶν πᾶσα ἡ παρεμβολὴ Ἀσσὺρ, οἱ πεζοὶ ϗ
τὰ ἅρματα ϗ οἱ ἱππεῖς αὐτῶν, ἡμέρας τριακοντατέσσαρας. καὶ
(β) ἐξέλιπεν πάντας τοὺς κατοικοῦντας Βετυλούα πάντα τὰ ἀγγεῖα
αὐτῶν τῶν ὑδάτων. καὶ οἱ λάκκοι ἐξεκενοῦντο, ϗ οὐκ εἶχον πι-
εῖν εἰς πλησμονὴν ὕδωρ ἡμέραν μίαν, ὅτι ἐν μέτρῳ ἐδίδοσαν αὐτοῖς
πιεῖν. ϗ (γ) ἠθύμησαν τὰ νήπια αὐτῶν, ϗ αἱ (δ) γυναῖκες αὐτῶν
ϗ οἱ νεανίσκοι ἐξέλιπον ἀπὸ τῆς δίψης, ϗ ἔπιπτον ἐν ταῖς πλα-
τείαις τῆς πόλεως, ϗ ἐν ταῖς διόδοις τῶν πυλῶν, ϗ οὐκ ἦν κρα-
12 ταίωσις ἔτι ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ Ὀζί-
αν ϗ τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως, οἱ νεανίσκοι ϗ αἱ γυναῖκες ϗ τὰ
13 παιδία, ϗ (ε) ἀνεβόησαν φωνῇ μεγάλῃ, Καὶ εἶπαν ἐναντίον πάν-
των τῶν πρεσβυτέρων, Κρίναι ὁ Θεὸς ἀναμέσον ἡμῶν ϗ ὑμῶν, ὅτι
ἐποιήσατε ἐν ἡμῖν ἀδικίαν μεγάλην, οὐ λαλήσαντες εἰρηνικὰ (ζ) μετὰ
14 τῶν υἱῶν Ἀσσύρ. Καὶ νῦν οὐκ ἔστι βοηθὸς ἡμῶν, ἀλλὰ πέπρακεν ἡ-
μᾶς ὁ Θεὸς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν, τοῦ καταστρωθῆναι ἐναντίον αὐ-
15 τῶν ἐν δίψῃ ϗ ἀπωλείᾳ μεγάλῃ. Καὶ νῦν ἐπικαλέσασθε αὐτοὺς, ϗ
ἔκδοσθε τὴν πόλιν πᾶσαν εἰς προνομὴν τῷ λαῷ Ὀλοφέρνου, ϗ πά-
16 σῃ τῇ δυνάμει αὐτοῦ. Κρεῖσσον γὰρ (η) ἡμῖν γενηθῆναι αὐτοῖς εἰς δι-
αρπαγήν. ἐσόμεθα γὰρ εἰς δούλους, ϗ ζήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν, καὶ
(θ) οὐκ ὀψόμεθα τὸν θάνατον τῶν νηπίων (ι) ἡμῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν,
ϗ τὰς γυναῖκας ϗ τὰ τέκνα ἡμῶν, ἐκλειπούσας τὰς ψυχὰς αὐτῶν.
17 Μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν ϗ τὴν γῆν ϗ τὸν Θεὸν ἡμῶν, ϗ κύ-
ριον τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐκδικεῖ ἡμᾶς κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν,
ϗ κατὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν πατέρων ἡμῶν, ἵνα μὴ ποιήσῃ κατὰ
18 τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον. Καὶ ἐγένετο κλαυ-
θμὸς μέγας ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας πάντων ὁμοθυμαδὸν, ϗ ἐβόη-
σαν πρὸς κύριον (κ) τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς
23 Ὀζίας, Θαρσεῖτε ἀδελφοί, διακαρτερήσωμεν (λ) ἔτι πέντε ἡμέ-
ρας, ἐν αἷς (μ) ἐπιστρέψει κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ'
24 ἡμᾶς. Οὐ γὰρ ἐγκαταλείψει ἡμᾶς εἰς τέλος. Ἐὰν (ν) δὲ δι-
25 έλθωσιν αὗται, ϗ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς βοήθεια, ποιήσω κατὰ τὰ ῥήμα-
τα ὑμῶν. ϗ ἐσκόρπισε τὸν λαὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ (ξ) παρεμβολήν. ϗ
ἐπὶ τὰ τείχη ϗ (ο) τοὺς πύργους τῆς πόλεως αὐτῶν ἀπῆλθον, ϗ τὰς γυ-
ναῖκας ϗ τὰ τέκνα εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν (π) ἐξαπέστειλε. ϗ ἦσαν ἐν
ταπεινώσει πολλῇ ἐν τῇ πόλει.

MS. A. (α) ἔμενον (β) ἐξέλειπεν (γ) ἠθύμησεν (δ) γυναῖκες, ϗ (ε) ἐβόησαν (ζ) μετὰ υἱῶν (η) ἡμᾶς (θ) οὐχ (ι) ἡμῶν,
ϗ τὰς (κ) Θεὸν (λ) ἐπὶ πέντε (μ) ἐπιστρέψει (ν) διέλθωσιν (ξ) * πόλιν, παρεμβολήν· (ο) ἐπὶ τοὺς (π) ἀπέστειλαν.

ΚΕΦ. η'.

1 ΚΑὶ ἤκουσεν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Ἰουδὶθ θυγάτηρ Μεραρὶ,
υἱοῦ Ὢξ, υἱοῦ Ἰωσὴφ, υἱοῦ Ὀζιὴλ, υἱοῦ Ἐλκία, (α) υἱοῦ Ἠλιοῦ, υἱοῦ Χελκί-
ου, υἱοῦ Ἐλιὰβ, υἱοῦ Ναθαναὴλ, υἱοῦ Σαλαμιὴλ, υἱοῦ Σαρασαδαΐ,
υἱοῦ Ἰσραήλ·

MS.A. (α) υἱοῦ Ἀνανίου, υἱοῦ Γεδεὼν, υἱοῦ Ῥαφαΐν, υἱοῦ Ἀκιθὼν, υἱοῦ Ἠλιοῦ, υἱοῦ Ἐλιὰβ, υἱοῦ Ναθαναὴλ, υἱοῦ Σαλαμιὴλ, υἱοῦ Σαλασαδαΐ, υἱοῦ Ἰσραὴλ· Καὶ

Cum Tranſlatione LATINA.

Et manſerunt in circuitu eorũ omnia caſtra Aſſur, 11
pedites, & currus, & equites eorum, diebus triginta
quatuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Be-
tylua omnia receptacula ſua aquarum : & ciſter-
næ evacuabantur, & non habebant bibere ad ſa-
tietatem aquam diem unum : quoniam in menſura
dabant eis bibere. Et conſternati ſunt infantes eo-
rum, & mulieres eorum, & juvenes defecerunt præ
ſiti, & cadebant in plateis civitatis, & in tranſi-
tibus portarum : & non erat robur ultrà in eis. Et 12
congregati ſunt omnis populus ad Oziam, & prin-
cipes civitatis, juvenes, & mulieres, & pueri, &
exclamaverunt voce magnâ, Et dixerunt coram 13
omnibus ſenioribus ; Judicet Deus inter nos & vos:
quoniam feciſtis in nobis injuſtitiam magnam, non
loquentes pacifica cum filiis Aſſur. Et nunc non 14
eſt adjutor noſter, ſed vendidit nos Deus in manus
eorum, ut proſternamur coram eis in ſiti, & perditi-
one magnâ. Et nunc invocate eos, & date civita- 15
tem omnem in direptionem populo Olophernis, &
omni virtuti ejus. Melius enim nobis fieri eis in 16
direptionem. Erimus enim in ſervos, & vivet ani-
ma noſtra : & non videbimus mortem infantium no-
ſtrorum in oculis noſtris, & uxores, & filios no-
ſtros, deficientes animas eorum. Conteſtamur vo- 17
bis cœlum, & terram, & Deum noſtrum, & Do-
minum patrum noſtrorum, qui ulciſcitur nos ſecun-
dùm peccata noſtra, & ſecundùm peccata patrum
noſtrorum ; ut non faciat juxta verba hæc in die ho-
dierna. Et facta eſt ploratio magna in medio eccle- 18
ſiæ omnium unanimiter : Et clamaverunt ad Domi-
num Deum voce magnâ. Et dixit ad eos Ozi- 23
as ; Confidite, fratres : obduremus adhuc quinque
dies, in quibus convertet Dominus Deus noſter mi-
ſericordiam ſuam ſuper nos. Non enim derelinquet nos 24
in finem. Si autem tranſierint hi, & non venerit 25
ſuper nos auxilium ; faciam ſecundùm verba ve-
ſtra. Et diſperſit populum in caſtra ipſius: & ad
muros, & turres civitatis ſuæ abierunt : & mu-
lieres, & filios in domos ſuas dimiſit. Et fuerunt in
humilitate multa in civitate.

CAP VIII.

ET audivit in illis diebus Judith filia Merari, 1
filii Ox, filii Joſeph, filii Oziel, filii Elcia, filii Eliu,
filii Chelciæ, filii Eliab, filii Nathanael, filii Sala-
miel, filii Saraſadai, filii Iſrael.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
23 [illegible]
24 25 [illegible]

1 [illegible]

Manſit autem in circuitu ipſorum ex- 11
ercitus Aſſyriorum, pedites equiteſque
& currus, duos menſes & quatuor dies.
Et conſumpſerant habitatores Bethpallu
lacus ſuos, & utres ipſorum conſumpti
erant, neque reliquas habebant aquas
quas biberent, & delinquebant animo
pueri & mulieres ipſorum, quia non
erat reliqua ipſis aqua quam biberent ad
ſatietatem, vel diem unum : dabant e-
nim ipſis aquam ad menſuram. Delin-
quebant autem valdè juvenes ipſorum
mulieresſque ac pueri, & deficiebant ſiti,
& cadebant in plateis civitatis, & in-
greſſibus portarum, nec erant in ipſis
vires. Et congregati ſunt ad Uziam & 12
principes civitatis, adoleſcentes mulie-
reſque & pueri, & clamârunt voce
magnâ, & dixerunt in faciem ſenatori-
bus ; Judicet Dominus inter nos & 13
vos : Feciſtis enim nobis injuriam ma-
gnam, quòd non locuti eſtis pacificè
filiis Aſſyriæ. Et nunc non eſt qui au- 14
xilio ſit nobis, ſed tradidit nos Dominus
in manus ipſorum, & conſumemur corã
eis ſiti, et interitu magno. Nunc autẽ, vo- 15
catis ipſis, tradite civitatẽ in captivitatẽ
& prædã populo Alphernæ, & toti exer-
citui ejus. Melius enim eſt nobis ſervis 16
eſſe & ancillis ipſorũ, ut vivat anima no-
ſtra, quàm videre oculis noſtris mortem
puerorum noſtrorũ, uxorúmque & filio-
rum, præ deliquio animi ipſorum. Conte- 17
ſtamúrque adverſùs vos cœlum & ter-
ram, Dominúmque Deum patrum no-
ſtrorum, qui vindictam exigit de no-
bis ſecundùm peccata noſtra, ut faciatis
ſecundùm ea quæ dicta ſunt hodierno die.
Factuſque eſt fletus magnus in medio 18
ſynagogæ. Et clamârunt ad Dominum
voce altâ omnes unâ. Et dixit eis Uzi- 23
as ; Confidite fratres mei, & ſuſtinea-
mus adhuc quinque dies alios : fortaſſe
convertet ad nos Dominus Deus no-
ſter miſericordias ſuas ; Quia non de- 24
relinquet nos uſque ad extremum. Quòd 25
ſi tranſierint quinque dies, nec extiterit
nobis auxiliũ, faciemus ſecundùm verba
hæc. Et diſperſit populum ad ſuum quem-
que tentorium, & ad mœnia turréſque
civitatis : mulieres autem puerósque
dimiſit ad domos ſuas. Fueruntque in
afflictione magna admodùm.

CAP. VIII.

ET in diebus illis habitabat in Beth- 1
pallu Judith, filia Merari, filii Uz, filii Jo-
ſeph, filii Uzziel, filii Elkana, filii Chanan, filii Gabun, filii Daphnin, filii Achitub, filii Nain, filii Malchiæ, filii Gir, filii Nathaniæ, filii Samuel, filii Simeon, filii Iſrael.

Versio VULG. LAT.

2 Et vir ejus fuit Manasses, qui mortuus est in diebus
3 messis hordeaceæ : Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput ejus, & mortuus est in Bethulia civitate sua,
4 & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus,
5 & mensibus sex. Et in superioribus domûs suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis
6 suis clausa morabatur, Et habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa do-
7 mûs Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat divitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum &
8 gregibus ovium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.
9 Hæc itaque cùm audîsset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbyteros Chabri & Charmi.
10 Et venerunt ad illam, & dixit illis; Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, ut tradat civitatem Assyriis, si intra quinque dies non
11 venerit vobis adjutorium? Et qui estis vos, qui
12 tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam provocet, sed potiùs qui iram exci-
13 tet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum,
14 diem constituistis ei. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam
15 ejus fusis lachrymis postulemus: Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

2 Καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Μανασσῆς, τῆς φυλῆς αὐτῆς, καὶ τῆς πατριᾶς αὐ-
3 τῆς, καὶ ἀπέθανεν ἐν ἡμέραις (α) θερισμοῦ κριθῶν· Ἐπέστη γὰρ ἐπὶ
(β) τοῦ δεσμεύοντος τὸ δράγμα ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ὁ καύσων ἦλθεν ἐπὶ
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν (γ) κλίνην, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Βετυ-
λούᾳ τῇ πόλει αὐτοῦ, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν τῷ
4 ἀγρῷ τῷ ἀναμέσον Δωθαΐμ καὶ (δ) Βελαμών. Καὶ ἦν Ἰουδὶθ ἐν
5 τῷ οἴκῳ αὐτῆς χηρεύουσα ἔτη τρία καὶ μῆνας τέσσαρας. Καὶ ἐποί-
6 ησεν ἑαυτῇ σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου αὐτῆς, Καὶ ἐπέθηκεν
ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτῆς σάκκον· καὶ ἦν ἐπ᾽ αὐτῆς τὰ ἱμάτια τῆς
χηρεύσεως αὐτῆς. καὶ (ε) ἐνήστευε πάσας τὰς ἡμέρας (ζ) χηρεύσεως
αὐτῆς χωρὶς προσαββάτων, καὶ σαββάτων, καὶ προνουμηνιῶν, καὶ
7 νουμηνιῶν, καὶ ἑορτῶν, καὶ χαρμοσυνῶν οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ ἦν κα-
λὴ τῷ εἴδει, καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ὑπελείπετο αὐτῇ Μα-
νασσῆς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ παῖδας καὶ παιδίσκας,
8 καὶ κτήνη καὶ ἀγρούς, καὶ (η) ἔμενεν ἐπ᾽ αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν
9 αὐτῇ ῥῆμα πονηρόν, ὅτι ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν σφόδρα. Καὶ ἤκουσε
τὰ ῥήματα τοῦ λαοῦ τὰ πονηρὰ ἐπὶ τὸν ἄρχοντα, ὅτι (θ) ὠλιγοψύ-
χησαν ἐπὶ τῇ σπάνει τῶν ὑδάτων· καὶ ἤκουσε (ι) πάντας τοὺς λό-
γους Ἰουδὶθ οὓς ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς Ὀζίας, ὡς ὤμοσεν αὐτοῖς πα-
ραδώσειν τὴν πόλιν μετὰ ἡμέρας πέντε τοῖς Ἀσσυρίοις. καὶ ἀποστεί-
λασα τὴν ἄβραν αὐτῆς τὴν ἐφεστῶσαν πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῆς,
(κ) ἐκάλεσεν Ὀζίαν καὶ Χαβρὶν καὶ Χαρμὶν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πό-
10 λεως αὐτῆς. Καὶ ἦλθον πρὸς αὐτήν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἀκούσα-
τε δή μου ἄρχοντες τῶν κατοικούντων (λ) ἐν Βετυλούᾳ· ὅτι οὐκ εὐθὴς
ὁ λόγος ὑμῶν ὃν ἐλαλήσατε ἐναντίον τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, καὶ
ἐστήσατε τὸν ὅρκον (μ) ὃν ἐλαλήσατε ἀναμέσον τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν,
εἴπατε ἐκδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἐὰν μὴ ἐν αὐταῖς (ν) ἐπι-
11 στρέψῃ ὁ Κύριος βοηθῆσαι (ξ) ἡμῖν. Καὶ νῦν τίνες ἐστὲ ὑμεῖς οἳ
ἐπειράσατε τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον, καὶ (ο) ἵστατε ὑπὲρ τοῦ
Θεοῦ ἐν μέσῳ υἱῶν ἀνθρώπων· καὶ νῦν Κύριον παντοκράτορα ἐξετάζε-
τε, καὶ οὐθὲν ἐπιγνώσεσθε ἕως τοῦ αἰῶνος· ὅτι βάθος καρδίας ἀνθρώ-
που οὐχ εὑρήσετε, καὶ λόγους τῆς διανοίας αὐτοῦ οὐ (π) λήψεσθε, καὶ πῶς
τὸν Θεὸν ὃς ἐποίησε (ρ) τὰ πάντα ταῦτα, ἐρευνήσετε, καὶ τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐπιγνώσεσθε, καὶ τὸν λογισμὸν αὐτοῦ (σ) κατανο-
ήσετε; μηδαμῶς, ἀδελφοί, μὴ παροργίζετε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὅτι ἐὰν μὴ βούληται ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις βοηθῆ-
σαι ἡμῖν, αὐτὸς ἔχει τὴν ἐξουσίαν ἐν αἷς θέλει (τ) σκεπάσαι ἡμέραις, ἢ καὶ (υ) ὀλοθρεῦσαι ἡμᾶς πρὸ προσώπου τῶν ἐ-
15 χθρῶν ἡμῶν. ὑμεῖς δὲ μὴ ἐνεχυράζετε τὰς βουλὰς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ἀπειληθῆναι,
οὐδὲ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διαιτηθῆναι.

Et vir ejus Manasses de tribu ejus, & de patria 2
ejus, & mortuus est in diebus messis hordeorum. In- 3
stabat enim super ligantem manipulum in campo, &
æstus venit super caput ejus, & procidit (a) in le-
ctum, & obiit in Betylua civitate sua: & sepelie-
runt eum cum patribus ejus in agro, qui inter Do-
thaim, & Belamon. Et fuit Judith in domo sua 4
viduitatem servans annos tres, & menses quatu-
or. Et fecit sibi tabernaculum super solarium do- 5
mûs suæ, Et imposuit super lumbum suum cilici- 6
um: Et erant super eam vestimenta viduitatis ejus:
& jejunabat omnibus diebus viduitatis suæ præter
antesabbata, & sabbata, & antenomenias, & ne-
omenias, & festivitates, & lætas solennitates do-
mûs Israel. Et erat pulchra specie, & decora aspe- 7
ctu valdè. Et reliquerat ei Manasses vir ejus au-
rum, & argentum, & pueros, & ancillas, & pe-
cora, & agros: & manebat super ea. Et non erat, 8
qui inferret ei verbum malum; quoniam timebat
Deum valdè. Et audivit verba populi mala in prin- 9
cipem, quia animo defecerunt super raritate aqua-
rum. Et audivit omnia verba Judith, quæ locu-
tus erat ad eos Ozias, quomodò juraverat eis tra-
diturum civitatem post dies quinq; Assyriis. Et mit-
tens ancillam suam, quæ præerat omnibus substanti-
is suis, vocavit Oziam, & Chabrin, & Charmin
seniores civitatis suæ. Et venerunt ad eam. Et di-
xit ad eos; Audite nunc me, principes habitanti- 10
um in Betylua: quoniam non rectum est verbum
vestrum, quod locuti estis coram populo in die hac,
& statuistis juramentum, quod locuti estis, inter
Deum, & vos, & dixistis dedituros civitatem ini-
micis nostris, nisi in illis [diebus] conversus fuerit
Dominus ad adjuvandum nos. Et nunc qui estis 11
vos, qui tentâstis Deum in die hodierna, & statu-
istis pro Deo in medio filiorum hominum? Et nunc
Dominum omnipotentem examinatis, & nihil cogno-
scetis usque in seculum: quoniam profundum cor-
dis hominis non invenietis, & verba cogitationis
ejus non percipietis: & quomodò Deum qui fecit
omnia hæc, investigabitis, & mentem ejus cognosce-
tis, & cogitationē ejus contemplabimini? Nequaquā,
fratres: nolite ad iracundiam provocare Dominum
Deum nostrum: quoniam si noluerit in istis quinque
diebus auxiliari nobis, ipse habet potestatem, in qui-
bus velit, tegere diebus, vel etiam exterminare nos ante faciem inimicorum nostrorum. Vos autem ne (b) extorqueatis consi-
lia Domini Dei nostri, Quoniam non tanquam homo Deus, ut minis terreatur, neque tanquam filius hominis, (c) ut judicetur. 15

MS. A. (α) κριθῶν θερισμοῦ· (β) τοὺς δεσμεύοντας τὰ δράγματα (γ) κλίνην αὐτοῦ, καὶ (δ) Βαλαμών. (ε) ἐνήστευσεν (ζ) τῆς χηρεύσεως χωρὶς * καὶ σαββάτων, καὶ προνουμηνιῶν — προσαββάτων, καὶ ἑορτῶν, (η) ἔμενεν (θ) ὠλιγοψύχησεν ἐν τῇ (ι) Ἰουδὶθ πάντας τοὺς λόγους οὓς (κ) ἐκάλεσεν Χαβρὶμ (λ) Βαιτυλούα· (μ) τοῦτον ὃν (ν) ἐπιστρέψῃ Κύριος (ξ) ὑμῖν. (ο) ἵστατε (π) διαλήψεσθε, (ρ) πάντα ταῦτα, ἐρευνήσατε, (σ) κατανοήσατε; (τ) καὶ πάσαις ἡμέραις, (υ) ὀλεθρεῦσαι

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

2. 3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
15 [illegible]

Vir ejus Manasses, de tribu ipsius, mortu- 2
us fuerat in messe hordei: Superstabat 3
enim messoribus in agro, & incaluit
causon in capite ejus, & cecidit in le-
ctum, & mortuus est in Bethpallu civitate
suâ, & sepelierunt ipsum cum patribus
suis, in agro, inter Dothim & Belmun.
Judith autem vidua egit in domo sua 4
tres annos & quatuor menses: Fecit- 5
que sibi tabernaculum super tecto do-
mûs suæ; Præcinxitque lumbos suos 6
sacco, induebàtque se vestes viduitatis
suæ, jejunabàtque omnibus diebus vi-
duitatis suæ, præterquam sabbatis, &
neomeniis, & festis, & lætitiis, & com-
memorationibus domûs Israel. Erat au- 7
tem formosa aspectu, gestúque decora,
& mente cordata, honesta ac prudens.
Erat etiam valdè dives: Reliquerat
enim ipsi Manasses vir ejus aurum & ar-
gentum, servos & ancillas, pecoráque, &
agros in quibus morabatur: Nec erat qui 8
ei quicquam mali diceret, valdè enim
Deum colebat. Et audivit mala verba 9
populi quæ dixerant magistratui, quo-
niam tæduerat ipsos ob sitim aquarum:
Audivitque Judith omnia quæ dixerat
ipsis Uzias, quòd auscultaverat ipsis, &
juraverat tradituros civitatem Assyriis
post quinque dies. Misitque ministram
suam, quam præfecerat omnibus bonis
suis, & vocavit Chabrin, & Charmin
senatores civitatis. Et venerunt ad 10
Judith, & dixit eis; Audite me principes
incolæque *civitatis* Bethpallu: non est
enim bonum quod locuti estis hodiè co-
ram populo, & constituistis juramen-
tum quod jurârunt inter vos & Deum,
& dixistis, traditum iri civitatem ho-
stibus nostris, nisi istis diebus convertat
se Dominus Deus noster in auxilium
nostrum. Jam autem qui estis vos, ut 11
tentetis Deum, quare dei sitis inter ho-
mines? Et examinatis cogitationes
Dei omnipotentis, quas nemo cogno-
scet in æternum. Profunda cordis filio-
rum hominis non investigantur, nec as-
sequimini cogitata mentium ipsorum;
Et quomodo Deum, qui hæc omnia fe-
cit, assequemini, vel sententiam ejus
cognoscetis, & cogitationes ejus intel-
ligetis? Nolite fratres, irritare Dominum
Deū nostrum. Nam si noluerit adjuvare
nos intra quinque dies, potest, quando
voluerit, protegere nos, & frangere ho-
stes nostros coram nobis. Vos autem
nolite oppignerare consilia Domini
Dei. Non enim est instar hominis, ut minitetur *quis ei*; nec instar filii hominis, ut in ordinē redigatur. 15

Versio VULG. LAT.

16 Et ideò humiliemus illi animas nostras, & in spiritu
17 constituti humiliato, servientes illi, Dicamus flentes Dño, ut secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiā suam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra
18 humilitate gloriemur: Quoniā non sum⁹ secuti peccata patrū nostrorum, qui dereliquerunt Deū suū,
19 & adoraverunt deos alienos, Pro quo scelere dati sunt in gladiū, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autē alterū Deū nescim⁹ præter ipsū.
20 Expectem⁹ humiles consolationē ejus, & exquiret sanguinē nostrū de afflictionibus inimicorū nostrorum, & humiliabit omnes Gentes, quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dñs
21 Deus noster. Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint, quia tentati sunt patres nostri ut probarentur, si verè cole-
22 rent Deū suum. Memores esse debent, quomodò pater noster Abrahā tentatus est, & per multas tri-
23 bulationes probat⁹, Dei amic⁹ effect⁹ est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo,
24 per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Dñi, & impatientiā suam & improperiū murmura-
25 tionis suæ contra Dñm protulerunt, Exterminati
26 sunt ab exterminatore, & à serpentib⁹ perierunt. Et nos ergò non ulciscamur nos pro his quæ patimur,
27 Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Dñi, quibus quasi servi corripimur, ad emendationē, & non ad perditionem nostrā
28 evenisse credam⁹. Et dixerunt illi Ozias & presbyteri; Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in
29 sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergò ora pro nobis, quoniā mulier sancta es, & timens Deū.
30 Et dixit illis Judith; Sicut quod potui loqui, Dei esse
31 cognoscitis: Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, & orate ut firmū faciat Deus consilium me-
32 um. Stabitis vos ad portam nocte istâ, & ego exeā cum abra mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus
33 quinque respiciat Dñs populum suum Israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum, & usque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 Διόπερ ἀναμένοντες τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, (α) ἐπικαλεσώμεθα αὐτὸν εἰς βοήθειαν ἡμῶν, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς ἡμῶν, ἐὰν ᾖ αὐτῷ ἀρεστόν. ὅτι οὐκ ἀνέστη ἐν ταῖς γενεαῖς ἡμῶν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον οὔτε φυλὴ, οὔτε πατριὰ, (β) οὔτε δῆμος, οὔτε πόλις ἐξ ἡμῶν, οἳ προσκυνοῦσι θεοῖς χειροποιήτοις, καθάπερ ἐγένετο ἐν ταῖς πρό-
19 τερον ἡμέραις, Ὧν χάριν ἐδόθησαν εἰς ῥομφαίαν καὶ εἰς διαρπαγὴν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἔπεσον πτῶμα μέγα ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ ἕτερον θεὸν οὐκ (γ) ἐπέγνωμεν πλὴν αὐτοῦ· ὅθεν ἐλπίζομεν ὅτι οὐχ ὑπερόψεται ἡμᾶς, (δ) οὐδ' ἀπὸ τοῦ γένους ἡμῶν. ὅτι ἐν τῷ ληφθῆναι ἡμᾶς, οὕτως καθήσεται πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ προνομευθήσεται τὰ ἅγια ἡμῶν, καὶ (ε) ζητήσει τὴν βεβήλωσιν αὐτῶν ἐκ τοῦ (ζ) στόματος ἡμῶν, καὶ τὸν φόνον τῶν ἀδελφῶν (η) ἡμῶν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐρήμωσιν τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἐπιστρέψει εἰς κεφαλὴν ἡμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ ἐὰν δουλεύσωμεν ἐκεῖ, καὶ ἐσόμεθα εἰς πρόσκομμα καὶ εἰς ὄνειδος ἐναντίον τῶν κτωμένων ἡμᾶς· ὅτι οὐ κατευθυνθήσεται ἡ δουλεία ἡμῶν εἰς χάριν, ἀλλ' εἰς ἀτιμίαν
21 θήσει αὐτὴν κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. Καὶ νῦν ἀδελφοὶ ἐπιδειξώμεθα τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ὅτι ἐξ ἡμῶν κρέμαται ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ τὰ ἅγια καὶ ὁ οἶκος καὶ τὸ θυσιαστήριον (θ) ἐπεστήρικται ἐφ' ἡμῖν. Παρὰ (ι) ταῦτα πάντα εὐχαριστήσωμεν κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, ὃς πειράζει ἡμᾶς καθὰ καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν. μνήσθητε ὅσα ἐποίησε μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ ὅσα ἐπείρασε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ὅσα ἐγένετο τῷ Ἰακὼβ ἐν Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας (κ) ποιμαίνοντι τὰ πρόβατα Λάβαν τοῦ ἀ-
26 δελφοῦ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· Ὅτι οὐ καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσεν εἰς ἐτα-
27 σμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ ἡμᾶς οὐκ ἐξεδίκησεν, Ἀλλ' εἰς νου-
28 θέτησιν μαστιγοῖ κύριος τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὴν Ὀζίας, Πάντα ὅσα εἶπας, (λ) ἀγαθῇ καρδίᾳ ἐλάλησας, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τοῖς λόγοις σου. Ὅτι οὐκ ἐν τῇ σήμερον ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστιν, ἀλλὰ ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν σου ἔγνω πᾶς ὁ λαὸς τὴν σύνεσίν σου, καθότι ἀγαθόν ἐστι τὸ πλάσμα τῆς καρδίας σου. (μ) ἀλλ' ὁ λαὸς ἐδίψησε σφόδρα καὶ (ν) ἠνάγκασαν ποιῆσαι ἡμᾶς καθὰ ἐλαλήσαμεν αὐτοῖς, καὶ (ξ) ἀπαγαγεῖν ὅρκον ἐφ'
29 ἡμᾶς, ὃν οὐ παραβησόμεθα. Καὶ νῦν δεήθητι περὶ ἡμῶν, ὅτι γυνὴ εὐσεβὴς εἶ, καὶ ἀποστελεῖ κύριος τὸν ὑετὸν εἰς πλήρωσιν τῶν λάκ-
30 κων ἡμῶν, καὶ οὐκ ἐκλείψομεν ἔτι. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς Ἰουδὶθ, Ἀκούσατέ μου, καὶ ποιήσω πρᾶγμα ὃ ἀφίξεται εἰς γενεὰς γενεῶν υἱοῖς
32 τοῦ γένους ἡμῶν. Ὑμεῖς στήσεσθε ἐπὶ τῆς πύλης τὴν νύκτα ταύτην, καὶ ἐξελεύσομαι ἐγὼ μετὰ τῆς ἅβρας μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μεθ' ἃς εἴπατε παραδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἐπισκέψεται
33 κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρί μου. Ὑμεῖς δὲ οὐκ (ο) ἐξερευνήσετε τὴν πρᾶξίν μου, οὐ γὰρ (π) ἐρῶ ὑμῖν, ἕως τοῦ τελεσθῆναι ἃ ἐγὼ ποιῶ.

Quamobrem expectantes eam quæ ab ipso, salutem, 16
invocemus eum in adjutorium nostrum: & exaudiet vocem nostram, si fuerit ipsi placitum: quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodierna die neque tribus, neque patria, neque oppidum, neque civitas ex nobis, qui adorent deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus, Quo- 19
rum gratiâ dati sunt in gladium, & in direptionem patres nostri, & ceciderunt ruinâ magnâ coram inimicis nostris. Nos autem alium Deum non agnovimus præter eum: unde speramus, quia non despiciet nos, neque à (d) genere nostro: quoniam cum capti fuerimus nos; sic sedebit omnis Judæa, & diripientur Sancta nostra, & quæret pollutionem eorum de (e) ore nostro, & cædem fratrum nostrorum, & captivitatem terræ, & desolationem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum in gentibus, ubicunque servierimus ibi, & erimus in offendiculum, & in opprobrium coram possidentibus nos: quoniam non dirigetur servitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster. Et nunc, fra- 21
tres, ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima eorum, & sancta, & domus & altare innituntur super nos. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut & patres nostros. Recordamini, quæcunque fecit cum Abraham, & quæcunque tentavit Isaac, & quæcunque evenerunt Jacob in Mesopotamia Syriæ, pascenti pecora Laban fratris matris suæ: Quoniam non sicut il- 26
los examinavit in examen cordis eorum, etiam nos
non est ultus, Sed ad monitionem flagellat Dominus 27
appropinquantes sibi. Et dixit ad eam Ozias; Omnia 28
quæcunque dixisti, bono corde locuta es, & non est qui resistat verbis tuis: Quoniam non hodiè sapientia tua manifesta est, sed à principio dierum tuorum novit omnis populus intellectum tuum, quomodò bona est formatio cordis tui. Sed populus sitivit vehementer & coegerunt facere nos secundùm ea quæ locuti sumus eis, & inducere juramentum super nos, quod non transgrediemur. Et nunc ora pro nobis, quoni- 29
am mulier pia es: & mittet Dominus pluviam ad impletionem cisternarum nostrarum, & non deficiemus ultrà. Et dixit ad eos Judith; Audite me, & 30
faciam rem, quæ perveniet in generationes generationum filiis generis nostri. Vos stabitis super portam 32
nocte hâc, & exibo ego cum ancilla mea, & in diebus post quos dixistis tradituros civitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu mea. Vos 33
autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicā vobis, donec perfecta fuerint quæ ego facio.

MS. A. (α) ἐπικαλεσώμεθα (β) οὐδὲ (γ) ἔγνωμεν (δ) οὔτε (ε) ἐκζητήσει (ζ) αἵματος (η) ὑμῶν, (θ) ἐπεστήρισται (ι) ταῦτα εὐχαριστήσωμεν (κ) ποιμαίνοντος αὐτοῦ τὰ (λ) ἐν ἀγαθῇ (μ) ἀλλὰ (ν) ἠνάγκασεν ἡμᾶς ποιῆσαι (ξ) ἐπήγαγεν ἐφ' ἡμᾶς ὅρκον, (ο) ἐξερευνήσατε (π) ἀναγγελῶ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
19 [illegible]
21 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

Sed expectemus redemptionē ejus, & vo- 16
cemus eum in adjutorium nostrum, & si voluerit, audiet vocem nostram. Quia non extitit in familiis nostris, neque tempore nostro fuit vel tribus, vel familia, vel gens, vel civitas vestrûm quæ adoraverit deos factos manu humanâ, quod temporibus nos antegressis factum est.
Propter quod traditi sunt patres nostri 19
prædæ & gladio, ceciderúntque coram hostibus suis casu magno. Nos autem Deum ab eo aliū non novimus, ut avertat à nobis vultum suum. Nam si nos tradamur, tradetur & tota Judæa, & diripientur sanctuaria nostra, & requiret Domin⁹ pollutionem eorum de sanguine nostro. Et cædem fratrum nostrorum, & captivitatem terræ, & pollutionem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum, inter Gentes ubi servitutem servimus. Erimusque scandalo, & opprobrio, coram omnibus vicinis nostris. Neque enim vel servitus nostra gratiosa erit: sed convertet eam Dominus in ignominiam. Nunc autem nos suscipiamus 21
fratres nostros; de nobis enim pendet anima ipsorum: Et sanctuarium, & templum, & altare in nobis posita sunt. Et ultra hæc omnia placebimus Deo, qui nos tentat sicut patres nostros. Mementote omnia quæ fecit Abrahamo & Isaaco, quæque Jacobo contigerunt in Mesopotamia, cùm pasceret oves Laban avunculi sui. Quando ipsos exploravit 26
tentatione cordis ipsorum. Nos etiam, non in vindictam, Sed in castigationem 27
percussit Dominus; quia propinqui ipsi sumus. Dixitque ei Uzias; Quicquid di- 28
xisti, corde bono dixisti, nec est qui adversetur consilio tuo. Neque inde ab hodierno die nota est sapientia tua: sed à diebus antiquis novit totus populus prudentiam tuam. Bona enim est cogitatio cordis tui. Sed populus supra modùm siti pressus, adegit nos facere ipsis sicut diximus, & induxerunt in nos juramentum quod transgredi non possumus. Et nunc ora pro nobis; fortasse au- 29
diet te Dominus Deus noster, quoniam fœmina es Deum timens; & mittet Dominus pluviam, quâ repleantur lacus nostri, nec consumemur. Et dixit ipsis Ju- 30
dith; Audite me, & faciam factū sapiens, quod relinquatur generationib⁹ & generationibus filiorū populi nostri. State vos 32
in portâ nocte hâc, & egrediar ego & ministra mea. Et intra dies post quas dixistis 33
vos tradituros civitatē hostib⁹ nostris, liberabit Domin⁹ Israel, ut spero. Vos autē nolite in ea quæ facio inquirere. Neq; enim ostendā vobis priusquā perfectū fuerit quod facio

Versio VULG. LAT.

34 Et dixit ad eam Ozias princeps Juda ; Vade in pace,
& Dominus sit tecum in ultionem inimicorum no-
strorum. Et revertentes abierunt.

CAP. IX.

1 Quibus abscedentibus, Judith ingressa est oratoriū
suum : & induens se cilicio, posuit cinerem super
caput suum : & prosternens se Domino, clamabat ad
2 Dominum, dicens ; Domine De' patris mei Simeon,
qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum,
qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, &
3 denudaverunt femur virginis in confusionem : Et de-
disti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in
captivitatem ; & omnem prædam in divisionem ser-
vis tuis, qui zelaverunt zelum tuum: subveni, quæso te,
4 Domine Deus meus, mihi viduæ. Tu enim fecisti
priora, & illa post illa cogitâsti : & hoc factum est
5 quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt,
6 & tua judicia in tua providentia posuisti. Respice
castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptio-
rum videre dignatus es, quando post servos tuos arma-
ti currebant, confidentes in quadrigis, & in equita-
7 tu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti
super castra eorum, & tenebræ fatigaverunt eos.
8 Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt
9 eos. Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in mul-
titudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scu-
10 tis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, Et
nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris
11 bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Erige
brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illo-
rum in virtute tua : cadat virtus eorum in iracun-
dia tua, qui promittunt se violare Sancta tua, &
polluere tabernaculum nominis tui, & dejicere gla-
12 dio suo cornu altaris tui. Fac, Domine, ut gladio
13 proprio ejus superbia amputetur : Capiatur laqueo
oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis
14 charitatis meæ. Da mihi in animo constantiam, ut
contemnam illum ; & virtutem, ut evertam illum.
15 Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus
fœminæ dejecerit eum.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

34 Καὶ εἶπεν Ὀζίας καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς αὐτὴν, Πορεύου εἰς εἰρήνην,
καὶ κύριος ὁ θεὸς ἔμπροσθέν σου εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.
καὶ ἀποστρέψαντες ἐκ τῆς σκηνῆς, ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὰς διατάξεις
αὐτῶν.

ΚΕΦ. θ'.

1 Ἰουδὶθ δὲ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπέθετο σποδὸν ἐπὶ τὴν κε-
φαλὴν αὐτῆς, καὶ ἐγύμνωσεν ὃν ἐνεδιδύσκετο σάκκον· καὶ ἦν ἄρτι
προσφερόμενον ἐν Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸν οἶκον τοῦ (α) θεοῦ τὸ θυμία-
μα τῆς ἑσπέρας ἐκείνης· καὶ ἐβόησε (β) φωνῇ μεγάλῃ Ἰουδὶθ πρὸς
2 κύριον, καὶ εἶπε, Κύριε ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου Συμεὼν, ᾧ ἔδωκας ἐν
χειρὶ ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν, οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου
εἰς μίασμα, καὶ ἐγύμνωσαν μηρὸν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐβεβήλωσαν μήτραν
εἰς ὄνειδος· εἶπας γὰρ, Οὐχ οὕτως ἔσται· καὶ ἐποίησαν. ἀνθ' ὧν
ἔδωκας ἄρχοντας αὐτῶν εἰς φόνον, καὶ τὴν (γ) στρωμνὴν αὐτῶν ἣ ἠ-
δέσατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν, εἰς αἷμα· καὶ ἐπάταξας δού-
3 λους (δ) ἐπὶ δυνάσταις, καὶ δυνάστας ἐπὶ θρόνοις αὐτῶν· Καὶ
ἔδωκας γυναῖκας αὐτῶν εἰς προνομὴν, καὶ θυγατέρας (ε) εἰς
αἰχμαλωσίαν, καὶ πάντα τὰ σκῦλα (ζ) εἰς διαίρεσιν υἱῶν ἠγαπη-
μένων ὑπὸ σοῦ, (η) οἳ καὶ ἐζήλωσαν τὸν ζῆλόν σου, καὶ ἐβδελύ-
ξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν, καὶ ἐπεκαλέσαντό σε εἰς βοηθόν·
4 ὁ θεὸς ὁ θεὸς (θ) ὁ ἐμὸς, καὶ εἰσάκουσον ἐμοῦ τῆς χήρας. Σὺ γὰρ
ἐποίησας τὰ πρότερα ἐκείνων, καὶ ἐκεῖνα, καὶ (ι) τὰ μετέπειτα, καὶ
τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης, καὶ ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοή-
5 θης, Καὶ παρέστησαν ἃ ἐβουλεύσω, καὶ εἶπαν, Ἰδοὺ πάρεσμεν·
πᾶσαι γὰρ αἱ ὁδοί σου ἕτοιμοι, καὶ ἡ κρίσις σου ἐν προγνώσει.
6 Ἰδοὺ γὰρ Ἀσσύριοι ἐπληθύνθησαν ἐν δυνάμει αὐτῶν, ὑψώθησαν
ἐφ' ἵππῳ καὶ ἀναβάτῃ, ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν, ἤλπισαν
ἐν ἀσπίδι (κ) καὶ ἐν γαισῷ καὶ τόξῳ καὶ σφενδόνῃ, καὶ οὐκ ἔ-
γνωσαν ὅτι σὺ εἶ κύριος συντρίβων πολέμους· Κύριος ὄνομά
σοι. σὺ ῥάξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει σου, καὶ κάταξον τὸ
κράτος αὐτῶν ἐν τῷ θυμῷ σου, ἐβουλεύσαντο γὰρ βεβηλῶσαι
τὰ ἅγιά σου, μιᾶναι τὸ σκήνωμα τῆς καταπαύσεως τοῦ ὀνόμα-
τος τῆς δόξης σου, (λ) καὶ καταβαλεῖν σιδήρῳ κέρας θυσιαστηρίου
σου. βλέψον εἰς ὑπερηφανίαν αὐτῶν, ἀπόστειλον τὴν ὀργήν σου
εἰς κεφαλὰς αὐτῶν. δὸς ἐν χειρί μου τῆς χήρας ὃ διενοήθην κρά-
τος· πάταξον δοῦλον ἐκ χειλέων ἀπάτης μου ἐπ' ἄρχοντι, καὶ
ἄρχοντα ἐπὶ θεράποντι αὐτοῦ, θραῦσον αὐτῶν τὸ (μ) ἀνάστεμα ἐν
χειρὶ θηλείας.

Cum Translatione LATINA.

Et dixit Ozias, & principes ad eam ; Vade in pa- 34
ce : & Dominus Deus ante te in ultionem inimico-
rum nostrorum. Et revertentes è tabernaculo, ive-
runt ad ordines suos.

CAP. IX.

Judith autem procidit in faciem, & imposuit ci- 1
nerem super caput suum. Et nudavit quem indue-
rat saccum: (& erat nuper oblatum in Hierusalem in
domo Dei thymiama vesperæ illius :) & clamavit
voce magna Judith ad Dominum, & dixit; Domine
Deus patris mei Symeon, cui dedisti in manu gladium
in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam
virginis in pollutionem, & nudaverunt femur in
confusionem, & polluerunt vulvam in opprobrium:
dixisti enim ; Non sic erit. Et (a) pro iis quæ fece-
runt, dedisti principes eorum in cædem, & stratum
eorum, quod (b) noverat deceptionem eorum, in san-
guinem, & percussisti servos super dynastas, &
dynastas super thronos eorum : Et dedisti uxores
eorum in direptionem, & filias in captivitatem, &
omnia spolia in direptionem filiorum dilectorum à
te, qui etiam zelaverant zelum tuum, & abomi-
nati erant contaminationem sanguinis sui, & invo-
caverant te in adjutorem. Deus Deus meus, et-
iam exaudi me viduam. Tu enim fecisti, quæ an-
te illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, &
supervenientia (d) cogitâsti: & facta sunt quæ
in mente habuisti, Et affuerunt quæ deliberâsti, &
dixerunt; Ecce adsumus : omnes enim viæ tuæ pa-
ratæ, & judicium tuum in præcognitione. Ecce enim,
Assyrii multiplicati sunt in virtute sua, exaltati
sunt super equo, & ascensore, gloriati sunt in
brachio peditum, speraverunt in clypeo, & in (c) gæ-
so, & arcu, & fundibula, & non cognoverunt quia tu
es Dominus conterens bella: Dominus nomen tibi: tu
frange eorum fortitudinem in virtute tua, & pro-
sterne (e) robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt
enim polluere Sancta tua, contaminare tabernaculum
requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere ferro cornu
altaris tui. Aspice in superbiam eorum, mitte iram
tuam in capita eorum. Da in manu mea viduæ, quod
cogitavi, robur: percute servum è labiis (f) deceptio-
nis meæ super principem, & principem super mini-
strum ejus: frange corū celsitudinē in manu fœminæ

MS. A. (α) κυρίου τοῦ θυμιάματος τῆς (β) φωνὴν μεγάλην (γ) στρωμνὴν ἣ ἠδέσατο τὴν ἀπά··· τηθεῖσαν εἰς αἷμα· (δ) ἐπὶ * δυνάσταις ἐπὶ θρόνοις (ε) αὐ-
τῶν εἰς (ζ) αὐτῶν εἰς (η) καὶ ἐζήλωσαν (θ) ἐμὸς, εἰσάκουσόν μου τῆς (ι) μετέπειτα, (κ) καὶ τόξῳ (λ) καταβαλεῖν (μ) ἀνάστημα

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

34 [illegible]

CAP. IX. [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

* Et dixerunt ipsi & principes, Vade in pace : Dominus autem te præcedat, & det nobis ultionem de hostibus nostris. Et reversi à tabernaculo, domos suas abierunt.

CAP. IX.

Et procidit Judith in faciē suam, & cinerem capiti suo injecit, sciditq; tunicam suam, & apparuit saccus quo induta erat. Et quo tempore offerebatur Jerosolymis in templo Domini incensum vesperæ ipsius, clamavit Judith ad Dominum voce altâ, & dixit ; Domine Deus patris mei Simeon, qui posuisti in manu ejus gladium, sumendæ de hostibus vindictæ qui solverant crinem virginis ad pollutionem, & nudaverant verecundiam ejus ad pudorem, & polluerant uterum ejus ad opprobrium : Quod tu dixeras non ita fieri debere. Propereáque tradidisti magnates eorum cædi, & strata ipsorum quod accepit sanguinem dilectæ tuæ. Et percussisti servos cum dominis suis, & dynastas in thronis suis: tradidisti uxores eorum in captivitatem & filias in prædam : Omnemque prædam eorum diviserunt inter dilectos tuos, qui observârunt zelum tuum, & abominati sunt pollutionem sanguinis sui, & te sibi auxilio vocârunt. Audi me Deus, etiam me, quæ vidua sum. Tu enim prima & media fecisti, & quæ sequuntur : quia tu cogitâsti, & facta sunt consultâsti, & steterunt coram te; vocâsti, & dixerunt, Ecce hic stamus. Omnes enim viæ tuæ paratæ, & creatura tua nuda in conspectu tuo. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt copiis suis & exaltati equis & equitibus, & elevati robore peditum, & muniti gladiis, fiduciam in arcubus & fundis habent. Nesciunt te esse Dominum, qui vocaris Confractor præliorum : contere copias ipsorum rex seculorum, & comminue multitudinem ipsorum, frange robur ipsorum in furore tuo, quia cogitârunt polluere sanctuarium nominis tui gloriosi, & dejicere ferro cornua altaris tui : Respice superbiam ipsorum & mitte furorem tuum in caput eorum. Pone vires in manibus meis viduæ quæ cogitavi : percute virum super principem suum seductione labiorum meorum, frange robur dynastæ manibus fœminæ

Versio VULG. LAT.

16 Non enim in multitudine eſt virtus tua, Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium & manſueto-
17 rum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præ-
18 ſumentem. Memento, Domine, teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, ut domus tua in ſanctificatione tua permaneat:
19 Et omnes gentes agnoſcant, quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.

CAP. X.

1 FActum eſt autem, cùm ceſſâſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco, in quo jacuerat proſtrata ad
2 Dominum. Vocavítque abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe ve-
3 ſtimentis viduitatis ſuæ, Et lavit corpus ſuum, & unxit ſe myro optimo, & diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, induítque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſítque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis or-
4 navit ſe. Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore
5 omnium oculis appareret. Impoſuit itaque abræ ſuæ aſcoperam vini, & vas olei, & polentam, & pa-
6 lathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt. Cúmque veniſſent ad portam civitatis, invenerunt expe-
7 ctantem Oziam, & presbyteros civitatis. Qui cùm vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchri-
8 tudinem ejus. Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerunt tranſire, dicentes; Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſuâ virtute corroboret, ut glorietur ſuper te Jeruſalem, & ſit nomen tuum in numero Sanctorum & juſtorum.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

16 Οὐ γὰρ ἐν πλήθει τὸ κράτος σου, οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχύουσιν, ἀλλὰ ταπεινῶν εἶ (α) θεὸς, ἐλαττόνων εἶ βοηθὸς, ἀντιλήπτωρ ἀσθενούντων, ἀπεγνωσμένων σκεπαστής, ἀπηλπισμένων σωτήρ. ναὶ ναὶ (β) ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ θεὸς κληρονομίας Ἰσραὴλ, δέσποτα τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, κτίστα τῶν ὑδάτων, (γ) βασιλεῦ πάσης κτίσεώς σου, σὺ εἰσάκουσον τῆς δεήσεώς μου, καὶ δὸς λόγον μου καὶ ἀπάτην, εἰς τραῦμα καὶ μώλωπα αὐτῶν, οἳ κατὰ τῆς διαθήκης σου, καὶ οἴκου ἡγιασμένου σου, καὶ (δ) κορυφῆς Σιὼν, καὶ οἴκου
19 κατασχέσεως υἱῶν σου ἐβουλεύσαντο σκληρά. Καὶ ποίησον ἐπὶ (ε) παντὸς ἔθνους σου, καὶ πάσης φυλῆς ἐπίγνωσιν, τοῦ εἰδῆσαι ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς (ζ) πάσης δυνάμεως καὶ κράτους, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος ὑπερασπίζων τοῦ γένους Ἰσραὴλ, εἰ μὴ σύ.

MS. A. (α) κύριος, (β) θεὸς (γ) βασιλεὺς (δ) κορυφὴν (ε) παντὸς ἔθνους (ζ) θεὸς πάσης

ΚΕΦ. ι΄.

1 ΚΑὶ ἐγένετο ὡς ἐπαύσατο βοῶσα πρὸς τὸν θεὸν Ἰσραὴλ, καὶ συνετέλεσε πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώ-
2 σεως, Καὶ ἐκάλεσε τὴν ἅβραν αὐτῆς, καὶ κατέβη εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ διέτριβεν ἐν αὐτῷ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῆς, καὶ περιείλατο τὸν σάκκον ὃν (α) ἐνεδεδύκει,
3 καὶ ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς χηρεύσεως αὐτῆς, Καὶ περιεκλύσατο τὸ σῶμα ὕδατι, καὶ ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ, καὶ διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ ἐπέθετο μίτραν ἐπ᾽ αὐτῆς, καὶ ἐνεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης αὐτῆς, ἐν (β) οἷς ἐστολίζετο ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Μανασσῆ· καὶ ἔλαβε σανδάλια εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς, καὶ περιέθετο τοὺς χλιδῶνας, καὶ τὰ ψέλια, καὶ τοὺς δακτυλίους, καὶ τὰ ἐνώπια, καὶ πάντα
4 τὸν κόσμον αὐτῆς. Καὶ ἐκαλλωπίσατο σφόδρα εἰς (γ) ἀπάτησιν
5 ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν, ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν. Καὶ ἔδωκε τῇ ἅβρᾳ αὐτῆς ἀσκοπυτίνην οἴνου, καὶ (δ) καμψάκην ἐλαίου, καὶ πήραν ἐπλήρωσεν ἀλφίτων καὶ παλάθης καὶ ἄρτων καθαρῶν, καὶ περιεδίπλωσε πάντα τὰ ἀγγεῖα αὐτῆς, καὶ ἐπέθηκεν (ε) ἐπ᾽
6 αὐτῇ. Καὶ ἐξήλθοσαν ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως Βετυλούα, καὶ εὕροσαν (ζ) ἐφεστῶτας ἐπ᾽ αὐτῆς Ὀζίαν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους
7 τῆς πόλεως Χαβρὶν καὶ Χαρμίν. Ὡς δὲ εἶδον αὐτὴν, καὶ ἦν ἠλλοιωμένον τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὴν στολὴν μεταβεβλη-
8 κυῖαν αὐτῆς, (η) καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς ἐπὶ πολὺ σφόδρα. Καὶ εἶπαν αὐτῇ, (θ) Ὁ θεὸς ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν δῴη σε εἰς χάριν, καὶ τελειῶσαι τὰ ἐπιτηδεύματά σου εἰς γαυρίαμα υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ὕψωμα Ἱερουσαλήμ. καὶ προσεκύνησε τῷ θεῷ,

MS.A. (α) ἐνεδιδύσκετο, (β) αἷς (γ) ἀπάντησιν (δ) καψάκην (ε) αὐτῇ. (ζ) ἐφεστῶτα αὐτῆς (η) ἐθαύμασαν (θ) Ὁ θεὸς τῶν πατέρων

Cum Translatione LATINA.

Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: ſed humilium es Deus, minorum es adiutor, ſuſceptor infirmorum, deploratorum protector, deſperatorum ſalvator. Næ, næ, Deus patris mei, & Deus hæreditatis Iſrael, Domine cœlorum, & terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam, & da (g) verbum meum, & deceptionem, in vulnus, & livorem eorum qui contra teſtamentum tuum, & domum ſanctificatam tuam, & verticem Sion, & domum poſſeſſionis filiorum tuorum deliberaverunt dura: Et fac ſuper omnem gentem 19
tuam, (h) & omnem tribum, cognitionem ad ſciendū, quia tu es Deus omnis virtutis, & potentiæ, & non eſt alius protegens genus Iſrael, niſi tu. 16

CAP X.

ET factum eſt, ut ceſſavit clamans ad Deum Iſrael, 1
& conſummavit omnia verba hæc; & ſurrexit à dejectione, Et vocavit ancillam ſuam, & deſcendit 2
in domum, in qua verſabatur in ea in diebus Sabbatorum, & in feſtivitatibus ſuis, & circumabſtulit ſaccum, quem induerat, & exuit veſtimenta viduitatis ſuæ, Et circumlavit (a) corpus aquâ, & 3
unxit unguento pingui, & diſcriminavit capillos capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper illud, & induit veſtimenta lætitiæ ſuæ, in quibus amiciebatur in diebus vitæ viri ſui Manaſſe: & ſumpſit ſandalia in pedes ſuos, & circumpoſuit monilia, & armillas, & annulos, & inaures, & omnem ornatum ſuum. Et 4
ornata eſt valdè in occurſum oculorum hominum, quicumque viderint eam. Et dedit ancillæ ſuæ aſ- 5
coperam vini, & campſacem olei, & peram implevit farinis, & palathâ, & panibus mundis, & circumduplicavit omnia vaſa ſua, & impoſuit ſuper eam. Et (b) exiverunt ad portam civitatis Betylua, & in- 6
venerunt inſiſtentes ſuper eam Oziam, & ſeniores civitatis, Chabrin, & Charmin. Ut autem vi- 7
derunt eam (& erat mutata facies ejus) & ſtolam mutatam ejus; & mirati ſunt ſuper pulchritudine ejus quamplurimùm valdé. Et dixerunt 8
ei; Deus, Deus patrum noſtrorum, det te in gratiam, & (e) perficere adinventiones tuas in glorificationem filiorum Iſrael, & exaltationem Hieruſalem. Et adoravit Deum,

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
[illegible]

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quia non eſt poſita vis tua ac robur in multitudine, nec dona tua in fortibus: Sed tu Deus es afflictorum, & adjutor exiguorum, auxiliator ægrotorum, & redemptor perditorum. Obſecro Domine Deus patris mei, Deus hæreditatis Iſrael, Domine cœli ac terræ, creator aquarum, rex omnium creaturarum; Audi vocem petitionis meæ, & fac dolum ac ſeductionem meam in cædem ac plagam eorum qui adverſantur fœderi ac ſanctuario tuo, montique Sion, & hæreditati filiorum tuorum. Cogitârunt enim in nos malum. Fac 19
toti populo tuo, & omnibus familiis, ut ſciant te eſſe Deum omnis potentiæ & dominii, nec eſſe alium qui protegat Iſrael præter te. 16

CAP. X.

ET factum eſt, cùm ceſſâſſet Ju- 1
dith clamare ad Deum Iſraelis, & abſolviſſet omnes ſermones iſtos, ſurrexit de loco ubi projecta erat. Vo- 2
cavitq; ancillam ſuam & deſcendit in domum ſuam ubi morabatur ſabbatis & feſtis. Et ſolvit ſaccum quem induta erat, Et exuit veſtes 3
viduitatis ſuæ, & lavit os ſuum aquâ, unxítque unguento eximio, unxítque capillos capitis ſui, & poſuit calceos in pedibus ſuis, induítque veſtes lætitiæ ſuæ, quas induebat tempore quo vivebat Manaſſes vir ſuus. Poſuítque mitram in capite ſuo, induítque monilia, & armillas annulóſque, & inaures, omniáque ornamenta ſua. Ornavítque ſe valdè, 4
rapiendis oculis eorum qui viderent ipſam. Dedítque ancillæ ſuæ 5
utrem vini, vaſculúmque olei, implevítque peram farinâ, & ficubus, & pane, adjecto illuc caſeo. Et complicavit vaſa ſua, & impoſuit ancillæ. Et egreſſæ ambæ ve- 6
nerunt ad portam civitatis. Et invenerunt ibi Uziam, ſenatoréſque civitatis Chabrim & Carmin. Qui 7
cùm viderent mutationem faciei ipſius, & indutum veſtimentorum, admirati ſunt valdè pulchritudinem ipſius. Et 8
dixerunt ipſi; Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam, & perficias opus tuum in gloriam filiorum Iſrael, & in exaltationem Jeroſolymorum. Et cadens prona adoravit Deum.

Versio VULG. LAT.

9 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes unâ voce; Fiat,
10 fiat. Judith verò orans Dominum, transivit per por-
11 tas ipsa & abra ejus. Factum est autem, cùm descen-
deret montem, circa ortum diei, occurrerunt ei ex-
ploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes,
12 Unde venis? aut quò vadis? Quæ respondit; Filia
sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quo-
niam futurum agnovi, quòd dentur vobis in depræ-
dationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt
ultrò tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in
13 conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum, di-
cens; Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indi-
cem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu
possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exer-
14 citu ejus. Et cùm audissent viri illi verba ejus, con-
siderabant faciem ejus, & erat in oculis eorum stupor,
15 quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis. Et
dixerunt ad eam; Conservâsti animam tuam, eò quòd
tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum
16 nostrum. Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in
conspectu ejus, benè tibi faciet, & eris gratissima in
corde ejus. Duxerúntque illam ad tabernaculum Ho-
17 lofernis, annuntiantes eam. Cúmque intrâsset ante
faciem ejus, statim captus est in suis oculis Holofer-
18 nes. Dixerúntque ad eum satellites ejus; Quis con-
temnat populum Hebræorum, qui tam decoras mu-
lieres habent, ut non pro his meritò pugnare contra
19 eos debeamus? Videns itaque Judith Holofernem
sedentem in conopoeo, quod erat ex purpura, & au-
ro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἐπιτάξατε ἀνοῖξαί μοι τὴν πύλην τῆς πόλεως, καὶ ἐξελεύσομαι εἰς τελείωσιν τῶν λόγων, ὧν ἐλαλήσατε μετ᾽ ἐμοῦ. Καὶ συνέταξαν τοῖς νεανίσκοις ἀνοῖξαι αὐτῇ
10 καθότι (α) ἐλάλησαν. καὶ ἐποίησαν οὕτως. Καὶ ἐξῆλθεν Ἰουδὶθ, αὐτὴ καὶ ἡ παιδίσκη (β) αὐτῆς μετ᾽ αὐτῆς· ἀπεσκόπευον δὲ αὐτὴν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως ἕως οὗ κατέβη τὸ ὄρος, (γ) ἕως διῆλθε
11 τὸν αὐλῶνα, καὶ οὐκ ἔτι (δ) ἐθεώρουν αὐτήν. Καὶ ἐπορεύοντο ἐν τῷ αὐλῶνι εἰς εὐθεῖαν, καὶ συνήντησεν αὐτῇ προφυλακὴ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ συνέλαβον αὐτὴν, καὶ ἐπηρώτησαν, Τίνων εἶ; καὶ
12 πόθεν ἔρχῃ; καὶ ποῦ πορεύῃ; Καὶ εἶπε, Θυγάτηρ εἰμὶ τῶν Ἑβραίων, καὶ ἀποδιδράσκω ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, ὅτι μέλλουσι δί-
13 δοσθαι ὑμῖν εἰς κατάβρωμα. Κἀγὼ ἔρχομαι εἰς τὸ πρόσωπον Ὀλοφέρνου ἀρχιστρατήγου δυνάμεως ὑμῶν, τοῦ (ε) ἀναγγεῖλαι ῥήματα ἀληθείας, καὶ δείξω πρὸ προσώπου αὐτοῦ ὁδὸν, καθ᾽ ἣν πορεύσεται, καὶ κυριεύσει πάσης τῆς ὀρεινῆς, καὶ οὐ διαφωνήσει τῶν
14 ἀνδρῶν αὐτοῦ σὰρξ μία, οὐδὲ πνεῦμα ζωῆς. Ὡς δὲ ἤκουσαν οἱ ἄνδρες τὰ ῥήματα αὐτῆς, καὶ κατενόησαν τὸ πρόσωπον αὐτῆς,
15 καὶ ἦν ἐναντίον αὐτῶν (ζ) θαυμάσιον τῷ κάλλει σφόδρα, Καὶ εἶπαν πρὸς αὐτὴν, Σέσωκας τὴν ψυχήν σου, σπεύσασα καταβῆναι εἰς πρόσωπον τοῦ κυρίου ἡμῶν· καὶ νῦν πρόσελθε ἐπὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀφ᾽ ἡμῶν προπέμψουσί σε ἕως παραδώσουσί σε (η) εἰς τὰς
16 χεῖρας αὐτοῦ. Ἐὰν δὲ στῇς ἐναντίον αὐτοῦ, μὴ φοβηθῇς τῇ καρδίᾳ σου, ἀλλὰ ἀνάγγειλον κατὰ τὰ ῥήματά σου, καὶ (θ) εὖ σε ποιήσει. καὶ ἐπέλεξαν ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἑκατὸν, καὶ παρέζευξαν αὐτῇ καὶ τῇ ἅβρᾳ αὐτῆς, καὶ ἤγαγον αὐτὰς ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου. καὶ ἐγένετο συνδρομὴ ἐν πάσῃ τῇ παρεμβολῇ· διεβοήθη γὰρ εἰς τὰ σκηνώματα ἡ παρουσία αὐτῆς· καὶ ἐλθόντες ἐκύκλουν αὐτὴν ὡς εἱστήκει ἔξω τῆς σκηνῆς Ὀλοφέρνου, ἕως προσήγγειλαν
18 αὐτῷ περὶ αὐτῆς. καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς, καὶ ἐθαύμαζον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ (ι) ἀπ᾽ αὐτῆς· Καὶ (κ) εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Τίς καταφρονήσει τοῦ λαοῦ τούτου, ὃς ἔχει ἐν ἑαυτῷ γυναῖκας τοιαύτας; ὅτι οὐ καλόν ἐστιν (λ) ὑπολείπεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρα ἕνα, οἳ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ ἐξῆλθον οἱ παρακαθεύ-
19 δοντες Ὀλοφέρνῃ, καὶ πάντες οἱ θεράποντες αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὴν σκηνήν. Καὶ ἦν Ὀλοφέρνης ἀναπαυόμενος ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ ἐν τῷ κωνωπείῳ, ὃ ἦν ἐκ πορφύρας καὶ χρυσίου καὶ σμαράγδου καὶ λίθων πολυτελῶν καθυφασμένων. Καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῷ περὶ αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸ προσκήνιον, καὶ λαμπάδες ἀργυραῖ προάγουσαι αὐτοῦ.

MS. A. (α) ἐλάλησεν. (β) αὐτῆς· ἀπεσκόπευον (γ) ἕως οὗ διῆλθεν (δ) ἐθεώρουσαν (ε) ἀπαγγεῖλαι (ζ) θαυμασία (η) εἰς χεῖρας (θ) εὐθηνῇ σε (ι) ἀπὸ (κ) εἶπαν (λ) ἐξ αὐτῶν ὑπολείπεσθαι

Et dixit ad eos; Præcipite aperire mihi portam civitatis, & exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum. Et præceperunt juvenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic. Et exiit Judith, ipsa, & ancilla ejus cum ea. Prospectabant autem eam viri civitatis, quoadusque descendit montem, donec transiit vallem, & non ultrà aspiciebant eam. Et ibant in valle in rectum: & occurrerunt ei exploratores Assyriorum: & ceperunt eam, & interrogaverunt; Quorum es, & unde venis, & quò vadis? Et dixit; Filia sum Hebræorum, & aufugio à facie eorum: quoniam dandi sunt vobis in devorationem. Et ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis vestræ ad annuntiandum verba veritatis: & ostendam ante faciem ejus viam, per quam ibit, & dominabitur universæ montanæ, & non dissonabit de viris ejus caro una, neque spiritus vitæ. Ut autem audiverunt viri verba ejus, & contemplati sunt faciem ejus, & erat ante eos admirabilis pulchritudine valdè: Et dixerunt ad eam; Salvâsti animam tuam, festinans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus; & ex nobis præmittent te, donec tradant te in manus ejus. Si autem steteris coram eo; ne timeas corde tuo, sed annuntia secundùm verba tua, & benè tibi faciet. Et elegerunt è seipsis viros centum, & adjunxerunt ei, & ancillæ ejus, et duxerũt eas ad tabernaculum Olophernis. Et factus est concursus in omnibus castris. Personuerat enim in tabernaculis præsentia ejus. Et venientes circumdabant eã, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annuntiaverunt ei de ea: & mirabantur super pulchritudine jus: & mirabantur filios Israel ex ea. Et dixit unusquisq; ad proximũ suum; Quis contemnet populũ hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniã non bonũ est remanere ex eis virum unum: qui dimissi poterunt decipere omnem terram. Et exierunt, qui dormiebant juxta Olophernem, & omnes ministri ejus: & introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis (d) intextis. Et annuntiaverũt ei de ea: & exiit in prosceniũ, et lampades argenteæ præcedentes eum.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]
[illegible]
10 [illegible] 10
11 [illegible] 11
[illegible]
12 [illegible] 12
[illegible]
13 [illegible] 13
[illegible]
14 [illegible] 14
15 [illegible] 15
[illegible]
16 [illegible] 16
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
18 [illegible] 18
[illegible]
19 [illegible] 19
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et dixit eis, Jubete aperiri portam civitatis, ut egrediar & perficiam quod locuti estis mecum. Et jusserunt pueros aperire ipsi portam sicut dixerat. Feceruntque ita filii civitatis. Et egressa est Judith ipsa & famula sua cum ea. Et prospexerũt filii civitatis, donec descendisset de monte. Cùm autem venissent ad vallem non viderunt eas amplius. Profecti autem rectà in valle, incurrit in stationem primam Assyriorum: Prehensamque interrogârunt, dicentes ei; Quæ nova tua? & unde venis & quò is? Et dixit eis; Ebræa sum fugioque ab eis, quia præstò est ut tradantur vobis in cibum. Ego autem venio ad Alpheruam ducem exercitûs vestri, ut notum ipsi faciam verbum verum, & ostendam ei viam quâ eat, & totius montis compos fiat: nec evadat eum quisquam ex filiis carnis, nec ullus spiritus vitæ. Et cùm audîssent viri verba ejus, intuiti sunt faciem ejus, & visa est eis forma ipsius valdè admiranda. Et dixerunt ipsi: Vivificâsti animam tuam in bonum, quòd festinâsti descendere ad dominum nostrum. Nunc cedò ad tabernaculum ejus, quidam autem ex nobis deducent te, donec tradant te in manus ipsius. Et cùm stabis coram eo, noli timere in corde tuo sed ostende ipsi verba tua, & benefaciet tibi. Et elegerunt de seipsis centum viros, quibus ipsam tradiderunt & ancillam ipsius. Et duxerunt ipsam ad tabernaculum Alphernæ. Facta autem est concursus per tota castra quia sparsa erat fama adventûs ejus eis qui in tabernaculis: Et venientes circumdederunt ipsam stantem extra tentorium Alphernæ, donec nuntiarent ipsi de ea. Et admirati sunt pulchritudinem ejus. Et auscultârunt verbis ejus, erant enim valdè bona. Admirabanturque filios Israel propter ipsam: Et dixerunt ad socium quisque suum, Quis spernat populum in quo hujusmodi sunt mulieres? Non oportet reliquum fieri ex ipsis vel unum, ne servati decipiant universãm terrã. Exierunt autem omnes famuli Alphernæ & omnes servi ejus, introduxerúntque eam in tentorium. Alphernas autem projectus requiescebat in lecto suo intra conopeum textum purpurâ & auro, & smaragdis lapidibusque pretiosis. Et indicârunt ipsi de ea. Et cum audîsset, egressus est in atrium tabernaculi, prælucentibus ipsi lampadibus argenteis: Et adduxerunt eam ad ipsum.

Versio VULG. LAT.

10 Et cùm in faciem ejus intendisset, adoravit eum, prosternens se super terram. Et elevaverunt eam servi Holofernis, jubente domino suo.

CAP. XI.

1 TUnc Holofernes dixit ei; Æquo animo esto, & noli pavere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit servire Nabuchodonosor regi.
2 Populus autem tuus, si non contempsisset me, non
3 levâssem lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit
4 tibi ut venires ad nos? Et dixit illi Judith; Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.
5 Vivit enim Nabuchodonosor rex terræ, & vivit virtus ejus, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines serviunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.
6 Nuntiatur enim animi tui industria universis gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno ejus, & disciplina tua
7 omnibus provinciis prædicatur. Nec hoc latet, quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei jus-
8 seris evenire. Constat enim, Deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad
9 populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israel,
10 tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames invasit eos, & ab ariditate aquæ jam inter mortuos
11 computantur. Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

20 Ὡς δὲ ἦλθε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ Ἰουδὶθ, καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, ἐθαύμασαν πάντες ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ προσώπου αὐτῆς. καὶ πεσοῦσα ἐπὶ πρόσωπον προσεκύνησεν αὐτῷ· καὶ ἤγειραν αὐτὴν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ια'.

1 ΚΑὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, Θάρσησον γύναι, μὴ φοβηθῇς τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ἐγὼ οὐκ ἐκάκωσα ἄνθρωπον ὅστις (α)
2 ᾑρέτικε δουλεύειν βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς. Καὶ νῦν ὁ λαός σου ὁ κατοικῶν τὴν ὀρεινὴν, εἰ μὴ (β) ἐφαύλισάν με, οὐκ ἂν ἦρα τὸ δόρυ μου ἐπ' αὐτοὺς, (γ) ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐποίησαν
3 ταῦτα. Καὶ νῦν λέγε μοι, τίνος (δ) ἕνεκεν ἀπέδρας ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἦλθες πρὸς ἡμᾶς; ἥκεις γὰρ εἰς σωτηρίαν. θάρσει, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ζήσῃ, καὶ εἰς τὸ λοιπόν. οὐ γάρ ἐστιν ὃς ἀδικήσει σε, ἀλλ' εὖ σε ποιήσει, καθὰ γίνεται τοῖς δούλοις τοῦ κυρίου
4 μου βασιλέως Ναβουχοδονόσορ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἰουδὶθ, Δέξαι τὰ ῥήματα τῆς δούλης σου, καὶ λαλησάτω ἡ παιδίσκη σου κατὰ πρόσωπόν σου, καὶ οὐκ ἀναγγελῶ ψεῦδος τῷ κυρίῳ μου ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. καὶ ἐὰν κατακολουθήσῃς τοῖς λόγοις τῆς παιδίσκης σου, τελείως πρᾶγμα ποιήσει μετὰ σοῦ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἀποπεσεῖται
5 ὁ κύριός μου τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. Ζῇ γὰρ (ε) βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς, καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ, ὃς ἀπέστειλέ σε εἰς κατόρθωσιν πάσης ψυχῆς, ὅτι οὐ μόνον ἄνθρωποι διὰ σὲ δουλεύουσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ κτήνη καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῆς ἰσχύος σου ζήσονται ἐπὶ Να-
6 βουχοδονόσορ, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἠκούσαμεν γὰρ τὴν σοφίαν σου, καὶ τὰ πανουργεύματα τῆς ψυχῆς σου, (ζ) καὶ ἀνηγγέλη πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι σὺ μόνος ἀγαθὸς ἐν πάσῃ (η) βασιλείᾳ, καὶ
7 δυνατὸς ἐν ἐπιστήμῃ, καὶ θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου. Καὶ νῦν ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν Ἀχιὼρ ἐν τῇ συνεδρείᾳ σου, ἠκούσαμεν τὰ ῥήματα αὐτοῦ, ὅτι περιεποιήσαντο αὐτὸν οἱ ἄνδρες Βετυλούα καὶ ἀνήγγειλεν αὐτοῖς πάντα ὅσα ἐξελάλησεν παρὰ σοί. (θ) Διὸ δέσποτα κύριε μὴ παρέλθῃς τὸν λόγον αὐτοῦ, ἀλλὰ κατάθου αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι (ι) ἀληθής ἐστιν. οὐ γὰρ ἐκδικᾶται τὸ γένος ἡμῶν, (κ) οὐ κατισχύει ῥομφαία ἐπ' αὐτοὺς, ἐὰν μὴ ἁμάρτωσιν εἰς τὸν θεὸν αὐτῶν. καὶ νῦν ἵνα μὴ γένηται ὁ κύριός μου ἔκβολος καὶ ἄπρακτος, καὶ ἐπιπεσεῖται θάνατος ἐπὶ (λ) πρόσωπον αὐτῶν, καὶ κατελάβετο αὐτοὺς ἁμάρτημα ἐν ᾧ παροργιοῦσι τὸν θεὸν αὐτῶν, ὁπηνίκα (μ) ἂν ποιή-
10 σωσιν ἀτοπίαν. (ν) Ἐπεὶ γὰρ ἐξέλιπεν αὐτοὺς τὰ (ξ) βρώματα, καὶ ἐσπανίσθη πᾶν ὕδωρ, ἐβουλεύσαντο ἐπιβαλεῖν τοῖς
11 κτήνεσιν αὐτῶν, Καὶ πάντα ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ θεὸς (ο) ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ μὴ φαγεῖν, διέγνωσαν δαπανῆσαι.

MS.A. (α) ᾑρέτισεν (β) ἐφαύλισέν (γ) ἀλλὰ (δ) ἕνεκα (ε) ὁ βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς Ναβουχοδονόσορ, καὶ (ζ) ἃ καὶ (η) τῇ βασιλείᾳ, (θ) δὴ (ι) ἐστὶν ἀληθής. (κ) ὃς (λ) προσώπου αὐτῶν, καὶ καταλάβοι (μ) ἐὰν (ν) Ἐπεὶ παρεξέλιπεν (ξ) βρώματα αὐτῶν, καὶ (ο) τοῖς

Ut autem venit ad faciem ejus Judith, & ministrorū ejus; mirati sunt omnes super pulchritudine faciei ejus. Et procidens in faciem adoravit eum: & erexerunt eam servi ejus. 20

CAP. XI.

ET dixit ad eam Olophernes; Confide, mulier: ne timeas corde tuo: quoniam ego non malefaciā homini, quisquis elegerit servire (a) regi Nabuchodonosor omnis terræ. 1
Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non elevâssem hastam meam super eos: sed ipsi sibi fecerunt hæc. 2
Et nunc dic mihi, cujus gratiâ aufugisti ab eis, & venisti ad nos? Venis enim ad salutem: Confide: in nocte hac vives & in reliquum. Non enim est, qui tibi injuriam illaturus sit, sed benè tibi faciet, sicut fit servis domini mei regis Nabuchodonosor. 3
Et dixit ad eum Judith; Suscipe verba servæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tuam, & non annuntiabo mendacium domino meo in nocte hac. Et, si secutus fueris verba ancillæ tuæ; perfectè negotium faciet tecum Deus: & non decidet dominus meus à studiis suis. 4
Vivit enim rex Nabuchodonosor universæ terræ, & vivit imperium ejus, qui misit te ad correctionem omnis animæ; quia non solum homines propter te servient ei, sed etiam bestiæ agri, & pecora, & volatilia cœli propter fortitudinem tuam vivent super Nabuchodonosor, & omnem domum ejus. 5
Audivimus enim sapientiam tuam, & calliditates animæ tuæ: & annuntiatum est omni terræ: quia tu solus bonus in omni regno, & potens in scientia, & mirabilis in (b) expeditionibus belli. 6
Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu tuo, audivimus verba ejus, quoniam servaverunt eum viri Betylua, & annuntiavit eis omnia quæcunque elocutus erat apud te. Quarè, dominator domine, ne transgrediaris verbum ejus, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non prævalet gladius adversùs eos, nisi peccaverint in Deum suum. Et nunc, ut non fiat dominus meus ejectus, & re infectâ desistens; & (c) cadet mors super faciem eorum, & occupavit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quandocunq; fecerint absurditatem. 7
Quoniam enim defecerunt eos escæ, & rarefacta est omnis aqua; deliberaverunt injicere manum jumentis suis, 10
Et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreverunt insumere. 11

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 [illegible]
[illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]

Et cùm staret Judith coram eo & servis ejus, obstupuerunt omnes pulchritudinem faciei ipsius. Et cadens prona adoravit ipsum. Et prehendentes eam servi ejus erexerunt ipsam. 20

CAP. XI.

ET dixit ei Alphernas; Bono esto animo fœmina, noli timere in corde suo: Nemini enim noceo qui voluerit servire Nebucadnosari regi totius terræ. 1
Et nunc populus tuus qui habitat in monte, nisi sprevissent me, non elevâssem lanceam adversùs eos: sed ipsi fecerunt sibi hæc. 2
Nunc, dic mihi, quare fugeris ab eis, & veneris ad nos. Venisti enim ad vitam. Bono esto animo: inde ab hac nocte vives. Non enim est qui noceat tibi: faciam enim tibi sicut fit servis domini mei. 3
Et dixit ipsi Judith; Audi verba ancillæ tuæ, & loquetur ancilla tua coram te, nec loquar falsum coram te hâc nocte. Et si audies verba mea, perficietur quod in manibus habes, quicquid Dominus faciet tecum, nec excidet Dñs meus eo quod instituit facere, quamdiu vivit. 4
Vivit enim Nebucadnosar rex totius terræ, non solùm filii hominum servient ei propter te, sed etiam animalia fera, & pecora, & volucres cœli servient Nebucadnosari per potentiam tuam. 5
Audivimus sapientiam tuam, & instituta cordis tui: et diffamatum est per totam terram, te solum bonum esse in toto regno, admirandumque scientiâ, & in bellis potentem. 6
Nunc autem domine mi, quæ dixit Achior in conventu coram te, verba ejus audivimus. Receperunt enim eum cives, & narravit eis omnia quæ dixit coram te. Propterea domine mi, noli transgredi verbum ejus, sed in corde tuo repone, est enim verum. Non enim sumitur vindicta de populo nostro, nec valet in eum lancea, nisi peccaverint coram Deo suo. Et nunc, ne re infectâ desistat dominus meus, cecidit mors ante eos, & occupavit eos peccatum magnum, quo faciendo provocabunt ad iram Deum suum. 7
Nam quia deficiunt eos escæ, & evanuerunt aquæ ipsorum, 10
Deliberârunt injicere manum jumentis suis, & omnibus quorum esu interdixit eis Deus ipsorum in legibus suis. 11

Versio VULG. LAT.

12 Et sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non
contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitave-
runt impendere, & volunt consumere quæ nec mani-
bus deberent contingere : ergò quoniam hæc faciunt,
13 certum est quòd in perditionem dabuntur. Quòd
ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me
14 Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla
tua Deum colo, etiam nunc apud te : & exiet ancilla
15 tua, & orabo Deum, Et dicet mihi quando eis red-
dat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi ita ut
ego adducam te per mediam Jerusalem, & habebis
omnem populum Israel, sicut oves, quibus non est pa-
16 stor, & non latrabit vel unus canis contra te : Quo-
17 niam hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei. Et
quoniam iratus est illis Deus : hæc ipsa missa sum nun-
18 tiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram
Holoferne, & coram pueris ejus, & mirabantur sapi-
19 entiam ejus, & dicebant alter ad alterum ; Non est
talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine,
20 & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes ;
Benefecit Deus, qui misit te ante populum, ut des il-
21 lum tu in manibus nostris : Et quoniam bona est
promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit &
Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna
eris, & nomen tuum nominabitur in universa terra.

CAP. XII.

1 TUnc jussit eam introire ubi repositi erant thesauri ejus, & jussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de convivio suo.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου, καὶ τὰς δεκάτας τοῦ οἴνου
καὶ τοῦ ἐλαίου, (α) ἃ διεφύλαξαν ἁγιάσαντες τοῖς ἱερεῦσι
τοῖς παρεστηκόσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τοῦ
θεοῦ ἡμῶν, κεκρίκασιν ἐξαναλῶσαι, ὧν (β) οὐδὲ ταῖς χερσὶν καθ-
ῆκεν ἅψασθαι οὐδένα τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ. καὶ ἀπεστάλκασιν εἰς
Ἱερουσαλὴμ, ὅτι καὶ οἱ ἐκεῖ κατοικοῦντες ἐποίησαν ταῦτα, τοὺς
μετοικίσαντας αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν παρὰ τῆς γερουσίας. καὶ ἔσται
(γ) ὡς ἀναγγείλῃ αὐτοῖς καὶ ποιήσωσι, δοθήσονταί σοι εἰς
13 ὄλεθρον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ὅθεν ἐγὼ ἡ δούλη σου ἐπιγνοῦσα
ταῦτα πάντα, ἀπέδρων ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· καὶ ἀπέστειλέ με
ὁ θεὸς ποιῆσαι μετὰ σοῦ πράγματα, ἐφ᾽ οἷς ἐκστήσεται πᾶσα ἡ γῆ
14 ὅσοι ἐὰν ἀκούσωσιν αὐτά. Ὅτι ἡ δούλη σου θεοσεβής ἐστι, καὶ θε-
ραπεύουσα νύκτας καὶ ἡμέρας τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ νῦν μενῶ παρὰ
σοὶ κύριέ μου, καὶ ἐξελεύσεται ἡ δούλη σου κατὰ νύκτα εἰς τὴν φά-
15 ραγγα, καὶ προσεύξομαι πρὸς τὸν θεόν. Καὶ (δ) ἐρεῖ μοι πότε
ἐποίησαν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν· καὶ ἐλθοῦσα προσανοίσω σοι·
(ε) ἐξελεύσῃ σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει σου, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται
σοι ἐξ αὐτῶν. καὶ ἄξω σε διὰ μέσου τῆς Ἰουδαίας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν
ἀπέναντι Ἱερουσαλήμ· καὶ θήσω τὸν δίφρον σου ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ
ἄξεις αὐτοὺς ὡς πρόβατα οἷς οὐκ ἔστι ποιμήν· καὶ οὐ γρύξει κύων τῇ
16 γλώσσῃ αὐτοῦ ἀπέναντί σου· (ζ) Ὅτι ταῦτα ἐλαλήθη μοι κατὰ
17 πρόγνωσίν μου, καὶ (η) ἀπηγγέλη μοι. Καὶ ἀπεστάλην ἀναγγεῖλαί
18 σοι. Καὶ ἤρεσαν οἱ λόγοι αὐτῆς ἐναντίον Ὀλοφέρνου, καὶ ἐναντίον
πάντων τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ αὐ-
19 τῆς, καὶ εἶπαν, Οὐκ ἔστι τοιαύτη γυνὴ ἀπ᾽ ἄκρου ἕως ἄκρου τῆς γῆς
20 (θ) καλῷ προσώπῳ καὶ συνέσει λόγων. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν
Ὀλοφέρνης, Εὖ ἐποίησεν ὁ θεὸς ἀποστείλας σε ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ,
τοῦ γενηθῆναι ἐν χερσὶν ἡμῶν κράτος· ἐν δὲ τοῖς φαυλίσασι τὸν
21 κύριόν μου, (ι) ἀπώλειαν. καὶ νῦν ἀστεία εἶ σὺ ἐν τῷ εἴδει σου, Καὶ
ἀγαθὴ ἐν τοῖς λόγοις σου. ὅτι ἐὰν (κ) ποιήσῃς καθὰ ἐλάλησας, ὁ θεός σου ἔσται μου θεὸς, καὶ σὺ ἐν οἴκῳ βασιλέως Να-
βουχοδονόσορ καθήσῃ, καὶ ἔσῃ ὀνομαστὴ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν.

MS. A. (α) διεφύλαξαν (β) οὐδὲν (γ) ὡς ἐὰν (δ) ἀναγγελεῖ μοι (ε) καὶ ἐξελεύσῃ (ζ) Ὅτι μοι ταῦτα ἐλαλήθη κατὰ (η) ἀνηγγέλη (θ) ἐν καλῷ (ι) ἀπώλεια. (κ) ποιήσεις

ΚΕΦ. ιβ΄.

1 ΚΑὶ ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν αὐτὴν οὗ ἐτίθετο τὰ ἀργυρώματα αὐτοῦ, καὶ συνέταξε καταστρῶσαι (α) αὐτῇ ἀπὸ τῶν ὀψοποιημάτων αὐτοῦ, καὶ τοῦ οἴνου αὐτοῦ (β) πίνειν.

MS. A. (α) αὐτὴν (β) πιεῖν.

Cum Translatione LATINA.

Et primitias frumenti, & decimas vini, & olei, quæ servaverant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quenquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Hierusalem (quoniam, & qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos, (d) qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit, simul ac renuntiatum ipsis fuerit, & fecerint ; dabuntur tibi in perditionem in die illa. Unde ego serva tua cognoscens hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negotia, super quibus stupebit universa terra, quicunque audiverint ea : Quoniam serva tua Dei cultrix est, & ministrans nocte & die Deo cœli. Et nunc manebo apud te, domine mi : & exibit serva tua per noctem in vallem, & deprecabor ad Deum. Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua : & veniens deferam tibi, (e) egredieris cum omni virtute tua, & non est qui resistet tibi ex eis. Et ducam te per medium Judææ usque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio ejus, & ages eos tanquam oves, quibus non est pastor : & non latrabit canis linguâ suâ coram te : Quoniam hæc dicta sunt mihi secundùm præcognitionem meam, & annuntiata sunt mihi, Et missa sum annuntiare tibi. Et placuerunt verba ejus coram Olopherne, & coram omnibus ministris ejus : & mirati sunt super sapientia ejus, & dixerunt ; Non est talis mulier à summo usque ad summum terræ, pulchrâ specie, & intellectu verborum. Et dixit ad eam Olophernes ; Benè fecit Deus mittens te ante populum, ut fiat in manibus nostris potentia : in iis autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio. Et nunc venusta es tu in specie tua, Et bona in verbis tuis. Quarè, si feceris, sicut locuta es, Deus tuus erit meus Deus : & tu in domo regis Nabuchodonosor sedebis, & eris nominata apud omnem terram.

CAP. XII.

ET jussit introducere eam, ubi posita erat supellex argentea sua : & præcepit parari ei de opsoniis suis, & de vino suo bibere.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]

Et consilium ceperunt edendi primitias frumenti, vini, & olei, quas servârunt omnes sacerdotibus qui ministrant Domino Jerosolymis. His vesci consenserunt, quas neque manibus contingere licitum est idiotis: miseruntque Hierosolyma (nam & qui ibi habitant instar horum omnium fecerunt) qui referant verbum hoc ad seniores : Qui cùm ad eos miserint, & fecerint hæc, tradentur tibi die illo, & perdes illos. Propterea ego etiam ancilla tua videns hæc, fugi ab eis. Misit autem me Dominus ut faciam tecum quod admiretur tota terra quicunque audierint. Timet enim Deum ancilla tua, & colit Deum cœli die nocteque : manebo igitur apud te domine mi, & egrediatur ancilla tua noctu in vallem, oraboque Deum. Et ostendit mihi quando fient peccata ipsorum. Et veniens ostendam tibi, & egredièris cum exercitu tuo, nec erit quisquam eorum qui consistat adversùs te. Et transibo per mediam Judæam donec pervenias Hierosolymi, ponamque solium tuum in medio ejus, & duces eos instar ovium quibus pastor non est, nec latrabit linguâ suâ canis in te. Quia hæc revelata sunt in scientia meâ, Missaque sum ut dicam tibi. Et bona visa sunt verba ejus coram Alpherna & servis ejus omnibus, & obstupuerunt pulchritudinem ejus & sapientiam. Dixeruntque, non esse fœminam instar hujus, à finibus ad fines terræ, formâ vultûs, & prudentiâ verborum. Dixítque ei Alphernas ; Benefecit Deus quòd præmisit te populo suo, ut nobis auxilium sit, & eis qui spreverunt Dominum meum perditio. Et nunc pulchra es tu visu, & bona scientiâ & sermonibus, & si feceris ut dixisti, Deus tuus erit mihi Deus, & habitabis in domo regis, & famosa eris præ tota terra.

CAP. XII.

ET jussit sterni ipsi darique ipsi de convivio suo & vino quod bibebat.

Versio VULG. LAT.

2 Cui respondit Judith, & dixit; Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, man-
3 ducabo. Cui Holofernes ait; Si defecerint tibi ista,
4 quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Judith; Vivit anima tua, Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitavi. Et induxerunt illam ser-
5 vi ejus in tabernaculum, quod præceperat. Et petiit dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foràs ad orationem, & deprecandi Domi-
6 num. Et præcepit cubiculariis suis, ut sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum,
7 per triduum: Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ,
8 & baptizabat se in fonte aquæ. Et ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam ejus
9 ad liberationem populi sui. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, usque dum acciperet escam
10 suam in vespere. Et factum est, in quarto die Holofernes fecit cœnam servis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum; Vade, & suade Hebræam illam, ut spon-
11 tè consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo ut immunis
12 ab eo transeat. Tunc introivit Vagao ad Judith, & dixit; Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet
13 cum eo, & bibat vinum in jucunditate. Cui Judith respondit; Quæ ego sum, ut contradicam domino meo?
14 Omne quod erit ante oculos ejus bonum, & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit
15 optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornavit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem
16 ejus. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia ejus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ, Οὐ φάγομαι ἐξ αὐτῶν, ἵνα μὴ γένηται σκάν-
3 δαλον, (α) ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἠκολουθηκότων μοι χορηγηθήσεται. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, (β) Ἐὰν δὲ ἐκλίπῃ τὰ ὄντα μετὰ σοῦ, πόθεν (γ) ἐξοίσομέν σοι δοῦναι (δ) ὅμοια αὐτοῖς; οὐ γάρ ἐστι μεθ᾽ ἡμῶν
4 ἐκ τοῦ (ε) ἔθνους σου. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ πρὸς αὐτὸν, Ζῇ ἡ ψυχή σου κύριέ μου, ὅτι οὐ δαπανήσει ἡ δούλη σου τὰ ὄντα μετ᾽ ἐμοῦ, ἕως ἂν ποιήσῃ κύριος ἐν χειρί μου ἃ ἐβουλεύσατο. Καὶ ἤγαγον αὐτὴν οἱ θεράποντες Ὀλοφέρνου εἰς τὴν σκηνὴν, καὶ ὕπνωσε μέχρι μεσούσης (ζ) τῆς νυκτός. καὶ ἀνέστη (η) πρὸς τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν,
5 Καὶ ἀπέστειλε πρὸς Ὀλοφέρνην, λέγουσα, Ἐπιταξάτω δὴ ὁ κύριός
6 μου, ἐᾶσαι τὴν δούλην σου (θ) ἐπὶ προσευχὴν ἐξελθεῖν. Καὶ προσέταξεν Ὀλοφέρνης τοῖς σωματοφύλαξι μὴ διακωλύειν αὐτήν.
7 καὶ παρέμεινεν ἐν τῇ παρεμβολῇ ἡμέρας τρεῖς, Καὶ ἐξεπορεύετο κατὰ νύκτα εἰς τὴν φάραγγα Βετυλούα, καὶ ἐβαπτίζετο ἐν τῇ παρεμ-
8 βολῇ ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος. Καὶ (ι) ὡς ἀνέβη, ἐδέετο τοῦ κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ κατευθῦναι τὴν ὁδὸν αὐτῆς εἰς (κ) ἀνάστεμα τῶν
9 υἱῶν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Καὶ εἰσπορευομένη (λ) καθαρὰ παρέμενε (μ) τῇ σκηνῇ, (ν) μέχρις οὗ προσηνέγκατο τὴν (ξ) τροφὴν αὐτῆς πρὸς ἑσπέραν.
10 Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ, ἐποίησεν Ὀλοφέρνης πότον τοῖς δούλοις αὐτοῦ μόνοις, καὶ οὐκ ἐκάλεσεν εἰς τὴν (ο) χρῆσιν οὐδένα τῶν πρὸς ταῖς χρείαις. καὶ εἶπε Βαγώᾳ τῷ εὐνούχῳ, ὃς ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ, Πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν ἥ ἐστι παρὰ σοὶ, τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν μεθ᾽
11 ἡμῶν. Ἰδοὺ γὰρ αἰσχρὸν τῷ προσώπῳ ἡμῶν, εἰ γυναῖκα τοιαύτην παρήσομεν οὐχ ὁμιλήσαντες αὐτῇ, ὅτι ἐὰν ταύτην μὴ ἐπισπα-
12 σώμεθα, καταγελάσεται ἡμῶν. Καὶ ἐξῆλθε Βαγώας ἀπὸ προσώπου Ὀλοφέρνου, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπε, Μὴ ὀκνησάτω δὴ ἡ παιδίσκη ἡ καλὴ αὕτη ἐλθοῦσα πρὸς τὸν κύριόν μου, δοξασθῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ (π) πιέσαι μεθ᾽ ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην οἶνον, καὶ γενηθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ὡς θυγάτηρ μία τῶν υἱῶν Ἀσσοὺρ, αἳ
13 παρεστήκασιν ἐν οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν Ἰουδὶθ,
14 Καὶ τίς εἰμι ἐγὼ ἀντεροῦσα τῷ κυρίῳ μου; Ὅτι πᾶν ὃ ἔσται ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀρεστὸν, σπεύσασα
15 ποιήσω καὶ ἔσται (ρ) τοῦτο ἀγαλλίαμα ἕως ἡμέρας (σ) θανάτου μου. Καὶ διαναστᾶσα ἐκοσμήθη τῷ (τ) ἱματισμῷ καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ τῷ γυναικείῳ. καὶ προσῆλθεν ἡ δούλη αὐτῆς, καὶ ἔστρωσεν αὐτῇ (υ) κατέναντι Ὀλοφέρνου χαμαὶ τὰ κώδια ἃ (φ) ἔλαβε παρὰ Βαγώου εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν αὐτῆς, εἰς τὸ ἐσθίειν
16 κατακλινομένην ἐπ᾽ αὐτῶν. καὶ εἰσελθοῦσα ἀνέπεσεν Ἰουδὶθ, Καὶ ἐξέστη ἡ καρδία Ὀλοφέρνου ἐπ᾽ αὐτὴν, καὶ ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· καὶ ἦν κατεπίθυμος σφόδρα τοῦ συγγενέσθαι μετ᾽ αὐτῆς· καὶ ἐτήρει καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι αὐτὴν, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας εἶδεν αὐτήν.

Cum Translatione LATINA.

Et dixit Judith; Non comedam ex eis, ut non 2
fiat scandalum: sed de eis, quæ secuta sunt me, præbebitur. Et dixit ad eam Olophernes; Si au- 3
tem defecerint, quæ sunt tecum, unde (a) proferemus tibi ad dandum similia eis? Non enim est nobiscum de gente tua. Et dixit Judith ad eum; Vivit 4
anima tua, domine mi, quia non insumet serva tua ea quæ sunt mecum; donec fecerit Dominus in manu mea, quæ deliberavit. Et duxerunt eam ministri Olophernis in tabernaculum: & dormivit usque ad mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigiliam: Et misit ad Olophernem, dicens; Præcipiat, 5
quæso, dominus meus, permittere servam tuam ad deprecationem exire. Et præcepit Olophernes cu- 6
stodibus corporis non prohibere eam. Et mansit in castris dies tres: Et exibat per noctem in vallem 7
Betylua, & baptizabatur in castris super fontem aquæ. Et, ut ascenderat, orabat Dominum Deum 8
Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorū populi sui. Et ingrediens munda manebat in taber- 9
naculo, quoadusque attulisset alimentum suum ad vesperam. Et factū est in die quarta, fecit Olopher- 10
nes convivium servis suis solis, & non vocavit ad (b) ministerium quenquam ex iis qui ad usus. Et dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia quæ ipsius; Persuade nunc vadens mulieri illi Hebrææ, quæ est apud te, venire ad nos, & comedere, & bibere nobiscum. Ecce enim fœdum faciei no- 11
stræ, si mulierem talem omittamus, non conversantes cum ea: quoniam si hanc non allexerimus; irridebit nos. Et exivit Bagoas à facie Olophernis, 12
& intravit ad eam, & dixit; Ne cunctetur, quæso, puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glorificari ad faciem ejus, & bibere nobiscum in lætitia vinū, & fieri in die hac, sicut filia una filiorum Assur, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor. Et 13
dixit ad eum Judith; Et quæ sum ego contradicens domino meo? Quia omne, quod erit in oculis ejus 14
placitum, festinans faciam: & erit (c) hoc exultatio usque ad diem mortis meæ. Et exurgens ornavit se veste, & omni ornatu muliebri. Et accessit serva 15
ejus, & stravit ei ante Olophernem humi pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianum usum suum, ut manducaret accumbens super eas. Et ingressa recubuit Judith: Et stupuit cor Olophernis super eam, & commota est ani- 16
ma ejus: & erat cupidus valde congrediendi cum ea: & observabat tempus decipiendi eam, ex qua die vidit eam.

MS A. (α) ἀλλὰ (β) Ἐὰν ἐκλείπῃ (γ) ἐξοίσομεν (δ) τὰ ὅμοια (ε) γένους σου. (ζ) νυκτός. (η) περὶ τὴν (θ) ἐξελθεῖν ἐπὶ προσευχήν. (ι) ἕως ἀνέβη, ἐδέετο κυρίου (κ) ἀνάστημα (λ) καθαρὰ (μ) ἐν τῇ (ν) μέχρι (ξ) τρυφὴν (ο) κλῆσιν (π) πιεῖν μεθ᾽ *ὑμῶν (ρ) μοι τοῦτο (σ) θανάτου. Καὶ ἀναστᾶσα (τ) ἱματισμῷ τῷ γυναικίῳ. καὶ προσῆλθεν (υ) ἐναντίον (φ) ἔλαβον

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Et dixit Judith, Non edam de eo, ne sit 2
mihi in scandalū: Sed sufficiet mihi quod mecum venit. Dixit ei Alphernas; Si con- 3
sumptum fuerit, unde erit nobis quod tibi demus, instar ejus? Nec enim est apud nos quisquam de populo tuo cui sit instar ejus. Et dixit ei Judith; Vivit ani- 4
ma tua domine mi, non consumet ancilla tua quod attulit secum, donec perfecerit Deus per manus meas quod cogitavi. Et introduxerunt ipsam servi Alphernæ in tentorium: dormivitque usque ad mediam noctem: Et surrexit vigiliâ matu- 5
tinâ, & misit ad Alphernam, dixitque ei; Mandet dn̄s meus permitti ancillæ suæ, ut exeat ad orandum. Et mandavit Alfernas 6
custodibus ne prohiberent ipsam. Et mansit in castris tres dies: Et noctibus egre- 7
diebatur in vallem Bethpallu, & lavabat se in fonte aquarum: Et ascendens pete- 8
bat à Deo Israel, ut dirigeret viam suam ad suscitationem populi sui. Et ingredi- 9
ens manebat in puritate in tabernaculo, donec vespere cibum sumeret. Et acci- 10
dit die quarto, ut faceret Alphernas convivium servis suis solis, nec militum quempiam, aut præfectorum vocavit. Et dixit Bagoæ eunucho præfecto omnibus suis; I nunc, persuade Ebrææ isti quæ apud te, ut accedat ad nos, edátque ac bibat nobiscum. Erit enim nobis turpe 11
missam facere talem fœminam, nec cum eâ colloqui; quæ si non applicuerimus nos ei, deridebit nos. Et egressus 12
Bagoas de conspectu Alphernæ, ingressus est ad eam, & dixit; Ne cunctetur juvencula pulchra accedere ad dominum meum, & honorem accipere coram eo, & bibere nobiscum vinum, & hilaris esse, & honorari hodie instar alicujus filiarum magnatum Assyriæ quæ habitant in domo Nabuchadnosaris. Et dixit ipsi Judith; 13
Quæ ego sum, quæ negem domino meo? Quia quicquid ipsi placuerit, solicitè fa- 14
ciam, & erit mihi gloriæ usq; ad diem quâ moriar. Et surgens ornavit se vestibus su- 15
is, omnique mundo muliebri: Et ingressa ancilla ejus stravit ei coram Alpherna in terra, pelles agninas (quas à Bagoa acceperat ut in illis dormiret) ut sederet cum ipsis ad edendum. Et ingressa Judith consedit. Commotúmque est cor Alphernæ 16
super ea, & turbata anima ipsius, & concupiscebat valdè cum ipsa congredi: Quæsiverat enim sibi tempus cognoscendi ipsam, à die quo ipsam viderat.

Versio VULG. LAT.

17 Et dixit ad eam Holofernes; Bibe nunc, & accumbe
in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me.
18 Et dixit Judith; Bibam, Domine, quoniam magnifica-
19 ta est anima mea hodiè præ omnibus diebus meis. Et
accepit, & manducavit, & bibit coram ipso, ea quæ
20 paraverat illi ancilla ejus. Et jucundus factus est
Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis,
quantum nunquam biberat in vita sua.

CAP. XIII.

1 UT autem serò factum est, festinaverunt servi illius
2 ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, &
3 abiit. Erant autem omnes fatigati à vino: Erátque
4 Judith sola in cubiculo. Porrò Holofernes jacebat in
5 lecto, nimiâ ebrietate sopitus. Dixítque Judith puellæ
6 suæ, ut staret foris ante cubiculum, & observaret. Ste-
títque Judith ante lectum, orans cum lachrymis, & la-
7 biorum motu in silentio, Dicens; Confirma me, Dñe
Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum
mearum, ut, sicut promisisti, Jerusalem civitatem tuam
erigas: & hoc, quod credens per te posse fieri cogitavi,
8 perficiam. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam,
quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in
9 ea ligatus pendebat, exolvit. Cúmque evaginâsset il-
lum, apprehendit comam capitis ejus, & ait; Confirma
10 me, Domine Deus, in hac hora. Et percussit bis in cervi-
cem ejus, & abscîdit caput ejus, & abstulit conopeum
11 ejus à columnis, & evolvit corpus ejus truncum. Et post
pusillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ
12 suæ, & jussit ut mitteret illud in peram suam. Et exie-
runt duæ, secundùm consuetudinem suam, quasi ad ora-
tionem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, ve-
13 nerunt ad portam civitatis. Et dixit Judith à longè
custodibus murorum; Aperite portas, quoniam no-
14 biscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Et fa-
ctum est, cùm audîssent viri vocem ejus, vocaverunt
presbyteros civitatis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

17 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, Πίε δὴ, καὶ γενήθητι μεθ' ἡμῶν
18 εἰς εὐφροσύνην. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ, Πίομαι δὴ κύριε, ὅτι ἐμε-
γαλύνθη τὸ ζῆν μου ἐν ἐμοὶ σήμερον παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέ-
19 σεώς μου. Καὶ λαβοῦσα (α) ἔφαγε καὶ ἔπιε κατέναντι αὐτοῦ ἃ ἡτοίμα-
20 σεν ἡ δούλη αὐτῆς. Καὶ ηὐφράνθη Ὀλοφέρνης ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἔπιεν
οἶνον πολὺν σφόδρα, ὅσον οὐκ (β) ἔπιε πώποτε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἀφ' οὗ
ἐγεννήθη.

MS.A. (α) ἔπιεν καὶ ἔφαγεν (β) ἔπιεν ἀφ' οὗ ἐγέννηθη.

ΚΕΦ. ιγ'.

1 ὩΣ δὲ ὀψία ἐγένετο, ἐσπούδασαν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀναλύειν, καὶ Βα-
γώας συνέκλεισε τὴν σκηνὴν ἔξωθεν, καὶ ἀπέκλεισε τοὺς παρεστῶτας ἐκ
2 προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ ἀπῴχοντο εἰς τὰς κοίτας αὐτῶν· Ἦσαν
γὰρ πάντες κεκοπωμένοι, διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖον γεγονέναι τὸν πότον.
3 Ὑπελείφθη δὲ Ἰουδὶθ (α) μόνη ἐν τῇ σκηνῇ, Καὶ Ὀλοφέρνης προ-
4 πεπτωκὼς ἐπὶ τὴν κλίνην (β) αὐτοῦ· ἦν γὰρ περικεχυμένος αὐτῷ ὁ
5 οἶνος. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ τῇ δούλῃ αὐτῆς στῆναι ἔξω τοῦ κοιτῶνος
αὐτῆς, καὶ ἐπιτηρεῖν τὴν ἔξοδον αὐτῆς καθάπερ καθ' ἡμέραν· ἐξελεύ-
σεσθαι γὰρ ἔφη ἐπὶ τὴν προσευχὴν αὐτῆς. καὶ τῷ Βαγώᾳ ἐλάλησε κατὰ
τὰ ῥήματα ταῦτα. καὶ ἀπῆλθοσαν πάντες ἐκ (γ) προσώπου, καὶ οὐδεὶς
6 κατελείφθη ἐν τῷ κοιτῶνι ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Καὶ στᾶσα
7 Ἰουδὶθ παρὰ τὴν κλίνην αὐτοῦ, Εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, Κύριε
ὁ Θεὸς πάσης δυνάμεως, ἐπίβλεψον (δ) ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπὶ τὰ
ἔργα τῶν χειρῶν μου, εἰς ὕψωμα Ἱερουσαλήμ· ὅτι νῦν καιρὸς ἀντιλα-
βέσθαι τῆς κληρονομίας σου, καὶ ποιῆσαι τὸ ἐπιτήδευμά μου, εἰς
8 (ε) θραῦμα ἐχθρῶν οἳ ἐπανέστησαν ἡμῖν. Καὶ προσελθοῦσα τῷ
κανόνι τῆς κλίνης ὃς ἦν πρὸς κεφαλῆς Ὀλοφέρνου, καθεῖλε τὸν ἀκι-
9 νάκην αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ἐγγίσασα τῆς κλίνης, ἐδράξατο τῆς κόμης τῆς
κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κραταίωσόν με (ζ) ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἐν τῇ
10 ἡμέρᾳ ταύτῃ. Καὶ ἐπάταξεν εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ δὶς ἐν τῇ
ἰσχύϊ αὐτῆς, καὶ ἀφεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ἀπεκύλισε
τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς στρωμνῆς, καὶ ἀφεῖλε (η) τὸ κωνωπεῖον ἀπὸ
11 τῶν στύλων. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐξῆλθε, καὶ παρέδωκε τῇ ἅβρᾳ αὐτῆς
τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου. Καὶ ἐνέβαλεν αὐτὴν εἰς τὴν πήραν τῶν βρωμάτων
12 αὐτῆς, Καὶ ἐξῆλθον αἱ δύο ἅμα κατὰ τὸν ἐθισμὸν (θ) αὐτῶν. καὶ διελθοῦσαι τὴν παρεμβολὴν, ἐκύκλωσαν
13 τὴν (ι) φάραγγα ἐκείνην, καὶ προσανέβησαν τὸ ὄρος Βετυλούα, καὶ ἦλθοσαν πρὸς τὰς πύλας αὐτῆς. Καὶ
εἶπεν Ἰουδὶθ μακρόθεν τοῖς φυλάσσουσιν ἐπὶ τῶν πυλῶν. (κ) Ἀνοίξατε, ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην, μεθ'
ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ποιῆσαι ἔτι ἰσχὺν ἐν Ἰσραὴλ καὶ κράτος κατὰ τῶν ἐχθρῶν, καθὰ καὶ σήμερον ἐποίησε.
14 Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσαν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς τὴν φωνὴν αὐτῆς, ἐσπούδασαν τοῦ καταβῆναι (λ) εἰς τὴν
πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν· καὶ συνεκάλεσαν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πόλεως.

MS.A. (α) μόνη, Καὶ Ὀλοφέρνης (β) ἑαυτοῦ· (γ) προσώπου αὐτῆς, καὶ (δ) τῇ ὥρᾳ (ε) θραῦσμα (ζ) κύριος ὁ Θεὸς (η) τὸ (θ) αὐτῶν ἐπὶ τὴν προσευχήν. καὶ (ι) φάραγγαν (κ) Ἀνοίξατε δὴ, ἀνοίξατε τὴν (λ) ἐπὶ τὴν

Cum Translatione LATINA.

Et dixit ad eam Olophernes; Bibe, quæso, & esto 17
nobiscum in lætitia. Et dixit Judith; Bibam 18
nunc, domine: quoniam magnificata est vita mea
in me hodiè præ omnibus diebus generationis meæ.
Et sumens comedit, & bibit coram eo, quæ para- 19
verat serva ipsius. Et lætatus est Olophernes ex ea, 20
& bibit vinum multum valdè, quantum non biberat
unquam in die una, ex quo natus erat.

CAP. XIII.

UT autem serò factum est; festinaverunt servi 1
illius divertere: & Bagoas conclusit (a) taberna-
culum deforis: & exclusit assistentes à facie do-
mini sui: & abierunt ad cubilia sua. Erant enim 2
omnes defatigati: eò quòd plurimùm productum
esset convivium. Remansit autem Judith sola in 3
tabernaculo, Et Olophernes jacens super lectum 4
suum: erat enim circumfusum ei vinum. Et dixit 5
Judith servæ suæ stare extra cubiculum ipsius, &
observare exitum ejus, sicut quotidiè. Exire enim
dixit ad orationem suam. Et Bagoe locuta est jux-
ta verba hæc. Et abierunt omnes à (b) facie: &
nemo remansit in cubiculo à parvo usque ad magnum.
Et stans Judith apud lectum illius, Dixit in cor- 6
de suo; Domine Deus omnis virtutis, respice in 7
hora hac super opera manuum mearum, in exalta-
tionem Hierusalem: quoniam nunc tempus suscipere
hæreditatem tuam, & facere studium meum in
quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. Et 8
accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput Olo-
phernis, deposuit acinacem ejus ab eo. Et appro- 9
pinquans lecto apprehendit comam capitis ejus, &
dixit; Confirma me, Deus Israel, in die hac. Et 10
percussit in cervicem ejus bis in fortitudine sua, &
abstulit caput ejus ab eo, & revolvit corpus ejus à
strato, & abstulit conopæum à columnis. Et post 11
paucum exivit, & tradidit ancillæ suæ caput O-
lophernis, & injecit illud in peram ciborum suorum:
Et exierunt ambæ simul secundùm consuetudinem 12
suam. Et transeuntes castra, circumierunt vallem
illam, & ascenderunt montem Betylua, & venerunt ad portas ejus. Et dixit 13
Judith à longè iis qui custodiebant super portas; Aperite, aperite, nunc portam:
nobiscum Deus, Deus noster ad faciendam adbuc fortitudinem in Israel,
& potentiam contra inimicos: sicut etiam hodiè fecit. Et factum est, ut 14
audierunt viri civitatis ejus vocem ejus; festinaverunt descendere ad portam
civitatis suæ: & convocaverunt seniores civitatis:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
[illegible]
6 7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Dixítque ipsi Alphernas; Bibe hilarísque esto nobiscum. Et dixit Judith; Bibam domine, mi quia magnificata est in me vita mea hodiè, præ omnibus diebus quibus vixi. Et accipiens edit coram eo de eo quæ paraverat ipsi ancilla sua. Et hilaris fuit Alphernas coram ea, bibítque multum vini, quantum non biberat ex quo natus fuerat, uno quidem die.

CAP. XIII.

CUm autem serò factum esset, surrexerunt servi ejus ut discederent. Et clausit Bagoas portam tabernaculi foris, & exclusit omnes qui stabant coram domino suo: Et discesserunt quisque ad tentorium suum: erant enim lassati multum potando. Et relicta est sola Judith in tentorio. Alphernas autem projectus erat in lecto suo, quia invaluerat in eum vinum. Et præceperat Judith ancillæ suæ, ut staret in foribus cubiculi, & expectaret egressum ipsius ut cæteris diebus: dixit enim, Ibo ad orandum. Et locuta erat Bagoæ secundùm eadem. Et discesserant inde omnes, nec relictus erat quisquam in cubiculo, magnus aut parvus. Et stans Judith juxta caput Alphernæ, dixit; Domine, Domine Deus omnis virtutis, respice jam nunc opera manuum mearum, ad exaltationem Jerosolymorum: Nunc enim tempus est miserandi hæreditatem tuam, & faciendi opus quod cor meum instituit, frangendis gentibus quæ surrexerunt in nos. Et accedens ad columnam *lecti*, quæ ad caput Alphernæ, evaginavit acinacem ejus. Et accedens ad lectum prehendit crinem capitis ejus, & dixit; Robora me Deus Israel hodié. Et percussit eum in collo acinace bis, abstulítque ei caput. Et devolvit corp⁹ à strato, detractóque à columnis conopeo, Post paulò egressa dedit caput Alphernæ ancillæ suæ: Reposuítque in pera viatici sui, Et egressæ ambæ simul, ut tempore orationis, transierunt per castra Assyriorum, & circumiverunt totam illam vallem, & ascendentes ad civitatem venerunt ad portam. Et dixit Judith custodibus de longè; Aperite, aperite mihi portam, Deus enim noster nobiscum est, qui dedit vires Israel, & robur adversùs hostes nostros, ut hodiè. Et factum est, cùm audirent cives vocem ejus, ut festinarent aperire ipsi portam civitatis ipsorum, Et vocârunt presbyteros civitatis:

Versio VULG. LAT.

15 Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo usque ad
maximum: quoniam sperabant eam jam non esse ven-
16 turam. Et accendentes luminaria congyraverunt cir-
ca eam universi: illa autem ascendens in eminentio-
rem locum, jussit fieri silentium. Cúmque omnes ta-
17 cuissent, Dixit Judith; Laudate Dominum Deum
18 nostrum, qui non deseruit sperantes in se: Et in me
ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam pro-
misit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem
19 populi sui hac nocte. Et proferens de pera caput Ho-
lofernis, ostendit illis, dicens; Ecce caput Holofernis
principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius,
in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manum
20 fœminæ percussit illum Dominus Deus noster. Vivit
autem ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus
ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè
huc revertentem. & non permisit me Dominus ancil-
lam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati
revocavit me vobis, gaudentem in victoria sua, in eva-
21 sione mea, & in liberatione vestra. Confitemini il-
li omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum mise-
22 ricordia ejus. Universi autem adorantes Dominum,
dixerunt ad eam; Benedixit te Dominus in virtute
sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.
23 Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam; Be-
nedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omni-
24 bus mulieribus super terram. Benedictus Dominus,
qui creavit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera
25 capitis principis inimicorum nostrorum: Quia ho-
diè nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus
tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis
Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ
tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed
26 subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. Et dixit
27 omnis populus; Fiat, fiat. Porrò Achior vocatus ve-
nit, & dixit ei Judith; Deus Israel, cui tu testimonium
dedisti quòd ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput
omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea.
28 Et ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in
contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, &
tibi interitum minabatur, dicens; Cùm captus fuerit
populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.
29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus
præ pavore, cecidit in faciem suam super terram, &
30 æstuavit anima ejus. Posteà verò quàm resumpto spi-
31 ritu recreatus est, procidit ad pedes ejus, & adoravit eam, & dixit; Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit no-
men tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

CAP. XIV.

1 Dixit autem Judith ad omnem populum; Audite me, fratres, suspendite caput hoc super muros nostros: Et erit, cùm exierit Sol, accipiat unusquisque arma sua, & 2
3 exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.
4 Cúmque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 Καὶ συνέδραμον πάντες ἀπὸ μικρȣ̃ ἕως μεγάλȣ, ὅτι παράδοξον ἦν
αὐτοῖς τὸ ἐλθεῖν αὐτὴν, καὶ ἤνοιξαν τὴν πύλην, καὶ ὑπεδέξαντο αὐτάς·
16 Καὶ ἅψαντες πῦρ εἰς φαῦσιν, περιεκύκλωσαν αὐτάς. Ἡ δὲ εἶπε πρὸς
17 αὐτὰς φωνῇ μεγάλῃ, Αἰνεῖτε τὸν (α) Θεὸν, αἰνεῖτε· αἰνεῖτε τὸν (β) Θεὸν, ὃς
18 ȣ̓κ ἀπέστησε τὸ ἔλεος αὐτȣ̃ ἀπὸ τȣ̃ οἴκȣ Ἰσραὴλ, Ἀλλ' ἔθραυσε τȣ̀ς
19 ἐχθρȣ̀ς ἡμῶν διὰ χειρός μȣ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Καὶ προελȣ̃σα τὴν
κεφαλὴν ἐκ τῆς πήρας, ἔδειξε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδȣ̀ ἡ κεφαλὴ Ὀλο-
φέρνȣ ἀρχιστρατήγȣ δυνάμεως Ἀσσȣ̀ρ, καὶ ἰδȣ̀ τὸ κωνωπεῖον (γ) ἐν ᾧ
κατέκειτο ἐν ταῖς μέθαις αὐτȣ̃, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν
20 χειρὶ θηλείας. Καὶ ζῇ (δ) Κύριος ὃς διεφύλαξέ με ἐν τῇ ὁδῷ μȣ
ᾗ ἐπορεύθην, ὅτι ἠπάτησεν αὐτὸν τὸ πρόσωπόν μȣ εἰς ἀπώλειαν
αὐτȣ̃, καὶ ȣ̓κ ἐποίησεν ἁμάρτημα μετ' ἐμȣ̃ εἰς μίασμα καὶ αἰσχύνην.
22 Καὶ ἐξέστη πᾶς ὁ λαὸς σφόδρα, Καὶ κύψαντες προσεκύνησαν
τῷ Θεῷ, καὶ εἶπαν ὁμοθυμαδὸν, Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐξȣ-
23 δενώσας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς τȣ̃ λαȣ̃ σȣ. Καὶ
εἶπεν αὐτῇ Ὀζίας, (ε) Εὐλογητὴ σὺ θύγατερ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ
24 παρὰ πάσας τὰς γυναῖκας τὰς ἐπὶ τῆς γῆς, Καὶ εὐλογημένος Κύριος
ὁ Θεὸς, ὃς ἔκτισε τȣ̀ς ȣ̓ρανȣ̀ς καὶ τὴν γῆν, ὃς κατεύθυνέ σε εἰς τραῦμα
25 κεφαλῆς ἄρχοντος (ζ) ἐχθρῶν ἡμῶν, Ὅτι ȣ̓κ ἀποστήσεται ἡ ἐλπίς σȣ ἀπὸ
καρδίας ἀνθρώπων μνημονευόντων ἰσχὺν Θεȣ̃ ἕως αἰῶνος. Καὶ
ποιήσαι σοι αὐτὰ ὁ Θεὸς εἰς ὕψος αἰώνιον, τȣ̃ ἐπισκέψασθαί σε ἐν
ἀγαθοῖς, ἀνθ' ὧν ȣ̓κ ἐφείσω τῆς ψυχῆς σȣ διὰ τὴν ταπείνωσιν τȣ̃
γένȣς ἡμῶν, ἀλλ' ἐπεξῆλθες (η) πτώματι ἡμῶν, ἐπ' εὐθεῖαν πορευ-
26 θεῖσα ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃ ἡμῶν. Καὶ εἶπαν πᾶς ὁ λαὸς, (θ) Γένοιτο,
γένοιτο.

MS. A. (α) Κύριον, (β) Κύριον, ὅτι ȣ̓κ (γ) αὐτȣ̃ ἐν (δ) ὁ Κύριος (ε) Εὐλογημένη εἶ σὺ (ζ) ἐχθρῶν, Ὅτι (η) τῷ πτώματι (θ) Γένοιτο. Καὶ

ΚΕΦ. ΙΔ'.

1 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτȣ̀ς Ἰȣδὶθ, Ἀκȣ́σατε δή μȣ, ἀδελφοὶ, καὶ λα-
βόντες τὴν κεφαλὴν ταύτην κρεμάσατε αὐτὴν ἐπὶ τῆς ἐπάλξεως τȣ̃
2 τείχȣς ὑμῶν. Καὶ ἔσται ἡνίκα (α) ἂν διαφαύσῃ ὁ ὄρθρος, καὶ
ἐξέλθῃ ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν γῆν, ἀναλήψεσθε ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πο-
λεμικὰ ὑμῶν, καὶ (β) ἐξελεύσεσθε πᾶς ἀνὴρ ἰσχύων ἔξω τῆς πόλεως,
καὶ δώσετε ἀρχηγὸν εἰς αὐτȣ̀ς, ὡς καταβαίνοντες ἐπὶ τὸ πεδίον εἰς
3 τὴν προφυλακὴν υἱῶν Ἀσσȣ̀ρ, καὶ ȣ̓ καταβήσεσθε. Καὶ ἀναλαβόντες
ȣ̂τοι τὰς πανοπλίας αὐτῶν, πορεύσονται εἰς (γ) τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν,
4 καὶ ἐγερȣ̃σι τȣ̀ς στρατηγȣ̀ς τῆς δυνάμεως Ἀσσȣ̀ρ, Καὶ συνδραμȣ̃νται
ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνȣ, καὶ ȣ̓χ εὑρήσȣσιν αὐτὸν, καὶ ἐπιπεσεῖται
ἐπ' αὐτȣ̀ς φόβος, καὶ φεύξονται ἀπὸ προσώπȣ ὑμῶν.

MS. A. (α) ἐὰν (β) ἐξελεύσεσθε (γ) τὰς παρεμβολὰς

Et concurrerunt omnes à parvo usque ad magnum: 15
quoniam præter opinionem erat eis venire ipsam:
& aperuerunt portam, & susceperunt eas. Et ac- 16
cendentes ignem ad illuminationem, circundederunt
eas. At illa dixit ad eos voce magnâ; Laudate 17
Deum, laudate, laudate Deum, qui non amovit mi-
sericordiam suam à domo Israel, Sed fregit inimi- 18
cos nostros per manum meam in nocte hac. Et pro- 19
ferens caput è pera, ostendit, & dixit eis; Ecce
caput Olophernis principis virtutis Assur, & ecce
conopæum, in quo recumbebat in ebrietatibus suis:
& percussit eum Dominus in manu fœminæ. Et vi- 20
vit Dominus, qui custodivit me in via mea, quâ
ivi: quoniam decepit eum facies mea in perditio-
nem ipsius, & non fecit peccatum mecum in pollu-
tionem, & confusionem. Et obstupuit omnis populus
valdè: Et procumbentes adoraverunt Deum, & 22
dixerunt unanimiter; Benedictus es Deus noster,
qui ad nihilum redegisti in die hodierna inimicos
populi tui. Et dixit ei Ozias; Benedicta tu, filia, 23
Deo altissimo præ omnibus mulieribus, quæ super
terram, Et benedictus Dominus Deus, qui creavit 24
cœlos, & terram, qui direxit te in fractionem ca-
pitis principis inimicorum nostrorum: Quoniam 25
non removebitur spes tua à corde hominum comme-
morantium fortitudinem Dei usque in seculum. Et
faciat ea tibi Deus in sublimitatem æternam, visi-
tando te in bonis, eò quòd non pepercisti animæ
tuæ propter humiliationem generis nostri, sed sub-
venisti ruinæ nostræ, in rectum vadens coram Deo nostro. Et dixerunt omnis populus; Fiat, fiat. 26

CAP. XIV.

Et dixit ad eos Judith; Audite nunc me, fra- 1
tres: & tollentes caput hoc, suspendite illud super
pinnaculum muri vestri. Et erit, cùm illuxerit au- 2
rora, & exiverit Sol super terram; sumetis unus-
quisque vasa bellica vestra, & exibitis omnis
vir fortis extra civitatem, & dabitis principem in
eos, tanquam descendentes in campum ad excubias
filiorum Assur: & non descendetis. Et sumentes 3
illi armaturas suas, ibunt ad castra sua, & exci-
tabunt duces virtutis Assur, Et concurrent ad ta- 4
bernaculum Olophernis, & non invenient eum, &
irruet super eos timor, & fugient à facie ve-
stra.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et concurrerunt omnes à parvo usque ad 15
magnū: Mirū enim ipsis videbatur venisse
ipsā. Et apertâ portâ susceperunt ipsam:
Accensóque lumine ut viderent, circum- 16
dederunt ipsā: Et dixit eis voce altâ; Lau- 17
date Dominum Deum vestrum qui non
amovit misericordiam suam ab Israele,
Sed fregit hostes nostros manibus nostris 18
nocte hâc. Et eductum de perâ caput 19
ostendit, dicens eis; Ecce caput Alpher-
næ ducis exercitûs Assyriorum, & ecce
conopeum in quo cubabat in ebrietate
sua: Et confregit eum Dñs manu fœmi-
næ. Et vivit Deus ille qui me custodivit 20
in via quam incessi: at seduxit eum facies
mea, neque fecit mecum peccatum, in
pollutionem pudendam. Et obstupuerunt 22
valdè omnis populus, & procidentes ado-
rârunt Dominū & dixerunt omnes simul;
Benedictus Dominus Deus noster, qui
confregit hodiè hostē populi sui. Et dixit 23
ei Uzias; Benedicta tu filia Domino excel-
so, præ omnibus mulieribus quæ in terris.
Et benedictus Dominus creator cœli, qui 24
secundavit te, ut auferres caput ducis
hostium nostrorum. Nec enim recedet 25
laus tua de corde filiorum hominum, qui
meminerint potentiæ Domini in seculum.
Faciátque ea tibi Deus in exaltationem
æternā, & respiciat te in bonum, eò quòd
non peperceris vitæ tuæ, præ afflictione
populi tui, sed egressa es propter ruinam
nostrā, incedens rectà coram Deo nostro.
Et dixit populus omnis, Amen, Amen.

CAP. XIV.

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]

Et dixit ipsis Judith; Audite me fratres: 1
Sumite caput hoc, & suspendite in pro-
minentia muri. Et fiet, dilucente aurorâ, 2
& orto Sole super terram, sumptis quis-
que armis quibus pugnatis, egredimini
omnis vir validus è civitate. Et imposito
eis præfecto, egredimini quasi in vallem,
adversùs custodiam primam Assyriorum,
non tamen descendetis. Tum illi, sum- 3
ptis armis, ad castra profecti expergefa-
cient duces suos; Et currentes ad taber- 4
naculum Alphernæ, ubi eum non inveni-
ent, cadet in eos metus, & fugient à con-
spectu vestri.

Versio VULG. LAT.

5 Cúmque cognoveritis fugere eos, ite post illos securi,
quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.
6 Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel,
relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit
carnem præputii sui, & appositus est ad populum Is-
rael, & omnis successio generis ejus usque in hodier-
7 num diem. Mox autem ut ortus est dies, suspende-
runt super muros caput Holofernis, accepítque unus-
quisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi stre-
8 pitu & ululatu. Quod videntes exploratores ad ta-
9 bernaculum Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui
in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cu-
biculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem
arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed à so-
10 nantibus Holofernes evigilaret. Nullus enim aude-
bat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut in-
11 trando aperire. Sed cùm venissent ejus duces ac
tribuni, & universi majores exercitûs regis Assyrio-
12 rum, dixerunt cubiculariis; Intrate, & excitate illum,
quoniam egressi mures de cavernis suis, ausi sunt pro-
13 vocare nos ad prælium. Tunc ingressus Vagao cu-
biculum ejus, stetit ante cortinam, & plausum fecit
manibus suis: suspicabatur enim illum cum Judith
14 dormire. Sed cùm nullum motum jacentis sensu au-
rium caperet, accessit proximans ad cortinam, & ele-
vans eam, vidénsque cadaver absque capite Holo-
fernis in suo sanguine tabefactum jacêre super terram,
exclamavit voce magnâ cum fletu, & scidit vestimenta
15 sua. Et ingressus tabernaculum Judith, non invenit
16 eam, & exiliit foràs ad populum, Et dixit; Una mu-
lier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabu-
chodonosor, ecce enim Holofernes jacet in terra, &
17 caput ejus non est in illo. Quod cùm audîssent prin-
cipes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimen-
ta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super
18 eos, & turbati sunt animi eorum valdé. Et factus est
clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ ἐπακολουθήσαντες ὑμεῖς, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες πᾶν ὅριον
6 Ἰσραήλ, καταστρώσατε αὐτοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Πρὸ δὲ τοῦ ποιῆσαι
ταῦτα, καλέσατέ μοι Ἀχιὼρ τὸν Ἀμμανίτην, ἵνα ἰδὼν ἐπιγνῷ τὸν
ἐκφαυλίσαντα τὸν οἶκον (α) τοῦ Ἰσραήλ, καὶ αὐτὸν ὡς εἰς θάνατον
27 ἀποστείλαντα εἰς ἡμᾶς. Καὶ ἐκάλεσαν τὸν Ἀχιὼρ ἐκ τοῦ οἴκου Ὀζία.
29 Ὡς δὲ ἦλθε, καὶ εἶδε τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου ἐν χειρὶ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν
τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ λαοῦ, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐξελύθη τὸ πνεῦμα
30 αὐτοῦ. Ὡς δὲ (β) ἀνέλαβον αὐτόν, προσέπεσε τοῖς ποσὶν Ἰουδὶθ, καὶ
31 προσεκύνησε τῷ προσώπῳ αὐτῆς, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένη σὺ ἐν παντὶ
σκηνώματι Ἰούδα, καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, οἵτινες ἀκούσαντες τὸ ὄνομά
σου ταραχθήσονται. Καὶ νῦν ἀνάγγειλόν μοι ὅσα ἐποίησας ἐν ταῖς
ἡμέραις ταύταις. καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ Ἰουδὶθ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ
πάντα ὅσα ἦν πεποιηκυῖα, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξῆλθεν ἕως οὗ ἐλάλει
αὐτοῖς. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλοῦσα, ἠλάλαξεν ὁ λαὸς φωνῇ μεγάλῃ,
6 καὶ ἔδωκεν φωνὴν (γ) εὐφρόσυνον ἐν τῇ πόλει αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ Ἀχιὼρ
πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ἐπίστευσε τῷ Θεῷ σφόδρα,
καὶ περιετέμετο τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ, καὶ προσετέθη
7 (δ) πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραὴλ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Ἡνίκα δὲ ὁ
ὄρθρος ἀνέβη, (ε) καὶ ἐκρέμασαν τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου ἐκ τοῦ τείχους,
καὶ ἀνέλαβε πᾶς (ϛ) ἀνὴρ Ἰσραὴλ τὰ ὅπλα αὐτοῦ, καὶ ἐξήλθοσαν κατὰ
8 (ζ) σπείρας ἐπὶ τὰς ἀναβάσεις τοῦ ὄρους. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἀσσοὺρ, ὡς
εἶδον αὐτοὺς, διέπεμψαν ἐπὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν. οἱ δὲ ἦλθον
ἐπὶ (η) στρατηγοὺς καὶ χιλιάρχους καὶ ἐπὶ πάντα ἄρχοντα αὐτῶν·
12 καὶ παρεγένοντο ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου, καὶ εἶπαν τῷ ὄντι
ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ, Ἔγειρον δὴ τὸν κύριον ἡμῶν, ὅτι ἐτόλμησαν οἱ
δοῦλοι καταβαίνειν ἐφ' ἡμᾶς εἰς πόλεμον, ἵνα (ϑ) ἐξολοθρευθῶσιν εἰς
13 τέλος. Καὶ εἰσῆλθε Βαγώας, καὶ ἔκρουσε τὴν (θ) αὐλαίαν τῆς σκηνῆς·
14 ὑπενοεῖτο γὰρ καθεύδειν αὐτὸν μετὰ Ἰουδὶθ. Ὡς δὲ (ι) οὐδεὶς ἐπή-
κουσε, διαστείλας εἰσῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἐπὶ
τῆς χελωνίδος ἐῤῥιμμένον νεκρὸν, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀφῄρητο
ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ στεναγμοῦ
15 καὶ βοῆς ἰσχυρᾶς, καὶ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς
τὴν σκηνὴν οὗ ἦν Ἰουδὶθ καταλύουσα, καὶ οὐχ εὗρεν αὐτήν. καὶ ἐξε-
16 πήδησεν εἰς τὸν (κ) λαὸν, Κράζων, Ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι, ἐποίησεν
αἰσχύνην μία γυνὴ τῶν Ἑβραίων εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως Ναβουχο-
δονόσορ, ὅτι ἰδοὺ Ὀλοφέρνης χαμαὶ, καὶ ἡ κεφαλὴ οὐκ ἔστιν ἐπ'
17 αὐτῷ. Ὡς δὲ ἤκουσαν ταῦτα τὰ ῥήματα οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως
Ἀσσοὺρ, (λ) τοὺς χιτῶνας αὐτῶν διέῤῥηξαν, καὶ ἐταράχθη ἡ ψυχὴ
18 αὐτῶν σφόδρα, Καὶ ἐγένετο αὐτῶν κραυγὴ καὶ βοὴ μεγάλη
σφόδρα ἐν μέσῳ τῆς παρεμβολῆς.

Et insecuti vos, & omnes habitantes omnem termi- 5
num Israel, prosternite eos in viis eorum. Prius- 6
quàm verò faciatis hæc, vocate mihi Achior Am-
maniten, ut videns agnoscat eum, qui vilipendebat
domum Israel, & ipsum tanquam ad mortem mise-
rat ad nos. Et vocaverunt Achior è domo Oziæ. 27
Ut autem venit, & vidit caput Olophernis in manu 29
viri unius de ecclesia populi; cecidit in faciem, &
exolutus est spiritus ejus. Ut autem recreárunt 30
eum; procidit ad pedes Judith, & adoravit fa-
ciem ejus, & dixit; Benedicta tu in omni taber- 31
naculo Juda, & in omni gente: qui quidem au-
dientes nomen tuum turbabuntur. Et nunc annun-
tia mihi, quæcunque fecisti in diebus his. Et an-
nuntiavit ei Judith in medio populi omnia, quæcunq;
fuerat faciens, ex qua die exiit, usque dum loqueba-
tur eis. Ut autem cessavit loquens, jubilavit po-
pulus voce magnâ, & dedit vocem lætam in civi-
tate sua. Videns autem Achior omnia quæcunque 6
fecerat Deus Israel, credidit Deo valdè & circum-
cîdit carnem præputii sui, & appositus est ad do-
mum Israel usque in diem hanc. Postquàm 7
verò aurora ascendit; & suspenderunt caput Olo-
phernis è muro. Et sumpsit omnis vir Israel arma
sua, & exiverunt per spiras ad ascensiones montis.
Filii autem Assur, ut viderunt eos, miserunt ad 8
præfectos suos. Illi autem venerunt ad duces, &
Chiliarchos, & ad omnem principem suum. Et
advenerunt ad tabernaculum Olophernis, & dixe-
runt ei, qui super omnia illius; Excita nunc do- 12
minum nostrum, quoniam ausi sunt servi descendere
super nos ad prælium, ut exterminentur in finem.
Et intravit Bagoas, & pulsavit aulam taberna- 13
culi: suspicabatur enim dormire illum cum Judith.
Ut autem nemo exaudivit; disjungens intravit 14
in cubiculum, & invenit eum super stratum pro-
jectum mortuum, & caput ejus ablatum erat ab eo.
Et clamavit voce magnâ cum ploratu, & fletu, &
clamore forti, & discîdit vestimenta sua. Et in- 15
travit in tabernaculum, ubi fuit Judith divertens,
& non invenit eam. Et prosiliit ad populum, Voci- 16
ferans; Prævaricati sunt servi: fecit confusionem
una mulier Hebræorum in domum regis Nabucho-
donosor, quoniam ecce Olophernes humi, & caput
non est super eum Ut autem audiverunt verba hæc 17
principes virtutis Assur, tunicas suas disciderunt,
& turbata est anima eorum valdé: Et facta est 18
eorum vociferatio, & clamor magnus valdè in me-
dio castrorum.

MS.A. (α) Ἰσραήλ, (β) ἀνέλαβεν (γ) εὐφροσύνης (δ) εἰς (ε) ἐξεκρέμασαν (ϛ) ἀνὴρ τὰ (ζ) σπείραν (η) τοὺς στρατηγοὺς (ϑ) ἐξολεθρευθῶσιν (θ) αὐλὴν τῆς σκηνῆς· ὑπενοεῖ
(ι) οὐθεὶς ὑπήκουσεν, διαστείλας (κ) λαὸν, Καὶ ἐβόησεν, Ἠθέτησαν (λ) διέῤῥαξαν τοὺς χιτῶνας αὐτῶν,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
27 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17
18 [illegible]
[illegible]

Et profecti omnes qui habitatis in fini- 5
bus Israelis, sternetis & dejicietis eos in
viis. Ante autem quàm hæc faciatis, vo- 6
cate Achior Ammonitam, ut videat &
agnoscat eum qui spernebat domum Isra-
elis, & eum ad nos quasi ad mortem mi-
sit. Et vocaverunt Achior de domo Uzæ. 27
Et cùm venisset, & vidisset caput Alpher- 29
næ in manu cujusdam in cœtu populi,
cecidit in faciē, & deliquit ipsius anim⁹.
Cúmq; ipsum tenentes erexissent, ceci- 30
dit ad pedes Judith, & adoravit ipsam,
dicens ipsi; Benedicta tu per omnes po- 31
pulos, qui audient famā tuā & timebunt.
Indica mihi nunc quæ fecisti his diebus.
Et narravit ipsi omnia à die quo egressa
est, usque ad diem quo loquebatur cum
ipsis. Cúmque cessâsset loqui quæ fece-
rat, clamavit populus voce altâ. Et au-
dita est vox gaudii in civitate ipsorum.
Cúmque vidisset Achior omnia quæ fe- 6
cerat Deus Israeli, credidit in Deum, &
circumcîdit carnem præputii sui, & ad-
junctus est populo gentis Israeliticæ usq;
in diem hodiernum. Cúmq; manè esset, 7
suspenderunt caput Alphernæ extra mu-
rum. Et sumptis quisq; armis suis, egres-
si sunt in castra ad ascensus montis. Quod 8
cùm vidissent Assyrii, miserunt ad duces
suos, & chiliarchas, & omnes præfectos
suos. Et profecti ad tentorium Alpher-
næ, dixerunt Bagoæ præfecto omnibus
rebus ejus; Excita ingressus, dominum 12
nostrum: Ausi enim sunt servi descen-
dere adversùs nos ad pugnam, ut pereant
in perpetuum. Et profectus Bagoas pul- 13
savit atrium tabernaculi. Putabat enim
dormire ipsum cum Judith. Cúmque ne- 14
mo ipsi responderet, aperiens ingressus
est cubiculum, & invenit Alphernam pro-
jectum nudum, ablato capite. Et clama-
vit voce altâ, & cum fletu & gemitu, &
clamore magno scidit vestes suas: Et 15
ingressus in tabernaculum ubi morabatur
Judith, cùm non inveniret ipsam, egres-
sus ad populum, Dixit eis; Prævaricati 16
sunt servi in dominos suos: Et pudore
magno affecit mulier una Hebræa domum
Nebuchadnosaris: Quia ecce Alpher-
nam projectum in terra, ablato capite. Et 17
cùm audîssent verba ejus duces exercitûs 18
Assyriorum, sciderunt tunicas suas, &
conturbatum est cor ipsorum valdè in medio castrorum.

Versio VULG. LAT.

CAP. XV.

1 Cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tre-
2 more & metu agitati, fugæ præsidium sumunt, Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant fugientes
3 per vias camporum & semitas collium. Videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos. Descenderúntque clangentes tubis, & ululantes post ipsos.
4 Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant præcipites: filii autem Israel uno agmine persequentes,
5 debilitabant omnes, quos invenire potuissent. Misit itaque Ozias nuntios per omnes civitates & regiones
6 Israel. Omnis itaque regio, omnísque urbs, electam juventutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremi-
7 tatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, &
8 onustati sunt valdè. Hi verò, qui victores reversi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, & jumentis, & universis mobilibus eorum, ut à minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædati-
9 onibus eorum. Joacim autem summus pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presby-
10 teris suis, ut videret Judith. Quæ cùm exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes; Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia
11 populi nostri. Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaveris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideò & manus Domini confortavit te, & ideò eris benedicta in æter-
12 num. Et dixit omnis populus; Fiat, fiat. Per dies
13 autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à
14 populo Israel. Porrò autem universa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

ΚΕΦ. ιε´.

1 Καὶ ὡς ἤκουσαν οἱ ἐν τοῖς σκηνώμασιν ὄντες, ἐξέστησαν ἐπὶ τὸ
2 γεγονός· καὶ (α) ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος, Καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος μένων κατὰ πρόσωπον τοῦ πλησίον ἔτι, ἀλλ' ἐκχυθέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφευγον ἐπὶ πᾶσαν ὁδὸν τοῦ πεδίου καὶ τῆς ὀρεινῆς. Καὶ οἱ παρεμβεβληκότες ἐν τῇ ὀρεινῇ κύκλῳ Βετυλούα καὶ (β) ἐτρά-
3 πησαν εἰς φυγήν. Καὶ τότε οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πᾶς ἀνὴρ πολεμιστὴς
5 ἐξ αὐτῶν ἐξεχύθησαν ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἀπέστειλεν Ὀζίας εἰς Βαιτομασθαὶμ, καὶ (γ) Χωβαὶ, καὶ Χωλὰ, καὶ εἰς πᾶν ὅριον Ἰσραὴλ, τοὺς ἀπαγγέλλοντας ὑπὲρ τῶν (δ) συντετελεσμένων, καὶ ἵνα πάντες ἐπεκχυ-
6 θῶσι τοῖς πολεμίοις εἰς τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν. Ὡς δὲ ἤκουσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐπέπεσον ἐπ' αὐτοὺς, καὶ (δ) ἐκόπτον αὐτοὺς ἕως Χωβά. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐξ Ἱερουσαλὴμ παρεγενήθησαν καὶ ἐκ πάσης τῆς ὀρεινῆς· ἀνήγγειλαν γὰρ αὐτοῖς τὰ γεγονότα τῇ παρεμβολῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. καὶ οἱ ἐν (ε) Γαλαὰδ καὶ οἱ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπερεκέρασαν αὐτοὺς πληγῇ μεγάλῃ, ἕως οὗ παρῆλθον
7 Δαμασκὸν, καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς. Οἱ δὲ λοιποὶ οἱ κατοικοῦντες Βετυλούα, (ζ) ἐπέπεσαν τῇ παρεμβολῇ Ἀσσοὺρ, καὶ ἐπρονόμευσαν αὐτοὺς,
8 καὶ ἐπλούτησαν σφόδρα. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀναστρέψαντες ἀπὸ τῆς κοπῆς, ἐκυρίευσαν τῶν λοιπῶν, καὶ αἱ κῶμαι καὶ (η) ἐπαύλεις ἐν τῇ ὀρεινῇ καὶ πεδινῇ ἐκράτησαν πολλῶν λαφύρων· ἦν γὰρ πλῆθος πολὺ
9 σφόδρα. Καὶ Ἰωακὶμ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας καὶ ἡ γερουσία τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ ἦλθον τοῦ θεάσασθαι τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐποίησε κύριος τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ ἰδεῖν τὴν Ἰουδὶθ, καὶ λα-
10 λῆσαι μετ' αὐτῆς εἰρήνην. Ὡς δὲ (θ) εἰσῆλθον πρὸς αὐτὴν, εὐλόγησαν αὐτὴν πάντες ὁμοθυμαδὸν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτὴν, Σὺ ὕψωμα Ἰσραὴλ, σὺ γαυρίαμα μέγα τοῦ (ι) Ἰσραὴλ, σὺ καύχημα
11 μέγα τοῦ γένους ἡμῶν. Ἐποίησας (κ) πάντα ταῦτα ἐν χειρί σου, (λ) ἐποίησας τὰ ἀγαθὰ μετὰ Ἰσραήλ· καὶ (μ) εὐδοκήσαι ἐπ' αὐτοῖς ὁ θεός. εὐλογημένη γίνου σὺ τῷ παντοκράτορι κυρίῳ εἰς τὸν αἰῶνα
12 χρόνον. Καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαὸς, Γένοιτο. Καὶ ἐλαφύρευσε (ν) πᾶς
13 ὁ λαὸς τὴν παρεμβολὴν ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα, Καὶ ἔδωκαν τῇ
ori suo. Propter hanc immortalis ero, & me- 13
moriam perpetuam posteris meis relinquam:
Populos regam, & nationes subjicientur 14
mihi : Audientes tyranni formidabunt, & 15
vehementer erudientur : Inter multos bo-
nus videbor, & in bellis fortissimus ero.
Ingressus domum meam, in hac sapientia
conquiesco : Quia non est amaritudo in 16
conversationibus ejus, neque corruptela in
consortio illius, imò jucunditas & gaudi-
um. Hæc apud me cogitavi, & animo 17
meo accuratè perpendi; esse *scilicet* vitam
in affinitate sapientiæ,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

7 * وان احب احد العدل * فاتعابها هي الفضايل * تعلم العفاف * والفطنة * والعدل *
8 والشجاعة * الفضايل التي ليس في العالم انفع للناس منها * وان تاق احد الي كثرة التدرب
والخبرة * فقد تعرف الاشياء القديمة * وتخبر المستانفة * وتعلم مقاومات الكلام وتلخيص
9 الرموز * وتسبق فتعرف العجايب والايات * وتعود الاوقات والسنين * واثرت ان استزرعها الي
المقارنة * عالما انها ستكون مشيرة علي بالصالحات * وواعظة * تردع عني المهمات والحزن *
10 11 * فمن اجلها اكتسبت انا الشاب سروا في الجموع * وكرامة عند الشيوخ * فصودفت حاد
12 الخاطر في القضاء * واستعجبت في اعين المقتدرين * فصاروا يتصبرون اذا ما مكثت
ساكتا * ويصغون الي اذا لبثت متكلما * وان اطلت خطابي * وضعوا ايديهم علي فمهم *
13 14 * من اجلها استفدت عدم الموت * وذكرا مويدا خلفته للذين بعدي * وادبر الشعوب *
15 وتخضع لي الامم * والامراء المرهوبون اذا سمعوني يرهبوني * فاظهر في الجماعة صالحا * وفي الحرب
16 شجاعا * اذا دخلت الي منزلي اتدبر بها * لان التصرف معها ليست فيه مرارة * ولا في
17 معاشرتها وجع * بل سرورا وفرحا * هذه اذا لبثت متفكرا فيها في ذاتي * واهتممت بها في قلبي *
ان في مناسبة الحكمة هو عدم الموت *

*Si quis item justitiam diligit, hujus la- 7
bores sunt virtutes : temperantiam do-
cet ac prudentiam, justitiam ac forti-
tudinem, nimirùm virtutes quibus ni-
hil est hominibus in mundo utilius.
Rursum, si quis multam exposcit periti- 8
am & experientiam, hæc sanè res præ-
teritas cognoscit, & futuras divinat;
novit sermonum objectiones, & ænig-
matum explicationem ; prænoscit et-
iam portenta ac signa, & temporum an-
norumque decursum. Hac ad convi- 9
ctum uti decrevi, sciens ipsam mihi
fore bonorum consultricem, hortatricem,
molestias atque tristitiam à me repellen-
tem. Propter hanc ego juvenis gloriam 10
inter populos, & honorem apud seniores
sum adeptus. Compertus sum acuti in- 11
genii in judicando, & in oculis poten-
tum fui admirationi. Patienter fere- 12
bant cùm silens manerem ; cúmque ser-
monem instituerem, attendebant me;
colloquium meum si protrahebam, ma-
nus suas ori admovebant. Propter ean- 13
dem adeptus sum immortalitatem, &
memoriam æternam quam posteris me-
is relinquam : Populos moderabor 14
& gentes mihi se subdent : Princi- 15
pes horrendi, quum me audierint, me
timebunt ; inter plebem bonus apparebo,
& in bello strenuus. Quum domum 16
meam ingredior, per ipsam me rego;
Quoniam in ejus commercio nulla est
amaritudo, neque in ejus convictu do-
lor, sed gaudium & lætitia. Hæc 17
omnia tacitus mecum ipse contemplatus
essem, eaque animo meo studiosè per-
pendissem ; quòd scilicet in cognatione
sapientiæ adsit immortalitas.*

Versio VULG. LAT.

18 Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus
manuum illius honestas sine defectione, & in certami-
ne loquelæ illius sapientia, & præclaritas in commu-
nicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, ut
19 mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus,
20 & sortitus sum animam bonam. Et cùm essem magis
21 bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et ut scivi
quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus
det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc
donum: adii Dominum, & deprecatus sum illum, &
dixi ex totis præcordiis meis:

CAP. IX.

1 DEus patrum meorum, & Domine misericordiæ,
2 qui fecisti omnia verbo tuo, Et sapientia tua consti-
tuisti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ à te fa-
3 cta est, Ut disponat orbem terrarum in æquitate &
4 justitia, & in directione cordis judicium judicet: Da
mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me
5 reprobare à pueris tuis: Quoniam servus tuus sum ego,
& filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui tempo-
6 ris, & minor ad intellectum judicii & legum. Nam
& si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab
illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabi-
7 tur. Tu elegisti me regem populo tuo, & judicem
8 filiorum tuorum, & filiarum: Et dixisti me ædificare
templum in monte sancto tuo, & in civitate habita-
tionis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui,
quod præparasti ab initio:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 Καὶ ἐν φιλίᾳ αὐτῆς τέρψις ἀγαθή, † καὶ ἐν πόνοις χειρῶν αὐτῆς
πλοῦτος ἀνεκλιπής, † καὶ ἐν συγγυμνασίᾳ (η) ὁμιλίας αὐτῆς φρόνη-
σις, † καὶ εὔκλεια ἐν κοινωνίᾳ λόγων αὐτῆς, † περιῄειν ζητῶν ὅπως
19 λάβω αὐτὴν εἰς ἐμαυτόν. † Παῖς δὲ ἤμην εὐφυής, † ψυχῆς τε
20 ἔλαχον ἀγαθῆς, † Μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν ἦλθον εἰς σῶμα ἀμίαντον,
21 † Γνοὺς δὲ ὅτι οὐκ ἄλλως ἔσομαι ἐγκρατής, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς δῷ, † καὶ
τοῦτο δ' ἦν φρονήσεως, τὸ εἰδέναι τίνος (θ) ἡ χάρις, † ἐνέτυχον τῷ
Κυρίῳ, καὶ ἐδεήθην αὐτοῦ, † καὶ εἶπον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας μου.

MS.A. (η) * ὁμιλία (θ) χάρις,

ΚΕΦ. Θ'.

1 † ΘΕὲ πατέρων καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους σου, † ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν
2 λόγῳ σου, † Καὶ τῇ σοφίᾳ σου (α) κατασκευάσας ἄνθρωπον, † ἵνα
3 δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σοῦ γενομένων κτισμάτων, † Καὶ διέπῃ τὸν κόσμον
ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, † καὶ ἐν εὐθύτητι ψυχῆς κρίσιν (β) κρίνῃ·
4 † Δός μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον σοφίαν, † καὶ μή με ἀποδοκιμά-
5 σῃς ἐκ παίδων σου. † Ὅτι ἐγὼ δοῦλος σὸς καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης
σου, † ἄνθρωπος ἀσθενὴς καὶ ὀλιγοχρόνιος, † καὶ ἐλάσσων ἐν συνέσει
6 κρίσεως καὶ νόμων. † Κἂν γάρ τις ᾖ τέλειος ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων,
7 † τῆς ἀπὸ σοῦ σοφίας ἀπούσης, εἰς (γ) οὐδὲν λογισθήσεται. † Σύ με
προείλω βασιλέα λαοῦ σου, † καὶ δικαστὴν υἱῶν σου καὶ θυγατέρων.
8 † Εἶπας οἰκοδομῆσαι ναὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ σου, † καὶ ἐν πόλει (δ) κατα-
σκηνώσεώς σου θυσιαστήριον, † μίμημα σκηνῆς ἁγίας ἣν προητοί-
μασας ἀπ' ἀρχῆς.

MS.A. (α) κατασκευάσας (β) κρίνει. (γ) οὐθὲν (δ) κατασκηνώσεως

Et in amicitia illius delectatio bona, & in labori- 18
bus manuum ejus honestas sine defectione, & in
coexercitatione conversationis illius prudentia, &
præclaritas in communicatione sermonum ipsius;
circumibam quærens, ut mihi illam assumerem.
Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum ani- 19
mam bonam: (b) Magis autem cum essem bonus, veni 20
ad corpus incoinquinatum. Et, ut scivi, quoniam 21
aliter non possem esse (i) continens, nisi Deus det,
& hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc
donum; adii Dominum, & deprecatus sum illum,
& dixi ex totis præcordiis meis.

CAP. IX.

DEus patrum, & Domine misericordiæ (a) tuæ, 1
qui fecisti omnia in verbo tuo, Et sapientia tua 2
constituisti hominem, ut dominetur creaturis, quæ
à te factæ sunt, Et disponat orbem terrarum in æ- 3
quitate, & justitia, et in directione cordis judi-
cium judicet; Da mihi sedium tuarum assistricem 4
sapientiam, et noli me reprobare à pueris tuis:
Quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ 5
tuæ: homo infirmus, et exigui temporis, et minor
ad intellectum judicii, et legum. Nam, etsi quis 6
erit consummatus inter filios hominum; si ab illo
fugerit sapientia tua; in nihilum computabitur.
Tu elegisti me regem populi tui, et judicem filiorum 7
tuorum, et filiarum. Dixisti ædificare templum 8
in monte sancto tuo, et in civitate habitationis
tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti, quod
præparasti ab initio.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 * ܘܒܪܚܡܬܗ ܛܒܬܐ ܒܣܝܡܘܬܐ. ܘܒܠܐܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗ̈ ܥܘܬܪܐ ܕܠܐ ܚܣܝܪ.
ܘܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܡܡܠܠܗ ܝܕܥܬܐ ܘܫܦܝܪܘܬܐ. ܘܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܡܚܫܒܬܗ. ܫܪܪܐ ܕܠܐ ܡܬܟܣܣ.
19 ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܕܪܬ ܒܥܝܬ ܕܐܣܒܝܗ ܠܝ. * ܛܠܝܐ ܗܘܝܬ ܦܪܝܫܐ. ܘܩܢܝܬ ܢܦܫܐ
20 ܛܒܬܐ. * ܘܡܛܠ ܛܝܒܘܬܝ ܐܬܝܬ ܠܦܓܪܐ ܕܟܝܐ. * ܝܕܥ ܗܘܝܬ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ
21 ܕܐܟܒܘܫ ܢܦܫܝ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܠܗܐ ܢܬܠ ܠܝ. ܘܗܕܐ ܗܝ ܢܨܝܚܘܬܐ. ܕܢܕܥ ܐܢܫ ܕܡܢܘ ܗܝ
ܛܝܒܘܬܐ. ܒܥܝܬ ܡܢ ܡܪܝܐ. ܘܒܥܝܬ ܡܢܗ. ܘܡܢ ܟܠܗ ܠܒܝ ܐܡܪܬ ܠܗ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܛ *

1 * ܐܠܗܐ ܕܐܒܗ̈ܝ. ܘܡܪܗ ܕܪ̈ܚܡܐ. ܐܢܬ ܕܒܪܝܬ ܟܠܡܕܡ ܒܡܠܬܟ. * ܘܒܚܟܡܬܟ
2 ܐܬܩܢܬ ܒܪܢܫܐ. ܕܢܫܬܠܛ ܥܠ ܒܪܝܬܟ ܕܒܪܝܬ. * ܕܢܕܒܪ ܒܪܝܬܐ ܕܥܠܡܐ
3 ܒܩܘܫܬܐ ܘܒܬܪܝܨܘܬܐ. ܘܒܬܪܝܨܘܬ ܕܠܒܐ ܢܕܘܢ ܕܝܢܐ. * ܘܗܒ ܠܝ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܟܘܪܣܝܟ
4 ܘܠܐ ܬܣܠܝܢܝ ܡܢ ܥܒܕܝܟ. * ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܥܒܕܟ ܐܢܐ: ܥܒܕܟ ܐܢܐ ܘܒܪܗ
5 ܕܐܡܬܟ. ܘܒܪܢܫܐ ܟܪܝܗܐ ܘܙܥܘܪ ܚܝ̈ܐ. ܘܚܣܝܪ ܡܕܥܐ ܒܕܝܢܐ ܘܒܢܡܘܣܐ. * ܐܢ ܢܗܘܐ ܓܡܝܪ
6 ܐܢܫ ܡܫܡܠܝܐ ܒܝܢܝ ܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܟܕ ܢܦܪܘܩ ܪܘܚܐ ܕܡܢ ܠܘܬܟ ܡܢܗ. ܠܡܕܡ ܠܐ ܡܬܚܫܒ.
7 * ܐܢܬ ܗܘ ܕܓܒܝܬܢܝ ܡܠܟܐ ܠܡܕܒܪܘ ܠܥܡܟ. ܘܕܝܢܐ ܠܒܢܝ̈ܟ ܘܠܒܢܬܟ. * ܘܐܡܪܬ
8 ܕܐܒܢܐ ܗܝܟܠܐ ܒܛܘܪܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܒܡܕܝܢܬܐ ܕܡܥܡܪܟ. ܡܕܒܚܐ. ܕܡܘܬܐ ܕܡܫܟܢܐ ܩܕܝܫܐ.
ܗܘ ܕܛܝܒܬ ܡܢ ܩܕܡ.

Et bonam in ejus amicitia delectationem, & 18
in labore exercitii manuum ejus divitias in-
deficientes, & in usu colloquii ejus scienti-
am atque honestatem, & in communcatione
cogitationum ejus veritatem quæ refelli ne-
quit: *quapropter* circumiens quæsivi eam
mihi ipsi assumere. Puer eram perspicu- 19
us, & bonam adeptus animam: Et pro- 20
pter bonitatem meam, veni in corpus pu-
rum. Sciens autem quòd non possim me- 21
ipsum domare, nisi Deus mihi dederit, (*at-* 22
que hac est claritas, ut sciat quis cujusnam
sit beneficium) postulavi à Domino, cum-
que deprecatus sum, & ex toto corde meo
sic eum effatus:

CAP. IX.

DEus patrum meorum, & miserationum 1
Domine, tu omnia verbo tuo fecisti, Et sa- 2
pientiâ tuâ condidisti hominem, ut domina-
retur creaturis tuis quas fabricâsti, Ut ad- 3
ministraret creaturam mundi cum veritate &
æquitate, & animo recto judicium exerce-
ret; Da mihi sapientiam à solio tuo, & ne 4
me reprobes à servis tuis. Nam ego servus 5
tuus sum, servus *inquam* tuus sum & filius
ancillæ tuæ, infirmus homo, & vitæ brevis,
& cui deest intellectus in judicio & lege.
Licet enim aliquis perfectus fuerit inter ho- 6
mines, *tamen* cùm spiritus qui à te est, abs-
cesserit ab eo, nihili æstimatur. Tu es qui re- 7
gem elegisti ad regendum populum tuum, &
judicem filiorum filiarumque tuarum. Et 8
dixisti ut ædificarem templum in monte san-
cto tuo, & in urbe habitationis tuæ aram in-
star sancti tabernaculi tui quod olim parave-
ras,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * وفي ودادها طرب صالح * وفي اتعاب يديها ثروة لا تنقص وفي الارتياض بمخاطبتها فطنة *
19 وفي مشاركة اقوالها فخر * جلت ملتمسا ان اخذها الي * وكنت صبيا ذكيا * وحصلت بنفس
20 صالحة * بل كنت صالحا * فدخلت الي جسمها غير دنس * واذ عرفت اني لن اكون 21
عفيفا احرز ماسكها ان لم يعطني الله ذلك * وهذا الراي كان من فطنة * ان اعرف لمن
هي المنة * فابتهلت الي الرب * وطلبت اليه * وقلت من كل قلبي *

* الفصل التاسع *

1 * يا اله ابائي * يا رب رحمتك * يا من خلقت كافة البرايا
2 بكلمتك * وابتدعت الانسان بحكمتك ليسود البرايا التي خلقتها * ويسوس العالم ببر
3 وعدل * ويحكم القضاء باستقامة نفس * اعطني حكمة الذين يواضبونك * ولا تنفني من 4
5 بين عبيدك * فاني انا عبدك وابن امتك * انسان ضعيف القوة وقصير العمر * وناقص
6 في فهم القضاء والشرايع * لان لو كان احد في ابناء الناس كاملا * متى ما ابتعدت عنه
7 الحكمة التي منك فانه كان لا يحسب شيا * انت اخترتني لشعبك ملكا ولابنائك وبناتك
8 قاضيا * وقلت ان ابني في جبلك المقدس هيكلا * وفي مدينة مسكنك مذبحا * نظير
المسكن المقدس الذي اسلفت تسويته منذ القديم

Bona in ejus amore voluptas, in labori- 18
bus manuum ejus divitiæ inexhaustæ,
in delectabili colloquio ejus prudentia,
& in communicatione sermonum ejus
gloriatio) quærens circuivi ut eam mi-
hi assumerem. Eram autem puer a- 19
cutus, bonámque sortitus animam. Imò 20
bonus eram, idcóque immaculatus in-
gressus sum in corpus illius. Cùm autem 21
intellexissem me non aliâ ratione com-
potem illius fore quàm dono Dei, (quod
quidem consilium ex prudentia fuit, scire
me cujusnam foret hujusmodi benefici-
um) Dominum obsecravi, cúmque ro-
gavi, & ex animo toto dixi:

CAP. IX.

O Deus patrum meorum, O miseri- 1
cordiæ tuæ Domine, O qui creaturas
omnes verbo tuo condidisti, Et homi- 2
nem tuâ fabricâsti sapientiâ, ut crea-
turis abs te formatis dominaretur. Et 3
mundum sanctè inque gubernaret, ac
judicium æquâ mente decerneret; Lar- 4
gire mihi sapientiam eorum qui tibi fre-
quenter adsunt, & e numero servorum
tuorum ne me rejicias: Quoniam ego 5
servus tuus, & ancillâ tuâ natus, homo
sum infirmi roboris ac brevis ætatis, &
in judicii ac legum intelligentiâ imper-
fectus. Nam etiamsi quis fuerit inter 6
filios hominum consummatus, quoties
recesserit ab eo sapientia quæ ex te est,
nihili reputatur. Tu me populo tuo re- 7
gem elegisti, & filiis ac filiabus tuis ju-
dicem. Templum in monte sancto tuo 8
ædificare jussisti, & in urbe habitationis
tuæ altare simile tabernaculo sancto cu-
jus [illegible]

Versio VULG. LAT.

9 Et tecum sapientia tua, quæ novit opera tua, quæ &
affuit tunc cùm orbem terrarũ faceres, & sciebat quid
esset placitum oculis tuis, & quid directum in præce-
10 ptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede
magnitudinis tuæ, ut mecum sit & mecum laboret, ut
11 sciam quid acceptum sit apud te: Scit enim illa omnia,
& intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, &
12 custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera
mea, & disponã populũ tuũ justè, & ero dignus sedi-
13 um patris mei. Quis enim hominum poterit scire con-
silium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit De-
14 us? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incer-
15 tæ providentiæ nostræ. Corpus enim, quod corrum-
pitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio depri-
16 mit sensum multa cogitantem. Et difficilè æstimamus
quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, invenimus
cum labore. Quæ autẽ in cœlis sunt quis investigabit?
17 Sensũ autẽ tuũ quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, &
18 miseris spiritũ sanctũ tuũ de altissimis: Et sic correctæ
sint semitæ eorũ qui sunt in terris, & quæ tibi placuit
19 didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt
quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

1 HÆc illum, qui primus formatus est à Deo pater or-
2 bis terrarum, cùm solus esset creatus, custodivit, Et
eduxit illum à delicto suo; & dedit illi virtutem con-
3 tinendi omnia. Ab hac ut recessit injustus in ira sua,
per iram homicidii fraterni deperiit.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 † Καὶ μετὰ σοῦ ἡ σοφία ἡ εἰδυῖα τὰ ἔργα σου, † καὶ παροῦσα ὅτε ἐποίεις
τὸν κόσμον, † καὶ ἐπισταμένη τί ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου, † καὶ τί
10 εὐθὲς ἐν ἐντολαῖς σου. † Ἐξαπόστειλον αὐτὴν ἐξ ἁγίων οὐρανῶν, † καὶ
ἀπὸ θρόνου δόξης σου πέμψον αὐτήν, † ἵνα συμπαροῦσά μοι κοπιάσῃ,
11 † καὶ γνῶ τί εὐάρεστόν ἐστι παρὰ σοί. † Οἶδε γὰρ ἐκείνη πάντα καὶ συνιεῖ,
† καὶ ὁδηγήσει με ἐν ταῖς πράξεσί μου σωφρόνως, † καὶ φυλάξει με ἐν τῇ
12 δόξῃ αὐτῆς. † Καὶ ἔσται προσδεκτὰ τὰ ἔργα μου, † καὶ διακρινῶ τὸν λαόν
13 σου δικαίως, † καὶ ἔσομαι ἄξιος θρόνων πατρός μου. † Τίς γὰρ ἄνθρωπος
14 γνώσεται βουλὴν Θεοῦ; † ἢ τίς ἐνθυμηθήσεται τί θέλει ὁ Κύριος; † Λογισμοὶ
15 γὰρ θνητῶν δειλοί, † καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν. † Φθαρτὸν
γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχήν, † καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρον-
16 τίδα. † Καὶ (ε) μόλις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ γῆς, † καὶ τὰ ἐν χερσὶν
17 εὑρίσκομεν μετὰ πόνου, † τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασε; † Βουλὴν δέ σου
τίς ἔγνω, εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν, † καὶ ἔπεμψας τὸ ἅγιόν σου
18 πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστων; † Καὶ οὕτως διωρθώθησαν αἱ τρίβοι τῶν ἐπὶ
19 γῆς, † (ζ) καὶ τὰ ἀρεστά σου ἐδιδάχθησαν ἄνθρωποι, † καὶ τῇ σοφίᾳ
ἐσώθησαν.

MS.A. (ε) μόγις (ζ) κύριε, τὰ

ΚΕΦ. Ι.

1 † ΑΥτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου † μόνον κτισθέντα διεφύλαξε,
2 καὶ ἐξείλατο αὐτὸν ἐκ παραπτώματος ἰδίου, † Ἔδωκέ τε αὐτῷ
3 ἰσχὺν κρατῆσαι (α) ἁπάντων. Ἀποστὰς δὲ ἀπ' αὐτῆς ἄδικος ἐν
ὀργῇ αὐτοῦ, † ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς.

MS.A. (α) πάντων.

Et tecum sapientia, quæ novit opera tua, quæ & 9
affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & scit
quid placitum sit in oculis tuis, & quid directum
in præceptis tuis. Emitte illam de cœlis sanctis, 10
& à sede majestatis tuæ mitte illam, ut mecum sit,
& mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud
te. Scit enim illa, omnia, & intelligit, & de- 11
ducet me in operibus meis sobrie, & custodiet
me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea: 12
& disponam populum tuum juste, & ero dignus
sedium patris mei. Quis enim hominum poterit 13
scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare,
quid velit Dominus? Cogitationes enim morta- 14
lium timidæ, & incertæ providentiæ nostræ. (b) Cor- 15
ruptibile enim corpus aggravat animam, & terre-
na inhabitatio deprimit sensum multa (c) curantem:
Et difficile æstimamus, quæ in terra sunt: & quæ 16
in prospectu sunt, invenimus cum labore: quæ
autem in cœlis sunt, quis investigavit? Sensum 17
autem tuum quis scivit, nisi tu dederis sapientiam,
& miseris spiritum sanctum tuum de altissimis?
Et sic correctæ sunt semitæ eorum qui in terris 18
sunt, & quæ tibi placent, didicerunt homines, & 19
(d) per sapientiam sanati sunt.

CAP. X.

HÆc illum, qui primus formatus est, patrem 1
orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit,
Et eduxit illum à delicto (a) suo, & dedit ei virtutẽ 2
continendi omnia. Ab hac autem ut recessit injustus 3
in ira sua; (b) fratricidis furoribus simul periit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܘܥܡܟ ܗܘܬ ܚܟܡܬܐ ܕܝܕܥܐ ܥܒܕܝܟ. ܘܥܡܟ ܗܘܬ ܟܕ ܥܒܕ ܗܘܝܬ ܥܠܡܐ. ܘܝܕܥܐ ܗܘܬ ܕܡܢܐ
10 ܫܦܝܪ ܩܕܡ ܥܝܢܝܟ. ܘܡܢܐ ܬܪܝܨ ܒܦܘܩܕܢܝܟ. * ܫܕܪܝܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܩܘܕܫܟ. ܘܡܢ
11 ܟܘܪܣܝܐ ܕܪܒܘܬܟ ܫܕܪܝܗ. ܕܬܐܬܐ ܘܬܠܐܐ ܥܡܝ. ܘܐܕܥ ܡܢܐ ܫܦܝܪ ܩܕܡܝܟ. * ܗܝ ܓܝܪ
ܝܕܥܐ ܟܠܡܕܡ. ܘܡܣܬܟܠܐ. ܘܬܕܒܪܢܝ ܒܚܟܝܡܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝ. ܘܬܢܛܪܢܝ
12 ܒܬܫܒܘܚܬܗ. * ܕܐܕܘܢ ܥܡܟ ܒܟܐܢܘܬܐ. ܘܢܗܘܘܢ ܡܩܒܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝ. ܘܐܗܘܐ ܫܘܐ
13 ܠܟܘܪܣܝܗ ܕܐܒܝ. * ܡܢܘ ܓܝܪ ܐܢܫܐ ܕܝܕܥ ܡܠܟܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܘ ܡܢܘ ܡܬܪܢܐ
14 ܕܡܢܘ ܨܒܝܢܗ ܕܡܪܝܐ. * ܡܚܫܒܬܗܘܢ ܓܝܪ ܕܡܝܘܬܐ. ܡܚܝܠܢ ܐܢܝܢ. ܘܠܐ ܡܫܪܪܢ
15 ܡܚܫܒܬܗܘܢ. * ܦܓܪܐ ܓܝܪ ܕܡܬܚܒܠ. ܝܩܝܪ ܠܢܦܫܐ. * ܗܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܐܪܥܐ ܐܝܬܝܗܝܢ.
16 ܩܕܡ ܡܣܬܟܠܝܢ ܒܥܩܬܐ. ܘܕܐܝܬ ܒܐܝܕܝܢ. ܒܠܐܝܘܬܐ ܡܫܟܚܝܢܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܫܡܝܐ. ܡܢܘ
17 ܡܫܟܚ ܢܥܩܒ. ܡܠܟܟ ܕܝܢ ܡܢܘ ܝܕܥ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܬ ܝܗܒܬ ܚܟܡܬܐ. * ܘܫܕܪܬ
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܟ ܡܢ ܡܪܘܡܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܬܬܪܨܘ ܫܒܝܠܐ ܕܥܠ ܐܪܥܐ.
18 * ܘܗܟܢܐ ܐܬܬܪܝܨܘ ܫܒܝܠܐ ܕܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܝܠܦܘ ܒܢܝܢܫܐ ܨܒܝܢܟ. * ܘܒܚܟܡܬܟ ܚܝܘ.
19 * ܫܠܡ * ܛ *
1 * ܗܕܐ ܗܝ ܕܠܐܒܐ ܩܕܡܝܐ. ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܬܒܪܝ ܒܥܠܡܐ.
2 * ܢܛܪܬܗ ܡܢ ܡܣܟܠܘܬܐ ܕܢܦܫܗ. ܘܝܗܒܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܫܠܛ ܒܟܠ. * ܘܐܬܪܚܩ
3 ܡܢܗ ܩܐܝܢ ܥܘܠܐ. ܕܒܚܡܬܐ ܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ.

Dum tecum esset sapientia quæ novit opera 9
tua, tibíque aderat, cùm secula faceres, &
quid gratum sit ante oculos tuos, quídve
rectum in præceptis tuis, pernovit. Eam 10
è cœlis tuæ sanctitatis emitte, & à throno
majestatis tuæ mitte illam, ut veniens mecum
laboret, ut sciam quid honestum sit in con-
spectu tuo. Ipsa enim omnia scit & intel- 11
ligit, meque prudenter ducet in cunctis acti-
onibus meis, & suâ majestate me custodiet:
Ut judicem populum tuum cum justitia, & 12
grata sint omnia opera mea, & ut dignus ex-
istam solio patris mei. Quis enim est ho- 13
mo, qui consilium Dei cognoscat? aut quis
cogitet quænam sit Dei voluntas? Nam 14
cogitationes mortalium tenues sunt, & in-
certæ sunt cogitationes eorum: Siquidem 15
corruptibile corpus grave est animæ. Ecce 16
quæ sunt humi vix percipimus; & quæ ob
oculos versantur, difficulter invenimus; quæ-
que præ manibus habemus, laboriosè reperi-
mus: quæ autem in cœlo sunt, quis perve-
stigare possit? Consilium verò tuum quis 17
pernoscat, nisi tu sapientiam dederis, & spi-
ritum sanctum tuum è cœlis tuis emiseris?
Atque ita correctæ sunt semitæ super terram, 18
& didicerunt homines voluntatem tuam,
Et per sapientiam tuam sunt vitam assecuti. 19

CAP. X.

HÆc est quæ primum parentem, unicum 1
in mundo creatum servavit, Eumque à sui 2
ipsius lapsu liberavit, & dedit ei potentiam
dominandi in omnia. Ab hac recessit Cain 3
sceleratus, unde fratricidam ira peremit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9 * ومعك الحكمة العارفة اعمالك حاضرة حين خلقت العالم * وهي عالمة ما هو المرضي بين
10 عينيك وما هو المستقيم في وصاياك * فارسلها من السماوات المقدسة للشعب فتحضر عندي *
11 ابعثها من عرش مجدك لاعلم ما هو المرضي عندك * لانها تعرف كل شي وتفهمه *
12 فترشدني في كافة اعمالي بتعفف وتحفظني في شرفها * فتكون اعمالي مقبولة * واحكم لشعبك
13 بالعدل واصير اهلا لمنابر اباي * لان من هو الانسان الذي يعرف راي الله * او من يفتكر
14
15 فيعلم ما يشاء الرب * اذ افكار المايتين جزوعة * ورويهم خطرة * لان الجسم البالي يثقل
16 النفس * والمسكن الارضي يثقل عقلا كثير الاهتمام * فبالجهد نحزر الاشياء التي في الارض *
17 ونجد في تعب الامور التي نلامسها بايدينا * فالتي في السموات من يستبحث عنها * ورايك من
عرفه * ان لم تكن قد اعطيته انت حكمة * وارسلت اليه من الاعالي روحك القدوس *
18
19 * فهكذا تقومت مناهج الذين في الارض * وعلم الناس ما يرضيك * وتخلصوا بالحكمة *

* الفصل العاشر *

1
2 * هذه حفظت ابا العالم المخلوق اولا * المبرو وحده * وانقذته من هفوته * ومنحته قوة ان
3 يمسك كل شي * ولما ابتعد منها الظالم بغيضه * هلك مع الانفس القاتلة اخوها *

Sapientia autem operum tuorum gnara
tecum aderat quando mundum creasti,
ipsáque novit quid oculis tuis adlube-
cat, quídve rectum sit in præceptis tuis.
Eam igitur è sanctis cœlis tuis ad po- 10
pulum mitte, ut præstò mihi sit; Emitte
inquam illam è solio gloriæ tuæ, ut
quid acceptum apud te sit, cognoscam:
Quandoquidem ipsa res omnes novit ac 11
intelligit. Méque in cunctis operibus
meis moderatè dirigat, & magnificen-
tiâ suâ tueatur; Ut accepta sint ope- 12
ra mea, tuúmque populum justè judi-
cem, & dignus fiam thronis patrum me-
orum. Quis enim est homo qui mentem 13
Dei cognoscat? aut quis cogitans intel-
ligat quid velit Dominus, Cùm cogita- 14
tiones mortalium timidæ sint, & opini-
ones eorum discrimini subjectæ? Nam 15
corpus corruptibile gravat animam, &
terrenum domicilium mentem curis ab-
undantem deprimit. Adeóque vix asse- 16
quimur veritatem rerum quæ in terra
sunt, & res quas manibus attrectamus,
laboriosè reperimus: quæ igitur in cœlis
sunt, quis pervestigat? Et mentem tuam 17
quis noverit, nisi tu sapientiam conces-
seris ei, & Spiritum sanctum tuum ab
excelsis ad eum demiseris? Nam sic 18
dirigantur semitæ eorum qui sunt in
terra, & quæ tibi grata sunt, homines
didicerint, Et fuerint sapientiâ ser- 19
vati.

CAP. X.

HÆc orbis parentem primò creatum 1
solúmque formatum conservavit, Ab 2
eius culpa vindicavit, atque eum in-
dicavit in omnia dominandi. Ab hac 3
injustus per iram suam recedens, periit
unà cum animabus fratricidis:

Versio VULG. LAT.

4 Propter quem, cum aqua deleret terram, sanavit ite-
rùm sapientia, per contemptibile lignum justum gu-
5 bernans. Hæc & in consensu nequitiæ cùm se natio-
nes contulissent, scivit justum, & conservavit sine que-
rela Deo, & in filii misericordia fortem custodivit.
6 Hæc justum à pereuntibus impiis liberavit fugientem,
7 descendente igne in Pentapolim: Quibus in testimo-
nium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, &
incerto tempore fructus habentes arbores, & incredi-
8 bilis animæ memoria stans figmentum salis. Sapien-
tiam enim prætereuntes, non tantùm in hoc lapsi sunt
ut ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt
hominibus memoriam, ut in his, quæ peccaverunt,
9 nec latêre potuissent. Sapientia autem hos, qui se ob-
10 servant, à doloribus liberavit. Hæc profugum iræ fra-
tris justum deduxit per vias rectas, & ostendit illi re-
gnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: hone-
11 stavit illũ in laboribus, & complevit labores illius. In
fraude circumvenientiũ illũ affuit illi, & honestũ fecit
12 illum. Custodivit illum ab inimicis, & à seductoribus
tutavit illum, & certamen forte dedit illi ut vinceret,
& sciret quoniam omnium potentior est sapientia.
13 Hæc venditum justum non dereliquit, sed à peccato-
ribus liberavit eum: descenditque cum illo in fo-
veam,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

4 † Δι' ὃν κατακλυζομένην γῆν πάλιν (β) διέσωσε σοφία, † διʼ εὐτελοῦς
5 ξύλου τὸν δίκαιον κυβερνήσασα. † Αὕτη καὶ ἐν ὁμονοίᾳ πονηρίας
ἐθνῶν συγχυθέντων (γ) † εὗρε τὸν δίκαιον, καὶ ἐτήρησεν αὐτὸν ἄ-
μεμπτον θεῷ, † καὶ (α) ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν.
6 † Αὕτη δίκαιον, ἐξαπολλυμένων ἀσεβῶν, ἐρρύσατο † φυγόντα
7 (δ) πῦρ καταβάσιον Πενταπόλεως· (ε) Οἷς ἐπὶ μαρτύριον τῆς πονη-
ρίας † καπνιζομένη καθέστηκε χέρσος, † καὶ ἀτελέσιν ὥραις καρπο-
φοροῦντα φυτά· † ἀπιστούσης ψυχῆς μνημεῖον (ς) ἑστηκυῖα στήλη ἁλός.
8 † Σοφίαν γὰρ παροδεύσαντες οὐ μόνον ἐβλάβησαν τοῦ μὴ γνῶναι τὰ
καλά, † ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφροσύνης ἀπέλιπον τῷ βίῳ μνημόσυνον,
9 † ἵνα ἐν οἷς ἐσφάλησαν μηδὲ λαθεῖν δυνηθῶσι. † Σοφία δὲ
10 τοὺς (ζ) θεραπεύσαντας αὐτὴν ἐκ πόνων ἐρρύσατο. † Αὕτη φυ-
γάδα ὀργῆς ἀδελφοῦ δίκαιον † ὡδήγησεν ἐν τρίβοις εὐθείαις,
† ἔδειξεν αὐτῷ βασιλείαν θεοῦ, † καὶ ἔδωκεν αὐτῷ γνῶσιν ἁγίων,
† εὐπόρησεν αὐτὸν ἐν μόχθοις, † καὶ ἐπλήθυνε τοὺς (η) πόνους αὐτοῦ.
11 † Ἐν πλεονεξίᾳ κατισχυόντων αὐτὸν παρέστη, † καὶ ἐπλούτισεν αὐτόν.
12 † Διεφύλαξεν αὐτὸν ἀπὸ ἐχθρῶν, † καὶ ἀπὸ ἐνεδρευόντων ἠσφα-
λίσατο, † καὶ ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, † ἵνα γνῷ, ὅτι
13 παντὸς δυνατωτέρα ἐστὶν (θ) εὐσέβεια. † Αὕτη πραθέντα δί-
καιον οὐκ ἐγκατέλιπεν, † ἀλλὰ ἐξ ἁμαρτίας ἐρρύσατο αὐτόν· † συγ-
κατέβη αὐτῷ εἰς λάκκον,

MS. A. (β) ἔσωσεν (γ) ἔγνω τὸν (α) ἐπὶ* τέκνους (δ) καταβάσιον πῦρ (ε) Ἧς ἔτι μαρτύριον (ς) ἑστηκυίας (ζ) θεραπεύοντας (η) κόπους (θ) ἡ εὐσέβεια.

Propter quem inundatam terram rursus salvavit 4
sapientia, per contemptibile lignum, justum guber-
nans. Hæc & in consensu superbiæ nationibus 5
confusis (c) invenit justum, & conservavit eum
sine querela Deo, & super filii viscera fortem
custodivit. Hæc justum pereuntibus impiis libe- 6
ravit fugientem à descendente igne in Pentapolim:
Quibus (d) in testimonium nequitiæ, fumiga- 7
bunda constat deserta terra, & imperfectis germi-
nibus fructificantes arbores, incredulæ animæ
memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim 8
prætereuntes non tantùm in hoc læsi sunt, ut igno-
rarent bona; sed et insipientiæ suæ reliquerunt (e) ho-
minibus memoriam, ut in his quæ peccaverunt,
nec latere potuissent. Sapientia autem hos qui se 9
observarunt, à laboribus liberavit. Hæc profugum 10
iræ fratris justum deduxit per vias rectas, osten-
dit illi regnum Dei: & dedit illi scientiam sancto-
rum: honestavit illum in laboribus, & complevit
labores illius: In fraude circumvenientium illum 11
affuit, & honestum fecit illum, Custodivit illum ab 12
inimicis, & à seductoribus tutavit. Et certamen
forte dedit illi ut vinceret; Ut sciret, quoniam om-
nium potentior est pietas Hæc venditum justum non 13
dereliquit, sed à peccato liberavit eum. Descendit
cum illo in foveam,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 * ܘܟܕ ܐܬܐ ܛܘܦܢܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܗܝ ܐܚܝܬ ܚܟܡܬܐ. ܒܩܝܣܐ ܦܫܝܛܐ ܙܕܝܩܐ ܢܘܚ.
5 * ܗܕܐ ܟܕ ܐܬܚܫܒܘ ܒܢ̈ܝ ܥܡܡܐ ܘܐܫܕܘ ܢܦܫܗܘܢ ܠܒܝܫܬܐ. ܝܕܥܬ ܠܙܕܝܩܐ. ܘܢܛܪܬܗ ܕܠܐ
ܡܘܡ ܠܐܠܗܐ. ܘܠܐܒܪܗܡ ܒܒܪܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܚܣܝܢܐܝܬ ܢܛܪܬܗ. * ܗܕܐ ܟܕ ܐܒܕܘ ܪ̈ܫܝܥܐ. 6
7 ܠܙܕܝܩܐ ܠܘܛ ܦܨܬܗ. ܕܥܪܩ ܟܕ ܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܥܠ ܚܡܫ ܡܕ̈ܝܢܢ. * ܗܠܝܢ ܕܣܗܕܘܬܐ
ܕܒܝܫܘܬܗܘܢ. ܥܕܟܝܠ ܩܝܡܐ. ܟܕ ܡܬܢܦܚܢ. ܘܚܪ̈ܒܢ ܘܐܝܠܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗܝܢ. ܦܐܪ̈ܐ ܠܐ
ܡܘܠܕܝܢ. ܘܢܦܫܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢܬ. ܩܡܬ ܥܡܘܕܐ ܕܡܠܚܐ. * ܠܐ ܓܝܪ ܚܟܡܬܐ ܥܒܪܘ. 8
ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܘ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܥܒܕܘ ܛܒܬܐ. ܐܠܐ ܕܫܛܝܘܬܗܘܢ ܫܒܩܘ ܕܘܟܪܢܐ
9 ܒܬܒܝܠ. ܕܒܗܠܝܢ ܕܣܟܠܘ ܠܐ ܢܫܬܟܚܘܢ ܕܢܬܛܫܘܢ. * ܚܟܡܬܐ ܕܝܢ ܠܡܫܡܫܢܝܗ ܡܢ ܟܐܒܐ
10 ܦܪܩܬ ܐܢܘܢ. * ܗܕܐ ܠܙܕܝܩܐ ܝܥܩܘܒ ܦܨܬܗ ܟܕ ܥܪܩ ܗܘܐ ܡܢ ܪܘܓܙܗ ܕܐܚܘܗܝ ܥܘܠܐ.
ܘܕܒܪܬܗ ܒܫܒ̈ܝܠܐ ܬܪ̈ܝܨܐ. ܘܚܘܝܬܗ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܝܗܒܬ ܠܗ ܝܕܥܬܐ ܕܩܘܫܬܐ. ܘܐܘܪܒܬܗ
11 ܒܥܡܠܗ. ܘܐܥܬܪܬܗ ܒܥܒ̈ܕܘܗܝ. * ܘܥܡ
12 ܕܠܘܚܡܐ ܕܥܫܘܩܘܗܝ ܩܡܬ ܠܗ. ܘܥܬܪܬܗ: * ܘܢܛܪܬܗ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ.
ܘܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܡܘ ܥܠܘܗܝ ܚܝܠܬܗ. ܘܒܐܓܘܢܐ ܩܫܝܐ ܙܟܝܬܗ. ܕܢܕܥ ܕܚܝܠܬܢܝܬ ܗܝ
13 ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܟܠܡܕܡ. * ܗܕܐ ܠܐ ܫܒܩܬܗ ܠܝܘܣܦ ܙܕܝܩܐ ܟܕ ܐܙܕܒܢ. ܐܠܐ
ܦܨܬܗ ܡܢ ܚܛܝܬܐ. ܘܢܚܬܬ ܥܡܗ ܠܓܘܒܐ.

Cúmque venisset diluvium super terram, 4
iterum servavit sapientia ligno simplici ju-
stum Noë gubernans. Hæc, cùm filii natio- 5
num conspirâssent, seséque in malum effu-
dissent, justum agnovit, eumque immacula-
tum Deo custodivit: & Abraham per fili-
um viscerum *(vel misericordiæ)* potenter
protexit. Hæc pereuntibus impiis, justum 6
Lot eripuit, quòd fugerit quum descenderet
ignis super quinque urbes; Quarum flagi- 7
tii testimonium etiamnum viget, fumiganti-
bus iis, ac desertis existentibus; & arbori-
bus quæ sunt in ipsis, fructus minimè edenti-
bus: animam verò quæ non credidit, colu-
mnam salis erexit. Sapientiam enim excesse- 8
runt, nec ad se redierunt; non solùm quòd
non exercuerint bonum, sed insaniam suam
monimento reliquerint in orbe, ita ut in his
quæ perpetrârunt, occultari minimè potue-
rint. Sapientia verò liberat à doloribus eos 9
qui ministrant illi. Hæc justum Jacob eri- 10
puit dum fugeret ab ira fratris sui iniqui, e-
umque per calles rectos deduxit, & regnum
Dei ostendit illi, deditque ei notitiam veri-
tatis; auxit eum in labore ipsius, eumque in
suis operibus locupletavit; Adversùs inju- 11
riam opprimentium eum affuit illi, & dita-
vit eum; Conservavit eum ab inimicis ejus, 12
& ab his qui surrexerant in eum, firmum
reddidit, & in certamine arduo victorem fe-
cit: ut cognosceret omni re potentiorem
esse timorem Dei. Hæc non deseruit Jo- 13
seph justum, cùm venditus fuit, sed libera-
vit eum à peccato, descenditque cum illo in
foveam:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * فلذلك لما طوفت الارض خلصها الحكمة ايضا * ودبرت الصديق في آلة خشب
5 حقير * هذه لما انصبت الامم الى الاتفاق في الخبث والشر * عرفت الصديق وحفظته
6 لله بلا عيب * وحفظته في تحننه على ولده * هذه نجت الصديق من المنافقين المبادين *
7 وسلمته هاربا لما انحدرت النار على الخمس مدن * التي هي شاهدة الى الآن بشرهم *
مدخنة مقفرة باين * تصوبها تثمر في الاوقات ثمرا غير كامل * والنفس التي لم تصدق
8 لبثت واقفة * فتراها عمود ملح * لانهم تجاوزوا الحكمة فلم يتضرروا ما عرفوا المساوى التي
دهمتهم فقط * بل وخلفوا في العالم لغباوتهم ذكرا * ليلا يمكنهم كتمان الهفوات التي غلطوا
9 10 فيها * فالحكمة انقذت الذين خدموها من الاتعاب والاوجاع * هذه ارشدت صديقا من
غيظ اخيه الى سبل الاستقامة * وارته ملك الله * واعطته معرفة القديسين * واوسعت ايساره
11 12 في اتعابه * واوعبت حضونه في استعمال من تجبر عليه * ووقفت به واغنته * وحفظته
من اعدائه * وصانته من المكمنين له * ودبرته اذ دهمه الجهاد القوي * ليعلم ان العبادة
13 الحسنة اقوى من كل شي * هذه لم تهمل صديقا مبيعا * بل نجته من الخطية * ونزلت
معه الى الجب *

Et ob id obrutam diluvio terram denuò 4
servavit sapientia, & justum vili instru-
mento ligneo direxit. Hæc, quum natio- 5
nes in consensum ad malum ac scelus se-
se profudissent, justum cognovit, eumque
inculpatum Deo servavit, & in ipsius
erga filium suum clementiâ custodivit.
Hæc justum à perditis impiis liberavit, 6
& fugientem salvavit quum super urbes
quinque ignis descendit, Quæ sunt huc- 7
usque testes criminis eorum, fumigantes
ac desertæ manentes, quarum plantæ ali-
quando fructum edunt imperfectum; &
anima quæ non credidit, immota consti-
tit, & statua sali cernitur. Quia sa- 8
pientiam prætergressi sunt, neque consi-
derârunt, non solùm nequitias quæ ca-
ligine eos oppressit, ignorârunt; sed et-
iam insipientiæ suæ memoriam reliqu-
runt in mundo, ne celare possent crimi-
na in quibus aberrârant. Verùm sapi- 9
entia cultores suos à laboribus ac dolo-
ribus eripit. Hæc justum ab ira fra- 10
tris sui ad rectas vias direxit, ipsique
regnum Dei monstravit, & scientiam
sanctorum dedit illi: divitias ejus am-
pliavit in laboribus ejus, & sinus ejus
implevit opibus eorum qui insultaverant
ipsi: Affuit ei, & locupletavit illum: 11
Servavit eum ab hostibus, protexit ab 12
insidiatoribus, cúmque diro certamine
obrueretur, direxit: ut sciret omni re
bonam pietatem esse potentiorem. Hæc 13
venditum non dereliquit justum, sed cum
à peccato liberavit: in foveam unà cum
eo descendit,

C

Versio VULG. LAT.

14 Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi
sceptrum regni, & potentiã adversus eos, qui eum de-
primebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt
15 illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc populũ
justum, & semen sine querela, liberavit à nationibus,
16 quæ illum deprimebant. Intravit in animã servi Dei,
& stetit contra reges horrendos in portentis & signis.
17 Et reddidit justis mercedem laborum suorum, & de-
duxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento
18 diei, & in luce stellarum per noctem: Transtulit illos
per mare rubrum, & transvexit illos per aquam nimi-
19 am. Inimicos autẽ illorũ demersit in mare, & ab alti-
tudine inferorum eduxit illos. Ideò justi tulerunt spo-
20 lia impiorum, Et decantaverunt Dñe nomen sanctum
tuum, & victricẽ manum tuam laudaverunt pariter:
21 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas
infantium fecit disertas.

CAP. XI.

1 Direxit opera eorum in manibus prophetæ sancti.
2 Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in
3 locis desertis fixerunt casas. Steterunt contra hostes,
4 & de inimicis se vindicaverunt. Sitierunt, & invo-
caverunt te, & data est illis aqua de petra altissima, &
5 requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas
passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui, & in
6 eis, cùm abundarent filii Israël, lætati sunt; Per hæc,
cùm illis deessent, benè cum illis actum est.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 † Καὶ ἐν δεσμοῖς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, † ἕως ἤνεγκεν αὐτῷ σκῆπτρα
βασιλείας † καὶ ἐξουσίαν τυραννούντων αὐτοῦ· † ψευδεῖς τε ἔδειξε τοὺς
15 μωμησαμένους αὐτὸν, † καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δόξαν αἰώνιον. † Αὕτη
λαὸν ὅσιον καὶ σπέρμα ἄμεμπτον † (ι) ἐῤῥύσατο ἐξ ἔθνους θλιβόντων.
16 † Εἰσῆλθεν εἰς ψυχὴν θεράποντος κυρίου, † καὶ ἀντέστη βασιλεῦσι
17 φοβεροῖς ἐν τέρασι καὶ σημείοις. † Ἀπέδωκεν (κ) ὁσίοις μισθὸν
κόπων αὐτῶν, † ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ὁδῷ θαυμαστῇ, † καὶ ἐγένετο
αὐτοῖς εἰς σκέπην ἡμέρας, † καὶ εἰς φλόγα (λ) ἄστρων τὴν νύκτα.
18 † Διεβίβασεν αὐτοὺς θάλασσαν ἐρυθρὰν, † καὶ διήγαγεν αὐτοὺς δι᾽
19 ὕδατος πολλοῦ. † Τοὺς δὲ ἐχθροὺς αὐτῶν (μ) κατέκλυσε, † καὶ ἐκ βάθους
ἀβύσσου ἀνέβρασεν αὐτούς. † Διὰ τοῦτο δίκαιοι ἐσκύλευσαν ἀσε-
20 βεῖς, † Καὶ ὕμνησαν κύριε τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, † τήν τε ὑπέρμα-
21 χόν σου χεῖρα ᾔνεσαν ὁμοθυμαδόν. † Ὅτι ἡ σοφία ἤνοιξε στόμα
κωφῶν, † καὶ γλώσσας νηπίων ἔθηκε τρανάς.

MS. A. (ι) ἐρύσατο (κ) μισθὸν ὁσίοις (λ) ἀστέρων (μ) κατέκλυσε,

ΚΕΦ. ιά.

1
2 † Εὐόδωσε τὰ ἔργα (α) αὐτῶν ἐν χειρὶ προφήτου ἁγίου. † Διώ-
3 δευσαν ἔρημον ἀοίκητον, † καὶ ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς. † Ἀν-
4 τέστησαν πολεμίοις (β) καὶ ἠμύναντο ἐχθρούς. † Ἐδίψησαν καὶ
ἐπεκαλέσαντό σε, † καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ,
5 † καὶ ἴαμα δίψης ἐκ λίθου σκληροῦ. † Δι᾽ ὧν γὰρ ἐκολάσθησαν οἱ ἐχθροὶ
6 αὐτῶν, † Διὰ τούτων αὐτοὶ ἀποροῦντες εὐεργετήθησαν.

MS. A. (α) αὐτοῦ ἐν χειρὶ προφητῶν ἁγίων. (β) καὶ ἐχθροὺς ἠμύναντο.

Et in vinculis non dereliquit illum; donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit, qui maculaverant illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc populum justum, & semen sine querela liberavit à natione eorum qui illum opprimebant. Intravit in animam servi Domini, & stetit contra reges horrendos in portentis, & signis. Reddidit justis mercedem laborum suorum, deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamentum die, & in lucem stellarũ per noctem. Transtulit illos per mare rubrum, & transvexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit, & de profundo abyssi ejecit eos. Ideo justi tulerunt spolia impiorum, Et decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter. Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI.

Direxit opera eorum in manu prophetæ sancti. Iter fecerunt per desertum, quod non habitabatur, & in inviis fixerunt casas. Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicaverunt. Sitierunt, & invocaverunt te: & data est illis aqua de petra durissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum; Per hæc cum iis quibus deerat, bene actum est.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 * ܘܒܐܣܘܪܐ ܠܐ ܫܒܩܬܗ. ܥܕܡܐ ܕܝܗܒܬ ܠܗ ܫܒܛܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܫܘܠܛܢܐ ܥܠ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܛܠܡܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܚܘܝܬ ܕܕܓܠܝܢ ܐܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܕܝܘ ܒܗ ܡܘܡܐ.
15 ܘܝܗܒܬ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ. * ܗܢܐ ܦܪܩܬ ܠܥܡܐ ܚܣܝܐ. ܘܠܙܪܥܐ ܕܠܐ ܡܘܡ.
16 ܦܪܩܬ ܡܢ ܥܡܐ ܕܐܠܨ ܐܢܘܢ. * ܘܥܠܬ ܒܢܦܫܐ ܕܥܒܕܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܩܡܬ ܠܘܩܒܠ
17 ܫܠܝܛܢܐ ܘܡܠܟܐ. ܒܐܬܘܬܐ ܘܒܬܕܡܪܬܐ. * ܘܝܗܒܬ ܠܩܕܝܫܐ ܐܓܪܐ ܕܥܡܠܗܘܢ. ܘܕܒܪܬ
ܐܢܘܢ ܒܐܪܥܐ ܬܡܝܗܬܐ. ܘܗܘܬ ܠܗܘܢ ܠܡܛܠܠܐ ܒܐܝܡܡܐ. ܘܚܠܦ ܙܗܪܐ ܕܟܘܟܒܐ
18
19 ܒܠܠܝܐ. * ܘܕܒܪܬ ܐܢܘܢ ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܕܚܝܠܐ. ܘܗܠܟܬ ܐܢܘܢ ܒܡܝܐ ܣܓܝܐܐ. * ܘܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ
20 ܡܝܐ ܒܠܥܘ ܐܢܘܢ. ܘܡܢ ܥܘܡܩܐ ܕܬܗܘܡܐ ܐܣܩܬ ܐܢܘܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܙܕܝܩܐ
ܗܘܘ ܠܡܟܫܠܐ ܠܪܫܝܥܐ. ܘܫܡܐ ܕܩܘܕܫܟ ܡܪܝܐ ܒܦܘܡܐ ܚܕ ܫܒܚܘ. ܘܠܐܝܕܟ ܥܫܝܢܬܐ ܓܢܒܪܐ
21 ܐܟܚܕܐ ܫܒܚܘ. * ܡܛܠ ܕܦܘܡܐ ܕܚܪ̈ܫܐ ܦܬܚܬ ܚܟܡܬܐ. ܘܠܫܢܐ ܕܝܠܘܕܐ ܥܒܕܬ
ܡܦܫܩܢܝܬܐ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܐ *

1
2 * ܘܬܘܒ ܬܪܨܬ ܥܒܕܝܗܘܢ ܒܐܝܕܐ ܕܢܒܝܐ ܩܕܝܫܐ. * ܘܗܠܟܘ ܒܡܕܒܪܐ ܕܠܐ ܡܬܥܡܪ. ܘܒܐܬܪܐ ܕܠܐ
3
4 ܕܪܝܫ. ܢܨܒܘ ܡܫܟܢܝܗܘܢ. * ܘܩܡܘ ܒܩܪܒܐ. ܘܡܚܘ ܠܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. * ܘܨܗܝܘ ܥܡܟ
ܘܩܪܘ ܠܟ. ܘܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܟܐܦܐ ܕܛܪܢܐ. ܡܝܐ. ܘܐܣܝܘܬܐ ܕܨܗܝܗܘܢ. ܡܢ ܟܐܦܐ
5
6 ܚܣܝܢܬܐ. * ܒܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܐܬܦܪܥܘ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. * ܗܢܘܢ ܣܦܩܘ.

Et in vinculis non dereliquit eum, donec dedit ei sceptrum regni, & potestatem in eos qui vim intulerant illi: & ostendit mendaces esse eos qui criminis eum insimulârant, deditque illi gloriam in æternum. Hæc redemit populũ gratiosũ, & semẽ immaculatum liberavit à gente quæ afflixerat eos, Et intravit in animam servi Domini, restititque potestatibus ac regibus per signa & prodigia. Reddidit sanctis mercedem laboris eorum, & deduxit eos per terram mirabilem, & fuit ipsis umbraculo interdiu, & vice splendoris siderei noctu: Duxitque eos per horrendum mare Suph, & ambulare fecit eos per aquas ingentes: Hostes autem eorum obruerunt aquæ: illos verò ex profunditate abyssi extraxit. Idcircò justi obstaculo fuerunt impiis, & nomen sanctum tuum Domine, uno ore laudaverunt, manumque tuam validam ô Bellator, unà celebrârunt. Nam os mutorum aperuit sapientia, & linguam infantium reddidit argutam.

CAP. XI.

Præterea direxit opera eorum prophetæ sancti ministerio: Et per desertum inhabitabile iter fecerunt, & in loco invio tentoria fixerunt: Steterunt in prælis, & suos percusserunt hostes. Sitierunt populus tuus, teque invocaverunt, & è lapide silicis dedisti eis aquas, & sitis remedium è saxo durissimo. In quibus enim se vindicaverunt de inimicis suis, Ipsi damnum passi sunt;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14 * ولم يتركه في قيوده * الى ان فوضت اليه لوا الملك وسلطانا على الذين جاروا
15 عليه * واظهرت الذين اعابوه كذبة * ومنحته شرفا ابديا * هذه انقذت شعبا
16 بارا ونسلا لا عيب فيه من امة جائرة * اذ دخلت الى نفس خادم الرب * فقاوم
17 ملوكا مرهوبين بالجرائح والايات * ومنحتهم اجر اتعابهم * وارشدتهم في طريق
18 عجيب * وصارت لهم في النهار ظلالا * وفي الليل عوض اشراق النجوم شعاعا * واجازتهم
19 بحرا مرهوبا * وعبرتهم في ماء غزير * وقصمت عداتهم * واصعدتهم من قعر العمق *
20
21 * فلهذا استسلب الصديقون المنافقين * وسبحوا اسمك القدوس يا رب * ومجدوا كلهم
يدك القاهرة * لان الحكمة فتحت فم الصم * وجعلت السن الاطفال فصيحة *

* الفصل الحادي عشر *

1
2 * لانه يسر اعماله بيد النبي القدوس * فسلكوا قفرا لم يسكن * وضربوا مضاربهم في
3
4 مواضع غير مسلوكة * قاوموا المحاربين * وانتصروا من الاعداء * عطشوا فاستعانوا بك *
5 فمنحوا ماء من صخر صلد * وسقا عطشهم من حجر صلب * لان بهذه الاشياء عذب
6 اعداءهم * وبهذه احسن اليهم لما اعسروا *

Nec deseruit eum in vinculis ejus, donec largita est ei sceptrum regni, & potestatem in eos qui oppresserant illum; mendaces declaravit eos qui criminati fuerant illum, & gloriam ei conciliavit æternam. Hæc populum innoxium & inculpatam progeniem eripuit à gente contristante, Ingrediens in animam servi Domini, qui tremendis regibus per miracula signáque restitit. Ipsa quoque mercedem laborum eorum dedit illis, deduxit eos per viam mirabilem, & fuit illis interdiu umbra, noctu verò vice fulgoris stellarum, splendor. Trajecit eos mare formidandum, & per aquam plurimam traduxit illos: Hostes eorum confregit, ipsos autem ex imo profundi extraxit. Ideò justi spoliaverunt impios, & nomen sanctum tuum decantaverunt O Domine, & omnes victricem manum tuam laudaverunt. Etenim sapientia aperuit os mutorum & linguas infantium disertas reddidit.

CAP. XI.

Quoniam ipse facilia reddidit opera per manum sancti prophetæ, Ideò per desertum inhabitatum ambulârunt, & tentoria sua fixerunt in locis inaccessis: Bellum contra se gerentibus restiterunt, & victoriam ab inimicis reportârunt. Sitientes te invocaverunt, & data est illis aqua de petra durissima, & è lapide solidissimo sitim eorum irrigavit. Per has enim res cruciavit hostes eorum, Et per has easdem beneficit illis quum penuriâ laborârunt.

Versio VULGATA.

7 Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanū
8 sanguinem dedisti injustis. Qui cùm minuerentur in
traductione infantium occisorum, dedisti illis abun-
9 dantem aquam insperatè, Ostendens per sitim, quæ
tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & adversa-
rios illorum necares. Cùm enim tentati sunt, & qui-
10 dem cum misericordia disciplinam accipientes, scie-
runt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta
11 paterentur. Hos quidem tanquam pater monens pro-
bâsti: illos autem tanquam durus rex interrogans con-
12 demnasti. Absentes enim & præsentes similiter tor-
13 quebantur. Duplex enim illos acceperat tædium, &
14 gemitus cum memoria præteritorum. Cùm enim au-
dirent per sua tormenta benè secum agi, commemora-
15 ti sunt Dñm, admirantes in finem exitus. Quem enim
in expositione prava projectū deriserunt, in finē even-
16 tus mirati sunt, non similiter justis sitientes. Pro cogi-
tationib⁹ autē insensatis iniquitatis illorū, quòd quidā
errantes colebant mutos serpentes, & bestias superva-
cuas, immisisti illis multitudinem mutorū animaliū in
17 vindictam: Ut scirent, quia per quæ peccat quis, per
18 hæc & torquetur. Non enim impossibilis erat omni-
potens manus tua, quæ creavit orbē terrarū ex materia
invisa, immittere illis multitudinē ursorū, aut audaces
19 leones, Aut novi generis ira plenas ignotas bestias,
aut vaporem ignitū spirantes, aut fumi odorē profe-
rentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

7 †Ἀντὶ μὲν πηγῆς (γ) ἀενάου ποταμοῦ αἵματι λυθρώδει (δ) ταρα-
8 χθέντες † Εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, † ἔδωκας
9 αὐτοῖς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνελπίστως· † Δείξας διὰ τοῦ τότε
10 δίψους † πῶς τοὺς ὑπεναντίους ἐκόλασας. † Ὅτε γὰρ ἐπειράσθησαν,
καίπερ ἐν ἐλέει παιδευόμενοι, † ἔγνωσαν πῶς ἐν ὀργῇ κρινόμενοι
11 ἀσεβεῖς ἐβασανίζοντο. † Τούτους μὲν γὰρ ὡς πατὴρ νουθετῶν ἐδο-
12 κίμασας, † ἐκείνους δὲ ὡς ἀπότομος βασιλεὺς καταδικάζων ἐξήτασας.
13 † Καὶ ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες ὁμοίως ἐτρύχοντο. † Διπλῆ γὰρ αὐ-
14 τοὺς ἔλαβε λύπη, † καὶ στεναγμὸς μνημῶν τῶν (ε) παρελθουσῶν. † Ὅτε
γὰρ ἤκουσαν διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων † εὐεργετουμένους αὐτούς, ᾔσθοντο
15 τοῦ κυρίου. † (ζ) Τὸν γὰρ ἐν ἐκθέσει πάλαι ῥιφέντα ἀπεῖπον χλευά-
ζοντες, † ἐπὶ τέλει τῶν ἐκβάσεων (η) ἐθαύμασαν, † οὐχ ὅμοια
16 δικαίοις διψήσαντες. † Ἀντὶ δὲ λογισμῶν ἀσυνέτων ἀδικίας αὐτῶν,
† ἐν οἷς πλανηθέντες ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ καὶ (θ) κνώδαλα εὐτελῆ,
17 † ἐπαπέστειλας αὐτοῖς πλῆθος ἀλόγων ζώων εἰς ἐκδίκησιν, † Ἵνα
18 γνῶσιν ὅτι δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται. † Οὐ γὰρ
ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ † καὶ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ
ἀμόρφου ὕλης, † ἐπιπέμψαι αὐτοῖς πλῆθος ἄρκτων, ἢ θρασεῖς
19 λέοντας, † Ἢ (ι) νεοκτίστους θυμοῦ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, † ἤτοι
πυρπνόον φυσῶντας ἄσθμα, † ἢ (κ) βρόμους λικμωμένους καπνοῦ,
† ἢ δεινοὺς ἀπ' ὀμμάτων σπινθῆρας ἀστράπτοντας·

MS. A. (γ) ἀενάου (δ) ταραχθέντος (ε) παρελθόντων. (ζ) Ὃν γὰρ (η) ἐ-
θαύμαζον, (θ) *κνώδαλα (ι) νεοκτίστου (κ) βρόμον

Cum Translatione LATINA.

Nam pro fonte sempiterni fluminis sanguine im- 7
mundo (a) turbati In redargutionem præcepti de oc- 8
cidendis parvulis; dedisti ipsis abundantem aquam
insperatè: Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quo- 9
modo adversarios punivisses. Cum enim tentati 10
sunt, & quidem cum misericordia disciplinam ac-
cipientes; scierunt, quemadmodum cum ira judica-
ti impii tormenta passi sint. Hos siquidem tanquam 11
pater monens probâsti: illos autem, tanquam rex du-
rus condemnans interrogâsti. Et absentes autem & 12
præsentes similiter torquebantur. Duplex enim tæ- 13
dium accepit illos, & gemitus cum memoria præte-
ritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene 14
cum illis agi; senserunt Dominum. Quem enim in 15
expositione olim projectum repudiaverunt deriden-
tes; in fine eventuum mirati sunt, non similiter ju-
stis sitientes. Pro cogitationibus autem insensatis 16
iniquitatis illorum, quia quidem errantes colebant
mutos serpentes, & bestias supervacuas; immi-
sisti illis multitudinem mutorum animalium in vin-
dictam; Ut scirent, quia per quæ peccat quis; per 17
hæc torquetur. Non enim impotens erat omnipotens 18
manus tua, & quæ creavit orbem terrarum ex (b)
informi materia, immittere illis multitudinem ur-
sorum, aut audaces leones, Aut novi generis ira 19
plenas ignotas bestias, aut vaporem igneum spiran-
tes, aut proferentes odores fumi, aut horrendas ab
oculis scintillas emittentes.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 ܘܚܠܦ ܡܒܘܥܐ ܝܗܝܒ ܠܗܘܢ܆ ܢܗܪܐ ܕܡܐ ܕܡܝܐ ܣܘܡܩܐ ܕܪܕܝܢ܀ ܠܡܟܣܢܘܬܐ
8 ܕܛܠܝܐ ܕܐܬܦܩܕܘ ܠܡܬܩܛܠܘ܂ ܘܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܡܝܐ ܒܚܝܐ ܛܒܐ ܕܠܐ ܡܚܣܪܝܢ܀ ܡܛܠ
9 ܗܢܐ ܚܘܝܬ ܕܒܨܗܝܐ ܗܘ ܢܣܒܬ ܦܘܪܥܢܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ܀ ܟܕ ܐܬܢܣܝܘ ܓܝܪ ܐܢܘܢ܀ ܟܕ ܐܬܪܕܝܘ
10 ܒܡܪܚܡܢܘܬܐ ܘܐܬܟܪܝܘ ܐܢܘܢ܀ ܘܝܕܥܘ ܕܒܚܡܬܐ ܡܬܢܓܕܝܢ ܘܡܬܦܪܣܝܢ ܪܫܝܥܐ܀ ܠܗܠܝܢ
11 ܓܝܪ ܐܝܟ ܐܒܐ ܓܒܝܬ ܘܒܝܐܬ ܘܟܘܢܬ܂ ܠܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܩܫܝܐ܂ ܩܛܠܬ ܘܚܝܒܬ܂
12 ܠܪܚܝܩܐ ܘܠܩܪܝܒܐ ܡܚܝܬ ܐܢܘܢ܀ ܘܡܚܐ ܥܦܝܦܐ ܢܣܒܬ ܐܢܘܢ܂ ܘܥܡ ܬܢܚܬܐ
13
14 ܕܥܘܗܕܢܐ ܕܗܠܝܢ ܕܥܒܪ܀ ܡܛܠ ܕܫܡܥܘ ܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܗܘܢ܂ ܕܡܢ ܛܝܒܘܬܐ ܠܐ
ܝܕܥܘ ܠܡܪܝܐ܀ ܐܠܐ ܡܒܙܚܝܢ ܗܘܘ ܒܡܕܡ ܕܓܕܫ ܠܗܘܢ܂ ܘܒܫܘܠܡܐ ܕܣܘܥܪܢܝܗܘܢ܂
15 ܐܬܕܡܪܘ܂ ܘܩܥܬܗܘܢ ܠܐ ܗܘܬ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗܘܢ܂ ܕܒܠܐ ܗܘܬ ܣܘܟܠܐ܂ ܗܟܢܐ
16 ܗܘܬ ܪܘܫܥܗܘܢ܀ ܡܛܠ ܕܐܢܘܢ ܛܥܘ ܘܦܠܚܘ ܠܪܚܫܐ ܘܠܚܝܘܬܐ ܕܠܐ ܡܡܠܠܢ܂
17 ܘܐܦ ܐܢܬ ܫܕܪܬ ܒܗܘܢ ܠܨܥܪܐ ܚܝܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܠܐ ܡܡܠܠܢ܂ ܠܦܘܪܥܢܐ܀ ܕܢܕܥܘܢ
18 ܕܒܡܕܡ ܕܡܣܟܠ ܐܢܫ܂ ܒܗ ܡܬܕܝܢ ܘܡܬܦܪܥ܀ ܠܐ ܗܘܬ ܓܝܪ ܚܣܝܪܐ ܠܘܬܟ
ܚܝܠܬܢܘܬܐ܆ ܗܝ ܕܒܪܬ ܥܠܡܐ ܡܢ ܗܘܠܐ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥܐ܂ ܡܨܐ ܗܘܝܬ ܓܝܪ ܠܡܫܕܪܘ ܥܠܝܗܘܢ ܕܐܒܐ
19 ܣܓܝܐܐ܂ ܐܘ ܚܡܬܐ ܕܐܪܝܘܬܐ܀ ܐܘ ܙܠܝܩܐ ܕܒܪܩܐ ܕܚܝܠܐ܂ ܐܘ ܚܡܬܐ ܕܚܝܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܕܠܐ ܝܕܝܥܢ܂ ܐܘ ܢܘܪܐ ܕܢܫܒܐ ܘܐܟܠܐ܂ ܐܘ ܚܝܠܐ ܕܬܢܢܐ ܕܬܢܢܐ܂ ܐܘ ܙܠܝܩܐ ܕܒܪܩܐ ܕܙܠܩܝܢ܂

Et pro fonte datum est eis flumen sanguinē 7
aquæ rubræ manans, Ad correptionem pro 8
pueris qui ex edicto cæsi fuerant, quibus &
aquam dedisti in optima illa vita quæ non de-
ficit. Propterea ostendisti quòd per sitim 9
ultionem sumpseris ab adversariis. Ubi ten- 10
tati sunt, & clementer castigâsti & rexisti
eos, cognoverunt quòd in iracundia flagel-
lantur ac lacerantur impii. Hos quidem ut 11
pater elegisti, consolatus es, & prædicâsti:
illos autem ut rex severus occidisti & con-
demnâsti. Remotos ac propinquos contri- 12
visti: Et duplex mœror cepit eos, cum ge- 13
mitu memoriæ rerum præteritarum. Quo- 14
niam audierunt salutem propriam qui bene-
ficio accepto Dominum non cognoverunt.
Imò deridebant quod sibi acciderat. At in 15
fine eventuum suorum obstupuerunt; & cla-
mor eorum non successit pro votis ipsorum,
quòd ea sine intellectu *emissa* essent. Tanta
erat impietas illorum. Quoniam ipsi aber- 16
rârunt & servierunt reptilibus & belluis ir-
rationalibus, tu quoque in eos immisisti, ad
contumeliam, belluas multas irrationales, in
retributionem: Ut scirent per quæ quis de- 17
sipienter agit, per eadem judicandum ac mu-
nerandum esse. Neque enim exhausta apud 18
te fuerat illa potentia quæ secula creavit ex
ignota materia; siquidem poteras in eos im-
mittere multos lupos, aut furorem leonum, 19
Aut horrendorum fulgurum scintillas, aut
iram multarum bestiarum ignotarum, aut i-
gnem flatu excitatum ac devorantem, aut fu-
migantis fumi violentiam, aut scintillantium
fulgurum impetum;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

7 * بدل ينبوع النهر المتدفق * اذ كدروه اوليك بدم القتلا * اعطيتهم ماء غزيرا انبعته بلا
8 9 تأميل * توبيخا للأمر القاتلة للأطفال * فلذلك عاقبت المقاومين اذ عطشوا حين جربوا *
10 11 وذلك انهم برحمة ادبوا * فعرفوا كيف لما حوكم المنافقون عذبوا بالسخط * لانك مثل
12 الوالد واعظ اختبرت هولاي * ومثل ملك صارم مداين استفحصت اوليك * وبهذه الصورة
13 14 اشقيتهم غايبين وحاضرين * لانهم اشتملهم حزن مضعف وحنين تذكار سوء الفهم * اذ
15 سمعوا ان قد احسن اليهم في عقوباتهم * واستلذوها لدى الرب * لان الذي القي في
المكروه ايضا ايسوا منه هاربين * وتعجبوا من كمال نفوذ الامور * لانهم ما عطشوا نظير
16 ما عطش المقسطون * وعوض افكار ظلمهم التي لا فهما فيها * التي لما ضلوا بها عبدوا
الدواب الفاقدة النطق والانعام الحقيرة * ارسلت عليهم الانتقام ككثرة الحيوان الذي
17 18 لا ينطق * ليعرفوا ان الاشياء التي يخطي بها الانسان بها يعاقب * لان لم يصعب على يدك
القادرة على كل شي * التي خلقت العالم من هيولي لا صورة لها * ان تبعث عليهم كثرة
19 ذياب او سباعا جسورة * او وحوشا مرعبة * غضبا شديدا * اختراعه غير معروف * او نافخة نارا
هايجة مقصفة او منسعة * نافثة قتام الدخان * او مبرقة من اعينها شرارا ملهبا مولما *

Pro fonte fluminis abundè manante, quòd 7
illi interfectorum cruore eum turbârint,
his aquam dedisti uberrimam, quam præ-
ter spem scaturire fecisti, In redargutio- 8
nem edicti de pueris occidendis. Qua- 9
propter punivisti reluctantes, cùm siti-
vissent quando tentati fuerunt. Nam quia 10
benignè castigati fuerant, cognoverunt
quomodo impii, qui damnantur, iracundè
puniantur. Siquidem hos tanquam pater 11
admonens probâvisti; illos autem tan-
quam rex durus judicium exercens in-
quisivisti, Et eos hac ratione absentes 12
ac præsentes vexâsti. Duplex enim mœror 13
occupaverat eos, & dolor memoriæ de-
pravati sensûs, Ubi audierunt benè se- 14
cum in suis cruciatibus actum esse, &
voluptatem ex iis ante Dominum se per-
cepisse. Illum enim qui inter abominan- 15
da abjectus fuerat, etiam fugientes de-
sperârunt, & extremum rerum exitum
mirati sunt: quia non sitiverunt eodem
modo quo sitiverant justi. Et pro impiis 16
eorum cogitationibus intellectu carenti-
bus, quibus seducti belluas rationis ex-
pertes vilesque pecudes adorârunt, ultio-
nem in eos immisisti juxta multitudinem
animantium irrationalium: Ut discerent 17
per quæ quis peccat, per ea puniri. Neque 18
verò difficile erat manui tuæ omnipoten-
ti quæ mundum ex informi materia con-
didit, immittere in eos multitudinem lu-
porum, aut leones audaces, Aut feras 19
horrendas, dirum ignotæ sufflationis fu-
rorem, aut spirantes ignem perflantem
atque procellosum aut extirpantem, ef-
flantes vaporem fumi, aut fulminantes
ex oculis scintillas ardentes doloreque
plenas.

Versio VULG. LAT.

20 Quarum non solùm læsura poterat illos exterminare,
21 sed & aspectus per timorem occidere. Sed & sine his
uno spiritu poterant occidi persecutionē passi ab ipsis
factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ : sed
omnia in mensura, & numero, & pondere dispo-
22 suisti. Multum enim valere, tibi soli supererat sem-
23 per : & virtuti brachii tui quis resistet ? Quoniā tan-
quam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarū,
& tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in
24 terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes, &
25 dissimulas peccata hominū propter pœnitentiam. Di-
ligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ
fecisti : nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.
26 Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu vo-
luisses ? aut quod à te vocatū non esset, conservaretur ?
27 Parcis autē omnibus : quoniā tua sunt Dñe, qui amas
animas.

CAP. XII.

1 O Quàm bonus & suavis est Domine spiritus tuus
2 in omnibus ! Ideóq; eos, qui exerrant, partibꝰ cor-
ripis : & de quibus peccant, admones & alloqueris :
3 ut relicta malitia, credant in te Domine. Illos enim
antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorru-
4 isti, Quoniam odibilia opera tibi faciebant per me-
5 dicamina, & sacrificia injusta, Et filiorum suorum ne-
catores sine misericordia, & comestores viscerū homi-
nū, & devoratores sanguinis à medio sacramēto tuo,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

20 †Ὧν οὐ μόνον ἡ βλάβη ἠδύνατο (λ) συνεκτρίψαι αὐτοὺς, †ἀλλὰ καὶ ἡ
21 ὄψις ἐκφοβήσασα διολέσαι. †Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, ἑνὶ πνεύματι πε-
σεῖν ἐδύναντο †ὑπὸ τῆς δίκης διωχθέντες, †καὶ λικμηθέντες ὑπὸ πνεύ-
ματος δυνάμεώς σου, †ἀλλὰ πάντα μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ διέ-
22 ταξας. †Τὸ γὰρ μεγάλως ἰσχύειν (μ) πάρεστί σοι πάντοτε, †καὶ κράτει βρα-
23 χίονός σου τίς ἀντιστήσεται; †Ὅτι ὡς ῥοπὴ ἐκ πλαστίγγων ὅλος
ὁ κόσμος ἐναντίον σου, †καὶ ὡς ῥανὶς δρόσου ὀρθρινὴ κατελθοῦσα
24 ἐπὶ γῆν. †Ἐλεεῖς δὲ πάντας, ὅτι πάντα δύνασαι, †καὶ παρορᾷς
25 ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν. †Ἀγαπᾷς γὰρ τὰ ὄντα
πάντα, καὶ (ν) οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας, †οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι
26 κατεσκεύασας. †Πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας; †ἢ
27 τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη; †Φείδῃ δὲ πάντων, ὅτι σά
(ξ) ἐστι δέσποτα φιλόψυχε.

MS. A. (λ) ἐκτρίψαι (μ) σοι πάρεστιν (ν) οὐδένα (ξ) ἐστὶν πάντα, δέσποτα

ΚΕΦ. ιβ΄.

1 †Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι. †Διὸ τοὺς παρα-
2 πίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις, †ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν ὑπομιμνή-
σκων νουθετεῖς, †ἵνα ἀπαλλαγέντες τῆς κακίας (α) πιστεύσωσιν ἐπὶ
3 σὲ κύριε. †Καὶ γὰρ τοὺς παλαιοὺς οἰκήτορας τῆς ἁγίας σου γῆς
4 †μισήσας, Ἐπὶ τῷ ἔχθιστα πράσσειν ἔργα φαρμακειῶν, †καὶ τελε-
5 τὰς ἀνοσίους, Τέκνων τε φονέας ἀνελεήμονας, †καὶ σπλαγχνοφάγων
ἀνθρωπίνων σαρκῶν θοῖναν, καὶ αἵματος †ἐκ μέσου (β) μυσταθείας σου,

MS. A. (α) πιστεύσωσιν (β) μύστας θιάσου,

Quarum non solùm læsura poterat illos extermina- 20
re, sed & aspectus per timorem occidere. Sed & 21
sine his uno spiritu poterant occidi, persequutio-
nem passi ab ipso judicio, & dispersi per spiritum
virtutis tuæ. Sed omnia mensura, & numero, &
pondere disposuisti. Multum enim valere tibi su-
perest semper : & virtuti brachii tui quis resistet ? 22
Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est totus 23
orbis terrarum ante te, & tanquam gutta roris an-
telucana, quæ descendit in terram. Sed misereris 24
omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas pecca-
ta hominum propter pœnitentiā. Diligis enim omnia 25
quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Neque
enim odio habens aliquid, (c) constituisses. Quomodo 26
autē posset aliquid permanere, nisi tu voluisses ? aut,
quod à te vocatum non esset, conservaretur ? Parcis 27
autem omnibus, quoniā tua sunt Domine, qui amas
animas.

CAP. XII.

Incorruptus (a) enim spiritus tuus est in omni- 1
bus. Ideò hos, qui exerrant, (b) partibus corripis, 2
& de quibus peccant, admonens (c) alloqueris, ut re-
licta malitia credant in te Domine. Et illos enim 3
antiquos inhabitatores sanctæ terræ tuæ odiens,
Quoniam odibilia opera faciebant per medicami- 4
na, & (d) sacrificia injusta, Et filiorum suorum 5
necatores sine misericordia, & (e) comestorum vi-
scerum humanarum carnium convivium, & san-
guinis à (f) medio sacramento suo,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 * ܘܗܠܝܢ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܚܒܠܢܘܬܗܘܢ ܒܠܚܘܕܝܗ ܡܨܝܐ ܗܘܬ ܀ ܐܠܐ ܐܦ ܚܙܘܗܝܢ ܡܣܦܩ
21 ܠܡܚܒܠܘ ܐܢܘܢ܂ * ܘܬܘܒ ܕܝܢ ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ܂ ܡܣܦܩ ܗܘܝܬ ܒܪܘܚܐ ܚܕܐ ܠܡܚܒܠܘ ܘܠܡܘܒܕܘ
ܐܢܘܢ܂ ܟܕ ܕܚܝܩܝܢ ܡܢ ܩܕܡ ܦܘܪܥܢܟ܂ ܘܡܬܒܕܪܝܢ ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܝ ܪܘܚܟ ܀
22 ܐܠܐ ܟܠܡܕܡ ܒܟܝܠܐ܂ ܘܒܡܢܝܢܐ ܘܒܡܬܩܠܐ ܐܝܬܝܬ ܥܠܝܗܘܢ܂ * ܡܛܠ ܕܪܘܪܒܬܐ ܒܟܠ
23 ܙܒܢ ܩܝܡܢ ܩܕܡܝܟ܂ ܘܩܘܡ ܕܪܥܐ ܕܝܡܝܢܟ܂ ܡܢܘ ܡܨܐ ܠܡܩܡ܂ * ܐܝܟ ܪܦܦ ܥܝܢܐ ܗܘ
24 ܩܕܡܝܟ ܟܠܗ ܓܘܫܡܗ ܕܥܠܡܐ܂ ܘܐܝܟ ܡܝܐ ܕܛܠܐ ܕܨܦܪܐ ܕܢܚܬ ܥܠ ܐܪܥܐ܂ * ܡܪܚܡ
ܐܢܬ ܥܠ ܟܠ܂ ܕܠܟܠ ܡܛܝܒ ܐܢܬ܂ ܘܡܥܒܪ ܐܢܬ܂ ܣܟܠܘܬܗܘܢ ܕܒܢܝܢܫܐ ܟܕ ܬܝܒܝܢ܂
25 * ܪܚܡ ܐܢܬ ܠܟܠ܂ ܘܡܕܡ ܠܐ ܡܣܠܐ ܐܢܬ ܡܢ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ܂ ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܣܢܐ
26 ܗܘܝܬ ܡܕܡ܂ ܠܐ ܥܒܕ ܗܘܝܬ ܠܗ܂ * ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܕܡ܂ ܐܠܘܠܐ ܕܨܒܝܬ
27 ܐܢܬ܂ ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܡܬܢܛܪ ܗܘܐ ܡܕܡ܂ ܐܠܘܠܐ ܕܐܢܬ ܦܩܕܬ܂ * ܚܐܣ ܐܢܬ ܥܠ ܟܠ܂
1 ܕܝܠܟ ܗܘ ܟܠ ܡܪܝܐ܂ * ܩܦܠܐܘܢ * ܝܒ * ܪܚܡ ܐܢܬ
2 ܢܦܫܬܐ܂ ܡܛܠ ܕܪܘܚܟ ܛܒܬܐ ܥܡܪܐ ܒܟܠ܂ * ܘܠܗܢܘܢ ܕܣܟܠܝܢ܂ ܩܠܝܠ ܩܠܝܠ
ܡܟܣ ܐܢܬ ܠܗܘܢ܂ ܒܡܕܡ ܕܚܛܝܢ ܡܟܣ ܐܢܬ ܘܡܘܕܥ ܐܢܬ ܀ ܕܢܦܪܩܘܢ ܡܢ
3 ܒܝܫܬܐ܂ ܘܢܗܝܡܢܘܢ ܒܟ ܡܪܝܐ ܀ * ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܗܠܝܢ ܩܕܡܝܐ ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܐ
4 ܩܕܝܫܬܐ܂ ܣܢܝܬ ܐܢܘܢ܂ * ܡܛܠ ܥܒܕܝܗܘܢ ܣܢܝܐ ܕܚܪܫܐ܂ ܘܠܦܘܠܚܢܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪ܂
5 * ܘܡܩܛܠܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝܗܘܢ ܕܠܐ ܚܢܢܐ܂ ܘܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܒܣܪܐ܂ ܘܡܥܝܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܒܓܘܗܘܢ܂

* Quæ non dicam ipsa corrumpere eos potu- 20
issent, sed *solus* ipsorum aspectus sufficiens
fuisset ad eos abolendos. Quinetiam his 21
omnibus omissis, poteras unico flatu exter-
minare eos ac perdere ab ultionis tuæ con-
spectu propulsatos, et à conspectu spiritûs tui
disperdere : verùm omnia mensurâ ordineq;
& pondere in eos intulisti. Nam magnalia 22
quovis tempore tibi adsunt, & brachio dex-
teræ tuæ quis valeat resistere ? Quandoqui- 23
dem ut ictus oculi corā te est universa mundi
massa, & velut aqua roris matutino tempore
super terra delapsa. Omnium misereris, quia 24
omnibus benefacis : & aufers iniquitates
hominum, quum pœnituerit eos. Omnia di- 25
ligis, nec quicquam dedignaris eorum quæ
fecisti : quoniam si quid abominareris, haud
fecisses illud. Quomodo enim subsisteret 26
aliquid, nisi tu velles ? aut quomodo con-
servaretur aliquid, nisi tu præciperes ? Par- 27
cis omnibus, quoniam tua sunt omnia Do-
mine.

CAP. XII.

Amator es animarum, quia spiritus tuus 1
bonus habitat in omnibus. Eos autem qui 2
delinquunt, paulatim corripis : in quibus
peccant, arguis & interminaris, ut recedant
à malis, & credant in te Domine. Priscos 3
enim illos qui sanctam inhabitabant terram,
execratus es Propter turpes eorum actio- 4
nes, actiones *inquam* veneficorum, & cultus
infaustos. Liberos suos sine clementia inter- 5
ficiebant, carnesque vorabant, *atque adeò*
viscera hominum in præcordiis eorum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 * التي ليس إضرارها فقط يستطيع أن يسحقهم * بل ومنظرها يفزعهم فيهلكهم * وخلوا من
21 هذه بإنسان واحدة يمكن أن يسقطوا * إذ تطردهم الطايلة * وتبددهم روح قدرتك * لكنك
22 رتبت كل شيء بعدد ومقدار ووزن * لأن اقتدارك عظيم حاضر عندك كل حين * وعن
23 ساعدك من يقاومها * وجميع العالم أمامك كرجحان لسان الميزان * وكنقطة ندى سحرية
24 منحدرة على الأرض * وترحم الكل * لأنك قادر على كل شيء * وتعرض عن خطايا الناس
25 متوخيا التوبة * لأنك تحب الموجودات كلها * ولم ترذل شيئا مما خلقت * ولو
26 أبغضت شيئا لما كنت خلقته * وكيف كان يثبت قدامك إن لم تشأ أنت * أو
27 كيف كان يحفظ ما لم تدعوه أنت * وتشفق على كافة البرايا * أيها السيد المحب النفس *
1 لأنها لك هي * الفصل الثاني عشر * لأن الروح الصالح
2 هو في الكل * فلهذا توبخ الذين سقطوا كما يخص النطق * إذ تذكرهم وتعظهم فيما
3 أخطأوا * لكيما إذا عبروا من رذيلتهم يؤمنون بك يا رب * لأنك إنما أبغضت الساكنين
4 أرضك المقدسة القدماء * من أجل أفعالهم أعمال السحر المموهة وذبايحهم الفاقدة البر *
5 * وقتلهم أولادهم بلا رحمة * واستطابتهم أكل أحشاء الناس ولحمانهم ودمهم *

Quarum non solùm noxa eos conterere, 20
sed & aspectus terrere ac perdere potu-
isset. Imò sine his, unico nutu cadere 21
poterant persequente eos pœnâ, & spi-
ritu potentiæ tuæ eos eradicante : Ve-
rùm omnia numero, mensurâ, pondere-
que ordinâsti. Etenim potentia tua ma- 22
xima est, semper tibi præsens ; & robo-
ri brachii tui quis resistat ? Quando- 23
quidem totus mundus coram te est instar
librationis lingulæ stateræ, & veluti
gutta roris matutina humi delapsa. Et 24
omnium misereris, ut qui possis omnia :
& hominum peccata dissimulas, volens
pœnitentiam. Omnia enim subsistentia 25
diligis, & nihil abominaris eorum quæ
creâsti : & si quid odio haberes, id sanè
minimè creâsses. Quomodo enim subsi- 26
steret in conspectu tuo, nisi tu velles ?
aut quonam pacto conservaretur quod
tu non accersisses ? Clemens autem es 27
ergà creaturas omnes, O Domine amator
animæ, quia tuæ sunt.

CAP. XII.

Nam spiritus bonus omnibus inest : 1
Ideoque eos qui corruunt, arguis prout 2
decet rationis capaces, commonens eos
& cohortans in quibus deliquerunt ; ut
à vitio suo secedentes, credant in te Do-
mine. Nam odio quidem habuisti pri- 3
stinos illos sanctæ terræ tuæ habitatores,
Ob patrata ab ipsis execranda venefi- 4
ciorum facinora, & commenta eorum
justitiæ expertia, Immitem liberorum 5
suorum necem, & oblectationem in huma-
nis visceribus, carnibus, & sanguine
comedendis.

Versio VULG. LAT.

6 Et auctores parentes animarum inauxiliatarum, per-
7 dere voluisti per manus parentum nostrorum, Ut di-
gnam perciperent peregrinationé puerorum Dei, quæ
8 tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam ho-
minibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui
9 vespas, ut illos paulatim exterminarent. Non quia im-
potens eras in bello subjicere impios justis, aut bestiis
10 sævis, aut verbo duro simul exterminare: Sed parti-
bus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans,
quoniam nequam est natio eorum, & naturalis mali-
tia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio
11 illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum
ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas pecca-
12 tis illorum. Quis enim dicet tibi: Quid fecisti?
aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis in
conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum?
aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas
13 tu fecisti? Non enim est alius Deus quàm tu, cui
cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non
14 injustè judicas judicium. Neque rex, neque tyran-
nus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti.
15 Cùm ergò sis justus, justè omnia disponis: ipsum quo-
que, qui non debet puniri, condemnare, exterum
16 æstimas à tua virtute. Virtus enim tua justitiæ initi-
um est: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omni-
bus te parcere facis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 † Καὶ αὐθέντας γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων, † ἐβουλήθης ἀπολέσαι διὰ
7 χειρῶν πατέρων ἡμῶν· † Ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται θεοῦ παίδων
8 † ἡ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ. † Ἀλλὰ καὶ τούτων ὡς ἀν-
θρώπων ἐφείσω, † ἀπέστειλάς τε προδρόμους τοῦ στρατοπέδου σου
9 σφῆκας, † ἵνα αὐτοὺς κατὰ βραχὺ (γ) ἐξολοθρεύσωσιν. † Οὐκ ἀ-
δυνατῶν ἐν παρατάξει ἀσεβεῖς † δικαίοις ὑποχειρίους δοῦναι,
10 † ἢ θηρίοις δεινοῖς, ἢ λόγῳ ἀποτόμῳ ὑφ᾽ ἓν ἐκτρίψαι· † Κρί-
νων δὲ κατὰ βραχὺ ἐδίδους τόπον μετανοίας, † οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι
πονηρὰ ἡ γένεσις αὐτῶν, † καὶ ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν, † καὶ ὅτι
11 οὐ μὴ ἀλλαγῇ ὁ λογισμὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα· † Σπέρμα γὰρ ἦν
κατηραμένον ἀπ᾽ ἀρχῆς· † οὐδὲ εὐλαβούμενός τινα, ἐφ᾽ οἷς ἡμάρ-
12 τανον ἄδειαν ἐδίδους. † Τίς γὰρ ἐρεῖ, Τί ἐποίησας; † ἢ τίς
ἀντιστήσεται τῷ κρίματί σου; † τίς δὲ ἐγκαλέσει σοι κατὰ ἐθνῶν
ἀπολωλότων, ἃ σὺ ἐποίησας; † ἢ τίς εἰς κατάστασίν σοι ἐλεύσεται
13 ἔκδικος κατὰ ἀδίκων ἀνθρώπων; † Οὔτε γὰρ θεός ἐστι πλὴν σοῦ, ᾧ
14 μέλει περὶ πάντων, † ἵνα δείξῃς ὅτι οὐκ ἀδίκως ἔκρινας. † Οὔτε
βασιλεὺς ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι περὶ ὧν
15 (δ) ἀπώλεσας. † Δίκαιος δὲ ὢν δικαίως τὰ πάντα διέπεις,
† αὐτὸν τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι καταδικάσαι † ἀλλότριον ἡγού-
16 μενος τῆς σῆς δυνάμεως. † Ἡ γὰρ ἰσχύς σου δικαιοσύνης ἀρχή,
† καὶ τὸ πάντων σε δεσπόζειν, πάντων (ε) φείδεσθαι ποιεῖ.

MS. A. (γ) ἐξολεθρεύσωσιν (δ) ἐκόλασας. (ε) φείδεσθαί σε ποιεῖ.

Et auctores (g) cædis parentes animarum inauxi 6
liatarum, voluisti perdere per manus parentum nostrorum;
Ut dignam (h) peregrinationem perciperet puerorum 7
Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed & 8
his, tanquam hominibus, pepercisti: & misisti
antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim
exterminarent: Non, quia impotens eras in bello 9
subjicere impios justis, aut bestiis sævis, aut ver-
bo duro simul exterminare: Sed partibus judicans 10
dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam (i)
iniqua est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum,
et quoniam non mutabitur cogitatio illorum in perpe-
tuum. Semen enim erat maledictum ab initio. Nec 11
timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.
Quis enim dicet, quid fecisti? aut quis stabit con- 12
tra judicium tuum? Quis autem imputabit tibi;
si perierint nationes, quas tu fecisti? Aut quis ad
standum contra te veniet vindex pro iniquis homi-
nibus? Nec enim est alius Deus, quàm tu: cui 13
cura est de omnibus, ut ostendas, quoniam non
injuste judicasti. Neque rex, neque tyrannus in con- 14
spectu tuo poterit inquirere de his, quos perdidisti.
Cum autem sis justus; juste omnia disponis, ipsum, 15
qui non debet puniri, (k) condemnare, exterum
existimans à tua virtute. Virtus enim tua justi- 16
tiæ initium est: & hoc ipsum, quòd omnium do-
minus es, omnibus te parcere facit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 * ܥܒ̈ܕܝܢ ܕܡܘܬܐ ܕܐܒܕܢܐ. ܥܒܕܘ ܒܡܨܥܬܐ ܐܪ̈ܙܐ ܕܠܐ ܢܡܘܣ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܥܘܕܪܢܐ ܠܢܦ̈ܫܬܐ
ܕܥܡ̈ܐ ܕܥܡܗܘܢ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܨܒܝܬ ܕܬܘܒܕ ܐܢܘܢ ܒܐܝܕܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ. * ܕܢܩܒܠܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ 7
ܕܐܠܗܐ ܫܝܢܐ ܐܘܫܦܝܙܐ. ܐܪܥܐ ܕܝܗܒܬ ܒܐܝܩܪܐ ܘܒܫܘܒܚܐ. * ܘܐܦ ܠܗܠܝܢ ܐܝܟ 8
ܕܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܚܣܬ. ܟܕ ܫܕܪܬ ܒܗܘܢ ܩܪܒܐ ܕܙܒܘܪ̈ܐ. ܕܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܢܫܝܨܘܢ ܐܢܘܢ. * ܐܠܐ ܠܐ 9
ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܥܘܠ̈ܐ ܩܫܝܢ ܡܢ ܙܕܝܩ̈ܐ. ܕܢܩܛܠܘܢ ܐܢܘܢ. ܐܘ ܒܚܝܘ̈ܬܐ ܒܝܫ̈ܬܐ. ܐܘ ܒܩܛܠܐ
ܕܡܠܬܐ ܕܦܘܡܐ ܢܬܚܫܩܘܢ. * ܐܠܐ ܒܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܕܢܬ ܐܢܘܢ. ܘܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܐܬܪܐ 10
ܠܬܝܒܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܕܒܝܫ ܗܘ ܫܪܒܬܗܘܢ. ܘܢܨܝܒܐ ܒܝܫܘܬܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢ
ܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ ܠܥܠܡ. * ܙܪܥܐ ܓܝܪ ܕܚܛܝ̈ܐ ܠܝܛ ܗܘ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܕܚܠܬ 11
12 ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ ܐܘܪܟܬ ܠܗܘܢ. * ܡܢܘ ܓܝܪ ܡܫܟܚ ܕܢܐܡܪ ܠܟ. ܡܢܐ ܥܒܕܬ ܐܢܬ. ܐܘ ܡܢ
ܩܐܡ ܠܘܩܒܠ ܕܝܢ̈ܝܟ. ܐܘ ܡܢܘ ܡܟܣ ܠܟ ܚܠܦ ܒܢܝ̈ ܥܡ̈ܡܐ. ܟܕ ܡܘܒܕ ܐܢܬ ܠܗܘܢ. ܐܘ
13 ܡܢܘ ܢܩܘܡ ܬܒܘܥܐ ܠܘܩܒܠܟ. ܚܠܦ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܥܘܠ̈ܐ. * ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܐܚܪܢܐ. ܠܝܬ ܠܒܪ
14 ܡܢܟ. ܘܐܢܬ ܝܨܦ ܐܢܬ ܕܟܠ. ܘܐܢܬ ܚܘܝܬ ܕܠܐ ܒܥܘܠܐ ܕܢܬ. * ܠܐ ܡܠܟܐ
15 ܘܠܐ ܡܕܒܪܢܐ ܐܫܟܚ ܠܡܩܡ ܠܘܩܒܠܟ ܒܗ̇ ܕܒܟܐܢܘܬܐ ܕܢܬ. * ܥܕ ܟܐܢ ܕܝܢ ܡܕܒܪ
ܐܢܬ ܟܠ. ܘܐܦ ܒܗ̇ ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܡܕܢ ܦܘܪܥܢܐ ܫܘܐ ܠܚܝܠܟ. ܡܢ ܢܘܟܪ̈ܝܐ.
16 * ܚܝܠܐ ܕܝܠܟ. ܪܝܫ ܟܐܢܘܬܐ ܗܘ. ܘܐܢܬ ܡܫܠܛ ܐܢܬ ܥܠ ܟܠ.

Facinora *sanè* mortis exitialis. Fecerunt in 6
medio sacramenta illegalia, nec fuit auxi-
lium animabus popularium eorum. Tu au- 7
tem voluisti perdere eos per manum pa-
rentum, Ut servi Dei tranquillum caperent
hospitium, terram *scilicet* quam cum honore
& gloria dedisti. Atque in hos etiam, ut in 8
homines, clementiâ usus es, mittens in eos
in bellum vespas, quæ paulatim illos absu-
merent. Non quidem (exinde quòd impii 9
sint duriores justis) ut perimerent eos, aut
sævis bestiis, vel occisione sermonis oris con-
tererentur: Sed paulatim judicâsti eos, & 10
dedisti eis locum pœnitentiæ, ut qui nôsti
improbam esse originem eorum, insitam il-
lorum malitiam, nec mutandas in æternum
cogitationes eorum: Siquidem semen pecca- 11
torum maledictum est coram Domino. Neq;
verò peccatores veritus, prorogâsti eis. Nam 12
quis tibi dicere possit, Quid facis? aut
quis opponat se judiciis tuis? aut quis ar-
guat pro filiis gentium, cùm perdideris
eos? aut quis constituat se vindicem co-
ram te pro hominibus impiis? Deus enim 13
alius non est præter te, tuque curam agis
omnium, & tu ostendisti nihil te injustè
judicâsse. Neque rex, neque gubernator 14
potuit tibi resistere in eo quod justè decre-
visti. Sed convenienter omnia moderaris, 15
etiam in re in qua decernere oportebat ad-
æquatam viribus tuis ultionem ab alienige-
nis. Nam tua potentia principium est justi- 16
tiæ, tuque in omnia dominaris.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * اذ ابتدعوا من وسطهم معرفة الاسرار الالهية * واباء نفوس لا معونة لها من احد قتلوا انفسهم
7 فاردت ان تهلكهم بايدي ابائنا * ليقتبل اولياء الله مسكنا اهلا الارض التي كانت اكرم
8 عندك من كل شي * لكنك شفقت عليهم كاشفاقك على الناس * اذ ارسلت زنابير يتقدمون
9 معسكرك ليبيدوهم قليلا قليلا * وما كان يصعب عليك ان تدفع الكفار الى المقسطين في
المصاف يستاسرونهم * او تدفعهم الى وحوش ردية * او بكلمة جارمة تسحقهم في وقت واحد *
10 * فحكمت ان يكون ذلك قليلا قليلا * مانحا اياهم فسحة للتوبة * ولم يخفى عنك ان كونهم شرير
11 وردائلهم غريزية * وان فكرهم ما يتبدل الى الابد * لانهم كانوا نسلا ملعونا منذ القديم * وانهم
12 ما تورعوا من احد في الخطايا التي اجترموها فتعطيهم مهلة * لان من ذا يقول لك ماذا عملت
اومن يقاوم حكومتك * اومن ذا يشكوك من الامم الضايعة التي انت خلقتها * اومن يحضر
13 عندك في استعطاف منتصرا للناس الظالمين * لان ليس الاها سواك فيهتم في الكل * لانك ما
14 حكمت ظلما * ولا ملك ولا امير يستطيع يرفع ناظره اليك عاتبا من اجل الذين عاقبتهم *
15 * واذ لم تزل عدلا * تدبر جميع البرايا مقسطا * تحسبا امرا غريبا من قدرتك ان تحاكم من لا
16 يجب عليه العقاب * لان قوتك ابتداء العدل * وسيادتك للكل تجعلك ان ترحم على الكل

Cùm abstulissent è medio sui divino- 6
rum cognitionem sacramentorum, & pa-
rentes animarum quibus nullum erat à
quopiam auxilium, semetipsos occidis-
sent, voluisti quidem perdere eos per ma-
nus parentum nostrorum; Ut dilecti Dei 7
dignam acciperent habitationem, ter-
ram quæ summo apud te præ cunctis re-
bus erat in pretio. Attamen pepercisti 8
eis, ut hominibus parcere consuevisti,
mittens crabones qui castra tua præce-
derent, ut eos paulatim profligarent.
Non quòd laboriosum tibi esset impios 9
tradere justis in captivitate redigendos
mediis in aciebus, aut improbis eos tra-
dere bestiis, aut præciso verbo unico at-
terere momento. Sed hoc paulatim fieri 10
judicâsti, tribuens eis spatium pœni-
tentiæ; quamvis te non lateret pra-
vam esse eorum naturam, vitium in-
genitum, & cogitationem haud mutan-
dam in æternum. Erant enim proge- 11
nies jam inde ab initio maledicta (&
verò neminem veriti sunt in peccatis
quæ perpetrârunt) ut concederes eis
prorogationem. Nam quis tibi dicat, 12
Quid gisti? quis tuo decreto resistat?
quis ex perditis gentibus quas tu
creâsti, de te conqueratur? quis se con-
stituat apud te ad intercessionem auxi-
liarem pro hominibus iniquis? Non 13
est enim præter te Deus qui curam gerat
omnium. Neque verò injustè judicâsti; 14
Neque rex aut princeps ullus audeat
oculos suos contra te attollere, a quo eos
pro his quos puniveris. Et cùm semper sis 15
justissimus creaturas omnes justè guber-
nas: rem à tua potentia alienam existi-
mas eum condemnare qui puniri non
meretur: Tua siquidem potentia ju- 16
stitiæ principium est, tuumque in omnia
dominium efficit ut parcas omnibus.

Versio VULG. LAT.

17 Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum, qui te nesciunt, audaciam
18 traducis. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos:
19 subest enim tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuũ per talia opera, quoniam oportet justum esse & humanũ, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoni-
20 am judicans das locũ in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos servorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per quæ
21 possent mutari à malitia; Cum quanta diligentia judicasti filios tuos, quorum parentibus juramenta, & con-
22 ventiones dedisti bonarum promissionum? Cùm ergò das nobis disciplinã, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuã cogitemus judicantes: & cùm
23 de nobis judicatur, speremus misericordiã tuam. Unde & illis, qui in vita sua insensatè & injustè vixerunt, per
24 hæc, quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutiùs erraverunt, deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensa-
25 torum more viventes. Propter hoc tanquam pueris in-
26 sensatis judicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei
27 judicium experti sunt. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cùm exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nôsse, verum Deum agnoverunt: propter quod & finis condemnationis eorum venit super illos.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

17 † Ἰσχὺν γὰρ ἐνδείκνυσαι (ζ) ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι, † καὶ
18 ἐν τοῖς (η) εἰδόσι τὸ θράσος ἐξελέγχεις. † Σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, † καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς· † πάρεστι
19 γάρ σοι ὅταν θέλῃς τὸ δύνασθαι. † Ἐδίδαξας δέ σου τὸν λαὸν διὰ τῶν τοιούτων ἔργων, † ὅτι δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον· † καὶ εὐέλπιδας ἐποίησας τοὺς υἱούς σου, † ὅτι (θ) διδοῖς ἐπὶ ἁμαρτήμασι μετάνοιαν.
20 † Εἰ γὰρ ἐχθροὺς παίδων σου καὶ ὀφειλομένους θανάτῳ † μετὰ τοσαύτης (ι) ἐτιμωρήσω προσοχῆς καὶ δεήσεως, † δοὺς χρόνους καὶ τόπον δι' ὧν
21 ἀπαλλαγῶσι τῆς κακίας· † Μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου, † ὧν τοῖς πατράσιν ὅρκους καὶ συνθήκας ἔδωκας ἀγαθῶν ὑποσχέσεων;
22 † Ἡμᾶς οὖν παιδεύων, τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς, † ἵνα σου τὴν ἀγαθότητα μεριμνῶμεν κρίνοντες, † κρινόμενοι δὲ προσδοκῶμεν
23 ἔλεος. † Ὅθεν καὶ τοὺς ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντας (κ) ἀδίκους,
24 † διὰ τῶν ἰδίων ἐβασάνισας βδελυγμάτων. † Καὶ γὰρ τῆς πλάνης ὁδῶν μακρότερον ἐπλανήθησαν, † θεοὺς ὑπολαμβάνοντες τὰ καὶ ἐν ζώοις τῶν
25 ἐχθρῶν ἄτιμα, † νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευσθέντες. † Διὰ τοῦτο
26 ὡς παισὶν ἀλογίστοις τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἔπεμψας. † Οἱ δὲ παιγνίοις ἐπιτιμήσεως μὴ νουθετηθέντες, † ἀξίαν Θεοῦ κρίσιν πειρά-
27 σουσιν. † Ἐφ' οἷς γὰρ αὐτοὶ πάσχοντες ἠγανάκτουν, † ἐπὶ τούτοις οὓς ἐδόκουν θεούς, ἐν αὐτοῖς κολαζόμενοι, † ἰδόντες ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι, θεὸν ἐπέγνωσαν ἀληθῆ· † διὸ καὶ τὸ τέρμα τῆς καταδίκης ἐπ' αὐτοὺς ἐπῆλθε.

MS.A. (ζ) ὅτι ἀπιστούμενος (η) οὐκ εἰδόσι (θ) διδοῖς (ι) ἐτιμωρήσω προσοχῆς, δοὺς χρόνον (κ) ἀδίκως,

Virtutem enim ostendis tu, cum non crederis in virtute esse consummatus, & in (l) his, qui sciunt, audaciam traducis. Tu autem dominator virtutis cum (m) tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos. Subest enim tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet justum esse humanum: & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam das in peccatis pœnitentiam. Si enim inimicos servorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, (n) & parsimonia, dans tempora, & locum, per quæ possent mutari à malitia; Cum quanta diligentia judicasti filios tuos, quorum parentibus juramenta & conventiones dedisti bonarum promissionum? Cum ergò nobis des disciplinam; inimicos nostros multipliciter flagellas; ut bonitatem tuam cogitemus judicantes: & cum de nobis judicatur, speremus misericordiam. Unde & illis, qui in vita insensatè & injustè vixerunt, per proprias abominationes dedisti tormenta. Etenim ab ipsis erroris viis longius erraverunt, Deos existimantes hæc quæ etiam in animalibus inimicorum sunt supervacua, infantium insensatorum more decepti. Propter hoc tanquam pueris insensatis judicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis increpationis non sunt correcti; dignum Dei judicium (o) experturi sunt. In his enim in aliquibus patientes indignabantur, in his, quos putabant Deos, in ipsis, cum exterminarentur, videntes illum quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt. Propter quod & finis condemnationis venit super illos. 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

17 * ܚܝܠܐ ܚܘܝܬ. ܘܠܐ ܗܝܡܢܘ. ܒܠܚܘܕ ܒܚܝܠܐ ܕܫܘܠܡܐ. ܠܗܘܢ ܕܝܕܥ ܐܢܬ. ܐܠܝܨܐܝܬ
18 ܡܟܣ ܐܢܬ ܠܗܘܢ. * ܘܐܢܬ ܡܪܝܐ ܡܫܠܛ ܥܠ ܚܝܠܐ. ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܕܐܢ ܐܢܬ. ܘܒܟܠ
19 ܢܝܚܘܬܐ ܡܕܒܪ ܐܢܬ ܠܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܨܒܐ ܐܢܬ. ܩܪܝܒ ܗܘ ܚܝܠܐ. * ܘܒܥܒܕܐ ܗܠܝܢ ܐܠܦܬ
ܠܥܡܟ ܘܠܒܢܝܟ. ܕܘܠܐ ܗܘ ܠܗ ܠܙܕܝܩܐ ܠܡܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܥܒܕܬ ܠܒܢܝܟ. ܘܝܗܒܬ
20 ܬܝܒܘܬܐ. ܘܝܗܒ ܐܢܬ ܬܝܒܘܬܐ ܥܠ ܣܟܠܘܬܐ. * ܐܦ ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܕܥܒܕܝܟ ܒܡܘܬܐ
ܕܢܘܢ ܚܝܒܬ. ܘܒܟܠ ܦܘܪܥܢܘܬܐ. ܘܒܟܠܗ ܒܢܝ ܥܢܝܢܐ ܠܐ ܐܬܟܠܝ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܕܬܝܒܘܬܐ.
21 ܕܢܥܪܩܘܢ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. * ܘܒܝܘܬܪܢܐ ܪܒܐ ܕܢܬ ܠܥܡܟ ܘܠܒܢܝܟ. ܕܠܐܒܗܝܗܘܢ ܩܝܡܐ
ܘܡܘܡܬܐ ܛܒܬܐ ܝܗܒܬ. * ܘܠܢ ܕܝܢܐ ܥܒܕܬ. ܘܠܒܥܠܕܒܒܝܢ ܒܪܒܘ ܡܚܘܢ ܡܢܓܕ ܐܢܬ.
22 ܕܟܕ ܕܐܢܝܢ ܚܢܢ ܕܟܝܪܝܢ ܚܢܢ ܠܛܝܒܘܬܟ. ܘܟܕ ܡܬܕܝܢܝܢ ܚܢܢ ܠܪܚܡܝܟ ܡܣܟܝܢ
23 ܚܢܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܗܠܝܢ ܕܒܫܛܝܘܬܐ ܚܝܘ. ܘܒܥܘܠܐ ܫܠܡܘ. ܒܛܢܦܘܬܗܘܢ
24 ܢܓܕܬ ܐܢܘܢ. * ܡܛܠ ܕܒܐܘܪܚܬܐ ܕܛܥܝܘܬܗܘܢ ܥܪܩܘ ܛܥܘ. ܘܒܚܝܘܬܐ ܘܒܚܣܕܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ
ܬܟܝܠܝܢ ܗܘܘ ܕܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܡܪܕܘܬܐ ܕܛܠܝܐ ܒܫܛܝܘܬܐ ܣܠܝܘ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܫܐ
25 ܐܝܟ ܕܥܠ ܛܠܝܐ ܕܠܐ ܡܕܥܐ ܫܕܪܬ ܥܠܝܗܘܢ ܕܝܢܐ ܕܡܒܙܚܢܘܬܐ. * ܘܗܢܘܢ ܕܒܕܝܢܐ
26 ܕܡܒܙܚܢܘܬܐ ܠܐ ܐܬܪܕܝܘ. ܕܝܢܐ ܬܪܝܨܐ ܕܐܠܗܐ ܢܛܥܡܘܢ. * ܡܛܠ
27 ܕܥܠ ܗܢܘܢ ܕܚܙܘ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܐܠܐ ܢܒܥܘܢ ܠܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐܝܬ. ܢܐܬܐ ܕܝܢܐ ܥܠܝܗܘܢ.

Virtutes ostendisti, nec crediderunt, tantummodò postremis virtutibus: quos nôsti, vehementer redarguis. 17
Tu Dñs dominator potentiæ tum solicitè judicas, tum nos omni cum clementia gubernas: Etenim si velis, præstò est potentia. 18
Verùm talibus factis populum ac filios tuos docuisti, oportere ut justus sit humanus: & filiis tuis bonam spem fecisti: & concedis pœnitentiam delictorum. 19
Adeò ut inimicos servorum tuorum morte damnaveris, omniq; punitione dehonestaveris; nihilominus postulârint ut concederetur sibi tempus supplicandi, quatenus mala devitarent. 20
Præterea maximâ curâ judicâsti populum tuum ac filios tuos, cum quorum parentib[9] fœdera & juramenta, bona pactiones iniisti. 21
Nobis etiam judicium fecisti, hostes nostros decem millibus plagis flagellans: ut cùm judicamus, memores simus bonitatis tuæ, cùm autem judicamur, misericordiam tuam expectamus. 22
Quandoquidem illos, quòd insulsè vixerint & sceleratum finem fecerint, per suas ipsorum impuritates flagellâsti. 23
Nam per erroris sui vias fugientes aberrârunt, quia bestiis & opprobrio inimicorum suorũ confidebant quòd dii essent. Castigationem puerorum stolidè recusârunt: 24
Propterea nunc quasi super pueros sensu carentes, misisti super eos sententiam ludibrii. 25
Et qui sententiâ ludibrii non commonefiunt, 26
justum Dei judicium gustabunt. Nam super illos qui anteà viderant, & tamen Deum ritè quærere renuerunt, promptum adveniet judicium. 27

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

17 * لأن قد أوضحت قوتك لمن لا يصدق كمال قدرتك وفي الذين يعرفونها توبخ جسارتهم * أنت
18 إذ تملك القدرة تحكم بدعة * وبإشفاق كثير تدبرنا ومتى شئت فالاقتدار عندك حاضراً *
19 * وعلمت شعبك بمثل هذه الأفعال * أن المقسط ينبغي له أن يكون محباً لله متعطفاً * وجعلت
20 أبناءك حسناً رجاؤهم * بأنك تعطي في الخطيئات توبة * وإن كان أعداء فتيانك أولئك الذين
كانوا يستوجبون الموت عاقبتهم بمثل جسامة هذا المهل * وعند التوسل أعطيتهم أزمنة
21 وغريزة يتخلصون بها من الرذيلة * فستحاكم بكافة التحرير والتعمق أولادك الذين أعطيت
22 إياهم أقساماً وعهوداً بمواعيد صالحة * فتؤدبنا نحن وتجلد أعداءنا بتكاثر العقاب * حتى إذا
23 حكمنا نهتم بصلاحك ونماثله * وإذا حوكمنا ننتظر رحمتك * فمن هاهنا عاقبت الظالمين
24 الذين عاشوا في غباوة الحياة * وعذبتهم بالرذالات التي لهم * لأنهم ظلوا في أطول طرق الضلالة *
واستشعروا آلهة ذات الهوان في الحيوانات عند أعدائهم * وكذبوا كالأطفال الذين لا فطنة
25 26 لهم * فلذلك كصبيان لا نطق لهم أرسلت عليهم الضلالة كأنها لهواً بهم * وإذ لم يتعظوا
27 بمهازئ الانتهار سيذوقون حين إنصاف الله العدل * لأنهم تألموا بما أصابهم بالأشياء التي
عرضت لهم فكانوا يتذمرون * فتلك التي ظنوها آلهة إذا عذبوا بها * يعرفون من كانوا قد
أنكروه قديماً * فيعرفونه إلهاً حقاً * فلهذا وافاهم كمال الانتقام *

Declaras enim robur tuum his qui plenitudinem potentiæ tuæ minimè credunt: inter eos autem qui nô[...]unt illam, audaciam eorum coarguis. 17
Tu potentiam cùm possideas, cum mansuetudine judicas, & nos multa cum clementia gubernas; & quotiescunque volueris, præsens tibi adest potentia. 18
Atque similibus hisce factis populum tuum docuisti, justum, Dei amantem ac benignum esse oportere; & spem filiorum tuorum bonam reddidisti, concedendo in peccatis pœnitentiam. 19
Quòd si illos puerorum tuorum hostes qui mortem merebantur, hâcce tam grandi patientiâ punivisti; & cùm te supplicâssent, dedisti eis tempora & naturalem instinctum quo se vitio liberarent: 20
Sanè omni rigore & profundissimâ penetratione judicabis filios tuos quibus dedisti juramenta & pactiones, cum optimis promissionibus. 21
Et nos quidem erudis, inimicos autem nostros multiplici supplicio flagellas: ut cùm judicamus, de tua simus bonitate soliciti, eámque imitemur: cùm verò judicamur, misericordiam tuam expectemus. 22
Atque hinc est quòd impios stolidam vitam ducentos punieris, eósq; propriis cruciaveris abominationibus. 23
Per longissimas enim erroris vias aberrârunt, et deos æstimârunt quæ apud hostes etiam suos vilissima sunt inter animantia, & mentiti sunt more puerorũ prudentiâ carentium: 24
Ideóque ut in pueros rationis expertes, pœnam velut in contemptum illorum, in eos immisisti. 25
Et nisi ludibriis correptionis emendentur, experimentum æquitatis justissimi Dei gustabunt. 26
Quoniam in suis infortuniis, rebus scil. quæ acciderunt eis, patiebantur ac murmurabant; proindè in his quæ deos arbitrati sunt, puniti, cognoscent quem anteà negaverant, cognoscent inquam illum Deum verum: ideoq; supervenit eis plenitudo ultionis. 27

Versio VULG. LAT.

CAP. XIII.

1 VAni autem sunt omnes homines, in quibus non
subest scientia Dei: & de his quæ videntur bona, non
potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus at-
2 tendentes agnoverunt quis esset artifex: Sed aut ignē,
aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum,
aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis
3 terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delecta-
ti, deos putaverunt: sciant quantò his dominator
eorum speciosior est; speciei enim generator hæc
4 omnia constituit. Aut si virtutem & opera eorum mi-
rati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fe-
5 cit, fortior est illis: A magnitudine enim speci-
ei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator ho-
6 rum videri. Sed tamen adhuc in his minor est que-
rela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, &
7 volentes invenire. Etenim cùm in operibus illius
conversentur; inquirunt: & persuasum habent quo-
8 niam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his
9 debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut
possent æstimare seculum: quomodo hujus Domi-
10 num non faciliùs invenerunt? Infelices autem sunt,
& inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt
deos opera manuum hominum, aurum & argentum,
artis inventionem, & similitudines animalium, aut la-
pidem inutilem opus manus antiquæ.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

ΚΕΦ. ιγ΄.

1 ΜΑ΄ταιοι μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς παρῆν θεοῦ ἀ-
γνωσία, † καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα,
2 † οὔτε τοῖς ἔργοις (α) προσχόντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην· † Ἀλλ'
ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, † ἢ κύκλον ἄστρων, ἢ βίαιον
ὕδωρ, † ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ, πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν.
3 † Ὧν εἰ μὲν τῇ καλλονῇ (β) τερπόμενοι, θεοὺς ὑπελάμβανον,
† γνώτωσαν πόσῳ τούτων ὁ δεσπότης ἐστὶ βελτίων· † ὁ γὰρ τοῦ κάλ-
4 λους γενεσιάρχης ἔκτισεν αὐτά. † (γ) Εἰ δὲ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν
ἐκπλαγέντες, † νοησάτωσαν ἀπ' αὐτῶν πόσῳ ὁ κατασκευάσας αὐτὰ
5 δυνατώτερός ἐστιν. † Ἐκ γὰρ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων ἀνα-
6 λόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. (γ) Ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τούτοις
ἐστὶ μέμψις ὀλίγη, † καὶ γὰρ αὐτοὶ τάχα πλανῶνται † θεὸν ζητοῦντες,
7 καὶ θέλοντες εὑρεῖν. † Ἐν γὰρ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀναστρεφόμενοι διε-
8 ρευνῶσι, † καὶ πείθονται τῇ ὄψει, ὅτι καλὰ τὰ βλεπόμενα. † Πάλιν δὲ
9 (δ) οὐδ' αὐτοὶ συγγνωστοί. † Εἰ γὰρ τοσοῦτον ἴσχυσαν εἰδέναι, ἵνα δύνωνται
στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα, † τὸν τούτων δεσπότην πῶς τάχιον οὐχ εὗρον;
10 † Ταλαίπωροι δὲ καὶ ἐν νεκροῖς αἱ ἐλπίδες αὐτῶν, † οἵτινες ἐκά-
λεσαν θεοὺς ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. † χρυσὸν καὶ ἄργυρον τέχνης
ἐμμελέτημα, † καὶ ἀπεικάσματα ζώων, † ἢ λίθον ἄχρηστον χειρὸς
ἔργον ἀρχαίας.

MS. A. (α) προσέχοντες (β) τερπόμενοι, ταῦτα θεοὺς (γ) εἰς δὲ δύναμιν (γ) ἔτι τούτοις μέμψις ἐστὶν ὀλίγη, (δ) οὐδὲ αὐτοὶ

Cum Translatione LATINA.

CAP. XIII.

VAni enim omnes homines natura, quibus ade- 1
rat Dei ignoratio, & ex his, quæ videntur, bonis
non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operi-
bus attendentes, agnoverunt quis esset artifex:
Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, 2
aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut lu-
minaria cœli, rectores orbis terrarum Deos puta-
verunt. Quorum si specie delectati Deos puta- 3
verunt; sciant, quanto his Dominus sit speciosior.
(a) Speciei enim primus generator ea constituit.
Aut si virtutem & operationem mirati sunt; intel- 4
ligant ab ipsis, quanto, qui hæc constituit, fortior
est illis. (b) Magnitudine enim speciei creatura- 5
rum, per proportionem potest horum creator videri.
Sed tamen in his minor est querela. Et hi enim 6
fortasse errant Deum quærentes, & volentes inve-
nire. Etenim cum in operibus illius conversentur; 7
inquirunt, & persuadentur aspectu, quoniam bo-
na sunt, quæ videntur. Iterum autem nec his de- 8
bet ignosci. Si enim tantum potuerunt (c) scire, 9
ut possent æstimare seculum; quomodo horum do-
minum non facilius invenerunt? Infelices autem 10
sunt, & inter mortuos spes illorum, qui appellave-
runt Deos opera manuum hominum; aurum, &
argentum, artis inventionem; & similitudines ani-
malium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquæ:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܦܘܩܠܐ * ܝܓ *

1 * ܣܪܝܩܝܢ ܐܢܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܕܠܐܠܗܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ. ܘܡܢ ܛܒ̈ܬܐ ܡܕܡ ܕܡܬܚܙܐ: ܠܐ ܐܫܟܚܘ
ܕܢܣܬܟܠܘܢ ܡܕܡ ܕܗܘܐ: ܘܠܐ ܚܙܘ ܥܒ̈ܕܐ: ܘܠܐ ܝܕܥܘ ܠܐܘܡܢܗܘܢ. * ܐܠܐ ܐܘ ܠܢܘܪܐ: ܐܘ 2
ܠܪܘܚܐ: ܐܘ ܠܐܐܪ ܩܠܝܠܐ: ܐܘ ܠܗܘܦܟܝܗܘܢ ܕܟܘܟ̈ܒܐ. ܐܘ ܠܡܪܕܝܬܗܘܢ ܕܡ̈ܝܐ: ܐܘ ܠܢܗܝܪ̈ܐ
3 ܕܫܡܝܐ: ܐܘ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܥܠܡܐ. ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܐܠܗ̈ܐ ܐܢܘܢ. * ܐܢ ܡܛܠ ܫܘܦܪܗܘܢ
ܣܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗ̈ܐ ܐܢܘܢ. ܟܡܐ ܕܝܬܝܪ ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܢܘܢ. ܛܒ ܡܢܗܘܢ. ܗܘ ܕܒܪܐ
4 ܫܘܦܪܐ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. * ܘܐܢ ܡܛܠ ܚܝܠܗܘܢ ܘܠܬܕܡܘܪܬܗܘܢ ܕܢܗܘܐ
5 ܡܢܗܘܢ. ܕܡܢ ܗܘܐ ܝܬܝܪ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܢܘܢ. ܛܒ ܗܘ ܡܢܗܘܢ. * ܕܡܢ ܪܒܘܬܐ
6 ܕܫܘܦܪܗ ܐܬܒܪܝܘ. ܗܘ ܕܒܪܐ ܐܢܘܢ. ܡܬܚܙܐ ܓܠܝܐܝܬ. * ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܩܠܝܠܐ ܪܘܓܙܐ
7 ܐܬܐ. ܕܟܒܪ ܛܥܘ ܟܕ ܒܥܝܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܨܒܝܢ ܕܢܫܟܚܘܢ. * ܘܒܥܒܕܘܗܝ ܗܘܘ
ܡܬܗܦܟܝܢ. ܘܡܬܪܢܝܢ ܘܡܥܩܒܝܢ. ܘܒܚܙܘܐ ܐܬܛܦܝܣܘ. ܕܫܦܝܪ ܡܕܡ ܕܡܬܚܙܐ.
8 * ܘܐܦ ܠܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܚܐܣ ܒܕܝܢܐ: * ܐܢ ܓܝܪ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܐܫܟܚܘ ܠܡܕܥ: ܘܐܫܟܚܘ ܘܒܣܒܪܐ
9 ܠܡܬܒܥ ܠܥܠܡܐ ܥܡ ܟܝܢܗ. ܠܡܪܐ ܕܟܠ ܥܠܡܐ ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܘܐܫܟܚܘܗܝ. * ܕܘܝܐ ܐܢܘܢ 10
ܘܒܡܝ̈ܬܐ ܗܝ ܣܒܪܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܥܒܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܐܠܗ̈ܐ ܐܢܘܢ. ܕܗܒܐ ܐܢܘܢ
ܘܣܐܡܐ. ܥܒܕܐ ܕܐܘܡܢܘܬܐ. ܘܕܡܘܬܐ ܕܚܝ̈ܘܬܐ. ܘܟܐܦܐ ܕܡܣܠܝܐ. ܥܒܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝܐ ܕܦܝܣܐ.

CAP. XIII.

VAni sunt homines qui Deum ignorant, 1
& ex bonis, re sanè visibili, non potue-
runt conjicere quod fuit, nec opera conside-
rârunt, nec artificem suum cognoverunt:
Sed aut ignem, aut ventum, aut levem 2
aërem, aut revolutiones siderum, aut fluxum
aquarum, aut luminaria cœli, aut mundi
constitutionem, deos esse putârunt. Si 3
propter eorum pulchritudinem, ista deos esse
existimatis, quantò magis qui fecit ea, me-
lior est ipsis, ille *inquam* qui pulchritudi-
nem creavit, qui hæc omnia condidit?
Quòd si ob virtutem & admirationem eo- 4
rum sunt ea veriti, hinc agnoscant quòd is
qui fecit ea, melior est ipsis; Cujus *enim* à 5
magnitudine pulchritudinis creata sunt, is
qui creavit illa, manifestè conspicitur. Su- 6
per hos tamen levis ira veniet, quòd hi
fortasse errârunt Deum quærentes, & ani-
mo inveniendi scientiam. Et in operibus 7
ejus conversantes, meditantes, atque per-
vestigantes, aspectu persuaserunt sibi pul-
chrum esse quod cernitur. At ne his quoque 8
parcet in judicio: Nam si hæc omnia scire 9
potuerunt, & conjecturâ capere valuerunt
mundum cum sua natura, Dominum totius
operis quomodo non cognoverunt ac inve-
nerunt? Miseri sunt & in mortuis spes illo- 10
rum est, qui opus manuum hominum deos
appellârunt. Aurum sunt argentum, opus
edoctum, figura bestiarum, & lapis con-
temptus, opus manuum paciscentium,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

1 * الفصل الثالث عشر * لان جميع الناس الذين نقص معرفة الله حاضرا فيهم باطلون
بالحقيقة * ومن الخيرات المرئية ما استطاعوا يعرفون الموجود * ولا اصغوا الي الاعمال فعرفوا الصانع *
2 * لكنهم ظنوا النار او الرياح السريعة * الهواء او داير النجوم * او الماء العاصب * او كواكب
3 السماء النيرة * التي تخدم سياسة العالم * واعتقدوها الهة * هذه الاشياء التي ان كانوا اضطربوا
بجمالها استشعروها الهة * فليعرفوا كم هو سيد هذه افضل من هذه حسنا * لان عنصر كون
4 الجمال هو خلق هذه البرايا * وان ادهلهم قوتها وفعلها * فليفهموا من هذا كم هو الذي
5 خلقها اوفر قوة منها * لانه لعل من جسامة المرئيات والبرايا يشاهد صانع كونها بمعنى القياس *
6 * لكن مع هذا ليس عليهم مذمة يسيرة * لانهم لعلهم لما ضلوا طالبين الاها وارادوا يجدوه *
7 * لانهم يتصرفون في اعماله ويفتشون عنه * اقتنعوا بالنظر ان المبصرات حسنة * فعذرهم 8
9 غير مبسوط ايضا * لانهم ان كانوا بهذه الصورة استطاعوا يبصرون حتى امكنهم ان
10 يخبروا الدهر * وكيف ما امكنهم ان يجدوا سيد هذا سريعا * فاشقياء اذا وامالهم
في الاشياء المائتة * الذين حكموا ان اعمال ايادي الناس الهة من ذهب وفضة عملوه
بحذاقة الصنعة * وتماثيل الحيوان * او حجرا غير نافع عمل يد قديمة *

CAP. XIII.

OMnes enim homines quibus inest 1
defectus cognitionis Dei, reverà vani
sunt: & ex bonis evidentibus, eum qui
est, non valuerunt cognoscere: nec operi-
bus attendentes, opificem intellexerunt:
Sed ignem, aut rapidos ventos, aërem, 2
aut astrorum orbem, aut aquam violen-
tam, aut lucentes cœli stellas admini-
strationi mundi inservientes, deos ar-
bitrati sunt ac crediderunt, Res in- 3
quam *hujuscemodi, quarum si pulchri-*
tudine commoti, deos existimârunt ipsas,
intelligant quantum harum Dominus
easdem pulchritudine præstet, quando-
quidem ipsamet naturæ pulchritudinis
origo condidit hasce creaturas. Sin au- 4
tem perculit eos vis & efficacitas ea-
rum, ex hoc intelligat quantò is qui cre-
avit illas, potentior est ipsis. Fieri enim 5
potest ut ex rerum *visibilium, atque cre-*
aturarum excellentiâ, conditor earum
spectetur per modum relationis. Attamen 6
adversus istos non parva est criminatio,
quoniam cùm errarent Deum quærentes,
eúmque invenire vellent, (In operibus 7
enim ejus obversantes investigabant il-
lum) contenti fuerunt percipere quòd
pulchræ sint res visibiles. At horum et- 8
iam excusatio non est accepta: Quoni- 9
am si tali modo perspicere potuerunt, ut
seculum deprehendere valuerint, quomo-
do igitur horum Dominum citò inveni-
re non potuerunt? Infælices ita sunt, 10
& spes eorum in rebus mortalibus consi-
stit, qui opera manuum ex auro, argen-
tóve ingeniosâ arte elaborato conflata,
& animalium simulacra, aut lapidem
inutilem opus antiquæ manûs, deos esse
judicârunt.

Versio VULG. LAT.

11 Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, & hujus doctè eradat omnem corticem, & arte sua usus, diligenter fabricet vas utile in con-
12 versationem vitæ, Reliquiis autem ejus operis, ad
13 præparationem escæ abutatur: Et reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, & vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimi-
14 let illud imagini hominis, Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem macu-
15 lam, quæ in illo est, perliniens: Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confir-
16 mans ferro, Ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adjuvare se: imago enim
17 est, & opus est illi adjutorium. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima
18 est: Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adjutorium inu-
19 tilem invocat: Et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

11 †Εἰ δὲ καί τις ὑλοτόμος τέκτων εὐκίνητον φυτὸν ἐκπρίσας, †περιέξυσεν εὐμαθῶς πάντα τὸν φλοιὸν αὐτοῦ, †καὶ τεχνησάμενος εὐπρεπῶς †κατεσκεύασε χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς,
12 †Τὰ δὲ (ε) ἀποβλήματα τῆς ἐργασίας †εἰς (ζ) ἑτοιμασίαν τροφῆς
13 ἀναλώσας ἐνεπλήσθη, †Τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπόβλημα εἰς (η) οὐθὲν εὔχρηστον, †ξύλον σκολιὸν, καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς, λαβὼν (θ) ἔγλυψεν ἐν ἐπιμελείᾳ ἀργίας αὐτοῦ, †καὶ ἐμπειρίᾳ (ι) συνέσεως ἐτύπωσεν αὐτὸ (κ) †ἀπείκασεν αὐτὸ εἰκόνι ἀνθρώπου,
14 †Ἢ ζώῳ τινὶ εὐτελεῖ ὡμοίωσεν αὐτὸ, †καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει (λ) ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ, †καὶ πᾶσαν κηλῖδα τὴν ἐν αὐτῷ καταχρίσας,
15 †Καὶ ποιήσας αὐτῷ αὐτοῦ ἄξιον οἴκημα, †ἐν τοίχῳ ἔθηκεν αὐτὸ
16 ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ· †Ἵνα μὲν οὖν μὴ καταπέσῃ, προενόησεν αὐτοῦ, †εἰδὼς ὅτι ἀδυνατεῖ ἑαυτῷ βοηθῆσαι, †καὶ γάρ ἐστιν εἰκὼν,
17 καὶ χρείαν ἔχει βοηθείας. †Περὶ δὲ κτημάτων καὶ γάμων αὐτοῦ καὶ τέκνων προσευχόμενος, †οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλῶν.
18 †Καὶ περὶ μὲν ὑγιείας τὸ ἀσθενὲς ἐπικαλεῖται, †περὶ δὲ ζωῆς (μ) τὸν νεκρὸν ἀξιοῖ, †περὶ δὲ ἐπικουρίας (ν) τὸν ἀπειρότατον ἱκετεύει, †περὶ δὲ ὁδοιπορίας τὸ μηδὲ βάσει χρῆσθαι δυνάμενον,
19 †Περὶ δὲ πορισμοῦ καὶ ἐργασίας καὶ χειρῶν ἐπιτυχίας †τὸ ἀδρανέστατον ταῖς χερσὶν εὐδράνειαν αἰτεῖται.

MS. A. (ε) ὑπολείμματα (ζ) ὑπηρεσίαν (η) οὐδὲν (θ) ἔγλυψεν ἐπιμελείᾳ ἐργασίας αὐτοῦ, (ι) ἀνέσεως (κ) ἀπείκασέν τε αὐτὸ (λ) *ἐρυθήνας (μ) τὸ νεκρὸν (ν) τὸ ἀπειρότατον

Cum Translatione LATINA.

Aut si quis lignarius faber lignum bene (d) mobile secuerit, & hujus doctè eradat corticem omnē, & arte usus decorè fabricet vas utile ad ministerium vitæ, 11
Reliquias autem operis ad præparationem escæ insumens satiatus sit, 12
Reliquum autem horum, quod ad nullum facit usum, lignum curvum, & verticibus plenum sumens, sculpat diligenter per ocium suum, & per scientiam artis figuret illud, assimilet illud imagini hominis, 13
Aut alicui vili animali illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo est, perliniens: 14
Et faciens ei dignam habitationem, in pariete ponat, illud confirmans ferro; 15
Ne forte cadat, prospexit illi, sciens, quoniam non potest adjuvare se. Imago enim est, & opus est illi adjutorium. 16
Et de substantia, & de nuptiis suis, & filiis votum faciens, non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est. 17
Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat, & in adjutorium inutilem invocat, 18
Et pro itinere eum qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & manuum successu petit ab eo, qui est impotentissimus manibus, potentiam. 19

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 ܀ ܐܘ ܩܝܣܐ ܡܢ ܥܒܐ܂ ܢܓܪܐ ܓܝܪ ܩܝܣܐ ܢܣܪ ܚܦܝܛܐܝܬ ܐܝܠܢܐ ܕܡܬܬܙܝܥ ܗܘܐ ܒܒܣܝܡܘ܂ ܟܕ ܢܨܝܒ܂ ܘܓܙܪܗ
ܠܗ ܒܐܘܡܢܘܬܐ ܡܢ ܟܠ ܣܛܪܘܗܝ܂ ܘܦܣܩܗ ܘܓܠܦܗ܂ ܘܥܒܕܗ ܒܫܪܪܐ ܡܐܢܐ ܠܬܫܡܫܬܐ
12 ܕܚܝܐ܀ ܘܡܕܡ ܕܡܫܦܐ ܗܘܐ ܡܢܗ܂ ܠܚܫܚܬܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܐܦܩܗ ܘܣܒܥ܂
13 ܘܡܕܡ ܕܚܣܝܪ ܒܗ܂ ܡܢܗ ܡܡܠܐ ܗܘܐ܀ ܘܡܕܡ ܕܡܫܬܕܐ ܡܢܗ܂ ܠܡܕܡ ܠܐ
ܥܕܪ܂ ܡܟܝܠ ܡܢ ܪܝܫܗ ܡܕܡ ܕܡܬܛܡܐ ܠܛܘܥܝܘܬܐ܂ ܐܝܠܢܐ ܗܘܐ ܩܫܝܐ܂ ܕܢܨܝܒ ܥܠ ܡܝܐ
ܘܩܐܡ܂ ܘܢܣܒܗ ܘܨܒܬܗ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܕܥܒܕܗ܂ ܘܒܝܘܡܐ ܕܦܣܝܩ ܗܘܐ ܨܪܗ܂ ܘܥܒܕܗ
14 ܠܕܡܘܬܐ ܕܒܪܢܫܐ܀ ܐܘ ܠܚܝܘܬܐ ܡܣܪܝܬܐ ܕܡܝܗ܂ ܒܣܡܡܢܐ ܫܥܥܗ܂ ܘܒܦܘܩܐ ܨܒܥܗ܂
15 ܘܒܟܠܗ ܫܘܦܪܐ ܕܡܫܬܟܚ ܥܠ ܐܪܥܐ ܨܒܬܗ܀ ܘܥܒܕ ܠܗ ܕܘܟܬܐ ܕܫܘܝܐ ܠܗ܂ ܘܣܡܗ ܒܫܘܪܐ܂
16 ܘܩܒܥܗ ܒܣܟܝܢܐ܂ ܘܚܫܚ ܒܨܒܝܢܗ ܕܢܩܘܡ ܘܠܐ ܢܦܠ܂ ܟܕ ܝܕܥ ܕܠܝܬ ܒܗ ܚܝܠܐ
ܕܢܥܕܪ ܢܦܫܗ܂ ܨܠܡܐ ܓܝܪ ܗܘ܂ ܘܡܬܒܥܐ ܠܗ ܡܥܕܪܢܐ܀ ܘܡܛܠ ܩܢܝܢܐ
17 ܘܥܘܬܪܐ܂ ܘܡܫܬܘܬܐ܂ ܘܒܢܝܐ܂ ܡܨܠܝܢ ܠܗ܀ ܘܠܐ ܒܗܬ ܕܢܡܠܠ ܥܡ ܗܘ
18 ܕܢܦܫܐ ܠܝܬ ܠܗ܂ ܘܒܥܐ ܡܢ ܟܪܝܗܐ܂ ܕܢܐܣܝܘܗܝ ܘܢܚܠܡܝܘܗܝ܂ ܘܡܛܠ ܚܝܐ܂
ܡܢ ܡܝܬܐ ܡܬܟܫܦ ܕܢܚܝܘܗܝ܂ ܘܡܬܟܫܦ ܡܢ ܗܘ ܕܠܐ ܝܕܥ ܕܢܥܕܪܝܘܗܝ܀ ܘܡܢ
19 ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܗܠܟܘ܂ ܒܥܐ ܕܢܬܪܨ ܐܘܪܚܬܗ܂ ܘܡܛܠ ܬܓܘܪܬܐ ܕܝܘܬܪܢܐ ܕܥܒܕ ܐܝܕܝܐ܂
ܒܥܐ ܡܢ ܗܘ ܕܠܝܬ ܒܗ ܝܘܬܪܢܐ܀

Aut lignum de sylva: faber *siquidem* lignarius diligenter secuit arborem quæ jucundè motabatur cùm esset plantata, eámque sibi artificiosè excîdit undequaque, & præcisam sculpsit, & reverà fabricavit in opus aptum ministerio vitæ. 11
Et quod ex ea dolabat, in usum escæ expendens satiatus est: quod autem in illa deerat, ex ipsamet supplebat: 12
Et quod ab ea abjicitur, nulli rei prodest. Cæterùm proprio marte fabricat rem pollutioni addictam. Arbor erat dura secus aquas consita & erecta, quam accipiens accuratâ operâ suâ formavit: quo die secta fuit, delineavit, & humanæ figuræ similem reddidit, 13
Aut alicui turpi animali assimilavit; medicamentis linivit, fuco depinxit, omníque venustate quæ reperitur super terram, concinnavit; 14
Locum ipsi accommodatum fecit, in pariete posuit, clavísque firmavit; 15
Curam ejus gerens ut stet nec decidat, sciens nimirùm quòd nulla sit in ipsa facultas adjuvandi seipsam: imago enim est, & requiritur illi adjutor. 16
Præthereà in gratiam facultatum, & nuptiarum, ac liberorum precantur illam; 17
Nec pudet eum alloqui quod est inanime, & rogat infirmum, ut eum curet sanétque, & pro vita mortuum deprecatur, ut eum servet; & illud supplicat quod nescit sibi prodesse; 18
Et ab eo quod nequit ambulare, postulat ut vias suas dirigat; & pro negotiis lucri operæ manuum, illud rogat in quo nulla est utilitas. 19

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 *وَإِنْ كَانَ أَحَدُ نَجَّارٍ فَنَحَتَ هَيُولِي الخَشَبِ قَدْ نَشَرَ شَجَرَةً حَسَنَةَ النُّمُوِّ* وَنَحَتَ بِحُسْنِ مَعْرِفَتِهِ كُلَّ
12 قِشْرِهَا* وَعَمِلَهَا فِي تَحْسِينِ صِنَاعَتِهِ* وَجَعَلَهَا آلَةً نَافِعَةً لِخِدْمَةِ الحَيَاةِ* وَأَمَّا نُجَارَةُ صَنْعَتِهِ فِي
13 خِدْمَةِ الطَّعَامِ وَشَبِعَ* ثُمَّ القِطْعَةُ المَرْفُوضَةُ مِنَ الخَشَبِ الَّتِي لَا تَصْلُحُ لِشَيْءٍ مِنْ شَجَرٍ صُلْبَةٍ
تَكُونُ فِي أَغْصَانِهَا مُعْوَجَّةً* أَخَذَهَا فَنَجَرَهَا بِاهْتِمَامِ صِنَاعَتِهِ* ثُمَّ مَثَّلَهَا فِي أَوَانِ فَرَاغِهِ
14 وَشَبَّهَهَا بِصُورَةِ إِنْسَانٍ* أَوْ مَثَّلَهَا بِحَيَوَانٍ مَا حَقِيرٍ* وَدَهَنَهُ بِالإِسْفِيدَاجِ* وَحَمَّرَ لَوْنَهُ بِالزِّنْجِفْرِ*
15 وَمَلَأَ كُلَّ تَقْعِيرٍ فِيهِ أَوْ شَقٍّ طِينًا* وَجَعَلَ لَهُ مَسْكَنًا أَهْلًا لَهُ* وَوَضَعَهُ فِي مَوْضِعٍ نَقَرَ لَهُ*
16 وَاسْتَوْثَقَ مِنْهُ بِالحَدِيدِ* وَاهْتَمَّ بِهِ لِئَلَّا يَقَعَ* عَالِمًا أَنَّهُ يَصْعُبُ عَلَيْهِ أَنْ يُعِينَ ذَاتَهُ* لِأَنَّهُ
17 إِنَّمَا هُوَ صُورَةٌ* وَيَحْتَاجُ مَعُونَةً* وَيَبْتَهِلُ إِلَيْهِ وَيَبْتَهِجُ إِلَيْهِ* مِنْ أَجْلِ قِنْيَانِهِ وَامْرَأَتِهِ وَأَوْلَادِهِ*
18 *وَمَا يَخْجَلُ إِذْ يُخَاطِبُ مَا لَا نَفْسَ لَهُ* وَيَطْلُبُ مِنْ أَجْلِ العَافِيَةِ إِلَى الضَّعِيفِ* وَيَسْأَلُ
19 المَائِتَ مِنْ أَجْلِ الحَيَاةِ* وَيَتَضَرَّعُ مِنَ العَادِمِ الحِسِّ المَعُونَةَ* وَيَطْلُبُ مِنْ أَجْلِ المَشْيِ إِلَى مَنْ
لَا يُمْكِنُهُ يَمْشِي خُطْوَةً* وَيَطْلُبُ مِنْ أَجْلِ الإِيسَارِ وَالعَمَلِ وَمُسَاعَدَةِ اليَدَيْنِ إِلَى مَنْ لَا يَعْمَلُ
يَدَاهُ شَيْئًا* يَبْتَغِي مِنْهُ أَنْ يُمَكِّنَهُ سُرْعَةَ العَمَلِ*

Vel si capiat faber aliquis, sculpátque materiam lignariam, postquam secuerit arborem pulchrè vegetantem, & omnibus corticibus ejus eleganti peritiâ suâ dolatis, suæ concinnatione artis illam elaboret, ac reddat eam vas usui vitæ commodum: 11
Recisamenta verò suæ artis in cibi ministerium consumat, ac saturetur. 12
Deinde fustum ligni rejectum, nulli rei aptum, dura ex arbore ramis contorta desumat, accuratâ arte suâ sculpat, denique finem impositurus efformet, & in hominis effigiem figuret. 13
Aut animali cuipiam vili similem reddat, quod cerussâ inungat, & rubicundum illi colorem minio conciliet, omnémque in eo cavitatem aut rimam luto impleat. 14
Tum dignum ipso domicilium extruat illi, ponat illud in loco quod excavavit ei, ferróque obfirmet, 15
Et curam illius habeat ne cadat; sciens difficile ei esse juvare seipsum, quippe quod sit imago, & opis indigeat. 16
Demùm supplicet illud ac deprecetur pro possessionibus, uxore, & liberis suis. 17
Nec erubescat dum illud compellat quod non habet animam, pro valetudine rogat infirmum, pro vita mortuum orat, & à sensu carente implorat auxilium; 18
Pro gradiendo, illum precatur qui ne gressum quidem facere potest; & pro divitiis, opere, & manuum adjumento, postulat ab eo cujus manus nihil operantur, petens ut agilitatem in operando sibi concedat. 19

Versio VULG. LAT.

CAP. XIV.

1 Iterùm alius navigare cogitans, & per feros fluctus
iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum
2 invocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit,
3 & artifex sapientia fabricavit sua. Tua autem, Pater,
providentia gubernat: Quoniam dedisti & in mari
4 viam, & inter fluctus semitam firmissimam, Ostendens quoniam potens es ex omnibus salvare, etiam si
5 sine arte aliquis adeat mare. Sed ut non essent vacua
sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo
ligno credunt homines animas suas, & transeuntes
6 mare per ratem liberati sunt: Sed & ab initio cùm
perirent superbi gigantes, spes orbis terrarũ ad ratem
confugiens, remisit seculo semen nativitatis, quæ manu
7 tua erat gubernata. Benedictum est enim lignum, per
8 quod fit justitia. Per manus autem quod fit idolum,
maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille
quidem operatus est: illud autem cùm esset fragile,
9 deus cognominatus est. Similiter autẽ odio sunt Deo,
10 impius & impietas ejus. Etenim quod factum est,
11 cum illo, qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc &
in idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.
12 Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: &
adinventio illorum corruptio vitæ est.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

ΚΕΦ. ιδ΄.

1 †Πάλιν τις πλεῖν στελλόμενος, καὶ ἄγρια μέλλων διοδεύειν κύματα,
† τοῦ φέροντος αὐτὸν (α) πλοίου σαθρότερον ξύλον ἐπιβοᾶται.
2 † Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὄρεξις πορισμῶν ἐπενόησε, † (β) τεχνῖτις δὲ σοφία
3 κατεσκεύασεν, † Ἡ δὲ σὴ πάτερ διακυβερνᾷ πρόνοια, † ὅτι ἔ-
4 δωκας καὶ ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν † καὶ ἐν κύμασι τρίβον ἀσφαλῆ, † Δεικνὺς
ὅτι δύνασαι (γ) ἐκ παντὸς σώζειν, † ἵνα (δ) κἂν ἄνευ τέχνης τις
5 ἐπιβῇ. † Θέλεις δὲ μὴ ἀργὰ εἶναι τὰ τῆς σοφίας σου ἔργα, † διὰ τοῦτο
καὶ ἐλαχίστῳ ξύλῳ πιστεύουσιν ἄνθρωποι ψυχάς, † καὶ διελθόντες κλύ-
6 δωνα σχεδίᾳ διεσώθησαν. † Καὶ ἀρχῆς γὰρ ἀπολλυμένων ὑπερηφάνων
γιγάντων, † ἡ ἐλπὶς τοῦ κόσμου ἐπὶ σχεδίας καταφυγοῦσα, † ἀπέλιπεν
7 αἰῶνι σπέρμα γενέσεως τῇ σῇ κυβερνηθεῖσα χειρί. † Εὐλόγηται
8 γὰρ ξύλον δι' οὗ γίνεται δικαιοσύνη. † Τὸ χειροποίητον δὲ ἐπικατάρατον
αὐτό, καὶ ὁ ποιήσας αὐτό, † ὅτι ὁ μὲν (ε) εἰργάζετο, τὸ δὲ φθαρτὸν θεὸς
9 ὠνομάσθη. † Ἐν ἴσῳ γὰρ μισητὰ θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ.
10 †Καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν σὺν τῷ δράσαντι κολασθήσεται. †Διὰ τοῦτο καὶ ἐν
11 εἰδώλοις ἐθνῶν ἐπισκοπὴ ἔσται, †ὅτι ἐν κτίσματι θεοῦ εἰς βδέλυγμα
ἐγενήθησαν, † καὶ εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων, †καὶ εἰς παγίδα
12 ποσὶν ἀφρόνων. † Ἀρχὴ γὰρ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων, † εὕρεσις
δὲ αὐτῶν φθορὰ ζωῆς.

MS. A. (α) ξύλου σαθρότερον ξύλον (β) τεχνίτης δὲ σοφίᾳ (γ) ἐκ πάντων (δ) καὶ ἂν (ε) ἠργάζετο.

Cum Translatione LATINA.

CAP. XIV.

Iterùm alius navigare cogitans, & per feros 1
fluctus iter facere incipiens, navigio portante se
fragilius lignum invocat. Illud enim cupiditas ac- 2
quirendi excogitavit, & artifex sapientia fabricavit, Tua autẽ, pater, gubernat providentia, quoniam 3
dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam
firmissimam, Ostendens quoniam potens es ex omni- 4
bus sanare: etiamsi sine arte aliquis adeat mare.
Vis autem non esse ociosa sapientiæ tuæ opera. 5
Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines
animas, & transeuntes mare per ratem liberati
sunt. Nam & ab initio, cum perirent superbi gi- 6
gantes; spes orbis terrarum ad ratem confugiens,
remisit seculo semen nativitatis, manu tua gubernata. Benedictum est enim lignum, (a) per quod 7
fit justitia. Per manus autem quod fit; maledi- 8
ctum est, ipsum, & qui fecit illud: quoniam ille
quidem operatus est: illud autem, cum esset fragile;
Deus cognominatum est. Similiter enim odio sunt 9
Deo, & impius, & impietas ejus. Etenim quod fa- 10
ctum est; cum illo, qui fecit, tormenta patietur.
Propter hoc, & in idolis nationum erit (b) re- 11
spectus, quoniam in creatura Dei in abominationem
facta sunt, & in scandala animabus hominum, & in
muscipulam pedibus insipientum. Initium enim for- 12
nicationis est exquisitio idolorum, & adinventio illorum corruptio vitæ est.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܦܘܠܩܐ * ܝܕ *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]

CAP. XIV.

Vel certè cùm exit ad mare navi sulcan- 1
dum super fluctus horrendos, lignum cariosum navi se vehente putrius orat rogátque ut sibi sit adjumento. Et illa quidem fabricata fu- 2
it mercandi gratiâ, quam artifex sapientiâ
suâ fabricavit: Tu verò pater, omnia creâsti 3
sapientiâ ac providentiâ tuâ, & viam per mare, tutásque super fluctus semitas dedisti. Ut 4
ostendas te posse ab omnibus servare ac liberare, et cuncta ex industria fieri. Quoniam 5
tu volens omnia fecisti, & sapientia tua ab
agendo minimè desistit; propterea dedisti hominibus ut animæ eorum parvo crederentur
ligno, transiréntque super ingentes fluctus, ac
viverent. Ab initio namque pereuntes transie- 6
runt gigantes electi, & quorum spes erat se
firmandos in mundo, aufugerant, nec ullatenus reliquerunt semen progeniei. Tua hæc
est providentia quam creâsti. Benedictum sit 7
lignum è quo justus conspicitur: Opus verò 8
manuum sit maledictum, tam ipsum quàm
factor illius, qui opus corruptibile fecit, &
Deum vocavit illud; Cùm tamen ipsum Deo 9
sit exosum, Impius ac impietas ejus, Et opus 10
ac fabricator ipsius simul damnabuntur.
Propterea etiam in idola gentium erit anim- 11
adversio, quoniam cùm sint creatura Dei, fecerunt ea in pollutionem & scandalum animarũ hominum, & retia pedibus hominum 12
stultorum. Principium enim scortationis est
idolorum excogitatio, eáque sunt corruptela
vivorum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

1 * الفصل الرابع عشر * وربما يرسل احد ايضا ليركب في البحر معتزما ان
يسير في الامواج المتوحشة * فيهتف الي خشبة ارخي واضعف من المركب الذي يحمله *
2 لان ذاك الصنم شهوة المكاسب احتالت به * والصانع بالحكمة عمله * فاما سياستك ايها
3 الاب تدبر الكل * لانك وفي البحر سلكت طريقا * وفي الامواج طريقا صائبا * موضحا انك تقدر
4 ان تخلص حقا * حتي يركب فيه احد بغير صناعة ما خشبة حقيرة ويعبرون * مريدا ان لا
5 تكون اعمال الحكمة باطلة * من اجل هذا ايتمن الناس علي انفسهم خشبة حقيرة * ويعبرون
6 تساوق الامواج في مركب لطيف فيخلصون * لان في القديم الجبابرة المتكبرين اذا هلكوا في
7 رجاء العالم * المركب الهارب خلف للدهر نسل كون بيدك الذي دبرته * لان قد بورك
8 الخشبة التي بها يصير العدل * فاما المعمولة باليد فملعونة هي ومن عملها * لانه هو عملها
9
10 وهي بالية سميت اله * فهما بالسواء مبغوضان عند الله المنافق ونفاقه * لان الشي المعمول
11 مع فاعله يعاقبان * فلهذا سيكون تكشف عن اصنام الامم * لانها صارت في البرية
12 رذالة * وفتونا لانفس الناس * وفخا لاقدام الجهال * لان مبتداء الزنا الفكر في اختراع الاصنام
لان وجدانها فساد الحياة *

CAP. XVI.

Rursum, siquando comparet se quis- 1
piam ad mare conscendendum, per feros
fluctus navigare cupiens, clamat ad lignum nave se vehente fragilius & infirmius. Illud enim simulachrum aviditas 2
questûs excogitavit, et artifex sapientiâ
fabrefecit. Tua verò providentia O Pa- 3
ter, cuncta gubernat: quandoquidem in
mari quoque viam, certumque in fluctibus
iter præbuisti, Ostendens posse te verè 4
salvare: adeò ut quispiam sine ulla arte
lignum abjectum conscendat in illo, permeétque; Volens opera sapientiæ non esse 5
otiosa. Propterea homines ligno contemptibili suas committunt animas, & fluctuum collisionem tenui trajiciunt navi,
& evadunt. Antiquitùs enim superbis 6
gigantibus in spe mundana pereuntibus;
navis effugiens progeniem existentiæ seculo reliquit per manum tuam quæ regebat illam. Etenim benedictum est lignum 7
per quod justitia exercetur: Manu- 8
factum autem maledictum est, tam ipsum
quàm qui fecit illud: quia hic illud fabricavit, illud verò corruptibile cum sit,
Deus est appellatum. Uterque enim æquè 9
invisi Deo sunt, impius, et impietas ejus.
Nam res facta cum factore suo pœnam 10
subibit. Et hac de causa perquisitio fiet 11
de simulachris gentium quoniam facta
sunt in orbe ad abominationem, ad errorem animis hominum, & ad laqueum
pedibus insipientium. Nam fornicatio- 12
nis origo excogitatio fibrice idolorum
est, quoniam eorundem inventio est vitæ
corruptela.

Versio VULG. LAT.

13 Neque enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum.
14 Supervacuitas enim hominum advenit in orbem ter-
15 rarum: & ideò brevis illorum finis est inventus. Acer-
bo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit
imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fue-
rat, nunc tanquam deum colere cœpit, & constituit in-
16 ter servos suos sacra & sacrificia. Deinde interveni-
ente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic
error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum impe-
17 rio colebantur figmenta. Et hos quos in palàm homi-
nes honorare non poterant, propter hoc quòd longè
essent, è longinquo figura eorum allata, evidentem ima-
ginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut il-
lum, qui aberat, tanquam præsentem colerent sua so-
18 licitudine. Provexit autem ad horum culturam, & hos
19 qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim
volens placere illi, qui se assumpsit, elaboravit arte
20 sua, ut similitudinem in melius figuraret. Multitudo
autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui
ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc
21 deū æstimaverunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio:
quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homi-
nes, incommunicabile nomen lapidibus, & lignis im-
22 posuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa Dei sci-
entiam, sed & in magno viventes inscientiæ bello, tot
& tam magna mala pacem appellant.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

13 †Οὔτε γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε εἰς τὸν αἰῶνα ἔσαι. †Κενοδοξίᾳ γὰρ
14 ἀνθρώπων (ζ) εἰσῆλθεν εἰς κόσμον, †καὶ διὰ τοῦτο σύντομον αὐτῶν
15 (η) τέλος ἐπενοήθη. †Ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατὴρ, τοῦ
ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας, †(θ) τὸν τότε νεκρὸν
ἄνθρωπον, νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησε, †καὶ παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυ-
16 στήρια, καὶ τελετάς. †(ι) Εἶτα ἐν χρόνῳ κρατυνθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος
ὡς νόμος ἐφυλάχθη, †καὶ τυράννων ἐπιταγαῖς ἐθρησκεύετο τὰ
17 γλυπτά. †Οὓς ἐν ὄψει μὴ δυνάμενοι τιμᾶν ἄνθρωποι διὰ τὸ
μακρὰν οἰκεῖν, †τὴν πόρρωθεν ὄψιν ἀνατυπωσάμενοι, †ἐμφανῆ
εἰκόνα τοῦ τιμωμένου βασιλέως ἐποίησαν, †ἵνα τὸν ἀπόντα ὡς παρόντα
18 (κ) κολακεύωσι διὰ τῆς σπουδῆς. †Εἰς ἐπίτασιν δὲ θρησκείας καὶ τοὺς
19 ἀγνοοῦντας †ἡ τοῦ τεχνίτου προετρέψατο φιλοτιμία. †Ὁ μὲν γὰρ
τάχα (λ) τῷ κρατοῦντι βουλόμενος ἀρέσαι, †ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ
20 τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τὸ κάλλιον. †Τὸ δὲ πλῆθος ἐφελκόμενον διὰ τὸ
(μ) εὔχαρι τῆς ἐργασίας, †τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον,
21 νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο. †Καὶ τοῦτο ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς
ἔνεδρον, †ὅτι ἢ συμφορᾷ ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἄνθρωποι,
22 †τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθεσαν. †Εἶτ' οὐκ
ἤρκησε (ν) τὸ πλανᾶσθαι περὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, †ἀλλὰ καὶ (ξ) μεγά-
λῳ ζῶντες ἀγνοίας πολέμῳ, †τὰ τοσαῦτα κακὰ εἰρήνην προσα-
γορεύουσιν.

MS.A. (ζ) θάνατος εἰσῆλθεν (η) τὸ τέλος (θ) τὸν ποτε (ι) Εἶτ' ἐν (κ) κολακεύσωσιν διὰ σπουδῆς. (λ) κρατοῦντι (μ) εὐχαρὲς (ν) αὐτοῖς τὸ (ξ) ἐν μεγάλῳ

Non enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Supervacua enim ambitione hominum intraverunt in orbem terrarum: & ideo brevis illorum finis est deliberatus. Acerbo enim luctu dolens pater citò rapti filii fecit imaginem, et mortuū tunc hominem, nunc tanquā Deum coluit, & constituit subditis sacra, & sacrificia. Deinde interveniente tempore invalescens impia consuetudo, tanquā lex custodita est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Quos in palàm cùm homines honorare non possent, propter hoc, quòd longè habitarent; è longinquo, faciem figurantes, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt, ut illi, qui aberat, tanquam præsenti adularentur per hanc solicitudinem. Provexit autem ad culturam, & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille enim volens nimirum dominanti placere, elaboravit arte, ut similitudinem in melius revocaret. Multitudo autem adducta per speciem operis, eum, qui paulò antè honoratus erat homo, nunc numen æstimaverunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut (c) affectui, aut tyrannidi deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Postea non suffecit errare circa Dei scientiam: sed & in magno viventes inscientiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

13 * ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܗܘܘ. ܐܦܠܐ ܠܥܠܡ ܡܩܘܝܢ. * ܪܒܘܬ ܟܪܣܐ ܓܝܪ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܥܠܬ
14 ܠܥܠܡܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܥܓܠܐ ܗܘܐ ܥܬܝܕܐ. * ܩܘܪܒܢܐ ܓܝܪ ܕܐܒܠܐ. ܢܩܒܠ ܐܒܐ 15
ܠܙܘܥܐ ܕܚܝ̈ܘܬܐ. ܐܦ ܒܪܗ ܢܬܚܛܦ. ܡܛܠ ܕܨܠܡܐ ܥܒܕ ܠܒܪܢܫܐ ܕܗܝܕܝܢ ܗܘܐ ܡܝܬܐ. ܘܥܒܕܗ
ܫܘܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܝܗܒ ܠܐܝܠܝܢ ܕܬܚܝܬ ܐܝܕܗ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܪ̈ܙܐ ܕܬܫܡܫܬܐ. * ܟܕ ܢܦܩܐ 16
ܥܘܠܐ ܘܒܗܢܐ ܝܘܠܦܢܐ ܒܡܘܬܪ ܙܒܢܐ. ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܢܛܪܗ. ܘܒܦܘܩܕܢܝܗܘܢ ܕܛܘܪ̈ܢܐ
ܦܠܚܘ ܠܓܠܝ̈ܦܐ. * ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܕܢܣܓܕܘܢ ܒܦܪܨܘܦܗܘܢ ܠܒܪܢܫܐ ܕܪ̈ܚܝܩܐ 17
ܡܥܡܪܐ. ܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܕܡܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܪ̈ܚܝܩܝܢ ܡܥܡܪܐ. ܕܡܘܬܐ ܡܚܘܝܢܝܬܐ ܠܝܩܪܗ
ܕܡܠܟܐ. ܕܢܗܘܘܢ ܡܬܟܫܦܝܢ ܠܘܬ ܪ̈ܚܝܩܐ ܐܝܟ ܕܠܩܪܝܒܐ. ܒܟܠܗ ܫܪܒܬܐ ܕܝܘܠܦܢܐ.
18 * ܘܐܦ ܠܐܢܫܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܠܗ. ܘܢܫܬܥܒܕ ܠܗ ܗܘ ܕܕܡܐ ܠܗ. ܙܪܙܬܗ ܐܘܡܢܘܬܗ ܕܐܘܡܢܐ
19 ܠܥܒܕܗ. * ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܚܝܕ ܘܨܒܐ ܕܢܫܦܪ ܠܗ. ܐܚܦ ܐܘܡܢܘܬܗ. ܕܢܥܒܕ ܠܗ
20 ܫܘܦܪܐ ܝܬܝܪܐ. * ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܡܛܠ ܫܘܦܪܗ ܕܥܒܕܐ. ܪܗܛ ܘܥܒܕܗ ܠܐܠܗܐ
21 ܠܗܘ ܕܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܡܝܩܪ ܗܘܐ. * ܗܢܐ ܗܟܝܠ ܗܘܐ ܠܚܘܣܪܢܐ ܠܡܥܡܪܐ.
ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܫܥܒܕܘ ܢܦܫܗܘܢ ܠܫܘܦܪܐ ܘܚܝܠܐ: ܘܫܡܐ ܠܟܐܦ̈ܐ ܘܠܩܝܣ̈ܐ
22 ܣܡܬܘܢ. ܕܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܫܘܬܦܝܢ ܠܗ. * ܘܠܐ ܣܦܩ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܬܕܥܘܢ ܠܐܠܗܐ.
ܐܠܐ ܩܪܒܐ ܥܒܕܬܘܢ. ܕܠܒܝܫܬܐ ܫܡܐ ܬܣܝܡܘܢ ܕܠܐ ܡܬܒܝܢܐܝܬ.

Non erant quidem ab initio, neque in æternum manebunt. Magnitudo enim abdominis ingressa est in mundum, idcircò brevì futurus est finis. Sacrificiū enim luctus accipiet pater ad agitationem (i. *oblationem*) animalium; quin & filius ejus abripietur, eò quòd imaginem fecerit homini qui tunc erat mortuus, & nunc parem Deo fecerit illum, dederítque his qui sub potestate sua erant, mysteria cultuum. Procedens impietas, & in ista doctrina successu temporis invalescens, quasi legem id observavit, & imperio tyrannorum servierunt sculptilibus. Quia non poterant *ipsummet* in persona hominem adorare procul habitantem, effigiem fecerunt eorum qui procul habitabant, effigiem, *verbi gratiâ*, peculiarem in Regis honorem; ut absentem quasi præsentem supplicarent, omni per progeniem adhibito studio. Imò ut is etiam qui non cognoscebat ipsum, ei serviret qui sibi similis est, artificis industria cohortata est. Cùm enim ille potens esset, & *hic* illi placere vellet, arti suæ violentiam adhibuit, ut eximiam in eo pulchritudinem exprimeret. Totum autem vulgus propter operis pulchritudinem accurrens, mox numen constituit eum, quem *ut* hominem honorârat. Hoc ipsum *igitur* damno fuit in incolatu *mortalium*, quòd homines servituti se mancipârint, pulchritudine & potentiâ permoti; & lapidibus ac lignis nomen imposueritis, cujus nequaquam erant participes. Nec suffecerat vobis Deum ignorâsse, sed bellum gessistis, ut malo nomen imprudenter imponeretis.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

13 * لانها لم تكن منذ القديم * ولا تكون باقية الي الابد * لان عجب الناس الباطل الذي
14 ورد الي العالم * ولهذا اذ نهايتهم وجيزة احتالوا من هاهنا بالاصنام * لان الوالد لتوجعه ينوح 15
نوحا لاحدا له على انتزاع ولده سريعا * عمل له سريعا صورة * والانسان المايت قديما اكرموه
16 الان مثل الاه * واعطوا المملوكين تحت الخطية اسرارا واعيادا * ثم لما اعتزت بطول المدة
17 العادة النفاقية وحفظت كالشريعة * وباوامر الامراء المردة عبدت المنحوتات * والذين لم يمكن
الناس اكرامهم بحضرة وجوههم لانهم ساكنون بعيدا * مثلوا وجههم البعيد شخصه *
وعملوا للملك المكرم عندهم صورة ظاهرا * ليلاطفوا بحرصهم في هذا الشخص الغايب
18 كانه حاضر * فثبتوا في عبادتها الذين لم يعرفوا مكرهم * وبعد هذا عكسوا اكرام الصانع الي
19 المصنوعات * لانه لعل المريد ان يرضي الممسك * اغتصب الشبه شبهه بالصناعة الي الاحسن
20 ما استحسنه * فحصل ذلك يجذب اكثر الناس من اجل سرعة فرحهم بالاحسان * والانسان
21 الذي كان قبل مدة يسيرة مكرما اعتقدوه الان معبودا * فصار هذا للعالم كمينا * لان
الناس خدموها غصبة او باغتصاب * ووضعوا اسم الاله الذي لا شركة فيه لغيره على خشب
22 وحجارة * ثم ما كفاهم ضلالهم عن معرفة الله * بل اذا كانوا في حرب هذا مقدار عظمها
عايشين في غباوتهم * سموا المساوي العظيم مقدارها سلامة *

Neque enim erant ab initio, neque permanebunt in æternum. Quoniam celârunt homines vanitatem quæ venerat in mundum, cúmque propterea finis illorum sit brevis, hinc idola excogitârunt. Pater enim ob dolorem suum, ploratu ipsum laniante lugens filium suum prœmaturè ereptum, statim fecit ei imaginem; & hominem jam anteà mortuum, nunc ut Deum honorant: tum peccato mancipatis mysteria diesque festos dederunt. Deindè lapsu temporis invalescens impia consuetudo, servata est ut legalis: & contumaciam Principum mandatis culta fuêre sculptilia. Et quos non poterant homines præsentibus eorum vultibus honorare quòd procul habitarent, vultum eorum quorum remota erat figura, expresserunt, regique apud ipsos honorando publicam statuerunt imaginem: ut suo in ejusmodi effigiem, studio absenti tanquam præsenti blandirentur. Tum in ejus adoratione confirmârunt eos qui fraudem ipsorum ignorabant: tum demùm opificis honorem ad opificia deflexerunt. Nam ille fortassis qui potenti placere cupiebat, formam affectavit, quammaximè potuit pulcherrimam tribuens illi figuram: Factumque est ut hoc pleró sque alliceret homines propter præcipitem eorum de venustate delectationem, & hominem qui paulò ante honorabilis erat, mox numen crediderint. Fuit autem id mundo insidiosum, eò quòd homines sponte aut vi coluerint ea, & Dei nomen quod alii incommunicabile est, lignis ac lapidibus imposuerint. Prætereà non satis fuit illis à cognitione Dei aberrâsse, verùm cùm in bello tam graviter magno versarentur in stoliditate sua viventes, maximi momenti mala pacem vocavêre.

Versio VULG. LAT.

23 Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes,
24 Neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans
25 contristat. Et omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio
26 & perjurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.
27 Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa
28 est, & initium & finis. Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut vivunt injustè,
29 aut pejerant citó. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, male jurantes noceri se non spe-
30 rant. Utraque ergò illis evenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & jurave-
31 runt injustè, in dolo contemnentes justitiam. Non enim juratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper injustorum prævaricationem.

CAP. XV.

1 Tu autem Deus noster, suavis & verus es, patiens, & misericordia disponens omnia.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

23 Ἢ γὰρ τεκνοφόνους τελετὰς, ἢ κρύφια μυστήρια, † ἢ ἐμμανεῖς ἐξ
24 ἄλλων θεσμῶν κώμους ἄγοντες, † Οὔτε βίους οὔτε γάμους καθαροὺς ἔτι φυλάσσουσιν, † ἕτερος δ' ἕτερον ἢ λοχῶν ἀναιρεῖ, ἢ νοθεύων ὀδυνᾷ.
25 † (ο) Πάντας δ' ἐπιμὶξ ἔχει αἷμα καὶ φόνος, κλοπὴ καὶ δόλος,
26 † φθορὰ, ἀπιστία, ταραχὴ, ἐπιορκία, † (π) θόρυβος ἀγαθῶν, Χάριτος ἀμνηστία, † ψυχῶν μιασμὸς, γενέσεως ἐναλλαγὴ, † γάμων
27 ἀταξία, καὶ ἀσέλγεια. † Ἡ γὰρ τῶν ἀνωνύμων εἰδώλων θρησκεία
28 † παντὸς ἀρχὴ κακοῦ καὶ αἰτία καὶ πέρας ἐστίν. † Ἢ γὰρ εὐφραινόμενοι μεμήνασιν, † ἢ προφητεύουσι ψευδῆ, † ἢ ζῶσιν ἀδίκως, ἢ (ρ) ἐπι-
29 ορκοῦσι ταχέως. † Ἀψύχοις γὰρ πεποιθότες εἰδώλοις, † κακῶς
30 ὀμόσαντες ἀδικηθῆναι οὐ προσδέχονται. † Ἀμφότερα δὲ αὐτοὺς μετελεύσεται τὰ δίκαια, † ὅτι κακῶς ἐφρόνησαν περὶ Θεοῦ (σ) προσχόντες εἰδώλοις, † καὶ ἀδίκως ὤμοσαν ἐν δόλῳ καταφρονήσαντες
31 ὁσιότητος. † Οὐ γὰρ ἡ τῶν (τ) ὀμνυομένων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη † ἐπεξέρχεται ἀεὶ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν.

MS.A. (ο) Πάντα (π) τάραχος, (ρ) ἐφιορκοῦσιν (σ) προσέχοντες (τ) ὀμνυμένων

ΚΕΦ. ιε'.

1 † Σὺ δὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν χρηστὸς καὶ ἀληθὴς, † μακρόθυμος (α) καὶ ἐν ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα. MS.A. (α) καὶ ἐλέει

Cum Translatione LATINA.

Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plena, ex aliis ritibus commessationes agentes, 23
Neque vitas atque nuptias mundas jam custodiunt; & alius alium aut per insidias occidit, aut adulterans contristat. 24
Et omnia commista sunt, sanguis, & homicidium, furtum, & dolus, corruptio, infidelitas, turbatio, perjurium, tumultus bonorum, 25
Gratiæ immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inordinatio, mœchia, & impudicitia. 26
Infandorum enim cultura idolorum omnis mali initium est, & causa, & finis. 27
Aut enim dum lætantur, insaniunt; aut vaticinantur falsa, aut vivunt injustè, aut perjurant citò. 28
Dum enim confidunt idolis, quæ sine anima sunt; malè jurantes noceri se non sperant. 29
Utraque autem illos insequentur jura, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, et injustè in dolo juraverunt contemnentes justitiam. 30
Non enim eorum, per quos juratur, virtus, sed peccantium judicium insurgit semper super injustorum prævaricationem. 31

CAP. XV.

Tu autem Deus noster suavis, et verus es, et patiens, et in misericordia disponens omnia. 1

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
[illegible]

1 [illegible]
[illegible]

* Eísque serviviftis, liberos vestros occidentes, & occulta mysteria facientes: & insanîstis in architectandis aliis rebus mundanis, 23
Quarum causâ neque incolatus vester, neque nuptiæ vestræ puræ erant, neque circunspectæ; sed alter socium suum fraudulenter occîdit, & fornicatione corrumpit; & quidem ipsiusmet collega corrumpit eum. 24
Omnia denique permista erant sanguine & cæde, furto, fraude, & corruptelâ, perfidiâ, tumultu, atque perjurio. 25
Quæ omnia perturbationem afferunt perpetrantibus ea, ne sint beneficii memores, sed animas contaminent, & nuptias natis inordinatè commutent. 26
Adulterium impudicitiæ conversationum idolorum eorum infandorum, & eorum cultus, origo est omnis mali, & causa corruptelæ. 27
Sive delectentur, inquinantur; sive vaticinentur, mentiuntur; sivè vivant, impiè agunt; sive falsò jurent, haud comprobant. 28
In his enim qui idolis confidunt, nullum est emolumentum; & malè jurantes, haud putant se pœnas luituros. 29
Duo illis justè evenient, quia malè de Deo senserunt, respicientes idola; & vili cum injustitia jurârunt, contemnentes veritatem. 30
Neque verò tanta vis punitionis est propter jusjurandum; sed pœna peccati scelestorum, & damnatio iniquorum est id quod perpetrârunt. 31

CAP. XV.

Tu verò Deus noster, benignus es & sanctus, longanimis, & summè bonus, & omnium nutritor. 1

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

23 * لان الذين كانوا يقتلون اولادهم * او يعملون اسرارا مكتومه * او يرقصون هايمين من
24 تلقاء سرايع اخر * لم يكونوا يحفظون سيرتهم ولا تزويجهم * بل كان الواحد اذ يكمن للاخر
25 فيقتله . واما يلاطفه فيهدده بما يوجعه * فصارت امورهم كلها تختلط فيها الدم والقتل *
26 السرقه والغش * الفساد * نقص الشكر * وعدم الامانه * الخبث * تشويش الصالحات * نسيان
27 الانعام * دنس النفوس * ابتذال الولاده * نقص ترتيب الزواج * الفسق والشبق * لان عباده
28 الاصنام التي لا اسما لها * هي ابتداء كل شر * وعلته وغايته * لان عبدتها ان فرحوا
29 انتقموا * واما يتنباون فيكذبون * كذبا * واما يعيشون ظلما * واما يحلفون سريعا * لانهم
30 اذ يتوكلون على اصنام لا نفوس لها * يقسمون قسما رديا * وما يحتملون ان يظلموا * وسيدهمهم
الطايلات المقسطات كلتاهما * انهم اعتقدوا في الله معتقدا رديا * اذ اصغوا الي الاصنام *
31 وانهم حلفوا ظلما * واهونوا بالبر * لان ليس من قبل قوة ما حلفوا به * بل على ما توجبه
طايلة ما اخطاوا فيه * تخرج القضيه على معصية الظالمين دايما *

* الفصل الخامس عشر *

1 * وانت يا الهنا خير حق ممهل * ومدبر كافة البرايا برحمة *

Nam qui suos occidebant liberos, aut occulta mysteria celebrabant, aut ob alienorum causam rituum bacchantes tripudiabant; 23
Neque vitæ institutum, neque connubia sua tuebantur; sed alter insidias alteri tendens, interficiebat illum; aut blandiens ei, rebus dolore plenis terrebat. 24
Adeóque in cunctis eorum actionibus mistus erat sanguis ac cædes, furtum & dolus, corruptela, ingratitudo, infidelitas, malitia, perturbatio operum bonorum, 25
Beneficiorum oblivio, animarum contaminatio, partûs commutatio, connubiorum inordinatio, adulterium, & lascivia. 26
Infandorum enim cultus idolorum omnis mali principium, causa, & finis est. 27
Nam cultores eorum si lætentur, ulciscuntur; sive prophetent, mendacia comminiscuntur; sive vivant, perversè; sive mala committant, præcipitanter. 28
Inanimatis enim idolis confisi scelerato jurejurando pejerant, nec opprimi se patiuntur. 29
At duæ justæ involvent eos pœnæ, tum quòd iniquam de Deo sententiã habuerint attendentes idolis, tum quòd falsò jurârint & justitiam spreverint. 30
Non enim ex ejus per quod juraverunt potentiâ, sed prout ejus exigit pœna in quo deliquerunt, semper prodit sententia in rebellionem nefariorum. 31

CAP. XV.

Tu autem O Deus noster, bonus es, verax, longanimis, & omnes creaturas misericorditer gubernans, 1

Versio VULG. LAT.

2 Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccaverimus, scimus quoniam
3 apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata justitia est: & scire justitiam, & virtutem tuã, radix est
4 immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,
5 Cujus aspectus insensato dat concupiscentiam, & di-
6 ligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui
7 faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. Sed & figulus mollem terram premens, laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis
8 sit usus, judex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto, ille qui paulò antè de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se unde acceptus est,
9 repetitus animæ debitum quam habebat. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert,
10 quoniam res supervacuas fingit. Cinis est enim cor ejus, & terra supervacua spes illius, & luto vilior vita
11 ejus: Quoniam ignoravit qui se finxit, & qui inspiravit illi animam quæ operatur, & qui insufflavit ei spiritum vitalem.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 † Καὶ γὰρ ἐὰν ἁμάρτωμεν, Σοί ἐσμεν, εἰδότες Σου τὸ κράτος. † οὐχ
3 ἁμαρτησόμεθα δὲ, εἰδότες ὅτι Σοὶ λελογίσμεθα. † Τὸ γὰρ ἐπίστασθαί Σε, ὁλόκληρος δικαιοσύνη, † καὶ εἰδέναι (β) τὸ κράτος Σου ῥίζα
4 ἀθανασίας. † Οὔτε γὰρ ἐπλάνησεν ἡμᾶς ἀνθρώπων κακότεχνος ἐπίνοια, οὐδὲ σκιαγράφων πόνος ἄκαρπος, † εἶδος σπιλωθὲν χρώμασι διηλλαγμένοις·
5 † Ὧν ὄψις ἄφροσιν (γ) εἰς ὄνειδος ἔρχεται,
6 † ποθεῖ τε νεκρᾶς εἰκόνος εἶδος (δ) ἄπνουν. † Κακῶν ἐρασταὶ ἄξιοί τε τοιούτων ἐλπίδων, † καὶ οἱ δρῶντες, καὶ οἱ ποθοῦντες, καὶ οἱ
7 σεβόμενοι. † Καὶ γὰρ κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων ἐπίμοχθον, † πλάσσει πρὸς ὑπηρεσίαν ἡμῶν (ε) ἕκαστον, † ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἀνεπλάσατο † τά τε τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, † τά τε ἐναντία, (ζ) πάνθ' ὁμοίως· † τούτων δὲ ἑκατέρου τίς ἑκάστου ἐστὶν ἡ
8 χρῆσις, † κριτὴς ὁ πηλουργός. † Καὶ κακόμοχθος θεὸν μάταιον (η) ἐκ τοῦ αὐτοῦ πλάσσει πηλοῦ, † ὃς πρὸ μικροῦ ἐκ γῆς γενηθεὶς † μετ' ὀλίγον πορεύεται ἐξ ἧς ἐλήφθη, † τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς
9 χρέος. † Ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ φροντὶς οὐχ ὅτι μέλλει κάμνειν, † οὐδ' ὅτι βραχυτελῆ βίον ἔχει, † ἀλλ' ἀντερείδεται μὲν χρυσουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις, † χαλκοπλάστας τε μιμεῖται, † καὶ δόξαν ἡγεῖται ὅτι κίβδηλα πλάσσει.
10 † Σποδὸς ἡ καρδία αὐτοῦ, † καὶ γῆς εὐτελεστέρα ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ,
11 † πηλοῦ τε ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτοῦ. † Ὅτι ἠγνόησε τὸν (θ) πλάσαντα αὐτὸν, † καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτῷ ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, † καὶ ἐμφυσήσαντα πνεῦμα ζωτικόν.

MS. A. (β) σου τὸ κράτος (γ) εἰς ὄρεξιν ἔρχεται, (δ) ἀγνοῦν. (ε) ἓν ἕκαστον, (ζ) πάντα ὁμοίως· (η) πλάσσει ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ, (θ) ποιήσαντα

Cum Translatione LATINA,

Etenim si peccaverimus; tui sumus, scientes (a) 2
potentiam tuam. Non peccabimus autem, scientes, quoniam tui sumus deputati. Nosse enim te con- 3
summata justitia est, & scire virtutem tuam, radix est immortalitatis. Non enim in errorem in- 4
duxit nos hominum malæ artis excogitatio, neque (b) adumbrantium labor sine fructu effigies sculpta per varios colores: Quorum aspectus insensatis 5
in (c) opprobrium venit, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores & 6
digni, qui spem habeant in talibus, & qui faciunt, & qui diligunt, & qui colunt. Nam & figulus 7
mollem terram premens laboriosè fingit ad usum nostrum unumquodque vas: sed de eodem luto finxit & ea, quæ mundis operibus serviunt vasa, & similiter omnia quæ his sunt contraria: Horum autem utriusque, quis cujusque sit usus, judex est figulus. Et malè laborans Deum vanum fingit de eodem luto, 8
ille, qui paulò antè de terra factus, post pusillum abit in eam, unde acceptus est, repetitus animæ debitum. Sed cura est illi, non quia laboraturus 9
est, nec quoniam brevis ipsi vita est: sed concertat aurificibus, & argentariis, & ærarios imitatur, & gloriam putat, quoniam res adulterinas fingit. Cinis est cor ejus, & terra magis supervacua spes 10
illius, & luto vilior vita illius: Quoniam igno- 11
ravit eum qui se finxit, & qui inspiravit sibi animam, quæ operatur, & qui insufflavit spiritum vitalem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 * ܐܢ ܢܚܛܐ. ܕܝܠܟ ܚܢܢ. ܕܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܚܝܠܟ. ܡܟܝܠ ܕܝܢ ܠܐ ܢܚܛܐ. ܕܕܝܠܟ
3 ܡܬܚܫܒܝܢܢ. * ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܓܝܪ ܕܟܐܢܘܬܐ. ܕܢܕܥ ܐܢܫ ܠܟ. ܘܕܢܕܥ ܐܢܫ ܫܪܪܟ. ܥܩܪܐ ܗܘ
4 ܕܠܐ ܡܝܘܬܐ. * ܠܐ ܓܝܪ ܐܛܥܝܘܟܘܢ ܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܣܪܝܩܘܬܗܘܢ. ܛܠܠܐ ܕܟܬܒܝܗܘܢ.
5 ܠܐܝܬ ܐܝܕܝܗܘܢ. ܕܠܝܬ ܒܗ ܦܐܪܐ. ܐܠܐ ܕܡܘܬܐ ܣܪܝܩܬܐ ܘܨܠܡܐ ܡܫܚܠܦܐ. * ܩܕܡ ܣܟܠܐ.
6 ܗܢܐ ܗܘ ܪܓܝܓܐ ܕܚܕܝܢ ܒܡܝܬܘܬܐ. ܨܒܘܬܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܪܘܚܐ. * ܦܥܠܐ ܒܝܫܐ.
ܒܝܫܐ. ܘܫܘܝܢ ܗܘ ܣܒܪܐ ܠܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܡܬܟܬܫܝܢ ܥܠܝܗܘܢ: ܘܪܚܡܝܢ ܠܗܘܢ:
7 ܘܦܠܚܝܢ ܠܗܘܢ. * ܗܐ ܓܝܪ ܦܚܪܐ ܕܠܝܫ ܛܝܢܐ ܪܟܝܟܐ ܒܠܐܝܘܬܐ. ܘܥܒܕ ܡܢܗ
ܡܐܢܐ ܠܬܫܡܫܬܐ. ܡܢܗ ܡܢ ܛܝܢܐ ܗܘ ܥܒܕ ܡܐܢܐ ܕܟܝܐ ܠܬܫܡܫܬܐ. ܘܡܐܢܐ ܠܐ
8 ܕܟܝܐ ܠܬܚܫܝܚܬܗܘܢ. ܘܗܘ ܥܒܕ ܦܚܪܐ ܡܦܪܫ ܠܟܠ ܚܕ ܠܬܫܡܫܬܗ. * ܘܡܢܗ ܕܡܢܗ
ܒܥܡܠܐ ܒܝܫܐ ܡܨܝܪ ܐܠܗܐ ܠܣܪܝܩܘܬܐ. ܠܗܘ ܕܡܢ ܩܠܝܠ ܡܢ ܐܪܥܐ
9 ܐܬܒܪܝ. ܘܡܢ ܩܠܝܠ ܠܐܪܥܐ ܗܦܟ. ܘܬܒܥܝܢ ܠܗ ܦܘܪܥܢܐ ܕܢܦܫܐ. * ܘܡܬܥܩ ܠܗ
ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܠܐܐ. ܘܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܩܠܝܠܐ ܚܝܘܗܝ ܐܘ ܢܓܝܪܐ. ܐܠܐ ܚܠܦ
ܕܚܝܐ ܕܕܗܒܐ ܘܕܣܐܡܐ ܘܕܢܚܫܐ. ܘܡܨܝܪܝܢ ܘܡܚܒܪܝܢ ܠܗ ܒܬܫܒܘܚܬܐ. ܘܡܥܢܝܢ
10 11 ܠܗ ܒܛܢܦܘܬܐ. * ܩܛܡܐ ܗܘ ܠܒܗ. ܘܣܒܪܐ ܗܘ ܥܦܪܐ. ܚܝܘܗܝ ܛܝܢܐ ܨܥܝܪܐ. * ܕܠܐ
ܝܕܥ ܠܗܘ ܕܓܒܠܗ. ܘܢܦܫܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܐܪܡܝ ܒܗ. ܘܪܘܚܐ ܕܚܝܐ ܢܦܚ ܒܗ.

* Quòd si peccemus, tui sumus, quia potentiam tuam novimus: at verò non peccabimus, quia tui censemur. Nam perfecta justitia est ut quis te cognoscat; & aliquem nôsse veritatem tuam, radix est immortalis. Non seduxit vos opus manuum hominum, vanitas eorum, umbra scripturarum eorum, labor manuum eorum, in quo nulli sunt fructus sed species inanes, & effigies mutabiles. In conspectu stolidorum hoc jucundum est, qui delectantur rebus mortuis, splendore in quo nullus est spiritus. Operarii sunt pessimi, & tali quidem spe digni qui pugnant pro ipsis, & diligunt ac colunt eos. Ecce enim figulus qui molle cœnum cum labore subigit, & ex eo vasa componit ad usum; ex eodem cœno vasa format munda in ministerium, & vasa immunda in usum illorum: & ipsemet artifex argillæ destinat unumquodque ad proprium ministerium: Et ex eadem improbo artificio deum ad vanitatem compingit illum quem nuper è terra vendicavit; mox autem in terram revertetur, & exigent ab eo debitum animæ. Præterea angitur quòd laborare non possit, non quòd sua ipsius vita brevis sit aut diuturna, sed caduca sit vita auri argentíque ac æris: quod cum impuritate figurantes & componentes, cum gloria erigunt. Cinis est cor ejus, spes terra, vita lutum infame: Quoniam eum qui finxit ipsum, & perfectam ei indidit animam, vitalémque spiritum inflavit in eum, ignorat.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2 * فان اخطانا فلك نحن * وقد عرفنا عزتك * واذا لا نخطي فقد عرفنا اننا حسبنا لك وفي
3 4 خاصتك * لان المعرفة بك عدل كامل * ومعرفة عزتك اصل عدم الموت * لاننا ما اطلنا فكر
سوء صناعة الناس * ولا تعب تزويق لا يثمر نفعا * او نوع باصباغ تبدل الوانها عليه *
5 6 * التي منظرها يفضي بالغبي الي شهوتها * يتوق الي نوع صورة مايتة لا تمشي * فهم عاشقون
المساوي * يستحقون مثل هذه الامال * والذين يعملونها * والذين يصنعونها * والذين يعبدونها *
7 * لان الفاخراني اذا عرك الطين اللين * يعمل شيا واحدا يصلح لخدمة كل واحد منا * بل
يعمل من الطين بعينه اواني عبدات * الاواني الطاهرة * واضداد تلك كلها نظير تلك يعملها *
8 واستعمال كل واحد من هذا اخر * فالقاضي صانع الطين * والردي التعب يسوي من
ذلك الطين بعينه الاها عطلا * ذلك الذي منذ حين يسير سوي من الارض * وبعد مدة
9 قليلة سيذهب الي التي اخذ منها * يطالب بدين نفسه * بل الاهتمام عنده لا بانه مزمع ان
يسعي ويتعب * ولا بان له عمل مدة قصيرة بل ان يباري عمال الذهب وصانعي الفضة ويشابه
10 صانعي النحاس * اذ يسوي رذالة يقلدها شرفا * فقلبه رمادا * ورجاوه اسد حقارة من التراب * وعمره
11 اسد هوانا من الطين * لانه جهل من خلقه * ونفخ فيه نفسا عاقلة * ونفخ فيه روحا حيا *

* Quòd si peccemus, tui sumus, & potentiam tuam jam novimus: si verò minimè peccemus, in tuos tuámque proprietatem nos reputari novimus. Nam nôsse te, perfecta justitia est; & tuam nôsse potentiam, est immortalitatis origo. Neque enim seduxit nos pessima excogitatio artis humanæ, neque labor ornatûs nullam afferentis utilitatem, aut species cum tincturis colores suos super eam variantibus, Quarum aspectus insipientem ad sui concupiscentiam inducit, ut expetat speciem figuræ mortuæ non ambulantis. Sunt autem malorum amatores, & talibus digni expectationibus tam qui elaborant ea, quàm qui faciunt & colunt. Nam figulus molle pressans lutum, rem aliquam unicujusque nostrûm ministerio commodam componit: imò ex eodem luto vasa servilia, vasa nimirum munda, & his contraria omnia, illis quoad operam similia componit: cumque singulorum ex istis, alius sit usus, opifex argillæ arbiter est. Et improbi laboris homo ex ipsamet argilla Deum inutilem effingit: ille inquam qui nonnidum è terra conditus, post breve tempus ad eam redibit è qua desumptus est, de animæ suæ ratione poscendus. Imò cura apud ipsum est, non quòd ærumnam ac laborem sit passurus, neque quòd exigui temporis opera se maneat; sed ut imitetur aurifices & fabros argentarios, & adæquet fabros ærarios, componendo abominationem quam gloria munit. Sanè cor ejus cinis est, & spes ejus pulvere vilior, ætásque ipsius luto abjectior: Quoniam ignorat eum qui creavit ipsum, inspiravit in illum animam intelligentem, & spiritum vitalem inflavit in eum.

Versio VULG. LAT.

12 Sed & æstimaverunt lusum esse vitam nostram, & con-
versationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere
13 undecunque etiam ex malo acquirere. Hic enim scit
se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragi-
14 lia vasa, & sculptilia fingit. Omnes enim insipientes,
& infelices supra modum animæ superbi, sunt inimi-
15 ci populi tui, & imperantes illi: Quoniam omnia
idola nationum deos æstimaverunt, quibus neque ocu-
lorum usus est ad videndum, neq; nares ad percipien-
dum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti
manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad
16 ambulandum. Homo enim fecit illos: & qui spiri-
tum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi simile
17 homo poterit deū fingere. Cùm enim sit mortalis, mor-
tuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his
quos colit, quia ipse quidē vixit, cùm esset mortalis, illi
18 autē nunquā. Sed & animalia miserrima colunt: insen-
19 sata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec
aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspi-
cere. Effugerunt autē Dei laudem, & benedictionē ej⁹.

CAP. XVI.

1 PRopter hæc, & per his similia passi sunt dignè tor-
menta, & per multitudinem bestiarū exterminata sunt.
2 Pro quibus tormentis benè disposuisti populum tuum,
quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, no-
vum saporem, escam parans eis ortygometram:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

12 † (ι) Ἀλλ' ἐλογίσαντο παίγνιον εἶναι τὴν ζωὴν ἡμῶν, † καὶ τὸν βίον πανη-
γυρισμὸν ἐπικερδῆ· † δεῖν γάρ (κ) φησιν ὅθεν δὴ κἂν ἐκ κακοῦ
13 πορίζειν. † Οὗτος γὰρ παρὰ πάντας οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει, † ὕλης
14 γεώδους (λ) εὔθραυστα σκεύη καὶ γλυπτὰ δημιουργῶν. † (μ) Πάντες
δ' ἀφρονέστατοι καὶ τάλανες ὑπὲρ (ν) ψυχὴν νηπίου, † οἱ ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ
15 σου καταδυναστεύσαντες αὐτόν. † (ξ) Ὅτι καὶ πάντα εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἐλο-
γίσαντο θεούς, † οἷς οὔτε ὀμμάτων χρῆσις εἰς ὅρασιν, † οὔτε ῥῖνες εἰς συν-
ολκὴν ἀέρος, † οὔτε ὦτα ἀκούειν, † οὔτε δάκτυλοι χειρῶν εἰς ψηλάφησιν,
16 † καὶ οἱ πόδες αὐτῶν ἀργοὶ πρὸς ἐπίβασιν. † Ἄνθρωπος γὰρ ἐποίησεν
αὐτούς, † καὶ τὸ πνεῦμα δεδανεισμένος ἔπλασεν αὐτούς. † Οὐδεὶς (ο) γὰρ
17 αὐτῷ ὅμοιον ἄνθρωπος ἰσχύει πλάσαι θεόν· † Θνητὸς δὲ ὢν νεκρὸν
ἐργάζεται χερσὶν ἀνόμοις. † (π) κρείττων γάρ ἐστι τῶν (ρ) σεβασμάτων
18 αὐτοῦ, † ὧν αὐτὸς μὲν ἔζησεν, ἐκεῖνα δὲ οὐδέποτε. † Καὶ τὰ ζῷα δὲ
τὰ ἔχθιστα σέβονται, † ἀνοίᾳ γὰρ συγκρινόμενα τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρονα.
19 † Οὐδ' ὅσον ἐπιποθῆσαι ὡς ἐν ζῴων ὄψει καλὰ τυγχάνει, † ἐκπέ-
φευγε δὲ καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ἔπαινον καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ.

MS.A. (ι) Ἀλλὰ (κ) φασιν (λ) εὔθραστα (μ) Πάντων (ν) ψυχὰς νηπίων, (ξ) Ὅτι πάντα τὰ εἴδωλα (ο) γὰρ ἄνθρωπον ὅμοιον ἰσχύει (π) κρείσσων (ρ) σεβημάτων

ΚΕΦ. ιϛʹ.

1 † ΔΙὰ τοῦτο δι' ὁμοίων ἐκολάσθησαν ἀξίως, † καὶ διὰ πλήθους κνωδάλων
2 ἐβασανίσθησαν. † Ἀνθ' ἧς κολάσεως εὐεργετήσας τὸν λαόν σου,
† (α) εἰς ἐπιθυμίαν ὀρέξεως ξένην γεῦσιν, † τροφὴν ἡτοίμασας ὀρτυγο-
μήτραν,

MS.A. (α) οἷς εἰς

Sed æstimaverunt lusum esse vitam nostram, & vitæ modum nundinas compositas ad lucrum. O- 12
portere enim dicunt undecunque, etiam ex malo
acquirere. Hic enim scit super omnes se delinquere, 13
qui ex terræ materia fragilia vasa & sculptilia
fingit. Omnes autem insipientes & infelices su- 14
per animam infantis, inimici populi tui, imperan-
tes ei: Quoniam & idola omnium nationum De- 15
os æstimaverunt, quibus neque oculorum (d) usus
est ad videndum, neque nares ad percipiendum spi-
ritum, neque aures ad audiendum, neque digiti in
manibus ad tractandum, sed & pedes eorum pigri
ad ambulandum. Homo enim fecit illos: &, qui 16
spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim
sibi similem homo potest Deum fingere: Cum sit 17
autem mortalis; mortuum fingit manibus iniquis.
Melior est enim ipse iis quos colit: quoniam ipse
quidem vixit, illi autem nunquam. Sed & ani- 18
malia miserrima colunt: (e) dementia enim compa-
rata aliis sunt deteriora; Neque, quatenus deside- 19
rentur, tanquam in animalium aspectu bona sunt:
effugerunt autem & Dei laudem, & benedictionem
eius.

CAP. XVI.

PRopter hoc per similia passi sunt dignè tormenta, 1
& per multitudinē bestiarum exterminati sunt.
Pro quibus tormentis bene disposuisti populū tuum, 2
quibus in concupiscentia appetitus, novum saporem
escam parasti ortygometram:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܡܣܬܒܪܝܢ ܠܥܘܡܪܐ ܕܚܝܝܗܘܢ ܓܘܚܟܐ. ܘܠܚܝܝܗܘܢ ܐܝܟ ܙܒܢܐ ܘܙܒܢܢܘܬܐ ܕܬܓܪܐ. 12
ܘܬܓܪܘܬܗ ܟܠܗ ܒܒܝܫܬܐ. * ܘܗܘ ܝܕܥ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠ ܕܚܛܐ. ܗܘ ܕܡܢ ܗܘܠܐ 13
ܕܥܦܪܐ ܥܒܕ ܓܠܝܦܐ. ܘܦܠܚ ܠܗܘܢ. * ܟܠܗܘܢ ܣܟܠܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܟܠ ܢܦܫܐ ܙܥܘܪܬܐ 14
ܣܢܐܘܗܝ ܕܥܡܟ ܡܫܬܠܛܝܢ ܒܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܢܣܒܘ ܦܬܟܪܐ ܕܥܡܡܐ 15
ܕܥܡܡܐ. ܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܕܠܐ ܚܙܝܢ ܥܝܢܝܗܘܢ ܡܕܡ. ܘܠܐ ܢܚܝܪܝܗܘܢ ܡܪܝܚܝܢ ܐܐܪ. ܘܠܐ
ܐܕܢܝܗܘܢ ܫܡܥܢ. ܘܨܒܥܬܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ ܠܐ ܓܫܢ. ܘܪܓܠܝܗܘܢ ܒܛܝܠܢ ܡܢ ܗܠܟܬܐ.
* ܡܛܠ ܕܒܪܢܫܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ. ܘܪܘܚܐ ܕܐܢܫܐ ܥܘܠܐ ܓܒܠ ܐܢܘܢ. ܘܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚ 16
ܕܢܥܒܕ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ. * ܗܘ ܡܝܘܬܐ. ܘܒܐܝܕܝܐ ܥܘܠܬܐ ܡܝܬܐ ܓܒܠ. ܗܘ 17
ܡܝܬܪ ܗܘ ܡܢ ܕܚܠܬܗ. ܕܗܘ ܡܫܟܚ ܕܢܚܐ. ܘܗܢܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. * ܐܦ ܚܝܘܬܐ 18
ܣܢܝܬܐ ܦܠܚܝܢ ܒܫܛܝܘܬܐ. ܘܗܢܝܢ ܒܨܝܪܢ ܡܢ ܗܠܝܢ. * ܕܝܠܗܘܢ ܚܙܘܐ ܕܚܝܘܬܐ. 19
ܕܢܣܒܘ ܐܝܟ ܛܒܬܐ. ܘܥܪܩܘ ܡܢ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܢ ܒܘܪܟܬܗ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܘ *

* ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܢܓܕܘ ܟܕ ܫܘܝܢ ܗܘܘ. ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܪܚܫܐ ܘܪܡܫܐ ܐܬܡܚܝܘ. 1
* ܘܥܡܟ ܕܝܢ ܣܓܝܐܬܐ ܛܒܬܐ ܥܒܕܬ ܥܡܗܘܢ. ܘܐܝܬܝܬ ܠܗܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܠܪܓܬܗܘܢ. 2
ܘܣܠܘܝܐ ܐܝܬܝܬ ܠܗܘܢ ܠܪܓܬܗܘܢ.

Imò incolatum vitæ suæ lusum reputant, & 12
vitam suam tanquam emptionem & rem em-
ptam mercatoris. Tota hujus mercatura in
malo consistit, Et ipse meliùs quàm omnes 13
novit se peccare, qui ex terrea materia scul-
ptilia fabricat, iisque servit. Omnes isti 14
insipientes sunt ac infelices, & in parvi ani-
mam hostes populi tui vim exercent: Eò 15
quòd omnia simulachra gentium deos arbi-
trentur, quorum neque oculi quicquam vi-
dent, neque nares aërem olfaciunt nec au-
res audiunt, neque digiti manuum reptant,
& pedes ad gressum sunt inhabiles. Quan- 16
doquidem homo fabricavit eos, & spiritus
hominis scelerati eosdem finxit: nemo autem
illorum fabricare potest deum homini simi-
lem. Ipse mortalis est, & manibus nefariis 17
mortuos effinxit; ipse tamen præstantior est
suo numine, quoniam ipse vivere potest, illa
verò non possunt. Turpia quoque anima- 18
lia stultè colunt: & isti sunt illis deterio-
res; Quòd aspectum animalium *adeò* expe- 19
tiverint, ut quasi rem bonam acceperint, à
gloria verò Dei ejusque benedictione abscesserint.

CAP. XVI.

PRoptereà puniti fuerunt prout mereban- 1
tur, quoniam omnigeno reptili & insecto
percussi fuerunt. Erga populum verò tuum 2
plurimis usus es beneficiis, escam adducens
peregrinam appetitui eorum, & alimentum
coturnicis adducens eis pro appetentia eo-
rum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 * لكنهم احسبوا حياتنا لعبا * وعمرنا موسوما للسلب * لانه قال انه محتاج * فمن هاهنا
13 يكتسب من الشر * فهذا قد علم انه يخطي اكثر من الكافة * اذ ابدع اصناما منحوتة
14 من الهيولي الارضية سريعا اضمحلالها * فكلهم جهال اغبياء * وكل الموتي من شعبك
15 المتسلطون عليه * اكثر غباوة من نفس طفل * لانهم احسبوا جميع اصنام الامم الهة
التي لا يمكنها استعمال اعينها في النظر * ولا انوفها في استجذاب الهواء * ولا اذانها في الاستماع *
16 ولا اصابع ايديها في التجسس * وارجلها باطلة عن المشي * لان انسان عملها * والروح
17 المقترض جبلها * ولم يقدر انسان ان يخلق مثاله الاها * لانه ممات يعمل بايدي اثمة ميتا *
18 لانه افضل من معبوداته * لانه هو قد عاش * واما تلك فلم تعش قط * والحيوانات التي
19 الهوها يعبدونها بغباوة * وهي المقايسة اشر من غيرها من المعبودات * وما كان من السوء
قد بلغ باحدهم الي منظر الحيوانات * فقد هرب بذلك مدح الله وكرامته *

* الفصل السادس عشر *

1 * فلهذا عذبوا بنظاير معبوداتهم عدلا * وعوقبوا بكثرة الدواب الذميمة * واحسنت الي
2 شعبك بازاء عذابهم * وسوغت لهم السلوي طعاما لاشتهائهم ان يذوقوا طعمة غريبة *

Verùm isti vitam nostram ludum existi- 12
mant, & nostram ætatem prædæ desti-
natam. Nam quia dicit egenum se esse,
hinc est ut lucrum ex malo quæritet.
Et iste quidem novit se graviùs pec- 13
care quàm omnes, dum idola fabricat
excisa è materia terrestri brevi dissol-
venda. Imò omnes insipientes sunt ac 14
stolidi; omnésque mortui inter populum
tuum, qui dominantur in eum, stultiores
sunt animo pueri; Quia cuncta Gen- 15
tium idola deos æstimant, quibus impos-
sibilis est usus oculorum ad videndum,
& narium ad attrahendum aërem, au-
rium ad audiendum, & digitorum ma-
nuum ad palpandum; & quorum pedes
ad gradiendum inutiles. Nam homo fe- 16
cit ea, & spiritus mutuò acceptus effin-
xit illa: nec valet homo similem sibi de-
um creare; Quoniam ipse mortalis sce- 17
leratis manibus mortuum fabricat; quo-
niam ipse præstantior est numinibus su-
is: quandoquidem ipse quidem vixit,
illa verò nunquam vixêre. Prætereà 18
belluas quas derident, stultè colunt;
quæ comparatæ, sunt aliis numinibus
deteriores. Pérque appetentiam aspe- 19
ctûs animalium, quâ quis eorum tan-
gitur, laudem & honorem Dei refugit.

CAP. XVI.

Quamobrem per similia numinibus 1
suis justè puniti sunt, & per multitu-
dinem bestiarum despectarum. Populo 2
verò tuo, contra cruciatum illorum, be-
nefecisti; & parâsti eis coturnicem in
cibum, propter appetentiam eorum gu-
standi saporem peregrinum.

Versio VULG. LA.

3 Ut illi quidem concupiscentes escâ propter ea, quæ illis
ostensa & missa sunt; etiam à necessaria concupiscen-
tia averterentur. Hi autem in brevi inopes facti, novâ
4 gustaverunt escam. Oportebat enim illis sine excu-
satione quidem supervenire interitum exercentibus
tyrannidem: his autem tantùm ostendere quemadmo-
5 dum inimici eorum exterminabantur. Etenim cum il-
lis supervenit sæva bestiarum ira, morsibus perverso-
6 rum colubrorum exterminabantur. Sed non in per-
petuum ira tua permansit, sed ad correptionem in bre-
vi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemo-
7 rationem mandati legis tuæ. Qui enim conversus est,
non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omni-
8 um salvatorē: In hoc autē ostendisti inimicis nostris,
9 quia tu es, qui liberas ab omni malo. Illos enim locu-
starum & muscarū occiderunt morsus, & non est inven-
ta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab hujus-
10 cemodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconū
venenatorū vicerunt dentes: misericordia enim tua ad-
11 veniens sanabat illos. In memoria enim sermonū tu-
orum examinabantur, & velociter salvabantur, ne in
altam incidentes oblivionem, non possent tuo uti ad-
12 jutorio. Etenim neque herba, neq; malagma sanavit
13 eos, sed tuus, Dñe, sermo, qui sanat omnia. Tu es enim,
Dñe, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis
14 ad portas mortis, & reducis: Homo autem occidit
quidem per malitiam, & cùm exierit spiritus, non re-
vertetur, nec revocabit animam quæ recepta est:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

3 Ἵνα ἐκεῖνοι μὲν ἐπιθυμοῦντες τροφὴν, †(β) διὰ τὴν εἰδέχθειαν τῶν ἐπαπ-
εσταλμένων † καὶ τὴν ἀναγκαίαν ὄρεξιν ἀποστρέφωνται. †(γ) αὐτοὶ δὲ ἐπ'
4 ὀλίγον ἐνδεεῖς γενόμενοι † καὶ ξένης μετάσχωσι γεύσεως. † Ἔδει γὰρ
ἐκείνοις μὲν ἀπαραίτητον ἔνδειαν ἐπελθεῖν τυραννοῦσι, † τούτοις δὲ
5 μόνον δειχθῆναι πῶς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐβασανίζοντο. † Καὶ γὰρ
ὅτε αὐτοῖς δεινὸς ἐπῆλθε θηρίων θυμὸς, † δήγμασί τε σκολιῶν
6 διεφθείροντο ὄφεων, † Οὐ μέχρι τέλους ἔμεινεν ἡ ὀργή σου. † Εἰς
νουθεσίαν δὲ πρὸς ὀλίγον ἐταράχθησαν, † σύμβολον ἔχοντες σωτηρίας,
7 εἰς ἀνάμνησιν ἐντολῆς (δ) νόμου σου. † Ὁ γὰρ ἐπιστραφεὶς οὐ διὰ τὸ
8 θεωρούμενον ἐσώζετο, † ἀλλὰ διὰ σὲ τὸν πάντων σωτῆρα. † Καὶ ἐν
τούτῳ δὲ ἔπεισας τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, † ὅτι σὺ εἶ ὁ ῥυόμενος ἐκ παντὸς
9 κακοῦ. † Οὓς μὲν γὰρ ἀκρίδων καὶ μυιῶν ἀπέκτεινε δήγματα, † καὶ οὐχ
εὑρέθη ἴαμα τῇ ψυχῇ αὐτῶν, † ὅτι ἄξιοι ἦσαν ἀπὸ τοιούτων κολα-
10 σθῆναι. † Τοὺς δὲ υἱούς σου οὐδὲ ἰοβόλων δρακόντων ἐνίκησαν ὀδόντες,
11 † τὸ ἔλεος γάρ σου ἀντιπαρῆλθε καὶ ἰάσατο αὐτούς. † Εἰς γὰρ ὑπόμνησιν
τῶν λογίων σου (ε) ἐνεκεντρίζοντο, † καὶ ὀξέως διεσώζοντο, † ἵνα μὴ εἰς
βαθεῖαν ἐμπεσόντες λήθην, ἀπερίσπαστοι γένωνται τῆς σῆς εὐεργεσίας.
12 † Καὶ γὰρ οὔτε βοτάνη οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτοὺς, † ἀλλὰ ὁ
13 σὸς κύριε λόγος ὁ (ζ) πάντα ἰώμενος. † Σὺ γὰρ ζωῆς καὶ θανάτου
ἐξουσίαν ἔχεις, † καὶ κατάγεις εἰς πύλας ᾅδου καὶ ἀνάγεις. † Ἄν-
14 θρωπος δὲ ἀποκτέννει μὲν τῇ κακίᾳ αὐτοῦ, † ἐξελθὸν δὲ πνεῦμα οὐκ
ἀναστρέφει, οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴν παραληφθεῖσαν.

MS. A. (β) διὰ τὴν δειχθεῖσαν τῶν (γ) οὗτοι (δ) νόμον (ε) ἐνεκεντρίζοντο,
(ζ) πάντας

Cum Translatione LATINA.

Ut illi quidem concupiscentes escam, propter (a) o- 3
diosam deformitatem eorum quæ immissa sunt, etiam
à necessaria concupiscentia averterentur: hi au-
tem in brevi inopes facti etiam novam gustarent
escam. Oportebat enim illis quidem inevitabilem 4
supervenire inopiam exercentibus tyrannidem, his
autem tantum ostendi, quemadmodum inimici ip-
sorum exterminabantur. Etenim cum his super- 5
venit sæva bestiarum ira, & morsibus perver-
sorum colubrorum exterminabantur; Non usque 6
in finem ira tua permansit: sed ad correptionem
in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad
cōmemorationem mandati legis tuæ. Qui enim con- 7
versus est; non per hoc, quod videbat, sanabatur,
sed per te omnium salvatorem. Et in hoc autem 8
ostendisti inimicis nostris, quia tu es qui liberas
ab omni malo. Illos enim locustarum & musca- 9
rum occiderunt morsus, & non est inventa sanitas
animæ illorum, quia digni erant ab hujusmodi ex-
terminari. Filios autem tuos, nec venenatorum 10
draconum vicerunt dentes. Misericordia enim tua
ex adverso adveniens sanabat illos. In memo- 11
riam enim sermonum tuorum examinabantur, &
velociter salvabantur, ne in altam incidentes ob-
livionem non possent uti tuo adjutorio. Etenim 12
neq; herba, neq; malagma sanavit eos, sed tuus Do-
mine sermo, qui sanat omnia. Tu enim vitæ & 13
mortis habes potestatem, & deducis ad portas in-
ferni, & reducis. Homo autem occidit quidem 14
per malitiam suam, egressum autem spiritum non facit reverti, nec revocat animam, quæ recepta est.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 * ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܪܓܝܓܐ ܫܕܪܬ ܠܗܘܢ. ܘܒܪ̈ܓܝܓܬܗܘܢ ܐܬܗܦܟܘ. ܘܩܠܝܠ
ܡܕܡ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ. ܐܬܒܣܡܘ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܬܚܝܠܘ. ܘܠܐ ܟܠܝܬ
4 ܡܢܗܘܢ ܡܕܡ ܕܡܬܒܥܐ ܠܗܘܢ. * ܠܗܢܘܢ ܡܛܠ ܛܢܦܘܬܗܘܢ ܘܥܘܠܗܘܢ
5 ܟܦܢܐ ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܫܕܪܬ. ܠܗܠܝܢ ܕܝܢ ܚܘܝܬ ܕܢܓܕܬ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. * ܘܥܠ ܗܠܝܢ
6 ܚܡܬܐ ܕܚܘܘܬܐ ܐܝܬܝܬ. ܘܢܟܬܘ ܐܢܘܢ ܚܘܘܬܐ ܒܝܫܬܐ. * ܘܠܐ ܗܘܬ ܠܚܘܒܠܐ ܗܘܬ
7 ܪܘܓܙܐ. ܐܠܐ ܠܡܪܕܘܬܐ. ܩܠܝܠ ܐܬܪܕܝܘ. ܕܢܬܕܟܪܘܢ ܚܝܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܡܘܣܟ. * ܕܬܐܒ
ܓܝܪ. ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܚܙܐ ܚܝܠܐ ܚܝܐ ܗܘܐ. ܐܠܐ ܡܛܠܬܟ. ܐܢܬ ܗܘ ܦܪܘܩܐ ܕܟܠ.
8 * ܘܒܗܠܝܢ ܐܦܝܣܬ ܠܒܥܠܕܒܒܝܢ. ܕܐܢܬ ܗܘ ܕܦܪܩ ܐܢܬ ܡܢ ܟܠ ܒܝܫܬܐ. * ܠܗܢܘܢ ܓܝܪ
9 ܩܡܨܐ ܘܕܒܒܐ ܡܢܟܬܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ. ܘܡܬܚܢܩܝܢ ܗܘܘ. ܘܠܐ ܗܘܬ ܐܣܝܘܬܐ ܠܢܦܫܬܗܘܢ.
10 ܡܛܠ ܕܫܘܝܢ ܗܘܘ ܕܒܗܠܝܢ ܢܬܬܢܓܕܘܢ ܡܢܗܘܢ. * ܫܢܝܗܘܢ ܕܝܢ ܕܬܢܝܢܐ ܘܪ̈ܫܝܗܘܢ
11 ܙܟܝܘ ܒܢܝܟ. ܡܛܠ ܕܛܝܒܘܬܟ ܫܕܪܬ ܘܐܣܝܬ ܐܢܘܢ. * ܘܕܢܬܕܟܪܘܢ ܡ̈ܠܝܟ
ܦܪܩܬ ܐܢܘܢ. ܘܒܥܓܠ ܐܢܚܬ ܐܢܘܢ. ܕܠܐ ܢܦܠܘܢ ܠܥܘܡܩܐ. ܘܢܛܥܘܢܟ. ܕܫܘܝܢ
12 ܗܘܘ ܠܛܝܒܘܬܟ. * ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܩܪܐ ܘܠܐ ܡܪܗܡܐ ܐܣܝ ܐܢܘܢ. ܐܠܐ ܡܠܬܟ ܡܪܝܐ ܕܗܝ
13 ܡܐܣܝܐ ܠܟܠ. * ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܫܠܝܛ ܐܢܬ ܥܠ ܡܘܬܐ ܘܚܝܐ. ܡܚܬ ܐܢܬ ܠܬܪ̈ܥܝ
14 ܫܝܘܠ ܘܡܣܩ ܐܢܬ. * ܒܪܢܫܐ ܓܝܪ ܩܛܠ ܒܒܝܫܘܬܗ. ܘܢܦܩܐ ܪܘܚܐ. ܘܠܐ ܗܦܟܐ ܪܘܚܐ. ܢܦܫܐ ܕܡܬܢܣܒܐ.

Escam appetentibus misisti, & in appetentiis 3
suis perverterunt se: & parum quid postu-
lantes, fruiti sunt escâ quam ignorabant, ani-
mosque sumpserunt; nec denegâsti eis quod
erat ipsis necessarium Illis quidem propter 4
impuritatem & sævitiā suam, famem & pau-
pertatem misisti: his autem ostendisti quòd
hostes eorum flagellaveris Super istos iram 5
serpentum adduxisti, & serpentes perniciosè
momorderunt eos: Verùm non ad extermi- 6
nium fuit ira, sed ad correptionem aliquan-
tulum correpti fuerunt; ut qui vivi erant,
recordarentur mandati legis tuæ Nam qui 7
pœnitentiam egit, non quòd potentiam vi-
derit, servatus est, sed per te; tu siquidem es o-
mnium servator. Et per hæc hostibus nostris 8
persuasisti te esse qui liberas ab omnibus ma-
lis. Illos enim locustæ ac muscæ mordebant, 9
& moriebantur: nec ulla fuit animabus eo-
rum medela, quia digni erant qui hisce rebus
punirentur. At filii tuì draconum dentes & 10
capita eorum superârunt, quia gratiam tuam
mittens curâsti eos; Et ut verborum tuorum 11
memores essent, liberâsti eos; & festinans
recreâsti eos, ne in profundum usque ruentes
obliviscerentur tuî: quia *nimirùm* digni e-
rant beneficiis tuis. Non enim radices neque 12
malagmata sanârunt eos, sed sermo tuus Dñe,
qui omnia sanat. Quippe tu necis ac vitæ 13
potestatem habes, deprimis eos ad portas in-
ferorum & extrahis. Homo quidem occidit 14
quempiam malitiâ suâ, sed spiritus egressus
non revertitur, nec redit spiritus, anima *sci-
licet* quæ aufertur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

3 * لكن اما اوليك لما اشتهوا طعاما من اجل الاشياء المرسلة يرجعون وعن الشهوة الضرورية *
4 واما هولاء لما لحقهم الاعواز مدة يسيرة يتمتعون بطعام مذاقه غريبة * لان حاجة دعت ان
يوافي اوليك اذ كانوا مردة جايرين * عقابا لا اعفاء منه * وان يري هولاء كيف قد عذب
5 اعداوهم فقط * ولين كان قد وافاهم غضب الوحوش صعبا * وافنيوا بلدغات الحيات الصعبة *
6 * لكن غضبك لن يثبت الي الحار اذ انما اضطربوا مدة يسيرة ليتعظوا * وكان ذلك لهم
7 سمة الخلاص * يذكرهم وصية شريعتك * لان الراجع منهم ما يخلص بما شاهده * بل من
8 اجلك سلم يا مخلص الكل * وبهذا اقنعت الاعداء * انك انت هو المنقذ من كل سوء *
9 * لان اوليك قتلهم لدغات الجراد والذباب * ولم يوجد في انفسهم شفا * لانهم كانوا مستحقين
10 ان يعذبهم ما هذه صورته * فاما ابناوك لما سارت اليهم نيوب الثعابين النفاثة بالسم * الا ان
11 رحمتك نجاتهم وشفتهم * وانما طعنوا في هذه ليتذكروا اقوالك * وسلموا سريعا ليلا يسقطوا في
12 نسيان عميق * فيصيروا متشاغلين عن ذكر احسانك * لانهم ما ابراهم عقار ولا مرهم * بل
13 كلمتك يا رب الشافي الكل * لان لك السلطان علي الحياة والموت * فتحدر الي ابواب الجحيم وترفع *
14 * والانسان يقتل بشره * واذا خرج الروح لا يعود * ولا تستكفي النفس الماخوذة *

Itaque illi quidem cùm cibum appeti- 3
vissent, ob res immissas, sese contraherent
etiam ab appetitu necessario: isti verò
egestate ad breve tempus tacti, peregrini
saporis escâ fruuntur. Necessitas enim 4
postulabat ut illis, quum essent rebelles
nefarii, inevitabilis accideret crucia-
tus: hi autem viderent tantùm quomo-
do cruciarentur hostes eorum. Et quam- 5
vis invasisset eos ira bestiarum sæva, &
diris serpentum morsibus consumpti es-
sent: Ira tamen tua non ad finem us- 6
que duravit; quandoquidem fuerunt ad
breve tempus perturbati, ut commonefie-
rent: cessitque id eis in signum salutis,
quod legis tuæ mandatum illis in memo-
riam reduceret. Qui enim ex eis con- 7
versus est, nequaquam liberatus est ob id
quod vidit; sed propter te ô Servator o-
mnium, servatus est. Ac per id hosti- 8
bus persuasisti te eum esse qui salutem
præstes ab omni malo; Quòd illos lo- 9
custarum et muscarum ictus peremerunt,
nec inventum est animabus eorum reme-
dium; quippe digni erant qui hujusmodi
rebus punirentur: Filiis verò tuis 10
haudquaquam nocuerunt dentes draco-
num spuentium venenum; enimverò mi-
sericordia tua occurrens eis, sanavit il-
los. Hæc autem gustaverunt, ut sermo- 11
nes tuos in memoriam revocarent: cele-
riterque servati fuerunt, ne in profundam
oblivionem prolapsi à memoria beneficio-
rum tuorum distinerentur. Neque enim 12
radicum mercator aut malagma sana-
vit eos, sed verbū tuum O sanans omnia 13
Domine: Tibi siquidem est in vitam &
mortem potestas, deprimis ad portas in-
ferni, & elevas. Homo quidem occidit 14
suo dolo, egressusque spiritus non rever-
titur, neque redit anima assumpta.

Versio VULG. LAT.

15 Sed tuam manum effugere impossibile est. Negantes
16 enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: novis aquis, & grandinibus, & pluviis
persecutionem passi, & per ignem consumpti. Quod
17 enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit,
plus ignis valebat: vindex est enim orbis justorum.
18 Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed
ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio patiun-
19 tur persecutionem. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescebat undique, ut iniquæ
20 terræ nationem exterminaret. Pro quibus angelorum esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de
cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentũ
21 in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscujusque volunta-
ne inscii quam ob causam miserè paterentur,
perirent. Cæterùm justis quoque contigit ali- 20
quando tentatio mortis, & multorum interi-
tus evenit in deserto; sed non ad extremum
usque permansit ira tua. Festinans enim vir 21
justus, induit se vestibus sacerdotalibus, &
armis sacerdotii sui ad pugnam præveniens,
orationem petitoriam & piacularem obtulit
suffitum, seseq; opponens furori, indignatio-
nem avertit, & clades cessavit, & quòd servus
tuus esset innotuit: Vicitque turbam, non 22
robore corporis, nec vitæ labore; sed verbo
vastatorem illum subjecit, mentione *videli-*
cet quam attulit fœderum & juramentorum
patrum. Cùm enim per acervos mortuorum 23
alii super alios cecidissent, inter mortuos ac
vivos intercedens iram avertit, & viam in-
ter mortuos ac vivos præcîdit. Super ephod 24
vestis ejus totus erat orbis terrarum; & ho-
nor patrum quadruplici, qui super humeros
ejus erat, ordini lapidum erat insculptus, &
majestatis tuæ diadema super caput ipsius.
His vastator obedivit; illi verò extimue- 25
runt: sola siquidem iræ tentatio sufficiebat.

CAP. XIX.

Super impios autem irremissibilis ira ad ex- 1
tremum usque permansit. Jampridem enim 2
noverat etiam quod eventurum illis erat:
quoniam hos ad discedendum conversos fe-
stinanter dimiserunt, & pœnitentiâ ducti in-
secuti sunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* فكان أحدهم يسقط في موضع آخر بنصف مايت * واظهر لهم العلة التي من اجلها اماتهم * 18
* لأن الأحلام التي ارعبتهم سبقت فعرفتهم بهذا * لئلا يكونوا غير عارفين ما من أجله 19
يصيبهم السوء ويهلكهم * وقوم من المقسطين قد مسهم تجربة الموت قديما * وصارت في 20
البرية جايحة اجتاحت منهم كثيرين * لكن الغيظ ما لبث مدة طويلة * لأن الرجل الذي لا 21
عيب فيه سارع محارب * وتناول سلاح خدمته جنة ترس الصلاة والبخور تحظي بالاستغفار * وقاوم
الغضب * وجعل للمصيبة غاية * فاظهر بذلك انه خادم لك * وغلب الجمع ليس بقوة جسمه * ولا 22
بفعل سلاحه * بل اخضع المعاقب بكلامه بما ذكر به من اقسام الآباء وعهودهم * لأنه اذ كان 23
الموتى يسقط بعضهم على بعض لا تحصى كثرتهم * ووقف في الوسط * فقطع السخط * وافصل
الطريق الى الاحياء * لأن العالم كله كان على عطاف لبوسه * وامجاد الآباء على عنقه حجارة جواهر 24
منقوشة * وعظمتك في تاج راسه * فانصرف المهلك بهذه * ورهبوا هم هذه الاشياء * لأن تجربة 25
السخطة كانت وحدها كافية *

* الفصل التاسع عشر *

* فاما المنافقون فلبث الغضب عليهم الى الانقضاء بلا رحمة * فانه قد سبق فعرف امورهم 1 2
المستانفة * لانهم ردوهم عن الذهوب * ثم ارسلوهم بسرعة كثيرة * واذ ندموا ركضوا يطلبونهم *

Ita ut alius eorum alibi caderet semi- 18
mortuus. Patefecit autem ipsis causam
propter quam eos morte plecteret;
Quoniam somnia quæ terruerant eos, 19
id illis antè indicârant, ne id ignora-
rent propter quod tantum *malum acci-*
deret eis ac perderet illos. Quosdam 20
etiam ex justis jam olim tetigit ten-
tatio mortis, & facta est in deserto
clades multos ex ipsis perimens; at non
diu mansit ira. Nam vir integerrimus 21
festinavit pugnaturus, & ministerii sui
arma, protectionem clypei orationis &
incensi, veniam impetraturus arripuit,
obstitit iræ, & calamitati finem im-
posuit, ac per id ostendit servum se
tuum esse: Et turbam, non robore sui 22
corporis, nec suorum vi armorum devi-
cit, sed verbis suis depressit infestato-
rem, juramenta patrum eorúmque pacta
commemorando. Nam quum alii super 23
alios caderent innumerabilis multitudi-
nis mortui, & in medium intercessisset,
rescidit iram, divisitque viam ad vi-
vos. Siquidem totus mundus erat su- 24
per pallium vestimenti ejus, & patrum
decora, lapides scilicet *gemmei in-*
sculpti, super collum ipsius, majestás-
que tua in diademate capitis ejus.
Per hæc abscessit peremptor, & hæc il- 25
li extimuerunt: quoniam tentatio mo-
lestiæ sola sufficiebat.

CAP. XIX.

AT verò super impios immisericors 1
mansit ira ad finem usque. Prænove- 2
rat enim res illorum futuras; quoniam
averterunt eos à discessu, tum summâ
celeritate dimiserunt illos, & pœniten-
tiâ ducti cucurrerunt ad eos quærendos.

Versio VULG. LAT.

3 Adhuc enim inter manus habentes luctũ, & deploran-
tes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt
cogitationẽ inscientiæ : & quos rogantes projecerant,
4 hos tanquam fugitivos persequebantur. Ducebat enim
illos ad hunc finem digna necessitas : & horum quæ ac-
ciderant, commemorationem amittebant, ut quæ de-
5 erant tormentis, repleret punitio : Et populus quidem
tuus mirabiliter transiret, illi autem novam mortem in-
6 venirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab ini-
tio refigurabatur, deserviens tuis præceptis, ut pueri
7 tui custodirentur illæsi. Nam nubes castra eorum ob-
umbrabat, & ex aqua, quæ antè erat, terra arida appa-
ruit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus
8 germinans de profundo nimio : Per quem omnis natio
transivit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabi-
9 lia & monstra. Tanquam enim equi depaverunt escã,
& tanquam agni exultaverunt, magnificantes te Do-
10 mine, qui liberâsti illos. Memores enim erant adhuc
eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemad-
modum pro natione animalium eduxit terra muscas, &
pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum.
11 Novissimè autem viderunt novam creaturam avium,
cùm adducti concupiscentia, postulaverunt escas epu-
12 lationis. In allocutione enim desiderii, ascendit illis de
mari ortygometra : & vexationes peccatoribus super-
venerunt, non sine illis, quæ antè facta erant, argumen-
tis per vim fulminum : justè enim patiebantur secun-
dùm suas nequitias.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 †(α)Ἔτι γὰρ ἐν χερσὶν ἔχοντες τὰ πένθη, † καὶ προσοδυρόμενοι τάφοις
νεκρῶν, † ἕτερον ἐπεσπάσαντο λογισμὸν ἀνοίας, † καὶ οὓς ἱκετεύοντες
4 ἐξέβαλον, τούτους ὡς φυγάδας ἐδίωκον. † Εἷλκε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἀξία
ἐπὶ τοῦτο τὸ πέρας ἀνάγκη. † καὶ τῶν συμβεβηκότων ἀμνηστίαν ἐνέβα-
λεν, † ἵνα τὴν λείπουσαν ταῖς βασάνοις προσαναπληρώσωσι κόλασιν·
5 † Καὶ ὁ μὲν λαός σου παράδοξον ὁδοιπορίαν πειράσῃ, † ἐκεῖνοι δὲ
6 ξένον εὕρωσι θάνατον. † Ὅλη γὰρ ἡ κτίσις ἐν ἰδίῳ γένει πάλιν
ἄνωθεν διετυποῦτο, † ὑπηρετοῦσα (β) ταῖς ἰδίαις ἐπιταγαῖς, † ἵνα
7 οἱ σοὶ παῖδες φυλαχθῶσιν ἀβλαβεῖς. † (γ) Ἡ τὴν παρεμβολὴν
σκιάζουσα νεφέλη, † ἐκ δὲ προϋφεστῶτος ὕδατος ξηρᾶς ἀνάδυσις
γῆς (δ) ἐθεωρήθη, † ἐξ ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὁδὸς ἀνεμπόδιστος,
8 † καὶ χλοηφόρον πεδίον ἐκ κλύδωνος βιαίου, † Δι' οὗ (ε) πανεθνεὶ
διῆλθον οἱ τῇ σῇ σκεπαζόμενοι χειρί, † θεωρήσαντες θαυμαστὰ
9 τέρατα. † Ὡς γὰρ ἵπποι ἐνεμήθησαν, καὶ ὡς ἀμνοὶ διεσκίρτησαν,
10 † αἰνοῦντές σε κύριε τὸν (ζ) ῥυόμενον αὐτούς. † Ἐμέμνηντο γὰρ
ἔτι τῶν ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτῶν, † πῶς ἀντὶ μὲν γενέσεως ζώων ἐξή-
γαγεν ἡ γῆ (η) σκνῖπα, † ἀντὶ δὲ ἐνύδρων ἐξηρεύξατο ὁ ποταμὸς
11 πλῆθος βατράχων. † Ἐφ' ὑστέρῳ δὲ εἶδον καὶ (θ) νέαν γένεσιν ὀρνέων,
12 † (ι) ὅτι ἐπιθυμίᾳ προαχθέντες ᾐτήσαντο ἐδέσματα τρυφῆς. † Εἰς γὰρ
παραμυθίαν ἀνέβη αὐτοῖς ἀπὸ θαλάσσης ὀρτυγομήτρα, † καὶ αἱ τιμω-
ρίαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπῆλθον, † οὐκ ἄνευ τῶν (κ) γεγονότων τεκμηρίων
τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν. † Δικαίως γὰρ ἔπασχον ταῖς ἰδίαις αὐτῶν πονηρίαις.

MS. A. (β) ταῖς σαῖς ἐπιταγαῖς, (γ) Τῇ τὴν παρεμβολὴν σκια-
ζούσῃ νεφέλῃ, (δ) ἐθεωρεῖτο, (ε) πᾶν ἔθνος (ζ) ῥυσάμενον (η) σκνῖφας,
ἀντὶ δὲ *ἀνύδρων (θ) γένεσιν νέαν (ι) ὅτε (κ) προγεγονότων

Adhuc enim inter manus habentes luctum, & de- 3
plorantes ad monumenta mortuorum, Aliam sibi as-
sumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogan-
tes projecerant, hos tanquam fugitivos persequen-
bantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna ne- 4
cessitas, & eorum, quæ acciderant, commemoratio-
nem amittere faciebat ; ut quæ deerant tormentis,
repleret punitio: Et populus quidem tuus mirabiliter 5
transiret, illi autem novam mortem invenirent.
Omnis enim creatura in suo genere rursus desuper 6
refigurabatur, deserviens tuis præceptis, ut pueri tui
custodirentur illæsi. Nubes castra obumbrabat, et ex 7
aqua, quæ antè erat, terræ aridæ emersio apparuit, in
mari rubro via sine impedimento, & campus germi-
nans de profundo nimio, Per quem omnis natio trans- 8
ivit, quæ tegebatur tua manu, videntes mirabilia
monstra. Tanquam enim equi, depaverunt escam, & 9
tanquam agni exultaverunt, magnificantes te Do-
mine, qui liberasti eos. Memores enim adhuc erant 10
illorum quæ in incolatu suo facta fuerant, quemad-
modum pro natione quidem animalium produxit
terra muscas, pro piscibus autem eructavit fluvius
multitudinem ranarum. Novissimè autem viderunt, 11
& novam creaturam avium, cum adducti concupi-
scentia postulaverunt escas epulationis. In alloqu- 12
tionem enim desiderii ascendit illis de mari ortygo-
metra : & vexationes peccatoribus supervenerunt,
non sine illis (a) quæ facta erant argumenta per
vim fulminum. Justè enim patiebantur secundùm
suas nequitias.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 * ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ ܗܘܐ ܐܒܠܐ. ܘܡܩܒܪܝܢ ܗܘܘ ܠܡܝܬܝܗܘܢ ܡܬܥܢܝܢ. ܘܬܪܥܝܬܐ ܐܚܪܬܐ
ܕܫܛܝܘܬܐ ܐܬܪܥܝܘ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܟܕ ܡܬܟܫܦܝܢ ܠܗܘܢ ܐܦܩܘ ܐܢܘܢ. ܐܝܟ ܠܥܪܘܩܐ
4 ܪܕܦܘ ܒܬܪܗܘܢ. * ܢܓܕܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܬܒܥܬܐ ܠܡܘܬܐ ܕܐܢܢܩܐ. ܘܠܐ ܐܬܕܟܪܘ ܐܝܠܝܢ
5 ܕܓܕܫ ܠܗܘܢ. ܕܐܦ ܗܕܐ ܚܕܐ ܕܚܣܝܪܐ ܡܢ ܢܓܕܐ ܢܫܠܡܘܢ ܒܫܘܢܩܐ. * ܘܥܡܟ ܒܐܘܪܚܐ
6 ܡܫܒܚܬܐ ܢܬܢܣܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܘܬܐ ܕܢܘܟܪܝܘܬܐ ܢܫܟܚܘܢ. * ܟܠܗ ܓܝܪ ܒܪܝܬܐ ܒܛܟܣܐ
ܕܟܝܢܗ. ܡܢ ܠܥܠ ܐܬܒܪܝܬ ܗܘܬ. ܘܫܥܒܕܬ ܢܦܫܗ ܒܟܝܢܗ. ܠܦܘܩܕܢܝܟ. ܕܢܬܢܛܪܘܢ
7 ܥܒܕܝܟ ܕܠܐ ܢܟܝܢܐ. * ܘܠܡܫܪܝܬܐ ܟܠܗ. ܥܢܢܐ ܡܛܠܠ ܗܘܐ. ܘܡܢ ܡܝܐ ܕܩܝܡܝܢ. ܝܒܫܐ ܡܢ
ܥܘܡܩܐ ܕܐܪܥܐ ܐܬܚܙܝ. ܘܐܬܦܬܚ ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܐܘܪܚܐ ܕܠܐ ܥܘܩܐ. ܘܦܩܥܬܐ ܕܡܠܝܐ ܟܠ
8 ܥܣܒܐ. ܐܪܥܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܥܠܥܠܐ * ܕܒܗ ܥܒܪܘ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܡܛܠ ܕܡܛܠܠܐ ܗܘܬ ܥܠܝܗܘܢ
9 ܐܝܕܟ. ܘܚܙܘ ܬܕܡܪܬܐ ܘܬܡܝܗܬܐ. * ܐܝܟ ܕܪܟܫܐ ܪܥܘ. ܘܐܝܟ ܐܡܪܐ ܕܘܨܘ. ܘܫܒܚܘܟ ܡܪܝܐ.
10 ܕܦܪܩܬ ܐܢܘܢ. * ܡܬܕܟܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝ ܒܬܘܬܒܘܬܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܚܠܦ ܡܘܠܕܐ
11 ܕܚܝܘܬܐ. ܐܦܩܬ ܐܪܥܐ ܚܘܫܐ ܘܪܚܫܐ. ܘܚܠܦ ܪܚܫܐ ܕܡܝܐ ܐܪܡܝ ܢܗܪܐ ܥܘܪܕܥܢܐ ܣܓܝܐܐ. * ܘܡܢ
ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܘ ܐܦ ܡܘܠܕܐ ܚܕܬܐ ܕܦܪܚܬܐ. ܘܟܕ ܐܬܪܓܪܓ ܥܡܟ ܠܡܐܟܘܠܬܐ. ܫܐܠܘ
12 ܣܝܒܪܬܐ ܠܡܬܒܣܡܘ. * ܐܝܟ ܕܠܡܒܝܐܘܬܗܘܢ. ܐܣܩܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܝܡܐ ܣܠܘܝ.

Nam luctum præ manibus habentes, & in 3
sepeliendis mortuis plorantes, consiliũ aliud
insanum excogitaverunt : & quos suppli-
cantes extruserant, ut fugitivos persecuti sunt.
In flagellum enim cessit eis vindicta ad ex- 4
tremam usque necessitatem, nec meminerunt
eorum quæ acciderant eis; ut hoc etiam unum
quod flagellis deerat, in tormento explerent:
Et populus tuus præclaro in itinere tentare- 5
tur; illi verò peregrinam mortem invenirent.
Tota enim creatura in naturæ suæ ordine su- 6
pernè creata fuerat, & in sua natura tuis se
subdit mandatis: ut servi tui servarentur il-
læsi. Castra etiam universa, nubes obum- 7
brabat; & è sistentibus aquis, arida de pro-
fundo terræ apparuit; aperta est in mari ru-
bro via expedita, & campus omnigenâ plenus
herbâ obvius fuit eis è procella, Per quem 8
totus populus, eò quòd protegeret eos manus
tua, transierunt, & mira stupendáque vide-
runt : In modum equorum pasti sunt, more 9
agnorum subsilierunt, téque Domine laudâ-
runt quòd eos liberâsses. Meminerant enim 10
rerum actarum in peregrinatione sua; quo
pacto pro sobole animalium terra protulisset
serpentes & insecta, & pro reptilibus aqua-
rum fluvius multas ranas produxisset. Post 11
hæc demùm viderunt etiam novam avium
progeniem; cúmque populus tuus concu-
piscentiâ præoccupatus escam pro alimen-
to postulâssent, Tanquam ad consolan- 12
dum eos ascendere fecisti eis de mari co-
turnicem:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

3 * هذا وقد كانت الانواح حاصلة في ايديهم * وكانوا منتحبين على قبور موتاهم * فاستجلبهم
فكر من الجهالة آخر * والذين تضرعوا اليهم في المضي واخرجوهم * ركضوا يطلبونهم كقوم
4 قد هربوا * لان اجتذبهم الي هذا الامر نهاية الشدة التي استحقوها * وخامرهم نسيان ما عرض
لهم ولم يذكروه * ليستكملوا العذاب الباقي كان لهم في جملة التعاذيب * فاما 5
6 شعبك فاختبر مسلكا معجزا * فاما اوليك فوجدوا موتا مستغربا * لان البرية كلها تشكلت
من فوقهم * بجنسها ايضا خادمة ما تومر به من الاوامر * ليتحفظ بها اولياؤك غير مضرورين *
7 * السحابة التي كانت تظلل العسكر * وشوهد من الماء السالف رسوبه تجريد ارض
يابسة * وظهر من البحر الاحمر طريق غير معوق * ومن دوران المدرج بقعة مونعة حصين *
8 * فيها عبرت الامة كلها مستورين بيدك * اذ ابصروا اعمالا عجيبة * لانهم رعوا كالخيل * 9
10 واركضوا كالثيران * يسبحونك ايها الرب الذي نجيتهم * لانهم تذكروا في سكناهم امورهم * كيف
اخرجت الارض عوض نتاج الحيوانات القمل * وابرز النهر بدل البرايا المائية كثير الضفادع *
11 * وفي اصافيهم ابصروا توالد طيور جديدة * لما اوردوا الشهوة * والتمسوا اطعمة النعيم *
12 * فصعد من البحر لتعزيتهم السلوى *

Dum enim luctus præ manibus habe- 3
rent, essentque ad mortuorum suorum se-
pulchra ejulantes, alia mens è dementia
procedens allexit eos : & quos de
discessu rogaverant expulerántque, cu-
currerunt ad quærendum quasi turbam
fugientem. Ad hanc enim rem trahe- 4
bat eos extrema calamitas quam me-
ruerant, & oblivione rerum quæ sibi
contigerant velati, non recordabantur
illas : ut cruciatum persolverent qui de
cæteris cruciatibus manebat illos. Et 5
verò populus tuus admirabile expertus
est iter; illi autem insuetam mortem
invenerunt. Universa enim creatura 6
supernè reformata est, in suo quoque ge-
nere subserviens commissis sibi manda-
tis; ut in ea tui dilecti servarentur illæ-
si. Id præstitit nubes illa quæ castra 7
obumbrabat : deinde ex aqua antea
consistente conspecta est aridi soli re-
tectio : tum ex mari rubro apparuit
via non impedita, & è viæ circulo
campus virorem producens, Per quem 8
tota gens transiit manu tuâ protecti,
admiranda portenta intuiti. Nam vel- 9
ut equi pasti sunt, & velut tauri sub-
silierunt, te O Domine qui salva-
veras eos, decantantes. Memores 10
enim erant in peregrinitate sua rerum
illorum : quomodo protulisset terra pro
sobole animalium pediculos, & flumen
pro creaturis aqueis multitudinem ra-
narum produxisset. His adde, quod vi- 11
derint novam avium progeniem, cum
delicatos cibos concupiscentiâ ducti
quæsivissent : Nam ad consolationem 12
eorum ascenderunt è mari coturnices.

Versio VULG. LAT.

13 Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt: alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii au-
14 tem bonos hoſpites in ſervitutem redigebant. Et non ſolùm hæc, ſed & alius quidam reſpectus illorum erat:
15 quoniam inviti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eiſdem uſi erant juſti-
16 tiis, ſæviſſimis afflixerunt doloribus. Percuſſi ſunt autem cæcitate: ſicut illi in foribus juſti, cùm ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, unuſquiſque tranſitum
17 oſtii ſui quærebat. In ſe enim elementa dum convertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt: unde æſtimari ex ipſo
18 viſu certò poteſt. Agreſtia enim in aquatica convertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram
19 tranſibant. Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem,
20 & aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur. Flammæ è contrario, corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec diſſolvebant illam, quæ facilè diſſolvebatur ſicut glacies, bonam eſcam. In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti, in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens eis.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

13 † Καὶ γὰρ χαλεπωτέραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν. † Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἀγνοοῦν-
14 τας οὐκ ἐδέχοντο παρόντας, † οὗτοι δὲ εὐεργέτας ξένους ἐδουλοῦντο. † Καὶ οὐ μόνον, ἀλλ' ἥτις ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν, † ἐπεὶ ἀπεχθῶς προσεδέχοντο
15 τοὺς ἀλλοτρίους· † Οἱ δὲ μετὰ ἑορτασμάτων εἰσδεξάμενοι τοὺς ἤδη τῶν
16 αὐτῶν μετεσχηκότας δικαίων, † δεινοῖς ἐκάκωσαν πόνοις. † Ἐπλήγησαν δὲ καὶ ἀορασίᾳ, ὥσπερ ἐκεῖνοι ἐπὶ ταῖς τοῦ δικαίου θύραις, † ὅτε ἀχανεῖ περιβληθέντες σκότει, ἕκαστος τῶν (λ) αὐτοῦ θυρῶν τὴν δίοδον
17 ἐζήτει. † Δι' ἑαυτῶν γὰρ τὰ στοιχεῖα μεθαρμοζόμενα, ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλλάσσουσι, πάντοτε μένοντα ἤχῳ, † ὅπερ ἐστὶν εἰκάσαι ἐκ τῆς τῶν γεγονότων ὄψεως ἀκριβῶς.
18 † Χερσαῖα γὰρ εἰς ἔνυδρα μετεβάλλετο. † Καὶ νηκτὰ μετέβαινεν ἐπὶ
19 γῆς. † Πῦρ (μ) ἴσχυσεν ἐν ὕδατι τῆς ἰδίας (ν) δυνάμεως, † καὶ
20 ὕδωρ τῆς σβεστικῆς (ξ) δυνάμεως ἐπελανθάνετο. † Φλόγες ἀνάπαλιν εὐφθάρτων ζώων οὐκ ἐμάραναν σάρκας ἐμπεριπατούντων, † οὐδὲ τηκτὸν (ο) εὔτηκτον κρυσταλλοειδὲς γένος ἀμβροσίας τροφῆς.
21 † Κατὰ πάντα γὰρ Κύριε ἐμεγάλυνας τὸν λαόν σου, καὶ ἐδόξασας, † καὶ οὐχ ὑπερεῖδες, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ παριστάμενος.

MS. A. (λ) ἑαυτοῦ (μ) ἴσχυεν (ν) δυνάμεως ἐπιλελησμένον, καὶ (ξ) φύσεως (ο) κρυσταλλοειδὲς εὔτηκτον

Σοφία Σολομῶντος.

Cum Tranſlatione LATINA.

Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt. Siquidem illi ignotos non recipiebant advenas: hi verò beneficos hoſpites in ſervitutem redigebāt. 13
Et non ſolum hæc: ſed & alius quidā erit reſpectus ipſorum. Quoniam illi invitè recipiebant extraneos: 14
Hi vero, cum recepiſſent cum ſolenni lætitia, eos, qui jam earundem legum facti erant participes, ſæviſſimis afflixerunt doloribus. 15
Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in foribus juſti, cùm ſubitaneis cooperti tenebris, unuſquiſque tranſitum oſtiorum ſuorum quærebat. 16
In ſe enim elementa (b) convertebantur, ſicut in pſalterio ſoni modulationis nomen mutant, ſemper cuſtodientia ſonum. Quod æſtimari poteſt ex ipſo rerum factarum viſu certo. 17
Terreſtria enim in aquatica convertebantur: & quæ erant natantia; in terra tranſibant. 18
Ignis in aqua valebat (c) ſupra ſuam virtutem: & aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur. 19
Flammæ è contrario, facilè corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec diſſolvebant illam, quæ facilè diſſolvebatur, ſicut glaciem, bonam eſcam. 20
In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti in omni tempore, & loco aſſiſtens.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

* Sceleratis autem flagella ſupervenerunt, non jam ſine antecedentibus exemplis facta fuit indignatio & calamitas; nam juſtè pro ſceleribus ſuis patiebantur: ſceleratam enim viam excogitârant. Et illi quidem, quæ ignorârunt, minimè receperant dum illic eſſent; hi verò diſpenſatores peregrinos ſervituti mancipârant. Nec ſolùm hoc, ſed vi- 13
ſitatio veniet ſuper illos, quòd peregrinos dimittere noluerint. Ipſi verò cum lætitia ſuſ- 14
ceperunt eos propter quos pœnam acceperunt, quòd ipſos labore afflixiſſent. Multati 15
fuerunt autem caligine, ut Sodomitæ ad fores Juſti; qui quum fuiſſent caligine percuſſi, in tenebris quæ obruerant eos, ſuarum quiſq; forium aditum quærebat. Nam propter ipſos 16
condita ſunt elementa, quemadmodum in citharis, in ſono concentuum, vocum nomen immutant; in omnibus tamen manet ſonus, quod eſt ſpecimen argumenti aſpectûs rerum quæ certò fuerunt. Terra enim inculta ver- 17
tebatur in ſtagna, & reptile ſuper terram gradiebatur. Et ignis incendebatur in aquis, 18
& præter vim ſuam ardebat: & aquæ virtute ſuâ non extinguebant ignem. Beſtias vaſta- 19
trices flamma non exuſſit, neq; carnes earum conſumpſit dum per illum ambularent: neq; liquati ſunt lapides grandinis, qui fructus corrumpunt. Per omnia enim Domine, po- 20
pulum tuum magnificâſti & honorâſti, nec ullatenus deſeruiſti, ſed eos ubique ſemper adjuvâſti. 21

Libri ſapientiæ magnæ Salomonis filii Davidis regis Iſrael, Finis.

Extant verò *in illo* verſus 1476.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 * ووردت التعاذيب الى الخطاة لا خالية من الصواعق المشابهة في اغتصابها النوائب السالف
كونها لانهم عوقبوا بعدل واجب شرورهم * لانهم ابتدعوا مقتا للغرباء صعبا * فهولاء ما قبلوا من
14 لم يعرفوهم اذ حضروا * واوليك تعبدوا الغرباء محسنين * وليس هذا فقط * بل سيكون لامورهم
15 افتقاد ما * لانهم كانوا يقبلون الغرباء بثقل * وهولاء كانوا يقبلون بتعييد للذين شاركوا
16 المقسطين الذين لهم * فاذا ضروا بهم في اتعاب كثيرة * ضربوا النظر مثل اوليك المجتمعين
عند ابواب دار الصديق * لانهم القوا في ظلمة مدلهمة * وكل منهم كان يطلب مدخل ابواب
17 منزله * لان بهم انتقلت افعال الاستقصات عن مالوفها * كما ان الاسم يتبدل في المعروف نغمات
18 لحنه * ويبقي ثابتة كل حين في لحنها * الامر الذي يقايس بمبالغة من منظر الكاينات * لان
19 البرايا البرية انتقلت مايية * والسابحات انتقل مشيها في الارض * والنار قوي اقتدارها في المياه *
20 والماء كتم طبيعته * وشهايب اللهيب بخلاف فعلها لم تضرم لحمان الحيوان السريع بلاوها
بترددها وسلوكها فيها * ولا جنس العنصر الذي لا يبلي اذاب انواع الجليد السريع ذوبانه *
21 * لانك في ساير الاشياء يا رب اعظمت شان شعبك وشرفته * وما تعرض عنه في كل اوان ومكان
* وتمامه * تمت حكمة سليمان بن داوود النبي الذي ملك على بني اسراييل *
والتسبيح لله دايما ابدا *

* *Porrò peccatoribus cruciatus non vacui fulminibus advenerunt, ſuâ violentiâ ſimiles præteritis ærumnis. Etenim puniti fuerunt jure ſuis ſceleribus debito, quòd graviſſimum in peregrinos odium exercuiſſent; & hi quidem non receperint quos licèt præſentes, ignorabant: illi verò hoſpites beneficos ſervitute preſſiſſent.* 13
Neque ſolùm hoc, ſed erit aliquando verũ illorum examen; quòd illi hoſpites graviter exceperint; 14
Hi verò feſtivè eos acciperent qui cum ſuis juſtis communicabant. 15
Cùm itaque multis eos laboribus offendiſſent, viſu vapulârunt ſicut illi qui ad fores domûs Juſti convenerant: injecti ſunt enim in obſcuriſſimam caliginem, & quilibet eorum aditum forium domicilii ſui quærebat. 16
In iis enim efficacitates elementorum immutatæ ſunt à proprietate ſua, ſicut nomen cujus ſoni concentus mutantur in inſtrumento muſico, nihilominus manent ſemper immoti in proprio concentu: quod exactè conjicitur ex rerum actarum aſpectu, 17
Nam creaturæ terreſtres mutatæ ſunt in aquatiles, & natatilium inceſſus ad terram tranſlatus: 18
Ignis potentia invaluit in aquis, & aqua naturã ſuam occultavit: 19
Incendia flammæ, contra vim propriã, carnes animantiũ facilè corruptibiles non combuſſêre, dum in eo diſcurrerent ambularéntque, neque incorruptibilis elementi genus ſpecies glaciei liquari natæ liquefecit. 20
In cunctis enim rebus O Domine, magnificâſti famam populi tui, eúmque illuſtrâſti, nec ullo tempore aut loco commorationis ejus recedis ab illo. 21

Sapientiæ Salomonis filii Davidis prophetæ, qui regnavit ſuper filios Iſrael, Finis.

Laus Deo jugis ac perpetua.

PROLOGUS.

Multorum nobis, & magnorum, per legem & prophetas, aliósque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israël doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solùm ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & dicentes & scribentes doctissimos fieri. Avus meus Jesus, postquam se ampliùs dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: ut desiderantes discere, & illorum periti facti, magis magísque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur, sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solùm hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteráq; aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo & trigesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquam perveni in Ægyptum, & cùm multum temporis ibi fuissem, inveni ibi libros relictos, non parvæ neq; contemnendæ doctrinæ. Itaq; bonum & necessarium putavi & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundùm legem Domini proposuerint vitam agere.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Πολλῶν καὶ μεγάλων ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατ' αὐτοὺς ἠκολουθηκότων δεδομένων, ὑπὲρ ὧν δέον ἐστὶν ἐπαινεῖν τὸν Ἰσραὴλ παιδείας καὶ σοφίας, καὶ ὡς οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς ἀναγινώσκοντας δέον ἐστὶν ἐπιστήμονας γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκτὸς δύνασθαι τοὺς φιλομαθοῦντας χρησίμους εἶναι καὶ λέγοντας καὶ γράφοντας· ὁ πάππος μου Ἰησοῦς ἐπὶ πλεῖον ἑαυτὸν δοὺς εἴς τε τὴν (α) τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἄλλων πατρίων βιβλίων ἀνάγνωσιν, καὶ ἐν τούτοις ἱκανὴν ἕξιν περιποιησάμενος, προήχθη καὶ αὐτὸς συγγράψαι τι τῶν εἰς παιδείαν καὶ σοφίαν ἀνηκόντων, ὅπως οἱ φιλομαθεῖς, καὶ τούτων (β) ἔνοχοι γενόμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπιπροσθῶσι διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως. παρακέκλησθε οὖν μετ' εὐνοίας καὶ προσοχῆς τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι, καὶ συγγνώμην ἔχειν ἐφ' οἷς ἂν δοκῶμεν τῶν κατὰ τὴν ἑρμηνείαν πεφιλοπονημένων τισὶ τῶν λέξεων ἀδυναμεῖν. οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς Ἑβραϊστὶ λεγόμενα, καὶ ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αἱ προφητεῖαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων οὐ μικρὰν ἔχει τὴν διαφορὰν ἐν ἑαυτοῖς λεγόμενα. ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον καὶ (") συγχρονίσας, εὗρον οὐ μικρᾶς παιδείας ἀφόμοιον. ἀναγκαιότατον ἐθέμην (γ) αὐτὸς προσενέγκασθαί τινα σπουδὴν καὶ φιλοπονίαν τοῦ μεθερμηνεῦσαι τήνδε (δ) τὴν βίβλον· πολλὴν γὰρ ἀγρυπνίαν καὶ ἐπιστήμην προσενεγκάμενος ἐν τῷ διαστήματι τοῦ χρόνου, πρὸς τὸ ἐπὶ πέρας ἄγοντα τὸ βιβλίον ἐκδόσθαι καὶ τοῖς ἐν τῇ παροικίᾳ βουλομένοις φιλομαθεῖν, (ε) προκατασκευαζομένοις τὰ ἤθη ἐν ἐν νόμῳ βιοτεύειν.

MS. A. (α) νόμου (β) ἔνηχοι (") συγχρονήσας (γ) καὶ αὐτός τινα προσενέγκασθαι σπουδὴν (δ) βίβλον. πολλὴν ἀγρυπνίαν (ε) προκατασκευαζομένους τὰ ἤθη ἐννόμως.

PROLOGUS.

Cum (a) multa nobis, & magna per legem, & prophetas, & alios qui illos secuti sunt, data sint, pro quibus oportet laudare Israel, doctrinæ, & sapientiæ causa, cúmque eos, qui legunt, non solùm ipsos oporteat fieri scientes, sed etiam extraneis studio disciplinæ ductos posse & dicendo, & scribendo prodesse; avus meus Jesus, postquam ampliùs se dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, atque in his eum, qui satis esse posset, habitum sibi comparasset; voluit & ipse scribere aliquid eorum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent; ut desiderantes dicere, etiam horum participes facti multo magis proficiant per vitam legitimam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videbimur in nonnullis ad interpretandi rationem elaboratis dictionibus deficere. Non enim eandem vim habent hæc in seipsis Hebraicè dicta, atque ad alteram translata linguam. Non solùm autem hæc, sed & ipsa lex, & prophetiæ, & cæteri libri non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo & trigesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis postquam perveni in Ægyptum, & (c) cùm multum temporis ibi fuissem; inveni (d) exemplar non parvæ doctrinæ. Maximè necessarium (e) putavi ipse aliquam adhibere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum. Multam enim vigiliam, & doctrinam (f) attuli in spacio temporis ad hoc, ut ad finem (g) ducens istum librum, ederem etiam iis qui in (h) parœcia volunt discere, (i) præparati moribus ad vivendum in lege.

Versio VULG. LAT.

ECCLESIASTICUS.

CAP. I.

1 Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit
2 semper, & est ante ævum. Arenam maris, & pluviæ
guttas, & dies seculi quis dinumeravit? Altitudinem
cœli, & latitudinē terræ, & profundum abyssi quis di-
3 mensus est? Sapientiā Dei præcedentē omnia quis in-
4 vestigavit? Prior omnium creata est sapientia, & in-
5 tellectus prudentiæ ab ævo. Fons sapientiæ verbum
6 Dei in excelsis & ingressus illius mandata æterna. Ra
dix sapientiæ cui revelata est, & astutias illius quis
7 agnovit? Disciplina sapientiæ cui revelata est, & ma-
nifestata? & multiplicationem ingressus illius quis
8 intellexit? Unus est altissimus Creator omnipotens, &
9 Rex potens & metuendus nimis, sedens super thronum
10 illius, & dominans Deus. Ipse creavit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est, Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem
11 secundùm datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΣΟΦΙΑΣ ΣΕΙΡΑΧ.

ΚΕΦ. α'.

1 † Πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα.
2 † Ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ καὶ ἡμέρας αἰῶνος τίς ἐξαριθ-
3 μήσει; † Ὕψος οὐρανοῦ καὶ πλάτος γῆς καὶ ἄβυσσον καὶ σοφίαν τίς
4 ἐξιχνιάσει; † Προτέρα πάντων ἔκτισται σοφία, † καὶ σύνεσις φρο-
6 νήσεως ἐξ αἰῶνος. † Ῥίζα σοφίας τίνι ἀπεκαλύφθη; † καὶ
8 τὰ (α) πανουργεύματα αὐτῆς τίς ἔγνω; † Εἷς ἐστι σοφὸς φοβερὸς
9 σφόδρα † καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ. † Κύριος αὐτὸς ἔκτισεν
10 αὐτήν, † καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν, † Καὶ ἐξέχεεν αὐτὴν ἐπὶ
πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. † Μετὰ πάσης σαρκὸς κατὰ * δόσιν αὐτοῦ,
11 † καὶ ἐχορήγησεν αὐτὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. † Φόβος κυρίου
δόξα καὶ καύχημα † καὶ εὐφροσύνη καὶ στέφανος ἀγαλλιάματος.

MS. A. (α) πανουργήματα

SAPIENTIA SIRACH.

CAP. I.

Omnis sapientia à Domino est, & cum illo est 1
in ævum. Arenam maris, & pluviæ guttas, & 2
dies seculi quis dinumerabit? altitudinem cœli,
*& latitudinem terræ, & abyssum, Et * sapien* 3]
tiam quis investigabit? Prior omnium creata 4
est sapientia, & intellectus prudentiæ à (a) ævo.
Radix sapientiæ, cui revelata est? & astutias 6]
illius quis agnovit? Unus est sapiens metuendus 8]
nimis sedens super thronum suum. Dominus ipse 9
creavit eam, & vidit, & dinumeravit eam,
Et effudit illam super omnia opera sua. Cum omni 10
carne secundùm datum suum: & præbuit illam
diligentibus se. Timor Domini, gloria, & gloria- 11
tio, & lætitia, & corona exultationis.

Versio SIRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܟܬܒܐ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܐܣܝܪܐ. ܕܡܬܩܪܐ ܗܘ ܚܟܡܬܐ. ܚܟܡܬܗ ܕܒܪ ܐܣܝܪܐ *

* ܩܦܠܐܘܢ * ܐ *

1 * ܟܠ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܗܝ. ܘܗܝ ܥܡܗ ܗܝ ܡܢ ܩܕܡ ܥܠܡܐ * ܚܠܐ ܕܝܡܐ. ܘܢܘܛܦܐ
2 ܕܡܛܪܐ. ܘܝܘܡܬܐ ܕܥܠܡܐ. ܡܢܘ ܢܡܢܐ ܐܢܘܢ. * ܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܦܬܝܐ ܕܐܪܥܐ. 3
ܘܬܗܘܡܐ ܪܒܐ. ܡܢܘ ܢܥܩܒ. * ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܡܝܬܪܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܚܣܝܢܐ 4
ܗܝܡܢܘܬܐ. * ܡܢ ܥܘܠܡܝܢ ܥܩܪ̈ܝܗ ܕܚܟܡܬܐ ܠܡܢ ܐܬܓܠܝܘ. ܘܪ̈ܙܝܗ ܕܣܘܟܠܬܐ 6
ܡܢܘ ܝܕܥ. * ܚܕ ܗܘ ܘܕܚܝܠ ܠܚܕܐ. ܘܗܘ ܫܠܝܛ ܥܠ ܟܠ ܓܙ̈ܘܗܝ. 7
8 * ܓܠܝܗ ܘܚܙܝܗ. ܘܡܢܝܗ ܘܝܗܒܗ. ܘܦܠܓܗ ܥܠ ܟܠ ܒܪ̈ܝܬܗ. * ܥܡ ܟܠ ܒܣܪ ܐܝܟ
9 ܨܒܝܢܗ ܝܗܒܗ. ܘܐܫܦܥܗ ܥܠ ܟܠ ܕܚ̈ܠܘܗܝ. * ܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܗܕܪܐ ܘܐܝܩܪܐ. ܘܪܒܘܬܐ.
10 ܘܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܚܐ. * ܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܡܚܕܝܐ ܠܒܐ. ܘܚܕܘܬܐ ܘܪܘܙܐ. ܘܚܝܐ ܕܠܥܠܡ.
11

LIBER
JESU FILII SIMEONIS ASIRO,
(i. vincti) idemque liber vocatur
Sapientia filii *Asîro.*

CAP. I.

Omnis sapientia à conspectu Domini est, 1
ipsáque cum eodem est ab æterno. Arenam 2
maris, & guttas pluviæ, diésque seculi quis
enumerare possit? Sublimitatem cœli, terræ- 3
que latitudinem, & abyssum magnam quis
emetiatur. Omnibus his abundantior est sa- 4
pientia, & fortior fides. Ab antiquo origi- 6
nes sapientiæ cuinam patuerunt? & occulta
intelligentiæ quis pernovit? Unus solúsque 7
terribilis Deus, qui potestatē habet in omnes
thesauros illius, Patefecit eam, & vidit, enu- 8
meravit, dedit, atque distribuit omnibus operibus suis. Unicuique carni, pro sua volun- 9
tate, concessit eam; suísque cultoribus pro-
fudit illam. Cultus Domini magnificentia est, 10
& honor, majestas, atque corona gloriæ. Re- 11
ligio Domini cor exhilarat, lætitiam & ex-
ultationem, ac vitam æternam *conciliat.*

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* بسم الله الحي الناطق * كتاب يشوع ابن سيراخ * وهو الكتاب الذي وجد من بعد سليمان *

* الفصل الاول *

1 * قال * كل حكمة هي من عند الرب * وهي معه من قديم الدهر * مثل البحر ورمل البحر وقطر 2
القطر * وايام الدنيا من يقدر ان يحصي * رفع السماء * وعرض الارض * والغمر الاعظم من 3
4 يستطيع ان يمسح * من جميع هذه الاشياء كلها كثرت الحكمة واستقر الايمان * لمن اظهرت 6
اصول الحكمة بديا * واسرار الفهم من ترى ادرك * واحد هو المرهوب وحده الله المسلط على 7
8 جميع خزائنها * اظهرها وابصرها * ثم احصاها واعطاها وقسمها بين جميع خلقه * على كل 9
امرء من الناس كمسرته * وكثرها لجميع اتقيائه * هيبة الرب بهاء وتكرمة وعظمة واكليل المجد 10
11 والمدحة * خشية الله تفرح القلب * وهي بهجة وطرب وحياة باقية *

In nomine Dei vivi, rationalis.
Liber JESU Filii SIRACH:
est autem liber qui inventus
fuit post Salomonem.

CAPUT I.

Ait, Sapientia quælibet à Deo est, 1
& cum ipso est ante seculum. Fluctus 2
maris, & arenam maris, pluviæ guttas,
diésve seculi quis valeat numerare?
Altitudinem cœli, & latitudinem ter- 3
ræ, maximúmque pelagus quis possit
metiri? Plus omnibus his rebus simul 4
multiplicata est sapientia, & fides con-
firmata. Cuinam retectæ sunt olim 6
sapientiæ radices? & arcana pru-
dentiæ quis fortè assecutus est? Unus 7
est, solus metuendus Deus, dominium
habens in universa ipsius æraria, Qui 8
retexit ac vidit eam; tum numeravit ac
dedit illam, distribuens eam inter omnes
creaturas suas, Cuilibet viro ex homini- 9
bus, ad libitum suum; religiosis autem
suis omnib⁹ abundè largitus est eā. Timor 10
Domini splendor, & honor, atque magni-
ficentia, & diadema gloriæ atque laudis.
Reverentia Dei cor lætificat, estq; gau- 11
dium, & jucunditas, & vita perennis.

Versio VULG LAT.

12 Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, &
13 gaudium, & longitudinem dierum. Timenti Domi-
num benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ
14 benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia.
15 Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visi-
16 one, & in agnitione magnalium suorum. Initium sa-
pientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulva con-
creatus est, cum electis feminis graditur, & cum justis &
17 fidelibus agnoscitur. Timor Domini, scientiæ religio-
18 sitas. Religiositas custodiet & justificabit cor, jucun-
19 ditatem atque gaudium dabit. Timenti Dominum be-
nè erit, & in diebus consummationis illius benedice-
20 tur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & pleni-
21 tudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit
22 à generationibus, & receptacula à thesauris illius. Co-
rona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salu-
23 tis fructum: Et vidit, & dinumeravit eam: utraque
24 autem sunt dona Dei. Scientiam, & intellectum pru-
dentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium
25 se, exaltat. Radix sapientiæ est timere Dominum: &
26 rami illius longævi. In thesauris sapientiæ intellectus,
& scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus
27 sapientia. Timor Domini expellit peccatum: Nam qui
28 sine timore est, non poterit justificari: iracundia enim
29 animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus
30 sustinebit patiens, & posteà redditio jucunditatis.
31 Bonus sensus usque in tempus absondit verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: Execratio autem pecca- 33
32 tori, cultura Dei. Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplinâ timor Domini: & quod beneplacitum est 34
illi, Fides, & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. 35

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

12 † Φόβος κυρίου τέρψει καρδίαν, † καὶ δώσει εὐφροσύνην καὶ χαρὰν καὶ
13 μακροημέρευσιν. † Τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον εὖ ἔσται ἐπ᾽ ἐσχάτων,
16 † καὶ ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς αὐτοῦ (β) εὑρήσει χάριν. † Ἀρχὴ σοφίας
φοβεῖσθαι τὸν (γ) θεόν, † καὶ μετὰ πιστῶν ἐν μήτρᾳ συνεκτίσθη αὐτοῖς·
† (δ) Καὶ μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσε, † καὶ μετὰ τοῦ
20 σπέρματος αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται. † Πλησμονὴ σοφίας φοβεῖσθαι
21 τὸν κύριον, † καὶ μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς. † Πάντα
τὸν οἶκον αὐτῆς (ε) ἐμπλήσει ἐπιθυμημάτων, † καὶ τὰ ἀποδοχεῖα ἀπὸ
22 τῶν (ζ) γεννημάτων αὐτῆς. † Στέφανος σοφίας φόβος κυρίου,
23 † ἀναθάλλων εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως. † Καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν
24 αὐτήν· † Ἐπιστήμην καὶ γνῶσιν συνέσεως ἐξώμβρησε, † καὶ δόξαν
25 κρατούντων αὐτῆς ἀνύψωσε. † Ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον,
28 † καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς μακροημερεύσεις. † Οὐ δυνήσεται θυμὸς
ἄδικος δικαιωθῆναι· † ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ πτῶσις αὐτῷ. † Ἕως
29 καιροῦ ἀνθέξεται μακρόθυμος, † καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει (η) εὐφροσύνη.
30 † Ἕως καιροῦ κρύψει τοὺς λόγους αὐτοῦ, † καὶ χείλη (η) πιστῶν ἐκδιηγήσεται
31 σύνεσιν αὐτοῦ. † Ἐν θησαυροῖς σοφίας παραβολὴ ἐπιστήμης,
32 † βδέλυγμα δὲ (θ) ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια. † Ἐπιθυμήσας σοφίαν,
33 διατήρησον ἐντολάς, † καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. † Σοφία
34 γὰρ καὶ παιδεία φόβος κυρίου, † καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ Πίστις καὶ
35 (ι) πραότης.

MS.A. (β) εὐλογηθήσεται (γ) κύριον, (δ) Μετὰ ἀνθρώπων (ε) ἐμπλήσει (ζ) γεννημάτων (η) εὐφροσύνην. (η) πολλῶν (θ) ἁμαρτωλοῖς (ι) πραΰτης.

Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiã, et gau- 12
diũ, & longitudinẽ dierũ. Timenti Dominũ bene erit 13
in extremis: et in die defunctionis suæ (b) inveniet
gratiam. Initium sapientiæ, timere Deum, & cum fi- 16
delibus in vulva concreatũ est eis. Et cum hominibus
fundamentum seculi nidificavit; & cum semine eo-
rum (c) concredetur. Plenitudo sapientiæ, timere 20
Dominum: & inebriat eos de fructibus ejus. Omnem 21
domum (d) illius implebit desideriis, & receptacu-
la de generationibus ejus. Corona sapientiæ, timor 22
Domini, germinans pacem, & sanitatem incolumi-
tatis. (e) Et vidit, & dinumeravit eam. Scien- 23
tiam, & cognitionem intellectus effudit, & gloriam 24
tenentium ipsam exaltavit. Radix sapientiæ est ti- 25
mere Dominum, & rami ejus (f) longævitas.
(g) Non poterit ira injusta justificari: impetus 28
enim iræ ejus subversio est ejus. Usque in tempus
(h) sustinebit patiens: & posteà reddetur ei jocun- 29
ditas. Usque in tempus abscondet verba sua: & la- 30
bia (i) fidelium enarrabunt sensum ejus. In thesau- 31
ris sapientiæ, (k) parabola scientiæ: Execratio 32
autem peccatori cultura Dei. (l) Concupisti sapi- 33
entiam? serva mandata: & Dominus præbebit tibi
eam. Sapientia enim & disciplina, timor Domini: & 34
quod beneplacitum est illi, Fides, & mansuetudo. 35

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Colentis Deum prosper erit exitus, & in fine 12
dierum suorum benedicetur. Initium sapi- 13
pientiæ est religio Domini, & cum fidelibus
ab utero matris eorum creata est. Cum ho- 14
minibus æquitatis adest, ipsáque à seculo
condita est, & unà cum illorum semine fun-
data est misericordia ejus. Initium sapien- 15
tiæ est cultus Domini, *ipséque* felicitate in-
ebriat præ multitudine proventuum suorum.
Cuncta æraria sua implet sapientiâ, & the- 16
sauros proventibus suis. Initium sapientiæ 17
est religio Domini, & *ipsa* auget pacem, ac
vitam, atque sanitatem. Baculus est roboris, 18
ac fulcimentum gloriæ; & honor æternus
omnibus eam sectantibus. Radices ejus sunt 19
vita perpetua, & rami ejus longitudo die-
rum. Beatus homo qui de ea cogitârit; est
enim ipsi melior omnibus thesauris. Beatus
homo qui ad illam accesserit, seséque in man-
datis ejus exercuerit. Coronam perpetuam
statuet eum, & victoriam sempiternam inter
sanctos. Is de ea lætabitur, & illâ delectabi-
tur ipso, nec eum projiciet in seculum secu-
lorũ. Angeli Dei oblectantur illâ, omnesq;
Domini laudes recensent. Totus hic liber
plenus est vitâ: fœlix homo qui audierit ac
fecerit eum. Audite me cultores Dei, au-
scultate & intelligite verba mea; quisquis
optat vitam & summum gaudium perpetuâ
hæreditate possidere. Sermones meos omnes
audi & exequere, & scribêris in libro vi-
tæ. Dilige timorem Domini, eâque cor
tuum robora, nec metuas. Accede, nec
torpescas, & tibimetipsi vitam invenies:
quumque accesseris, velut gigas ac robu-
stus *accede.*

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 تقي الرب تحسن عاقبته * ويبارك في آخر عمره * رأس الحكمة تقوى الرب * وهي مع
13 الساعيين في مرضاته ربهم متقدمة قبل العالمين * ومع نسل الصالحين يدوم فضلها * رأس
14 الحكمة تقاة الرب * ومن خصبها تملأ الحكمة جميع خزائنها * والكنوز من غلاتها * رأس
16 الحكمة خشية الرب * ومنها يكثر العلم والحياة والشفا * وهي عصا المنفعة وتكاة المدحة
17 وكرامة دائمة لجميع من طلبها * واصولها حياة دائمة * وشجرها تطول الايام * طوبى لمن جعل
18 همه فيها * لانها له انفع من جميع الذخائر * طوبى للبشري نطق بها واهتدي بوصاياها *
20 فانها تكلله باكليل دائم * وتوتيه الظفر بين الاطهار الي الابد * يفرح بها وتفرح به * ولا تخذله
الي دهر الدهور * ملايكة الله يفرحون بها * ويعدون كل تسابيح الرب * وهذا الكتاب كله
مملو حياة * فطوبى لرجل سمع وعمل بما فيه * يا معشر اتقياء الله اسمعوا وانصتوا لقولي وتفهموا *
من احب ان يرث الحياة الدائمة وفرحا * لا ينقطع بقبل جميع اقاويلي ويعمل بها ليثبت
في سفر الحياة اسمه * اعتصم بخشية الرب * ليثبت قلبك عليها ولا تكف ادنوا منها ولا تتوانى *
فانك تصادف السعادة والحياة * واذا اقتربت اليها فاقترب مثل الجبابرة والابطال

Timentis Dominum optimus erit finis, 12
& in extrema ætate suâ benedicetur.
Principium sapientiæ timor Domini; 13
Ipsáque cum his qui secundùm volunta- 14
tem Domini sui se gerunt, condita
fuit ante secula; & cum proborum
stirpe permanebit favor ipsius. Princi- 16
pium sapientiæ timor Domini, & uber-
tate suâ implet sapientia omnes cellas
suas, & thesauros proventibus suis.
Principium sapientiæ timor Domini, & 17
ab ipsa multiplicabitur scientia, & vi-
ta, & sanitas: Ipsáque est baculus uti- 18
litatis, & fulcrum laudis, atque honor
æternus omnibus expetentibus eam. Ra- 20
dices ejus vita immortalis, & arbor il-
lius dies producit. Beatus qui curam
suam in ea collocârit, quoniam est ipsi
utilior cunctis thesauris. Beatus homo
qui de illa ratiocinatur, & secundùm
ipsius mandata se gerit. Hæc enim cin-
get eum coronâ sempiternâ, & victori-
am inter puros in æternum concedet il-
li. Ipse oblectabitur illâ, & ipsa ob-
lectabitur illo, nec destituet eum in se-
culum seculorum. Angeli Dei oblectan-
tur illâ, & omnes Domini laudes enu-
merant. Porrò totus hic liber plenus
est vitæ: beatus vir qui audierit ac fe-
cerit quæ continentur in illo. O omnes
timentes Deum, audite & auscultate
sermonem meum, et intelligite. Qui vi-
tam æternam & gaudium consequi cu-
pit, ne segnescat ab accipiendis omnibus
eloquiis meis; sed exequatur ea, ut
maneat in libro vitæ nomen ipsius.
Strenuè tene timorem Domini, per
in eo cor tuum, & ne timeas. Acce-
ad eum, & ne negligas; invenies eum prosperitatem & vitam. Cum autem accesseris ad eum, accede ut gigas ac strenuus.

Versio VULG. LAT.

36 Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris
37 ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in con-
spectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis.
38 Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ
39 inhonorationem. Et revelet Deus absconsa tua, & in
40 medio synagogæ elidat te: Quoniam accessisti malignè
ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallaciâ.

CAP. II.

1 Filii, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & ti-
2 more, & præpara animam tuam ad tentationem. De-
prime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, &
suscipe verba intellectûs: & ne festines in tempore ob-
3 ductionis. Sustine sustentationes Dei: conjungere Deo,
4 & sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne,
quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore susti-
5 ne, & in humilitate tua patientiam habe. Quoniam in
igne probatur aurum & argentum, homines verò re-
6 ceptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & re-
cuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum.
7 Serva timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes
Dominum, sustinete misericordiam ejus: & non de-
8 flectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis Dominum, cre-
9 dite illi: & non evacuabitur merces vestra. Qui ti-
metis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem
10 veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum, di-
11 ligite illum & illuminabuntur corda vestra. Respicite,
filii, nationes hominum: & scitote, quia nullus spera-
12 vit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit
13 in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: &
14 protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

36 †Μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ κυρίου, †καὶ μὴ προσέλθῃς αὐτῷ ἐν καρδίᾳ δισσῇ.
37 †Μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόμασιν ἀνθρώπων, †καὶ ἐν τοῖς χείλεσί σου πρόσ-
38 εχε. †Μὴ ἐξύψου σεαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς, †καὶ ἐπαγάγῃς τῇ ψυχῇ σου
39 ἀτιμίαν. †Καὶ ἀποκαλύψει κύριος τὰ κρυπτά σου, †καὶ ἐν μέσῳ συνα-
40 γωγῆς καταβαλεῖ σε· Ὅτι οὐ προσῆλθες φόβῳ κυρίου, †καὶ ἡ καρδία σου
πλήρης δόλου.

ΚΕΦ. β'.

1 †Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν (α) κυρίῳ θεῷ, †ἑτοίμασον τὴν
2 ψυχήν σου εἰς πειρασμόν. †Εὔθυνον τὴν καρδίαν σου καὶ καρτέ-
3 ρησον, †καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. †Κολλήθητι αὐτῷ καὶ μὴ
4 ἀποστῇς, ἵνα αὐξηθῇς ἐπ' ἐσχάτων σου. †Πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι,
5 δέξαι, †καὶ ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον. †Ὅτι ἐν
πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς, †καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώ-
6 σεως. †Πίστευσον αὐτῷ καὶ ἀντιλήψεταί σου, †(β) εὔθυνον τὰς ὁδούς σου
7 καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν. †Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἀναμείνατε τὸ ἔλεος
8 αὐτοῦ, †καὶ μὴ ἐκκλίνητε ἵνα μὴ πέσητε. †Οἱ φοβούμενοι κύριον πι-
9 στεύσατε αὐτῷ, †καὶ οὐ μὴ πταίσῃ ὁ μισθὸς ὑμῶν. †Οἱ φοβούμενοι κύριον
11 ἐλπίσατε εἰς ἀγαθὰ, †καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰῶνος καὶ ἔλεος. †Ἐμβλέ-
ψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε, †τίς ἐνεπίστευσε κυρίῳ καὶ κατῃ-
12 σχύνθη; Ἢ τίς ἐνέμεινε τῷ φόβῳ αὐτοῦ καὶ ἐγκατελείφθη, †ἢ τίς
13 ἐπεκαλέσατο αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; †Διότι οἰκτίρμων καὶ ἐλεή-
μων ὁ κύριος, †καὶ ἀφίησιν ἁμαρτίας, καὶ σώζει ἐν καιρῷ θλίψεως.
14 †Οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς, καὶ χερσὶν παρειμέναις, †καὶ ἁμαρτωλῷ ἐπι-
βαίνοντι ἐπὶ δύο τρίβους.

MS. A. (α) κυρίῳ, ἑτοίμασον (β) καὶ εὔθυνον

Cum Translatione LATINA.

Non sis (m) incredibilis timori Domini: & ne ac- 36
cesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita 37
in conspectu hominum: & in labia tua intende.
Non exaltes te ipsum; ne cadas, & adducas ani- 38
mæ tuæ inhonorationem. Et revelabit Dominus 39
absconsa tua, & in medio synagogæ elidet te. Quo- 40
niam non (n) accessisti ad timorem Domini, & cor
tuum plenum est dolo.

CAP. II.

Filii, accedens ad servitutem Domini Dei, (a) præ- 1
para animam tuam ad tentationem. Dirige cor tuū, 2
& sustine: & ne festines in tempore (b) obductio-
nis. Conjungere ei, & ne recedas; ut crescas in 3
novissimis tuis. Omne, quod tibi applicitum fue- 4
rit, accipe, & in (c) humilitate tua patientiam ha-
be. Quoniam in igne probatur aurum, homines ve- 5
rò receptibiles in camino humiliationis. Crede ei, 6
& recuperabit te: dirige vias tuas, & spera in
illum. Metuentes Dominum, sustinete miseric- 7
diam ejus: & non deflectatis, ne cadatis. Qui 8
timetis Dominum; credite illi: & non cadet mer-
ces vestra. Qui timetis Dominum; sperate in bo- 9
na, & in lætitiam seculi, & misericordiæ. Respicite 11
in antiquas nationes, & videte: quis cōfidit in Do-
mino, & confusus est? Aut quis permansit in timore 12
ejus, & derelictus est? aut quis invocavit illum, &
despexit eum? Quoniam pius & misericors est, Do- 13
minus, & remittit peccata, & salvat in tempore tri-
bulationis. Væ cordibus (d) timidis, & manibus dis- 14
solutis, & peccatori ingredienti duabus viis.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

ܒܪܝ ܠܐ ܬܕܓܠ ܒܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܠܐ ܬܬܩܪܒ ܠܗ ܒܠܒܐ ܦܠܝܓܐ. ܘܠܐ ܬܫܬܒܗܪ ܒܗ
ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܒܣܦܘܬܟ ܗܘܝܬ ܙܗܝܪ ܛܒ. ܠܐ ܬܣܠܐ ܡܢ ܡܠܬܗ. ܘܠܐ ܬܬܕܘܕ. ܘܠܐ
ܬܣܓܐ ܠܢܦܫܟ ܨܥܪܐ. ܕܠܡܐ ܢܣܓܐ ܡܪܝܐ ܐܣܘܪܝܟ. ܘܒܓܘ ܟܢܘܫܬܐ ܢܪܡܝܟ. ܡܛܠ
ܕܫܡܐ ܕܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܘܒܠ ܐܢܬ. ܘܓܘܗ ܕܠܒܟ ܡܠܐ ܢܟܠܐ. * ܫܠܡ ܩܦܠܐܘܢ * ܒ *
* ܒܪܝ ܐܢ ܩܪܒܬ ܠܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܫܠܡ ܢܦܫܟ ܠܟܠ ܢܣܝܘܢܝܢ. * ܐܬܢܩܦ ܠܗ 1 3
ܘܠܐ ܬܫܒܩܝܗ. ܡܛܠ ܕܬܬܚܟܡ ܒܐܘܪܚܬܟ. * ܟܠ ܡܐ ܕܢܐܬܐ ܥܠܝܟ ܩܒܠ. ܘܒܟܘܪܗܢܐ 4
ܘܒܡܣܟܢܘܬܐ ܐܓܪ ܪܘܚܟ. * ܗܝܡܢ ܒܐܠܗܐ ܘܗܘ ܢܗܘܐ ܠܟ ܡܥܕܪܢܐ. ܣܒܪ ܒܗ ܘܗܘ 6
ܢܬܪܨ ܐܘܪܚܬܟ. * ܡܛܠ ܕܒܢܘܪܐ ܡܬܒܚܪ ܕܗܒܐ. ܘܒܪܢܫܐ ܒܟܘܪܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ. 5
* ܕܚܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܣܒܪܘ ܠܛܝܒܘܬܗ. ܘܠܐ ܬܬܗܦܟܘܢ ܡܢ ܒܬܪܗ. ܕܠܐ ܬܦܠܘܢ. 7
* ܕܚܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܗܝܡܢܘ ܒܗ. ܘܗܘ ܠܐ ܢܟܠܐ ܐܓܪܟܘܢ. * ܕܚܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܣܒܪܘ 8 9
ܠܛܝܒܘܬܗ. ܠܚܕܘܬܐ ܕܥܠܡ ܘܠܦܘܪܩܢܐ. * ܐܣܬܟܠܘ ܒܫܪܒܬܐ ܕܡܢ ܥܠܡ ܗܘܬ. 10
ܘܚܙܘ ܡܢܘ ܕܗܝܡܢ ܒܗ ܘܐܬܒܗܬ. * ܡܢܘ ܕܣܒܪ ܒܗ ܘܐܫܬܒܩ. * ܐܘ ܡܢܘ ܕܩܪܝܗ 11 12
ܘܠܐ ܥܢܝܗ. * ܡܛܠ ܕܚܢܢܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܗܘ ܡܪܝܐ ܫܡܥ. ܘܦܪܩ ܒܥܕܢ ܐܘܠܨܢܐ. 13
ܘܫܡܥ ܠܩܠܐ ܕܥܒܕܝ ܨܒܝܢܗ. * ܠܒܐ ܡܫܪܝܐ. 14
ܘܐܝܕܝܐ ܪܦܝܢ. ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܡܗܠܟ ܥܠ ܫܒܝܠܐ ܣܓܝܐܐ.

Fili mi, ne dissimules in religione Domini; néve ad illam accesseris duplici corde, neq; de ipsa glorieris coram hominibus: & in labiis tuis esto cautus omninó. Ne abhorreas ab ejus eloquio, & non turbaberis: néve multiplices animæ tuæ dedecus, ne fortè multiplicet Dominus vincula tua, téque medio in cœtu dejiciat, Eò quòd religionis Dei nomen præ te feras, intimum verò cordis tui dolo sit plenum.

CAP. II.

Filli mi, si ad religionem Dei accesseris, 1
omnibus tentationib⁹ teipsum commisisti.
Adhære illi, ne deseras eam, ut sapienter agas 3
in viis tuis. Quicquid tibi evenerit, *libens* 4
accipe: & in morbo atq; paupertate longani-
mis esto. Confide Deo, & ipse erit tibi ad- 6
jutor: spera in eo, & ipse diriget vias tuas.
Nam igni probatur aurum, homo verò for- 5
nace paupertatis. Cultores Dñi, sperate bea- 7
titudinem ejus, & ne moremini à tergo ipsi-
us, ne concidatis. Qui Dñm reverimini, ei- 8
dem confidite, & ipse non retinebit merce-
dem vestram. Religiosi erga Dñm, expectate 9
beatitudinē ejus, gaudium sempiternum, ac
salutem. Percipite quæ jam olim facta sunt; 10
& quæ à *priscis* mundi ætatibus *fuerunt*, in-
telligite & considerate. Quis illi credidit, & 11
fuit desertus? Aut quis eo confisus fuit re- 12
jectus? aut quis invocavit eum, quem non
exaudierit? Nam clemens & benignus est 13
Dominus, exaudit, quocunque afflictionis
tempore salutem affert, & exaudit vocem
operantium voluntatem suam. Cor tabi- 14
dum & manus remissæ est homo ille qui su-
per plures calles graditur.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

يا بني لا تغدر بخشية الله ولا تتقدم وانت شاك في قلبك * ولا تتكرم بها بين الناس * وليكن
نطق شفتيك بالقسط والصدق * ولا تكرهن قوله * ولا تفزع * ولا تخلف الهوان على نفسك *
لعل الرب يشد وثاقك وينزل بك النكال وسط الملاء * لانك عرفت بارا تقيا * وقلبك محشو من
الغدر والخيانة * الفصل الثاني * يا بني ان كنت لصقت بخشية الله * 2
فابذل نفسك لكل بلاء * وتمسك بها ولا ترفضها * فتكون هاديا مرشدا في طرقك * واحمل 3 4
ما ابتلاك الله به بالشكر * وعند المرض والحاجة فكن صبورا * آمن بالله ليكون لك ناصرا * 6
وارجوه وهو يسهل سبلك * لان الذهب يجرب بالنار والانسان بالفقر والمسكنة * يا اولياء الله 5 7
استبشروا بنعمته * ولا تنصرفوا عنه * لئلا تسخطوه * يا خائفي الرب ارجوا نعمه * لتنالون 8
منه الخلاص والفرح والسرور * واعتبروا بما كان في القديم * وما اتفق في الاحقاب الماضية انظروا 10 11
وتدبروا * من الذي آمن به فخذله * ومن توكل عليه فرفضه * لان الرب ذو رحمة ورافة * 12 13
ويسمع وينقذ في كل حين من الشدة * ويستجيب دعاء الساعين في مرضاته * قلب جامد 14
وايادي مرتعشة رجل يتخطى سبلا كثيرين *

Domini, & indignationem suam in im-
pios immittet. Ne differas pœnitentiam,
neque moreris de die in diem. Nam pœna
repentè irruet, & tempore retributionis
exitium. Ne confidas opibus ex illicito
coactis : quoniam nullam tibi opem fe-
rent in die calamitatis. Ne omni cum
vento movearis, nec quamvis opinionem
secteris : Sed esto firmus & constans in
toto sensu tuo, & unus idemque sit ser-
mo tuus. Esto celer ad audiendum ser-
monem, tardus ac lentus ad reddendum
responsum. Si præstò tibi sit responsum
idoneum, redde amico tuo: sin minùs, im-
pone silentium linguæ tuæ. Gloria &
ignominia authori sermonis : linguæ ho-
minum præcipitant eos. Ne sis bilinguis,
néve offendas linguâ tuâ. Nam turpitu-
do & ignominia furem comitantur, &
contemptus atque convitium duas ha-
bentem facies. Ne cui acquiescas in re
parva sive magna.

CAP. VI.

Non sit angusta manus tua, ne fias
opprobrium: turpe autem nomen, im-
properium, & infamia comitantur bilin-
guem. Libidines animæ tuæ ne sequaris,
ne te in miseriam impellant, viresque tuas
debilitent quasi taurus cui pabulum ob-
jicitur, Excutiant folia tua, fructus
tuos comedant, vacuumque te deserant
ut arborem aridam. Anima enim prava
possessorem suum perdet, & inimicorum
ludibrium efficiet. Comis in loquendo
multos sibi conciliabit amicos : qui ap-
petit justos, laudabitur.

Versio VULG. LAT.

6 Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi unus de
7 mille. Si possides amicũ, in tentatione posside eum, &
8 ne facilè credas ei. Est enim amicus secundùm tempus
9 suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est
amicus qui convertitur ad inimicitiam: & est amicus
10 qui odium & rixam & convitia denudabit. Est au-
tem amicus socius mensæ, & non permanebit in die
11 necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi
12 coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget: Si
humiliaverit se contra te, & à facie tua absconderit se,
13 unanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tu-
14 is separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis,
protectio fortis: qui autẽ invenit illũ, invenit thesau-
15 rũ. Amico fideli nulla est comparatio, & non est di-
gna ponderatio auri & argenti contra bonitatẽ fidei
16 illius. Amicus fidelis, medicamentũ vitæ & immorta-
17 litatis: & qui metuunt Dñm, invenient illum. Qui ti-
met Deum, æquè habebit amicitiã bonã: quoniã se-
18 cundùm illũ erit amicus illius. Fili, à juventute tua ex-
cipe doctrinam, & usq; ad canos invenies sapientiam.
19 Quasi is qui arat, & seminat, accede ad eam, & sustine
20 bonos fructus illius. In opere enim ipsi⁹ exiguũ labo-
21 rabis, & citò edes de generationibus illius. Quàm a-
spera est nimiùm sapientia indoctis hominib⁹, & non
22 permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus proba-
tio erit in illis, & non demorabuntur projicere illam.
23 Sapientia enim doctrinæ secundùm nomen est ejus, &
non est multis manifesta: quibus autem cognita est,
24 permanet usque ad conspectum Dei. Audi, fili, & acci-
25 pe consilium intellectûs, & ne abjicias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: Subjice humerum tuum, & porta il-
26 lam, & ne acedieris vinculis ejus.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 † Οἱ εἰρηνεύοντές σοι ἔστωσαν πολλοί, † οἱ δὲ σύμβουλοί σου εἷς ἀπὸ
7 χιλίων. † Εἰ κτᾶσαι φίλον, ἐν πειρασμῷ κτῆσαι αὐτὸν, † καὶ μὴ ταχὺ
8 ἐμπιστεύσῃς αὐτῷ. † Ἔστι γὰρ φίλος ἐν καιρῷ αὐτοῦ, † καὶ οὐ μὴ παρα-
9 μείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. † Καὶ ἔστι φίλος μετατιθέμενος
10 (ᵃ) εἰς ἔχθραν, † καὶ μάχην ὀνειδισμοῦ σου ἀποκαλύψει. † Καὶ ἔστι φίλος
11 κοινωνὸς τραπεζῶν, † καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. † Καὶ
ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σὺ, † καὶ ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παρρησιάσεται.
12 † Ἐὰν ταπεινωθῇς, ἔσται κατὰ σοῦ, † καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται.
13 † Ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σου διαχωρίσθητι, † καὶ ἀπὸ τῶν φίλων σου πρόσεχε. † Φίλος
14 πιστὸς σκέπη κραταιὰ, † ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν εὗρεν θησαυρόν. † Φίλου πιστοῦ
15
16 οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, † καὶ οὐκ ἔστι (ᵇ) σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ. † Φίλος
17 πιστὸς φάρμακον ζωῆς, † καὶ οἱ φοβούμενοι κύριον εὑρήσουσιν αὐτόν. † Ὁ
φοβούμενος κύριον εὐθύνει φιλίαν αὐτοῦ, † ὅτι κατ' αὐτὸν οὕτως καὶ ὁ
18 πλησίον αὐτοῦ. † Τέκνον, ἐκ νεότητός σου ἐπίλεξαι παιδείαν, † καὶ ἕως
19 πολιῶν εὑρήσεις σοφίαν. † Ὡς ὁ ἀροτριῶν καὶ (β) ὁ σπείρων πρόσελθε
20 αὐτῇ, † καὶ ἀνάμενε τοὺς ἀγαθοὺς καρποὺς αὐτῆς· † Ἐν γὰρ τῇ ἐργασίᾳ
αὐτῆς ὀλίγον κοπιάσεις, † καὶ ταχὺ φάγεσαι (γ) γεννημάτων αὐτῆς.
21 † Ὡς τραχεῖά ἐστι σφόδρα τοῖς ἀπαιδεύτοις, † καὶ οὐκ ἐμμενεῖ ἐν αὐτῇ
22 ἀκάρδιος. † Ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ, † καὶ οὐ χρο-
23 νιεῖ ἀποῤῥῖψαι αὐτήν. † Σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι, † καὶ οὐ πολ-
24 λοῖς ἐστι φανερά. † Ἄκουσον τέκνον καὶ (δ) δέξαι γνώμην μου, † καὶ μὴ
25 ἀπαναίνου τὴν συμβουλίαν μου. † Καὶ (ε) εἰσένεγκον τοὺς πόδας σου εἰς τὰς
26 πέδας αὐτῆς, † καὶ εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς τὸν τράχηλόν σου. † Ὑπόθες τὸν
ὦμόν σου, καὶ βάσταξον αὐτήν, † καὶ μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς.
MS. A. (ᵃ) εἰς ἐχθρὸν, (ᵇ) * σταθμὸς (β) ὡς ὁ (γ) τῶν γεννημάτων (δ) ἔκδεξαι
τὴν γνώμην (ε) εἰσένεγκαι

Multi pacifici sint tibi: consiliarii autẽ tui sint unus 6
de mille. Si possides amicũ; in tentatione posside eũ, 7
& nõ facile credas ei. Est enim amicus in tempore 8
suo, & nõ permanebit in die tribulationis tuæ. Et 9
est amicus, qui convertitur ad inimicitiam, & rixã
opprobrii tui denudabit. Et est amicus socius men- 10
sarũ, & nõ permanebit in die necessitatis tuæ. Et in 11
bonis tuis erit, tanquam tu, & in domesticis tuis fi-
ducialiter aget. Si humiliatus fueris; erit contra te, 12
& à facie tua abscondet se. Ab inimicis tuis separa 13
te: & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis, prote- 14
ctio fortis: &, qui invenit illum; invenit thesaurũ.
Amico fideli nulla est cõparatio, & nõ est pondus bo- 15
nitati ejus. Amicus fidelis, medicamentũ vitæ: &,* 16
qui metuunt Dominum; invenient illum. Qui timet 17
Dominum; bonã habet amicitiam suam: quoniam se-
cundùm ipsum, sic & proximus ipsius. Fili, à ju- 18
ventute tua excipe doctrinam: & usque ad canos
invenies sapientiam. Quasi is, qui arat, & qui se- 19
minat, accede ad illã: & sustine bonos fructus illius.
In operatione enim illius paululùm laborabis: & citò 20
edes de generationibus illius. Quàm aspera est ni- 21
miùm indoctis, & non permanebit in illa excors.
Quasi lapis probationis fortis erit in illo; & nõ de- 22
morabitur projicere illam. Sapientia enim secundùm 23
nomen suum est: & non est multis manifesta. Audi, 24
fili, & accipe sententiã meã, & ne abjicias cõsilium
meum. Et injice pedes tuos in compedes illius, et in 25
torquem illius collum tuum. Subjice humerum tuum, 26
et porta illam: et ne acedieris vinculis illius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 * ܒܥܠܝ ܫܠܡܟ ܢܗܘܘܢ ܣܓܝܐܐ. ܘܒܥܠ ܪܐܙܟ ܚܕ ܡܢ ܐܠܦ. * ܟܕ ܩܢܐ ܐܢܬ ܪܚܡܐ.
7
8 ܒܢܣܝܘܢܐ ܩܢܝܗܝ. ܘܠܐ ܬܬܬܟܠ ܥܠܘܗܝ ܒܥܓܠ. * ܐܝܬ ܪܚܡܐ ܕܐܝܟ ܙܒܢܐ ܗܘ.
11 ܘܠܐ ܩܐܡ ܒܝܘܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ. * ܒܛܒܬܟ ܗܘܐ ܐܟܘܬܟ. ܘܒܒܝܫܬܟ ܡܬܪܚܩ ܡܢܟ.
12 * ܐܢ ܬܦܠ ܢܬܗܦܟ ܥܠܝܟ. ܘܡܢ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܟ ܢܛܫܐ. * ܡܢ ܣܢܐܝܟ ܐܬܪܚܩ. ܘܡܢ
13
14 ܪܚܡܝܟ ܐܙܕܗܪ. * ܪܚܡܐ ܡܗܝܡܢܐ ܗܘ ܬܩܝܦܐ. ܘܡܢ ܕܡܫܟܚ ܠܗ ܡܫܟܚ ܣܝܡܬܐ.
15 * ܠܪܚܡܐ ܡܗܝܡܢܐ ܠܝܬ ܛܝܡܐ. ܘܠܝܬ ܡܬܩܠܐ ܠܛܝܒܘܬܗ. * ܪܚܡܐ
16
17 ܡܗܝܡܢܐ ܣܡܐ ܕܚܝܐ ܗܘ. ܘܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ ܗܘܝܘ. * ܕܕܚܠܝܢ ܠܐܠܗܐ ܡܩܝܡܝܢ
18 ܪܚܡܘܬܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܗܟܢܐ ܐܦ ܪܚܡܘܗܝ. * ܒܪܝ ܡܢ ܛܠܝܘܬܟ ܩܒܠ
19 ܡܪܕܘܬܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܣܝܒܘܬܟ ܬܫܟܚ ܚܟܡܬܐ. * ܐܝܟ ܕܪܕܐ ܘܐܝܟ ܚܨܘܕܐ ܩܪܘܒ
20 ܠܘܬܗ. ܘܣܓܝܐܘܬ ܥܠܠܬܗ ܐܨܦܢ. * ܐܝܟ ܕܒܥܡܠܐ ܙܥܘܪܐ ܬܠܐܐ. ܘܡܚܕܐ ܐܟܘܠ
21
22 ܦܐܪܐ. * ܟܡܐ ܥܫܝܢܐ ܠܣܟܠܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܠܐ ܡܣܝܒܪܝܢ ܠܗ ܚܣܝܪܝ ܠܒܐ. * ܐܝܟ
23 ܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ ܗܘ ܥܠܘܗܝ. ܘܠܐ ܢܚܙܐ ܘܢܦܨܝܗ. * ܫܡܗ ܐܝܟ ܡܪܕܘܬܗ. ܘܠܣܟܠܐ ܠܐ
24 ܡܬܚܙܝܐ. * ܫܡܥ ܒܪܝ ܘܩܒܠ ܡܪܕܘܬܝ. ܘܠܐ ܬܒܛܠ ܡܪܬܝ. ܐܥܠ ܪܓܠܟ
25 ܒܡܨܝܕܬܗ. ܘܒܫܘܫܠܬܗ ܐܥܠ ܨܘܪܟ. * ܐܪܟܢ ܟܬܦܟ ܘܫܩܘܠܝܗ. ܘܠܐ ܬܬܟܪܐ ܒܚܒܠܝܗ.
26 * ܒܟܠܗ ܠܒܟ ܩܪܘܒ ܠܘܬܗ. ܘܒܟܠܗ ܚܝܠܟ ܛܪ ܐܘܪܚܬܗ.

* Benevoli tui sint multi, at consiliarius tuus 6
unus è millenis. Si compares amicum, ex- 7
perimento compara eum, nec temerè te con-
credas illi. Est amicus respectu opportuni- 8
tatis, qui non permanet tempore afflictionis.
In prosperitatibus tuis alter idem erit, & in 11
adversitatibus tuis à te recedet. Si cadas,
in te convertetur, & è conspectu tuo disce- 12
dens occultabit se. Inimicum tuum devita, 13
& ab amico tuo caveto. Amicus verus,
amicus est constans: & qui talem nan- 14
ciscuntur, thesaurum nanciscuntur. Ami- 15
co fido nullum est pretium, nullumque pon-
dus gratiæ ipsius. Amicus fidus medicina 16
vitæ est: & qui Deum reveretur, is est. Qui 17
reverentur Deum, stabilem servant amiciti-
am: qualis enim est ipse, tales amici ejus.
Fili mi, à pueritia tua suscipe disciplinam, & 18
ad tuam usque senectutem invenies sapienti-
am. Velut sator, & quasi messor ad eam ac- 19
cede, & copiam proventuum ejus recondes.
Quasi parvo labore fatigaberis, & fructum 20
ejus mox comedes. Quàm aspera est apud 21
stultos sapientia! & excordes non sustinent
eam. Tanquam lapis gravissimus incumbit 22
illi, adeò ut non videat & excutiat eum. No- 23
men ejus est qualis eruditio ipsius, & ab insi-
pientibus minimè deprehenditur. Acquiesce 24
fili mi, & accipe documentum meum, nec ir-
ritam facias eruditionem meam. Insere pe-
dem tuum in rete ipsius, & in ejusdem onus
infer collum tuum. Humerum tuum admo- 25
vens bajula eam, & sarcinam ejus ne molestè
feras. Animo toto accede ad eam, & totis 26
viribus tuis serva vias ejus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * وليكن المسالمون عليك كثيرا * واصحاب سرك من الف واحد * لا تصادقن احدا الا بالتجربة *
7
8 ولا تطمان اليه سريعا * لان من الناس من انما وده ساعة * ولا يلبث عند الشدة * في الرخا والخير
11
12 هو مثلك * وفي الشدة يختفي من بين يديك * ان نابتك نايبة * غدر بك وهرب واختفي من
13 بين يديك * تباعد من عدوك * وتحفظ من صديقك ايضا واحذره * صديق الصديق هو
14
15 صديق المنفعة * ومصادقوه قد ظفروا بالكنز * من احب الايمان * فليس له ثمن ولا يوزن معروفه *
16
17 * المحب الايمان مثل سم الحياة * وهو من اتقياء الله * اتقياء الله تدوم صداقتهم لان اخلاءهم
18
19 يشبهونه * اقبل الادب في صغرك * تصادف الحكمة في الكبر * ادن منها مثل الزارع والحاصد *
20
21 وخزن كثرة غلاتها * اعي في سبلها يسيرا * وتاكل غلاتها سريعا عاجلا * ما اشد قول الحكمة
22 على الجاهل * ولا يحملها عادم الراي * وهي اثقل عليه من الصخرة الثقيلة * ويلقيها عنه ولا
23 يلتفت اليها * اسمها مثل عملها * ولا يستبين المنافق فضلها * يا بني اسمع علمي واقبله * ولا
24
25 ترفض ادبي وعظتي * ادخل رجلك في مسالكها * واحمل اصارها على عنقك * ادنوا واحملها على
26 عاتقك * ولا تضجر بحملها * تقدم عليها من اقصى قلبك * واحفظ طرقها بجهدك وطاقتك *

Salutantes te multi sunto; consortes au- 6
tem consilii tui, unus de mille. Cum ne- 7
mine amicitiam contrahas, nisi adhibitâ
experientiâ, nec citò fidas ei. Nam inter 8
homines reperitur *cujus amicitia est ad*
horam, nec permanet tempore adversita-
tis. In abundantia & prosperitate alter 11
tu idem est, in adversitate verò abscon-
dit se à conspectu tuo. Si infortunium ti- 12
bi accidat, fallet te, & fugiens abscondet
se à conspectu tuo. Recede ab inimico tuo, 13
& ab amico quoque tuo prospice & cave
tibi. Amicus verus est amicus utilis, 14
quem qui offendunt, thesaurum adipi-
scuntur. Amanti fidem nullum est pre- 15
tium, ejusq; benevolentia ponderari ne-
quit. Amicus fidus est veluti pharmacum 16
vitæ, idemq; est ex numero *timentium*
Deum. Timentium Deum cõstans est ami- 17
citia: amici enim ejus similes sunt ipsi.
Si disciplinam in minori ætate tua sus- 18
cipias, in majori invenies sapientiam.
Accede ad illam ut sator & ut messor, 19
& condes multitudinem frugum ipsius.
Esto solicitus in legibus ejus, & adole- 20
sces, ac brevi citòque comedes fruges
ejus. Quàm durus est sermo sapientiæ 21
stulto. & imbecillus mente non fert illam.
Gravissimo saxo gravior est ipsi, & ab- 22
jiciet eam à se, & ne convertetur quidem
ad illam. Nomen ejus instar operis ipsius, 23
nec percipit stolidus præstantiam ejus.
O fili mi, audi doctrinam meã, & suscipe 24
illam; & disciplinam atque hortationem
meam ne recuses. Immitte pedem tuum
in vias ejus, & bajula super cervicem
tuã sarcinas ej⁹. Accedens imposito illã 25
humero tuo, eamq; gestare ne pigeat. Aspi- 26
ra ad eã è penitissimo corde tuo, ejusque
vias accuratè & pro virili parte custodi.

Versio VULG. LAT.

27 In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtu-
28 te tua conserva vias ejus. Investiga illã, & manifesta-
29 bitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam: In
novissimis enim invenies requiẽ in ea, & convertetur
30 tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes ejus in
protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & tor-
31 ques illius in stolam gloriæ: Decor enim vitæ est in
32 illa, & vincula illius alligatura salutaris. Stolam glo-
riæ indues eam, & coronam gratulationis superpones
33 tibi. Fili, si attenderis mihi, disces: & si accommo-
34 daveris animũ tuũ, sapiens eris. Si inclinaveris aurem
tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapi-
35 ens eris. In multitudine presbyterorũ prudentiũ sta,
& sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem
narrationẽ Dei possis audire, & proverbia laudis non
36 effugiant à te. Et si videris sensatũ, evigila ad eum, &
37 gradus ostiorũ illius exterat pes tuus. Cogitatum tuũ
habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè
assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia
sapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

1
2 NOli facere mala, & non te apprehendent. Disce-
3 de ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non semi-
nes mala in sulcis injustitiæ, et non metes ea in septu-
4 plũ. Noli quærere à Dño ducatum, neque à rege cathe-
5 dram honoris. Non te justifices ante Deum, quoniam
agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle vi-
6 deri sapiens. Noli quærere fieri judex, nisi valeas vir-
tute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem
7 potentis, & ponas scandalũ in æquitate tua. Non pec-
ces in multitudinem civitatis, nec te immittas in popu-
8 lum, Neque alliges duplicia peccata: nec enim in uno
eris immunis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

27 †Ἐν πάσῃ ψυχῇ σου πρόσελθε αὐτῇ, †καὶ ἐν ὅλῃ δυνάμει σου (ζ) συν-
28 τήρησον τὰς ὁδοὺς αὐτῆς. †Ἐξίχνευσον καὶ ζήτησον, καὶ γνωσθήσεταί
29 σοι, †καὶ ἐγκρατὴς γενόμενος μὴ ἀφῇς αὐτήν. †Ἐπ' ἐσχάτων γὰρ εὑ-
ρήσεις τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, †καὶ στραφήσεταί σοι εἰς εὐφροσύνην.
30 †Καὶ ἔσονταί σοι αἱ (") πέδαι εἰς σκέπην ἰσχύος, †καὶ οἱ κλοιοὶ αὐ-
31 τῆς εἰς στολὴν δόξης. †Κόσμος γὰρ χρύσεός ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, †καὶ οἱ
32 δεσμοὶ αὐτῆς κλῶσμα ὑακίνθινον. †Στολὴν δόξης ἐνδύσῃ αὐτήν,
33 καὶ στέφανον ἀγαλλιάματος περιθήσεις σεαυτῷ. †Ἐὰν θέλῃς, τέκνον,
34 παιδευθήσῃ, †καὶ ἐὰν (η) δῷς τὴν ψυχήν σου, πανοῦργος ἔσῃ. †(θ) Ἐὰν
35 ἀγαπήσῃς ἀκούειν, ἐκδέξῃ· †καὶ ἐὰν κλίνῃς τὸ οὖς σου, σοφὸς ἔσῃ. †Ἐν
πλήθει πρεσβυτέρων στῆθι, †καὶ, τίς σοφός, αὐτῷ προσκολλήθητι.
†Πᾶσαν διήγησιν θείαν θέλε (ι) ἀκούειν, †καὶ παροιμίαι συνέσεως μὴ
36 ἐκφευγέτωσάν σε. †Ἐὰν ἴδῃς συνετόν, ὄρθριζε πρὸς αὐτόν, †καὶ βαθ-
37 μοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου. Διανοοῦ ἐν τοῖς προστάγμασι
κυρίου, †καὶ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ μελέτα διαπαντός· †αὐτὸς στηριεῖ τὴν
καρδίαν σου, †καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς σοφίας (κ) σου δοθήσεταί σοι.

MS.A. (ζ) τήρησον (") * παῖδες (η) ἐπιδῷς (θ) Καὶ ἐὰν (ι) ἀκροᾶσθαι, (κ) δο-
θήσεταί

ΚΕΦ. ζ'.

1
2 †ΜΗ' ποίει κακά, καὶ οὐ μή σε καταλάβῃ κακόν. †Ἀπόστηθι ἀπὸ
3 ἀδίκου, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπὸ σοῦ. †Υἱέ, μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας,
4 †καὶ οὐ μὴ θερίσῃς (α) αὐτὰς ἑπταπλασίως. †Μὴ ζήτει παρὰ κυρίου
5 ἡγεμονίαν, †μηδὲ παρὰ βασιλέως καθέδραν δόξης. †Μὴ δικαιοῦ
ἔναντι κυρίου, †καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ σοφίζου. †Μὴ ζήτει γενέσθαι κριτής,
6 †μὴ οὐκ (β) ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἀδικίας· †μήποτε εὐλαβηθῇς ἀπὸ προσ-
7 ώπου δυνάστου, †καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητί σου. †Μὴ ἁμάρτανε
8 εἰς πλῆθος πόλεως, †καὶ μὴ καταβάλῃς σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ. †Μὴ κατα-
11 δεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν, †ἐν γὰρ (γ) τῇ μιᾷ οὐκ ἀθῷος ἔσῃ. †Μὴ εἴπῃς,
Τῷ πλήθει τῶν δώρων μου (") ἐπόψεται, †καὶ ἐν τῷ προσενέγκαι με θεῷ ὑ-
ψίστῳ προσδέξεται.

MS.A. (α) αὐτὰ ἑπταπλάσια (β) ἰσχύσεις (γ) μιᾷ (") ἐπόψομαι,

In omni animo tuo accede ad illam: & in omni vir- 27
tute tua conserva vias ejus. Investiga, & quære: 28
& manifestabitur tibi: & continens factus ne de-
relinquas illam. In novissimis enim invenies requi- 29
em ejus: & convertetur tibi in oblectationem. Et 30
erunt tibi compedes in protectionem fortitudinis, &
torques illius in stolam gloriæ. Decus enim aure- 31
um est in ea, & vincula illius, (b) fila hyacinthi-
na. Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratula- 32
tionis impones tibi. Si volueris, fili, disces: &, si 33
accommodaveris animum tuum; callidus eris. Si 34
dilexeris audire; (c) excipies: & si inclinaveris
aurem tuam; sapiens eris. In multitudine presby- 35
terorum sta: &, qui sapiens; ei conjungere. Omnem
narrationem divinam velis audire: & proverbia
intellectûs non effugiant te. Si videris sensatum; 36
evigila ad eum: & gradus (d) ostiorum illius ex-
terat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis 37
Domini, & in mandatis illius meditare semper.
Ipse firmabit cor tuum: & concupiscentia sapien-
tiæ tuæ dabitur tibi.

CAP. VII.

NOli facere mala: & non te apprehendet (a) 1
malum. Discede ab iniquo, & declinabit à te. Fili, 2
non semines in sulcis injustitiæ; & non metes eos in 3
septuplum. Noli quærere à Domino ducatum, neque 4
à rege cathedram honoris. Non te justifices ante Do- 5
minum: & penes regem noli velle videri sapiens.
Noli quærere fieri judex; (b) ne fortè non possis au- 6
ferre iniquitates: Ne fortè extimescas faciem po-
tentis: & ponas scandalum in rectitudine tua.
Non pecces in multitudinem civitatis; nec te de- 7
mittas in turbam. Non alliges bis peccatum: In 8
uno enim non eris immunis. Ne dicas; In multitu- 11
dinem munerum meorum respiciet, & offerente me
Deo altissimo, (c) suscipiet.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

27
28 * ܒܨܝ ܘܒܥܝ ܘܐܫܟܚ. ܘܐܚܘܕ ܒܗ̇. ܘܠܐ ܬܫܒܩܝܗ̇. * ܘܒܚܪܬܐ ܬܫܟܚ ܢܝܚܬܐ
29 ܘܦܘܢܩܐ. ܘܒܚܪܬܟ ܬܚܕܐ. * ܘܢܗܘܘܢ ܠܟ ܡܨܝܕܘܗ̇ ܡܘܬܒܐ ܥܫܝܢܐ. * ܘܠܒܘܫܐ
31
32 ܕܐܝܩܪܐ. ܬܠܒܫܟ. ܘܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܬܟܠܠܟ. * ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܒܪܝ. ܬܬܪܕܐ. ܘܐܢ ܬܣܝܡ
33 ܠܒܟ. ܬܗܘܐ ܚܪܝܦ. * ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܠܡܫܡܥ. ܬܐܠܦ. ܘܐܢ ܬܪܟܢ ܐܕܢܟ. ܬܬܚܟܡ.
34 * ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܣܒܐ. ܩܘܡ. ܘܚܙܝ ܡܢܘ ܚܟܝܡ. ܘܐܬܢܩܦ ܠܗ. ܒܟܠ ܫܘܥܝܬܐ
35 ܗܘܝ ܨܒܐ ܠܡܫܡܥ. ܘܡܬܠܐ ܕܚܟܝܡܐ ܠܐ ܢܥܒܪܘܢܟ. * ܚܙܝ ܡܢܘ ܚܟܝܡ ܘܩܕܡܝܗܝ.
36 ܘܢܫܘܦ ܐܣܟܘܦܬܗ ܪܓܠܟ. * ܐܣܬܟܠ ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܒܦܘܩܕܢܘܗܝ ܗܘܝ ܗܓܐ
ܒܟܠܥܕܢ. ܘܗܘ ܢܬܪܨ ܐܘܪܚܟ. ܘܟܠ ܡܐ ܕܪܓܝܬ ܢܠܦܟ. * ܦܬܓܡ̈ܐ * ܙ̄ *

1
2 * ܠܐ ܬܥܒܕ ܒܝܫܬܐ. ܘܠܐ ܬܕܪܟܟ ܒܝܫܬܐ. * ܪܚܩ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. ܘܬܬܪܚܩ ܡܢܟ. * ܠܐ ܬܙܪܘܥ ܥܠ
3
4 ܚܘܪܒܐ ܕܚܛܝܬܐ. ܕܠܐ ܬܚܨܕ ܫܒܥܐ ܐܥܦܝܢ. * ܠܐ ܬܒܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܘܠܛܢܐ. ܘܡܢ
5 ܡܠܟܐ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܝܩܪܐ. * ܠܐ ܬܙܕܩ ܢܦܫܟ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ. ܠܐ ܬܗܘܐ ܣܟܠܐ.
6 * ܠܐ ܬܒܥܐ ܠܡܗܘܐ ܕܝܢܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܝܬ ܒܟ ܚܝܠܐ ܠܡܒܛܠܘ ܥܘܠܐ. ܕܠܡܐ ܬܕܚܠ ܡܢ ܩܕܡ
7 ܥܬܝܪܐ. ܘܬܬܠ ܡܘܬܠܐ ܒܬܘܕܝܬܟ. * ܠܐ ܬܚܝܒ ܢܦܫܟ ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܠܐ ܬܪܡܐ
8 ܢܦܫܟ ܒܕܝܢܗ̇. * ܠܐ ܬܥܦܦ ܚܛܗܐ ܥܠ ܚܛܗܐ. ܡܛܠ ܕܒܩܕܡܝܬܐ ܠܐ ܙܟܝܬ.

Explora & investiga, quære & invenies: ar- 27
ctiùs eam tene, nec eam dimittas: Et tan- 28
dem requiem atque delitias invenies, & in
extremis tuis gaudebis: Eruntque tibi retia 29
ejus sedes firmissima: Honoris amictu indu- 31
et te, & coronâ gloriæ te præcinget. Si vo- 32
lueris fili mi, erudieris: & si adverteris ani-
mum tuum, evades callidus. Si libenter au- 33
dieris, disces: & si aurem tuam admoveris,
adipiscêris sapientiam. Cœtui seniorum as- 34
siste, & vide quis fuerit sapiens, eique ad-
hæresce. In omni colloquio esto lubens ad
audiendum: & proverbia sapientum non te
fugiant. Vide quisnam sit sapiens, & quære 35
eum, & limen ejus conculcet pes tuus. In- 36
tellige timorem Dei, ejusque mandata quoti-
die meditare: ipséque vias tuas diriget, &
quicquid optaveris te docebit.

CAP. VII.

NEquid mali facias, nec assequetur te ma- 1
lum. Recede à malo, & recedet à te. In ar- 2
vo peccati ne serito, ne septuplum metas. 3
Ne petas à Deo principatum, nec à rege mu- 4
nus honoris. Ne justifices teipsum coram 5
Deo, & coram rege ne sis stultus. Judex eva- 6
dere ne contendas, nisi polleas viribus ad ab-
olendam iniquitatem: ne fortè divitem re-
formides, & vitium inferas religioni tuæ.
Ne reum te reddas inter turbam civitatis, & 7
in judicia ejus ne te præcipites. Commissio- 8
nem peccatorum ne congemines, cùm in
præcedentibus non sis justificatus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

27
28 * افحص وفتش واطلب لتجد. استعذ بها ولا تخذلها * فان في آخر امرك لتجد الراحة والنعيم * وفي
29
31 عاقبتك تكون لك مصايدها مجلسا منيعا * وتكسوك كسوة البهاء * وتكللك باكليل المجد *
32
33 * يا بني ان شيت كنت حكيما * وان افردت قلبك للحكمة كنت محررا لها * ان اعطاك السمع
34 تعلمت * وان اصغيت سمعك كنت حكيما * احضر مجالس الشيوخ * وافحص عمن كان منهم
35 حكيما * افرد نفسك لسمع احاديث الحكماء * ولا تفوتك امثالهم * وابسن في ادبهم عقلا واقطع
36 اليه * ولتطا قدماك اسكفات بيوتهم * تفهم بخشية الله واسعي في مرضاته كل يوم * وهو يسهل
طريقك * ويظهر لك جميع ما اشتهيت معرفته *

* الفصل السابع *

1
2 * لا تاتين سرا * ولا تخالطن السو * تباعد عنه يبعد عنك * لا تزرع في حرث الاثم والخطية *
3
4 لئلا تعاقب سبعة اضعاف * لا تطلب من الله السلطان * ولا الجواير والكرامة من الملك *
5
6 * لا تزكي نفسك امام الله * واياك والجهل قدام الملك * لا تطلب ولاية القضاء الا وقد وطيت
نفسك * ان تبطل الفجور لتقدر على ذلك * لعلك ان تهاب الغني او تحابيه فتعيب عملك *
8 * لا تعود في الخطايا * لانك لم تبرا من الاولى *

Indaga, scrutare, & inquire, ut inveni- 27
as: utere illâ, nec deseras eam: Nam 28
in fine rerum tuarum invenies requiem
& jucunditatem: Et in extremis tuis 29
erunt tibi retia ejus solium excelsum:
Indumento nitoris cinget te, & gloriæ 31
diademate coronabit. O fili mi, si velis, 32
sapiens eris: et si sapientiæ cor tuum se-
posueris, eris ad eandem liber & expedi-
tus. Si fueris audiendi studiosus, addi- 33
sces: & si aurem tuam præbueris, sa-
piens evades. Senum consessibus adesto, 34
& quisnam sit inter eos cordatus exqui-
re. Subducito teipsum ad audienda col-
loquia sapientum, & eorum parabolæ te
non prætereant. Compone tibi ex eo- 35
rum familiaritate judicium, téque ad
illam subtrahe; & pedes tui limina ha-
bitationum eorum terant. Intellige ti- 36
morem Dei, & in his quæ placita sunt
illi, quotidiè versare: et ipse viam tuam
complanabit, et indicabit tibi quicquid
scire cupies.

CAP. VII.

NE perpetres malum, & cum pravo 1
noli consortium habere. Recede ab 2
eo, & recedet à te. Ne seras in sulco ini- 3
quitatis et peccati, ne septupliciter puni-
aris. Ne exoptes à Deo potestatem, neq; 4
munera et honorem à rege. Ne te justifi- 5
ces coram Deo, & cave tibi ab insipien-
tia coram rege. Judicandi provinciam 6
ne postules, nisi priùs animum tuum de-
miseris; (si ab iniquitate abstineas, id
quidem præstiteris) ne fortè si divitem
extimueris, aut assentatus ei fueris, opus
tuum culpes. Ne iteres peccata, quia 8
nondum es impunis ab antea actis.

Versio VULG. LAT.

9 Noli esse pusillanimis in animo tuo : Exorare, & facere
10 eleëmosynam ne despicias. Ne dicas; In multitudine mu-
11 nerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissi-
12 mo, munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in ama-
ritudine animæ : est enim qui humiliat & exaltat, circum-
13 spector Deus. Noli arare mendacium adversùs fratrem tu-
14 um : neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri
15 omne mendacium : assiduitas enim illius non est bona. Noli
verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres
16 verbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, &
17 rusticationem creatam ab Altissimo. Non te reputes in
18 multitudine indisciplinatorum. Memento iræ, quoniam
19 non tardabit. Humilia valdè spiritum tuum: quoniam vin-
20 dicta carnis impii, ignis & vermis. Noli prævaricari in
amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum
21 auro spreveris. Noli discedere à muliere sensata & bona,
quam sortitus es in timore Domini :gratia enim verecundiæ
22 illius super aurum. Non lædas servum in veritate operan-
23 tem, neque mercenarium dantem animam suam. Servus sen-
satus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum
24 libertate, neque inopem derelinquas illum. Pecora tibi sunt?
25 attende illis : & si sunt utilia, perseverent apud te. Filii tibi
26 sunt? erudi illos, & curva illos à pueritia illorum. Filiæ
tibi sunt? serva corpus illarum, & non ostendas hilarem fa-
27 ciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris,
& homini sensato da illam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9
10 †Μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου, Καὶ ἐλεημοσύνην ποι-
12 ῆσαι μὴ παρίδῃς. †Μὴ καταγέλα ἄνθρωπον ὄντα ἐν πικρίᾳ
13 ψυχῆς αὐτοῦ, †ἔστι γὰρ ὁ ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν. †Μὴ ἀροτρία ψεῦδος
14 ἐπ' ἀδελφῷ σου, †μηδὲ φίλῳ τὸ ὅμοιον ποίει. †Μὴ θέλε ψεύ-
δεσθαι πᾶν ψεῦδος, †ὁ γὰρ ἐνδελεχισμὸς αὐτοῦ οὐκ εἰς ἀγαθόν.
15 †Μὴ ἀδολέσχει ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, †καὶ μὴ δευτερώσῃς
16 λόγον ἐν προσευχῇ σου. †Μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν, †καὶ
17 γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην. †Μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν
19 πλήθει ἁμαρτωλῶν. †(δ) Ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου.
18 †Μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ, Ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ
19 σκώληξ. †Μὴ ἀλλάξῃς (ε)φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, †μηδὲ ἀδελ-
20 φὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ Σουφείρ. †Μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς καὶ
21 ἀγαθῆς, †(ζ) καὶ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ τὸ χρυσίον. †Μὴ κακώσῃς οἰ-
22 κέτην ἐργαζόμενον ἐν ἀληθείᾳ, †μηδὲ μίσθιον διδόντα (η) ψυχὴν
23 αὐτοῦ. †Οἰκέτην συνετὸν ἀγαπάτω σου ἡ ψυχή, †μὴ στερήσῃς
24 αὐτὸν ἐλευθερίας. †Κτήνη σοί ἐστιν; ἐπισκέπτου αὐτά· †καὶ εἰ
25 ἔστι σοι χρήσιμα, ἐμμενέτω σοι. †Τέκνα σοί ἐστι; παίδευσον αὐ-
26 τά, †καὶ κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν. †Θυγατέρες σοί
εἰσι; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, †καὶ μὴ ἱλαρώσῃς πρὸς (θ) αὐτὰς
27 τὸ πρόσωπόν σου. †Ἔκδου θυγατέρα, καὶ ἔσῃ τετελεκὼς ἔργον
μέγα, †καὶ ἀνδρὶ συνετῷ δώρησαι αὐτήν.

MS.A.(δ) Μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ. Ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου, Ὅτι ἐκδίκησεις (ε)φίλον* ἀδιαφόρου, μηδὲ(ζ) οὐ γὰρ (η) τὴν ψυχὴν (θ)* αὐτά

Noli esse pusillanimis in oratione tua : Et elee- 10
mosynam facere ne despicias. Ne irrideas ho- 12
minem, qui sit in amaritudine animæ suæ : est
enim qui humiliat, & qui exaltat. Noli arare 13
mendacium adversùs fratrem tuum : neque in
amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne 14
mendacium : assiduitas enim illius non in bo-
num. Noli verbosus esse in multitudine presbyte- 15
rorum : & non iteres verbum in oratione tua. 16
Non oderis laboriosam operationem, & rustica- 17
tionem creatam ab Altissimo. Non te computes 19
in multitudine peccatorum. Humilia valdè
spiritum tuum : Memento, quoniam ira non 18
tardabit : Quoniam vindicta (d) impii, ignis, 19
& vermis. Ne commutes amicum propter (e) in-
differens, neque fratrem germanum in auro Su- 20
phir. Noli discedere à muliere sensata, & bona: 21
gratia enim ejus super aurum. Non lædas ser- 22
vum in veritate operantem, neque mercenarium
dantem animam suam. Servum sensatum dili- 23
gat anima tua : non defraudes illum libertate.
Pecora tibi sunt? attende illis : &, si sunt tibi 24
utilia; perseverent apud te. Filii tibi sunt? 25
Erudi illos, & curva à pueritia collum eorum.
Filiæ tibi sunt? Serva corpus earum : & ne 26
ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade 27
filiam: & grande opus feceris: & homini sensato
da illam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܠܐ ܬܐܡܪ ܕܢܚܙܐ ܒܣܘܓܐܐ ܕܩܘܪܒܢܝ. ܘܟܕ ܡܩܪܒ ܐܢܐ ܠܡܪܝܡܐ . ܢܩܒܠ ܩܘܪܒܢܝ. ܠܐ
ܬܬܡܐܢ ܒܨܠܘܬܟ ܘܡܢ ܙܕܩܬܐ . ܠܐ ܬܬܟܠܐ: ܠܐ ܬܬܡܗܡܗ ܠܡܥܒܕ ܦܘܩܕܢܐ.
10 * ܠܐ ܬܓܚܟ ܥܠ ܐܢܫܐ ܕܡܪܝܪܢ ܓܓܪܬܗ. ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܕܡܪܝܡ ܘܡܡܟܟ. * ܠܐ ܬܬܪܥܐ
11
12 ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܐܚܘܟ. ܘܐܦ ܥܠ ܪܚܡܟ. ܘܐܦ ܥܠ ܩܪܝܒܟ ܒܟܠ ܡܕܡ. * ܠܐ ܬܨܒܐ ܠܡܟܕܒܘ
13 ܟܠ ܕܓܠܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܚܪܬܗ ܠܐ ܗܘܬ ܛܒܐ. * ܠܐ ܬܛܫܐ ܢܦܫܟ ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܫܠܝܛܢܐ. ܘܠܐ
15 ܬܫܢܐ ܡܠܐ ܕܨܠܘܬܟ. * ܠܐ ܬܪܚܡ ܢܦܫܟ ܝܬܝܪ ܡܢ ܒܢܝ ܥܡܟ. * ܐܬܕܟܪ ܕܪܘܓܙܐ ܠܐ ܡܫܬܒܩ.
16
17 * ܛܒ ܛܒ ܡܟܟ ܢܦܫܟ. ܡܛܠ ܕܣܘܦܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܠܬܘܠܥܬܐ ܗܘܐ. * ܠܐ ܬܚܠܦ
18
19 ܪܚܡܐ ܒܡܡܘܢܐ. ܘܐܚܐ ܕܐܝܬ ܠܟ. ܒܕܗܒܐ ܕܐܘܦܝܪ. * ܠܐ ܬܚܠܦ ܐܢܬܬܐ ܛܒܬܐ ܘܫܦܝܪܬܐ
20 ܚܙܘܐ ܒܡܪܓܢܝܬܐ. * ܠܐ ܬܐܠܘܨ ܥܒܕܐ ܕܦܠܚ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܐܦܠܐ ܠܐܓܝܪܐ ܕܡܠܐܐ
21 ܢܦܫܗ. * ܥܒܕܐ ܚܟܝܡܐ . ܐܚܒܝܗܝ ܐܝܟ ܢܦܫܟ. ܘܠܐ ܬܟܠܐ ܡܢܗ ܚܐܪܘܬܐ. * ܒܥܝܪܐ
22
23 ܐܝܬ ܠܟ ܒܚܘܪܝܗ . ܘܐܢ ܡܥܕܪܐ ܗܘ ܩܢܝܗ. * ܒܢܝܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܪܕܝ ܐܢܘܢ. ܘܣܒ ܠܗܘܢ
24 ܢܫܐ ܡܛܠܝܘܬܗܘܢ. * ܒܢܬܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܛܪ ܒܣܪܗܝܢ. ܘܠܐ ܬܢܗܪ ܠܗܝܢ ܐܦܝܟ. * ܐܦܩ
25 ܒܪܬܐ ܘܬܦܘܩ ܟܡܝܪܘܬܐ. ܘܠܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܚܟܡܬܐ. ܗܒܝܗ. * ܐܢܬܬܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܠܐ
26
27 ܬܫܒܩܝܗ. ܘܐܢ ܣܢܝܐ ܗܝ. ܠܐ ܬܬܗܝܡܢ ܠܗ. * ܒܟܠܗ ܠܒܟ. ܝܩܪ ܠܐܒܘܟ. ܘܠܐܡܟ
ܕܝܠܕܬܟ. ܠܐ ܬܛܥܐ.

Ne dicas, Respiciet copiam munerum meo- 9
rum; cúmque sacrificavero Altissimo, obla-
tiones meas accipiet. Ne tædio afficiaris in
fundendis precibus tuis; & ab eleemosyna
ne detinearis : mandatum exequi ne diffe-
ras. Ne derideas hominem cujus amaræ 10
sunt fauces : est enim qui evehat ac depri-
mat. Ne machineris malum adversùs fra- 11
trem tuum, similiter nec adversùs amicum,
nec adversùs proximum ullo modo. Ne ve- 12
lis mentiri ullo mendacio, quia finis illis non
est bonus. In senatu potentum ne te abs- 13
condas, & verba precationis tuæ ne vari-
es. Ne diligas teipsum plusquàm popula- 15
res tuos. Memento iram non esse transitu- 16
ram. Summoperè deprime teipsum, quia fi- 17
nis omnium hominum ad vermem est futu-
rus. Amicum pecuniâ ne permutes, nec fra- 18
trem quem habes, auro Ophirio. Mulierem 19
bonâ ac formâ speciosam ne permutes mar-
garitis. Ne exagites famulum fideliter ser- 20
vientem, neq; mercenarium qui semetipsum
fatigat. Servum sapientem ut animam tu- 21
am dilige, neque deneges ei libertatem. Ju- 22
mentum habes, experire : quod si validum
sit, posside. Liberos habes, erudi eos, & u- 23
xores ducito illis ab adolescentia ipsorum.
Filiæ sunt tibi, custodi carnem earum : ne- 24
que serenum illis præbeas vultum. Ejice fi- 25
liam, & egredietur molestia : cæterùm viro
cordato da illam. Uxorem habes, ne repu- 26
dies eam : quòd si sit improba, ne te concre-
das illi. Animo toto honora patrem tuum; 27
& matris tuæ quæ te genuit, ne obliviscaris.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9 * لا تقول انه يحابيني لكثرة قرابيني * ويتجاوز عني العلي لكثرة جنودي * لا ترائي في دعائك
10 وصلاتك * ولا تمتنع بذلك من الصدقة * لا تدع اكمال الوصية * ولا تسخر ممن هو
11 دونك * لان الرب يرفع من يشاء ويذل من يشاء * لا تتهم باخيك سمة سوء * ولا بصديقك
12 ايضا * ولا باحد من اخوانك * لا يعجبك الاثم والكذب * لان عاقبتهما عاقبة سوء * لا تخف
13
15 نفسك من مجلس السلاطين * ولا تغير كلام دعائك * لا تؤثر نفسك على قومك * واذكر ان
16
17 السخط لا يتراءف اذا نزل * وضع نفسك جدا جدا * لان اخر مصير الناس الى الرميم
18 والبلى * لا تبدل الصديق بالمال * ولا اخا موافقا بذهب * لا تبدل امراة صالحة صبيحة
19
20 الوجه بالمرجان * لا تضر بالعبد الناصح * ولا بالاجير المتعب نفسه * حب العبد الحكيم
21
22 كحبك لنفسك * ولا تمنعه العتق * ان كانت لك دابة جربها * وان كانت موافقة فاتخذها *
23 * وان كان لك اولاد فاحسن ادبهم * وزوجهم في حداثتهم * ان رزقت بناتا فاحذرهن * ولا تبش
24
25 لهن وجهك * زوج بناتك فقد اخرجت عنك العار * لا تزوجهن الا لرجل حليم * ان كانت
26
27 لك امراة فلا تطعها * ولا تامنها ان كانت فاتكة * اكرم اباك من اقصى قلبك *
ولا تضيع والدتك *

Ne dicas, Rationem mei habebit ob mul- 9
titudinem oblationum mearum, & defle-
ctet à me Altissimus propter copiam mili-
tum meorum. Ne simulatione utaris in
precatione & oratione tua : & adhuc ne
abstineas ab eleemosyna: præceptum per-
agere ne prætermittas. Inferiorem te ne 10
derideas : nam Dominus extollit quem
vult, & quem vult deprimit. Ne culpes 11
in fratre tuo notam improbitatis, neque
etiam in amico tuo, neque in ullo fami-
liarium tuorum. Scelere ac mendacio ne 21
oblecteris, quoniam finis eorum finis est
pessimus. A consessu potentium ne te ce- 13
laveris, & ne mutes verba precationis
tuæ. Ne pluris teipsum æstimes quàm 15
gentem tuam. Et memento iram cùm ad- 16
venerit, non mitescere. Teque ipsum ad- 17
modùm submitte, quoniam postremus ho-
minum finis ad vermes & corruptionem
tendit. Ne commutes amicum pecuniâ, 18
nec fratrem concordem auro. Uxorem bo- 19
nam, facie decoram, ne commutes marga-
ritis. Servum benè se gerentem ne vexes, 20
neque mercenarium sese fatigantem. Ser- 21
vum sapientem eodem quo teipsum amore
prosequere, neque prohibeas cum libertate.
Si tibi fuerit jumentum, experire illud : 22
& si tibi sit idoneum, retineto. Si liberi 23
tibi fuerint, eos benè erudias, & in ado-
lescentia sua junge matrimonio. Si filias 24
nactus es, cautè serva illas; nec vultum
tuum ipsis hilarem ostendas. Junge ma- 25
trimonio filias tuas, atque ignominiam à
te jam ejeceris : at ne illas matrimonio
conjungas, nisi cum viro prudente. Si 26
uxor tibi fuerit, ne obedias ei; nec fi-
dem adhibeas illi, si fuerit impudica. Ho- 27
nora patrem tuum ex penitissimo corde
tuo & genitricem tuam ne derelinquas.

Versio VULG. LAT.

28 Mulier si est tibi secundùm animam tuam, non projicias il-
29 lam: & odibili non credas te. In toto corde tuo Honora pa-
30 trem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris: Me-
mento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue
31 illis, quomodò & illi tibi. In tota anima tua time Domi-
32 num, & sacerdotes illius sanctifica In omni virtute tua di-
33 lige eum qui te fecit: & ministros ejus ne derelinquas. Ho-
nora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, &
34 propurga te cum brachiis. Da illis partem, sicut manda-
tum est tibi, primitiarum & purgationis: & de negligen-
35 tia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum
& sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia san-
36 ctorum: Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur
37 propitiatio & benedictio tua. Gratia dati in conspectu
38 omnis viventis, & mortuo non prohibeas gratiam. Non
desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambu-
39 la. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dile-
40 ctione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare no-
vissima tua, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

1 NOn litiges cum homine potente, ne fortè incidas in ma-
2 nus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne fortè
3 contra te constituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum
& argentum, & usque ad cor regum extendit & convertit.
4 Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem
5 illius ligna. Non communices homini indocto, ne malè de
6 progenie tua loquatur. Ne despicias hominem avertentem
se à peccato, neque improperes ei: memento quoniam omnes
7 in correptione sumus. Ne spernas hominem in sua senectu-
8 te: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

28 † Γυνή σοι ἐστὶ κατὰ ψυχήν; μὴ ἐκβάλῃς αὐτήν. † ἐν ὅλῃ (ι) καρδίᾳ
29 Δόξασον τὸν πατέρα σου, † καὶ μητρὸς ὠδῖνας μὴ ἐπιλάθῃ. † Μνή-
30 σθητι ὅτι δι' αὐτῶν (κ) ἐγεννήθης, † καὶ τί ἀνταποδώσεις αὐτοῖς καθ-
31 ὼς αὐτοὶ σοί; † Ἐν ὅλῃ ψυχῇ σου εὐλαβοῦ τὸν κύριον, † καὶ τοὺς
32 ἱερεῖς αὐτοῦ θαύμαζε. † Ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά
33 σε, † καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλίπῃς. † Φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ
34 δόξασον ἱερέα, † Καὶ δὸς τὴν μερίδα αὐτῷ, καθὼς ἐντέταλταί σοι,
35 † ἀπαρχὴν, καὶ περὶ πλημμελείας. Καὶ δόσιν βραχιόνων, † καὶ
36 θυσίαν ἁγιασμοῦ, καὶ ἀπαρχὴν ἁγίων. † Καὶ πτωχῷ ἔκτεινον τὴν
37 χεῖρά σου, † ἵνα τελειωθῇ ἡ εὐλογία σου. Χάρις δόματος
38 ἔναντι παντὸς ζῶντος, † καὶ ἐπὶ νεκρῷ μὴ ἀποκωλύσῃς χάριν.
39 † Μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων, † καὶ μετὰ πενθούντων πένθησον. † Μὴ
40 ὄκνει ἐπισκέπτεσθαι ἄρρωστον, † ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ἀγαπηθήσῃ. † Ἐν
πᾶσι τοῖς λόγοις σου μιμνήσκου τὰ ἔσχατά σου, † καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ
ἁμαρτήσεις.

MS. A. (ι) δυνάμει (κ) ἐγεννήθης,

ΚΕΦ. η'.

1 † ΜΗ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου, † μήποτε ἐμπέσῃς εἰς
2 τὰς χεῖρας αὐτοῦ. † Μὴ ἔριζε μετὰ ἀνθρώπου πλουσίου, † μήποτε (α) ἀν-
3 τιστήσῃ σου τὴν ὁλκήν. † Πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν τὸ χρυσίον, † καὶ καρ-
4 δίας βασιλέων ἐξέκλινεν. † Μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου γλωσ-
5 σώδους, † καὶ μὴ ἐπιστοιβάσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα. † Μὴ προσ-
6 παιζε ἀπαιδεύτῳ, ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. † Μὴ
ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας, † μνήσθητι ὅτι
7 πάντες ἐσμὲν ἐν (β) ἐπιτιμίοις. † Μὴ ἀτιμάσῃς (γ) ἄνθρωπον ἐν
8 γήρει αὐτοῦ, † καὶ γὰρ ἐξ ἡμῶν γηράσκουσιν. † Μὴ ἐπίχαιρε ἐπὶ νεκρῷ,
† μνήσθητι ὅτι πάντες τελευτῶμεν.

MS. A. (α) ἀντιστῇ (β) ἐπιτίμοις. (γ) ἄνδρα ἐν γήρᾳ

Mulier est tibi secundum animam? ne projicias eam. In toto corde Honora patrem tuum: & gemitus matris non obliviscaris. Memento, quia per eos natus es: & quid retribues illis, quomodò illi tibi? In tota anima tua time Dominum: & sacerdotes illius suspice. In tota virtute dilige eum qui te fecit: & ministros ejus non derelinquas. Time Dominum, & honorifica sacerdotem: Et da illi partem, sicut mandatum est tibi, primitias. & pro delicto. Et datum brachiorum, & sacrificium sanctificationis, & primitias sanctorum. Et pauperi porrige manum tuam; ut perficiatur benedictio tua. Gratia datûs in conspectu omnis viventis: & in mortuo ne prohibeas gratiam. Non desis plorantibus, & cum lugentibus luge. (g) Ne pigriteris visitare ægrotum: ex his enim diligêris. In omnibus verbis tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente; ne fortè incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete; ne fortè statuat contra te pondus. Multos enim perdidit aurum, & corda regum fecit declinare. Non litiges cum homine (a) linguoso, & non struas super ignem illius, ligna. Ne colludas cum indocto, ne inhonorentur majores tui. Non improperes homini avertenti se à peccato: memento, quoniam omnes in correptionibus sumus. Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo gaudere: memento, quoniam omnes morimur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 * ܐܬܕܟܪ ܕܐܠܐ ܒܗܘܢ. ܠܐ ܗܘܝܬ. ܘܡܢܐ ܦܪܥ ܐܢܬ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܪܒܝܘܟ. * ܒܟܠܗ ܠܒܟ ܕܚܠ
29 ܠܐܠܗܐ. ܘܠܟܗܢܘܗܝ ܝܩܪ. * ܒܟܠܗ ܠܒܟ ܝܩܪ ܠܒܪܘܝܟ. ܘܠܡܫܡܫܢܘܗܝ ܠܐ ܬܫܒܘܩ.
30 31 * ܫܒܚܝܗܝ ܠܗ ܘܐܦ ܠܟܗܢܘܗܝ ܝܩܪ. * ܘܗܒ ܠܗܘܢ ܡܢܬܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ ܠܟ.
32 34 * ܠܚܡܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܘܪܫܝܬܐ ܕܐܝܕܝܐ. * ܘܐܦ ܠܡܣܟܢܐ ܦܫܘܛ ܐܝܕܟ. ܕܬܫܬܡܠܐ
35 ܒܘܪܟܬܟ. * ܛܝܒܘܬܐ ܓܝܪ ܡܘܗܒܬܐ ܒܥܝܢܝ ܟܠ ܒܪܝܬܐ. ܘܐܦ ܡܢ
36 ܡܝܬܐ ܠܐ ܬܟܠܐ ܛܝܒܘܬܐ. * ܘܠܐ ܬܬܡܢܥ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܠܐ. ܘܥܡ ܟܠ ܐܒܝܠܐ ܐܬܐܒܠ.
37 38 * ܘܠܐ ܬܬܟܪܐ ܠܟ ܠܡܣܥܪ ܟܪܝܗܐ. ܕܡܛܠ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܡܬܪܚܡ ܐܢܬ. * ܒܟܠ
ܥܒܕܝܟ ܐܬܕܟܪ ܣܘܦܐ. ܘܠܥܠܡ ܠܐ ܬܚܛܐ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܚ̄ *

1 2 * ܠܐ ܬܬܚܪܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܕܥܫܝܢ ܡܢܟ. ܕܠܡܐ ܬܦܠ ܒܐܝܕܘܗܝ. * ܠܐ ܬܬܚܪܐ ܥܡ
3 ܓܒܪܐ ܕܥܬܝܪ. ܕܠܡܐ ܢܬܩܘܠ ܡܬܩܠܟ. * ܣܓܝܐܐ ܓܝܪ ܐܘܒܕ ܕܗܒܐ. ܘܐܦ
4 ܠܒܐ ܕܡܠܟܐ ܣܟܠܗ. * ܠܐ ܬܬܚܪܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܠܫܢܢܐ. ܘܠܐ ܬܣܝܡ ܥܠ ܢܘܪܗ ܩܝܣܐ.
5 6 * ܠܐ ܬܬܚܪܐ ܥܡ ܡܣܟܠܐ. ܕܠܐ ܢܬܚܣܕܘܢܟ ܢܟܦܐ. * ܠܐ ܬܚܣܕ ܠܒܪܢܫܐ ܕܗܦܟ ܡܢ ܚܛܗܘܗܝ.
7 8 ܐܬܕܟܪ ܕܟܠܢ ܚܝܒܝܢ. * ܠܐ ܬܒܣܐ ܥܠ ܒܪܢܫܐ ܕܣܐܒ. ܐܬܕܟܪ ܕܡܢܢ ܣܒܝܢ. * ܠܐ ܬܚܕܐ ܥܠ
ܒܪܢܫܐ ܕܡܐܬ. ܐܬܕܟܪ ܕܟܠܢ ܡܝܬܝܢܢ.

Memento quòd absque ipsis minimè fores: & quid rependas eis, cùm ipsi te educârint? Animo toto reverere Deum, & Sacerdotes ejus honora. Creatorem tuum toto corde honora, & Ministros ejus ne deseras. Ipsum glorifica, & Sacerdotes quoque ipsius affice honore, Et da eis demensum eorum, prout mandatum est tibi, Panem oblationum, & primitias manuum. Præstereà pauperi porrige manum tuam, ut perfectæ sint benedictiones tuæ: Gratiosa est enim munificentia in oculis omnium creaturarum: imò etiam à mortuo ne prohibeas gratiam. Exequiis ne desistas, & cum lugentibus omnibus lugeto: Nec te pigeat visitare ægrotos, quia propter hujusmodi res tu diligêris. In omnibus actionibus tuis memento finis, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

NE consortium habeas cum homine te validiore, nequando incidas in manus ejus. Ne familiaritatem habeas cum auri possessore, ut ne pondus tuum libret. Multos enim perdidit aurum; quin etiam cor regũ ipsũ desipere facit. Ne rixeris cum homine verboso, nec igni imponas ligna. Cum abjecto ne contendas, ne te vituperent honesti. Ne exprobres homini revertenti à peccatis suis: memento nos omnes esse peccatores. Hominem senescentem ne derideas: memento quòd è nobis *sunt qui* senescunt. Ne gaudeas super homine qui moritur: memento nos omnes morituros.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 29 * اذكر انه لولا هما ما ولدت * وما مكافاتك لهما انهما ربياك * اتق الله من اقصى قلبك *
30 ولا تستخف بحق خدمته * مجده واكرم كهنته * واعطهم حقوقهم كالذي امرت *
31 32 34 * اكثر القرابين والحظوظ * وناول السايل صدقة * ليستجاب دعاوه لك * لان الصدقة
35 36 عند جميع الناس معروفا وفضلا * ولا تمنع معروفك من الميت * ولا تغفل عن الذهوب
37 38 الى الجنائز والمناحة * لا تعرض عن عيادة المرضى * لكي تكون محبوبا * اذكر الموت في
جميع افعالك * واياك والاثم * * الفصل الثامن *

1 2 * لا تنازع من هو اشد منك * لعله يماكرك وتقع في يده * لا تقاوم صاحب الذهب *
3 لعله يزن وزنك وينتقم منك * لان كثيرين من الناس اهلكتهم الاموال * وقلوب
4 5 الملوك عنها لا تلهو * لا تصاحب رجلا لجوجا * ولا تجمع الحطب على النار * لا تماري
6 الذليل * لئلا يشتمك الكرام * لا تعير تائبا من خطاياه * واذكر اننا جميعا خطاة *
7 8 * لا تستهزي بشيخ هرم * واعلم اننا ان عشنا سنكبر ونشيخ * ولا تشمت بموت احد *
واذكر اننا كلنا نموت *

Memento quòd sine ipsis natus non fuisses: & quænam erit tua in eos retributio, cùm ipsi te educârint? Time Deum ex penitissimo corde tuo, & debitam illi servitutem ne parvipendas. Glorifica eum, & sacerdotibus ejus honorem exhibeto; Et quæ ipsis debentur tribuas eisdem, ut tibi mandatum est. Multiplica munera & portiones; Et porrige mendico eleemosynam, ut ejus pro te precatio exaudiatur. Nam eleemosyna apud omnes homines gratia est ac beneficium: & ne mortuum prives beneficio tuo. Exequias etiam ac luctus adire ne negligas. Ægrotos invisere ne refugias, ut sis charus, Memor sis mortis in omnibus operibus tuis, & à scelere caveto.

CAP. VIII.

NE contendas cum eo qui te fortior est, ne te decipiat, & in manum ejus incidas. Ne rixeris cum habente aurum, ne pondus tuum trutinet, & sumat à te vindictam. Multos enim homines perdiderunt divitiæ, & corda regum eas minimè despiciunt. Ne contrahas amicitiam cum homine rixoso, nec ligna congeras super ignem. Despectum ne imiteris, ne te contumeliis afficiant honesti. Ne probris afficias revertentem à peccatis suis, & memento nos omnes esse peccatores. Ne derideas senem decrepitum, & scito nos, si vixerimus, grandævos ac senes futuros. Ne læteris de morte ullius, & memento nos omnes morituros.

Versio VULG. LAT.

9 Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in
10 proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim disces sapien-
tiam, & doctrinam intellectûs, & servire magnatis sine que-
11 rela. Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didi-
12 cerunt à patribus suis : Quoniam ab ipsis disces intellectum,
13 & in tempore necessitatis dare responsum. Non incendas
carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flammâ
14 ignis peccatorum illorum. Ne contra faciem stes contu-
15 meliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli fœnerari
homini fortiori te : quòd si fœneraveris, quasi perditum ha-
16 be. Non spondeas super virtutem tuam : quòd si spopon-
17 deris, quasi restituens cogita. Non judices contra judi-
18 cem : quoniam secundùm quod justum est judicat. Cum
audace non eas in via, ne fortè gravet mala sua in te : ipse
enim secundùm voluntatem suam vadit, & simul cum stul-
19 titia illius peries. Cum iracundo non facies rixam, & cum
audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante il-
20 lum sanguis, & ubi non est adjutorium, elidet te. Cum fa-
tuis consilium non habeas : non enim poterunt diligere ni-
21 si quæ eas placent. Coram extraneo ne facias consilium :
22 nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum ma-
nifestes : ne fortè inferat tibi gratiam falsam, & convitie-
tur tibi.

CAP. IX.

1 NOn zeles mulierem sinûs tui, ne ostendat super te mali-
2 tiam doctrinæ nequam. Non des mulieri potestatem ani-
mæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris.
3 Ne respicias mulierem multivolam : ne fortè incidas in la-
queos illius.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 † Μὴ παρίδῃς διήγημα σοφῶν, † καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις αὐτῶν ἀνα-
10 στρέφου, † Ὅτι παρ᾽ αὐτῶν μαθήσῃ παιδείαν, † καὶ λειτουργῆσαι με-
11 γιστᾶσιν. † Μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων, † καὶ γὰρ αὐτοὶ
12 ἔμαθον παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. † Ὅτι παρ᾽ αὐτῶν μαθήσῃ
13 σύνεσιν, † καὶ ἐν καιρῷ χρείας δοῦναι ἀπόκρισιν. † Μὴ ἔκκαιε
14 ἄνθρακας ἁμαρτωλοῦ, † μὴ ἐμπυρισθῇς ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτοῦ. † Μὴ
ἐξαναστῇς ἀπὸ προσώπου ὑβριστοῦ, ἵνα μὴ ἐγκαθίσῃ ὡς ἔνεδρον τῷ
15 στόματί σου. † Μὴ δανείσῃς ἀνθρώπῳ ἰσχυροτέρῳ σου, † καὶ ἐὰν
16 δανείσῃς, ὡς ἀπολωλεκὼς γίνου. † Μὴ ἐγγυήσῃ ὑπὲρ δύναμίν
17 σου, † καὶ ἐὰν ἐγγυήσῃ, ὡς ἀποτίσων φρόντιζε. † Μὴ δικάζου μετὰ
18 κριτοῦ, † κατὰ γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτῷ. † Μετὰ τολμηροῦ
μὴ πορεύου ἐν ὁδῷ, † ἵνα μὴ βαρύνηται κατὰ σοῦ. † αὐτὸς γὰρ κατὰ
τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιήσει, † καὶ τῇ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ συναπολῇ.
19 † Μετὰ θυμώδους μὴ ποιήσῃς μάχην, † καὶ μὴ διαπορεύου μετ᾽
αὐτοῦ τὴν ἔρημον, † ὅτι ὡς οὐδὲν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ αἷμα, † καὶ
20 ὅπου οὐκ ἔστιν βοήθεια, καταβαλεῖ σε. † Μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου,
21 † οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. † Ἐνώπιον ἀλλοτρίου μὴ ποιήσῃς
22 κρυπτόν· † οὐ γὰρ γινώσκεις τί τέξεται. † Παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ
ἔκφαινε (δ) σὴν καρδίαν, † καὶ μὴ ἀναφερέτω σοι χάριν.

MS. A. (δ) καρδίαν σου,

ΚΕΦ. Θ'.

1 † ΜΗ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, † μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυ-
2 τὸν παιδείαν πονηράν. † Μὴ δῷς γυναικὶ τὴν ψυχήν σου, † ἐπι-
3 βῆναι αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἰσχύν σου. † Μὴ ὑπάντα γυναικὶ ἑταιριζο-
μένῃ, † μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς παγίδας αὐτῆς.

Ne despicias narrationem sapientum : & in 9
proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim 1
disces (b) doctrinam, & servire magnatis. Non 11
te prætereat narratio seniorum : & ipsi enim
didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis 12
disces intellectum, & in tempore necessitatis
dare responsum. Non incendas carbones pecca- 13
toris, ne incendaris in igne flammæ illius. Ne 14
contra faciem stes contumeliosi ; ne insideat,
quasi insidiator, ori tuo. Noli fœnerari homi- 15
ni fortiori te : quòd si fœneraveris ; quasi per-
ditum habe. Non spondeas super virtutem 16
tuam : quòd si spoponderis : quasi persoluturus,
cogita. Ne litiges cum judice: quoniam secundùm 17
existimationem ejus judicabunt ei. Cum audace 18
ne eas in via, ne gravetur contra te. Ipse enim se-
cundùm voluntatem suam faciet ; & simul cum
stultitia illius peries. Cum iracundo ne facias
rixam, & cum illo ne eas per desertum. Quoniã 19
quasi nihil est ante illum sanguis : & ubi non est
adjutorium, elidet te. Cum fatuo consiliũ non ha- 20
beas: non enim poterit verbum celare. Corã extra- 21
neo non facias occultũ: nescis enim quid pariet.
Non omni homini cor tuum manifestes, & non 22
referat tibi (c) gratiam.

CAP. IX.

NOn zeles mulierem sinûs tui ; neque doceas 1
super te doctrinam nequam. Non des mulieri a- 2
nimam tuam, ut ascendat ipsa super virtutem
tuam. Ne respicias mulierem multivolam ; ne 3
fortè incidas in laqueos illius.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 * ܠܐ ܬܫܒܘܩ ܫܘܥܝܬܐ ܕܚܟܝܡܐ. ܘܡܬܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܗܘܝܬ ܩܪܐ. * ܡܛܠ ܕܡܢܗܘܢ
10 ܬܝܠܦ ܡܪܕܘܬܐ . ܟܕ ܬܩܘܡ ܩܕܡ ܫܠܝܛܐ. * ܠܐ ܬܬܚܡܨ ܒܫܘܥܝܬܐ ܕܣܒܐ.
11
12 ܕܫܡܥܘ ܡܢ ܐܒܗܝܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܡܢܗܘܢ ܬܝܠܦ ܡܪܕܘܬܐ . ܠܡܬܠ ܦܬܓܡܐ
13 ܒܥܕܢܐ ܕܡܬܒܥܐ. * ܠܐ ܬܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܠܓܒܪܐ ܪܫܝܥܐ . ܕܠܐ ܬܐܩܕ ܒܫܠܗܒܝܬܗ
14 ܕܢܘܪܗ. * ܠܐ ܬܩܘܡ ܡܢ ܩܕܡ ܥܘܠܐ . ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܟܡܝܢܐ ܩܕܡܘܗܝ. * ܠܐ ܬܘܙܦ ܠܓܒܪܐ ܕܚܣܝܢ
15
16 ܡܢܟ. ܘܐܢ ܐܘܙܦܬ. ܗܘܝ ܐܝܟ ܕܐܘܒܕܬ. * ܠܐ ܬܥܪܒ ܠܓܒܪܐ ܕܚܣܝܢ ܡܢܟ. ܘܐܢ ܥܪܒܬ.
17 ܗܘܝ ܐܝܟ ܦܪܘܥܐ. * ܠܐ ܬܬܒ ܥܡ ܕܝܢܐ ܥܘܠܐ ܒܕܝܢܐ . ܕܠܐ ܐܝܟ ܪܥܝܢܗ ܬܕܘܢ ܥܡܗ.
18 * ܥܡ ܓܒܪܐ ܡܥܣܢܐ ܠܐ ܬܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ. ܕܠܐ ܢܝܩܪ ܒܝܫܬܟ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܩܕܡ ܐܦܘܗܝ
19 ܐܙܠ. ܘܐܢܬ ܒܫܛܝܘܬܗ ܬܐܒܕ. * ܥܡ ܥܘܠܐ ܠܐ ܬܬܚܪܐ. ܘܠܐ ܬܬܟܬܫ ܥܡܗ ܒܐܬܪܐ ܚܪܒܐ.
20 ܡܛܠ ܕܫܝܛ ܗܘ ܕܡܟ ܒܥܝܢܘܗܝ. ܘܐܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟ ܡܦܪܩܢܐ . ܢܩܛܠܟ. * ܥܡ
21 ܣܟܠܐ ܠܐ ܬܬܡܠܟ ܐܪܙܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܟܣܝܘܬܗ. * ܠܐ ܠܟܠ ܒܪ ܐܢܫܐ ܬܓܠܐ
ܡܐ ܕܒܠܒܟ. ܕܠܐ ܢܣܒܟ ܛܝܒܘܬܐ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܛ *

1
2 * ܠܐ ܬܛܢ ܒܐܢܬܬܟ. ܕܠܐ ܬܐܠܦ ܥܠܝܟ ܡܪܕܘܬܐ ܒܝܫܬܐ. * ܠܐ ܬܫܠܛ ܠܐܢܬܬܐ ܢܦܫܟ.
3 ܠܡܫܠܛܘ ܥܠ ܟܠ ܡܐ ܕܩܢܐ ܐܢܬ. * ܠܐ ܬܩܪܘܒ ܠܙܢܝܬܐ. ܕܠܐ ܬܦܠ ܒܡܨܝܕܬܗ.

Narrationes sapientum ne deseras, & eo- 9
rum parabolas lectita : Quoniam ab iis 10
doctrinam percipies, cùm adstiteris coram
potente. Ne molestè feras narrationes se- 11
num, quas à patribus suis audierunt : Quo- 12
niam ab iis addisces responsum reddere tem-
pore oportuno. Ne sis consors *hominis* pe- 13
nitùs impii, ne ignis ejus flammâ combura-
ris. Ne resilias à conspectu scelerati, ne ti- 14
bi sit insidiis. Nequid mutuò dederis ei 15
qui te potentior est : quòd si mutuò de-
deris, perinde esto ac si amiseris. Ne spon- 16
deas illi qui te potentior est : quòd si spo-
ponderis, perinde esto ac soluturus. Cum 17
iniquo judice ne sedeas in judicio, ut ne
cum ipso judices secundùm ipsius volunta-
tem. Hominem protervum ne comiteris 18
in via, ne gravius reddat malum tuum :
ipse enim coram facie sua gradietur, tu ve-
rò in ejus stultitiâ peribis. Cum scelera- 19
to ne committas rixam, néve cum eo con-
tendas in loco deserto : vilis enim est san-
guis tuus in oculis ejus, & nisi adsit tibi
vindex, interficiet te. Cum stulto secretum 20
ne componas, quia non potest illud celare.
Ne cuivis homini reveles quod est in corde 21
tuo, ne te beneficio adstringat.

CAP. IX.

NE sis zelotypus uxoris tuæ, ne malam 1
in te artem addiscat. Ne dedas mulieri te- 2
ipsum, ut dominium concedas illi in omnia
quæ possides. Ne sermonem contexe cum 3
fornicaria, ne in retia ejus incidas.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9
10 * لا ترفض كلام الحكماء وكن راغبا في امثالهم * لتستفيد منهم العلم * ويحضر جوابك
11
12 عند السلطان * لا تتضجر من كلام الاشياخ الذين يروونه عن آبائهم * لتتعلم منه الادب
13
15 في وقت تحتاج الى رد الجواب * لا تكون شريكا لعامل شر * ليلا تحترق بلهيب ناره * لا
16 تسلف من هو اقوى منك * فان اسلفته فاحسبه كالضائع * لا تضمن لمن هو اقوى منك *
17 وان انت ضمنت فوطن نفسك انك توفي * لا تجالس الحاكم الجائر * ليلا تحكم برأيه
18 وهواه * لا تصاحب الشاطر * لعله يكثر بلاءك * ولا تتبع رأيه * وانت تصاحبك اياه
19 تهلك بجهله * لا تصاحب الاثيم * ولا تصايحه في الخلا * لان اهراق دمك هين عليه * وان لم
20
21 يكن لك منقذا قتلك * لا تطلع الجاهل على امرك وسرك * لانه لا يقدر ان يكتمه * لا تظهر
ما في قلبك لكل احد * ليلا يمن عليك بذلك *

* الفصل التاسع *

1
2 * لا تري امراتك انك شديد الاعجاب بها * ليلا تعمل عليك حيل السوء * لا تذل نفسك
3 للمراة * فتسلطها على ما في يديك * لا تحدث الزانية * ليلا تقع في شباكها *

Sapientum sermonem ne contemnas, sed 9
esto cupidus proverbiorum eorum: ut sci- 10
entiam acquiras ab illis, & præstò sit re-
sponsum tuum apud principem. Sermones 11
senum, quos nomine majorum suorum re-
ferunt, ne fastidias: Ut discas ex iis eru- 12
ditionem tempore quo opus erit responsum
reddere. Ne sis socius malefactoris, ut ne 13
conflagres flammâ ignis ejus. Ne mu- 15
tuum des ei qui te fortior est: quòd si mu-
tuum ei dederis, habeas pro amisso. Po- 16
tentiori te ne spondeas : quòd si spondeas,
persuasum tibi sit quòd sis soluturus.
Cum iniquo judice ne consederis, ne ex 17
sententia & animo ipsius judices. Scele- 18
rosum ne comiteris, ne fortè multiplicet
ærumnas tuas: ejusque mentem ne sequa-
ris, ne tu comitando illum, per stultitiam
ejus intereas. Ne societatem ineas cum 19
facinoroso, neque cum eo rixeris in de-
serto : quoniam effusio sanguinis tui fa-
cilis est apud ipsum, & nisi fuerit qui te
liberet, occidet te. Negotium & secretum 20
tuum ne declares insipienti: non enim po-
terit illud celare. Ne cuivis aperias quod 21
habes in animo, ne te propter hoc insultet.

CAP. IX.

NE ostendas uxori tuæ esse te magno- 1
perè de illa contentum, ne struat adver-
sùm te dolos malos. Ne subdas teipsum 2
uxori, ut potestatem tribuas ei super his
quæ habes in manibus tuis. Cum mere- 3
trice ne colloquaris, ne in retia ejus
incidas.

Versio VULG. LAT.

4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè per-
5 eas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne fortè
6 scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tu-
7 am in ullo, ne perdas te, & hæreditaté tuam. Noli circum-
spicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius.
8 Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias
9 speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perie-
10 runt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. O-
11 mnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via concul
cabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi
12 facti sunt, colloquiũ enim illius quasi ignis exardescit. Cum
aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super
13 cubitum: Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè decli-
net cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditio-
14 nem. Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non
15 erit similis illi. Vinum novum, amicus novus: veterascet,
16 & cum suavitate bibes illud. Non zeles gloriam & opes pec-
17 catoris: non enim scis quæ futura sit illius subversio. Non
placeat tibi injuria injustorum, sciens quoniam usque ad in-
18 feros non placebit impius. Longè abesto ab homine pote-
statem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mor-
19 tis. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne
20 fortè auferat vitam tuam. Communionem mortis scito:
quoniam in medio laqueorum ingrederis, & super dolen-
21 tium arma ambulabis. Secundùm virtutem tuam cave te à
22 proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. Vi-
ri justi sint tibi convivæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio,
23 Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in
præceptis Altissimi.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

4 †Μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε, †μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιχει-
5 ρήμασιν αὐτῆς. †Παρθένον μὴ καταμάνθανε, †μήποτε σκανδα-
6 λισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. †Μὴ δῷς πόρναις τὴν ψυχήν σου,
7 †ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν κληρονομίαν σου. †Μὴ περίβλεπε ἐν ῥύμαις
8 πόλεως, †καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις αὐτῆς μὴ πλανῶ. †Ἀπόστρεψον ὀφθαλ-
μὸν ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου, †καὶ μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλό-
9 τριον. †Ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν, †καὶ ἐκ τούτου φιλία
12 ὡς πῦρ ἀνακαίεται. †Μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον,
13 †Καὶ μὴ συμβολοκοπήσῃς μετ᾽ αὐτῆς ἐν οἴνῳ, †μήποτε ἐκκλίνῃ ἡ
ψυχή σου ἐπ᾽ αὐτήν, †καὶ τῷ πνεύματί σου (α) ὀλισθήσῃς εἰς ἀπώλειαν.
14 †Μὴ ἐγκαταλίπῃς φίλον ἀρχαῖον, †ὁ γὰρ πρόσφατος οὐκ ἔστιν (') ἔφι-
15 σος αὐτῷ. †Οἶνος νέος, φίλος νέος, †ἐὰν παλαιωθῇ, μετ᾽ (β) εὐ-
16 φροσύνης πίεσαι αὐτόν. †Μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλοῦ, †οὐ γὰρ
17 οἶδας τί ἔσται ἡ καταστροφὴ αὐτοῦ. †Μὴ εὐδοκήσῃς (γ) ἐν εὐδοκίᾳ
18 ἀσεβῶν, †μνήσθητι ὅτι ἕως ᾅδου οὐ μὴ δικαιωθῶσιν. †Μακρὰν ἄπεχε
ἀπὸ ἀνθρώπου ὃς ἔχει ἐξουσίαν τοῦ φονεύειν, †καὶ οὐ μὴ ὑποπτεύσῃς
19 φόβον θανάτου. †Κἂν προσέλθῃς, μὴ πλημμελήσῃς, †ἵνα μὴ
20 (δ) ἀφέληται τὴν ζωήν σου. †Ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ (ε) παγίδων
21 διαβαίνεις, †καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατεῖς. †Κατὰ τὴν ἰσχύν
23 σου στόχασαι (ζ) τοὺς πλησίον, †καὶ μετὰ σοφῶν συμβουλεύου. †Καὶ μετὰ
συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου, †καὶ πᾶσα (η) διήγησίς σου ἐν νόμῳ
22 ὑψίστου. †Ἄνδρες δίκαιοι ἔστωσαν σύνδειπνοί σου, †καὶ ἐν φόβῳ κυρίου
ἔστω τὸ καύχημά σου.

MS. A. (α) ὀλισθήσει (') ἔπιπος (β) εὐφροσύνῃ (γ) εὐδοκίᾳ (δ) ἀφε-
λῇ (ε) παγίδος (ζ) τῷ πλησίον, καὶ μετὰ σοφῶν βουλεύου. Μετὰ συνε-
τῶν (η) ἡ διήγησις

Cum Translatione LATINA.

Cum psaltrice ne assiduus sis; ne fortè capiaris 4
in (a) tentationibus ejus. Virginem ne aspicias; 5
ne fortè scandalizeris in decoribus ejus. Ne des 6
fornicariis animam tuam; ne perdas hæredita-
tem tuam. Noli circumspicere in vicis civita- 7
tis; nec oberraveris in desertis illius. Averte 8
oculum à muliere formosa, & ne circumspicias
speciem alienam. Propter speciem mulieris mul- 9
ti aberraverunt: & ex hoc concupiscentia, quasi
ignis, exardescit. Cum aliena muliere non sedeas 12
(b) omnino, Neque agites convivia cum illa in 13
vino: ne fortè declinet cor tuum in illam, &
spiritu tuo labaris in perditionem. Ne derelin- 14
quas amicum antiquum: novus enim non est si-
milis illi. Vinum novum, amicus novus: si 15
inveteraverit; cum suavitate bibes illud. Non 16
zeles gloriam peccatoris: non enim scis quæ sit
illius subversio. Non (c) benè sentias de bene- 17
placito impiorum: memento, quoniam usque ad
inferos non justificabuntur. Longè abesto ab ho- 18
mine potestatem habente occidendi: & non su-
spicaberis timorem mortis: Et, si accesseris, 19
noli delinquere; ne auferat vitam tuam. Scito 20
quoniam in medio laqueorum ingrederis, & su-
per pinnacula civitatum ambulas. Secundùm 21
virtutem tuam conjecta de proximis: & cum
sapientibus consulta. Et cum intelligentibus sit 23
colloquutio tua, & omnis enarratio tua in lege
altissimi. Viri justi sint tibi convivæ: & in 22
timore Domini sit gloriatio tua.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 * ܥܡ ܙܡܪܬܐ ܠܐ ܬܫܬܥܐ. ܕܠܡܐ ܬܘܒܕܟ ܒܡܠܝܗ̈ܝܢ. * ܒܒܬܘܠܬܐ ܠܐ ܬܬܒܩܐ. ܕܠܡܐ
5
6 ܬܬܚܝܒ ܒܦܘܪܢܝܗ̇ ܥܦܝܦܐ. * ܠܐ ܬܬܠ ܠܙܢܝܬܐ ܢܦܫܟ. ܕܠܐ ܬܘܒܕ ܝܘܪܬܢܐ ܕܢܟܣܝܟ.
7 * ܘܠܐ ܬܬܨܥܪ ܒܫܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܠܐ ܬܬܟܬܒ ܒܣܦܪܐ ܕܙܢܝܘܬܐ. * ܥܡ ܡܪܬ ܒܝܬܐ ܠܐ
10
11 ܬܣܡܘܟ ܡܪܦܩܟ. ܘܠܐ ܬܡܙܘܓ ܥܡܗ̇ ܚܡܪܐ ܥܬܝܩܐ. * ܕܠܡܐ ܬܣܛܐ ܠܘܬܗ̇ ܠܒܟ.
8 ܘܚܝܒ ܡܘܬܐ ܠܫܝܘܠ ܬܦܠ. * ܐܦܝܟ ܐܢܬܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܠܐ ܢܚܙܝܢ. ܘܠܐ ܬܬܒܩܐ
9 ܒܫܘܦܪܐ ܕܠܐ ܕܝܠܟ. * ܒܫܘܦܪܐ ܓܝܪ ܕܐܢܬܬܐ ܣܓܝܐܐ ܐܒܕܘ. ܘܪܚܡܬܗ̇ ܐܝܟ ܢܘܪܐ
ܝܩܕܐ. ܥܡ ܐܢܬܬ ܓܒܪܐ ܠܐ ܬܣܓܐ ܡܡܠܠܐ. ܘܠܐ ܬܓܪܘܓ ܥܡܗ̇ ܫܘܥܝܬܟ. ܕܠܡܐ ܬܣܛܐ
12 ܠܘܬܗ̇ ܠܒܟ. ܘܒܕܡܐ ܚܝܒܐ ܬܦܠ ܠܫܝܘܠ. * ܠܐ ܬܫܒܘܩ ܪܚܡܟ ܥܬܝܩܐ. ܡܛܠ
13 ܕܚܕܬܐ ܠܐ ܡܛܐ ܠܗ. * ܪܚܡܐ ܚܕܬܐ ܐܝܟ ܚܡܪܐ ܚܕܬܐ. ܕܟܕ ܥܬܩ ܬܫܬܝܘܗܝ. * ܠܐ ܬܛܢ
14
15 ܒܓܒܪܐ ܪܫܝܥܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܡܢܐ ܗܘܐ ܚܪܬܗ. * ܠܐ ܬܛܢ ܒܥܘܠܐ ܕܡܨܠܚ. ܐܬܕܟܪ ܕܥܕܡܐ
16 ܠܡܘܬܐ. ܐܢܫ ܠܐ ܙܟܐ. * ܪܚܩ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܠܡܩܛܠ. ܘܠܐ ܬܕܚܠ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܡܘܬܐ.
17 * ܘܐܢ ܩܪܒܬ ܠܗ. ܠܐ ܬܚܝܒ ܢܦܫܟ. * ܘܕܥ ܕܒܝܬ ܦܚܐ ܐܢܬ ܡܗܠܟ. ܘܥܠ ܡܨܝܕܬܐ ܐܢܬ
18
19 ܡܗܠܟ. * ܐܝܟ ܚܝܠܟ ܥܕܪܝܗܝ ܠܚܒܪܟ. ܘܥܡ ܚܟܝܡܐ ܫܘܬܦ ܐܪܙܐ. ܥܡ ܕܚܠܝ ܐܠܗܐ
20 ܢܗܘܘܢ ܡܚܫܒܬܟ. ܘܟܠܗܘܢ ܬܫܥܝܬܟ. ܒܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ. * ܐܢܫܐ ܟܐܢܐ
ܢܗܘܘܢ ܐܟܠܝ ܦܬܘܪܟ. ܘܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܢܗܘܐ ܫܘܒܗܪܟ.

Cum cantatrice ne confabuleris, ne fortè su- 4
is te perdat sermonibus. Virginem ne con- 5
templeris, ne ad duplicem ejus dotẽ damne-
ris. Ne dedas meretrici teipsum, ne amit- 6
tas hæreditatem opum tuarum, Ignominiá 7
afficiaris in plateis urbis, & adulterio crimi-
num ascribaris. Cum hera domûs ne appli- 10
ces cubitum tuum, néve temperes cum ea vi-
num vetus: Ne fortè ad eam inclinet ani- 11
mus tuus, & reus mortis prolabaris in infer-
num. Facies tua mulierem pulchram ne re- 8
spiciat, & ne contempleris pulchritudinem
quæ non est tua. Nam pulchritudine muli- 9
eris multi perierunt, & amor ejus in modum
ignis exardescit. Cum muliere maritata ne
multiplices sermonem, neque protrahas cum
illa confabulationes tuas: ne fortè declinet
ad eam cor tuum, & sanguine noxio ruas in
infernum. Ne deseras amicum tuum vete- 12
rem, quia recens non adæquatur illi. Ami- 13
cus recens similis est vino recenti, quod cùm
inveteratum fuerit, bibes. Ne invideas ho- 14
mini impio; nescis enim quis sit futurus ejus
exitus. Ne invideas scelerato prospero: 15
memento ad mortem usque neminem esse im-
munem. Recede ab homine qui potestatem 16
habet occidendi, & metum mortis haud for-
midabis: Quòd si accesseris, ne ream reddas 17
auram (i. *vitam*) tuam: Verùm scias inter 18
laqueos te gradi, & super retia te ambulare.
Pro viribus tuis opitulare proximo tuo, & 19
cum sapientibus confer secretum. Cum ti-
mente Deum sint cogitationes tuæ, & omnes
viæ tuæ in timore Domini. Homines probi 22
sint edentes mensam tuam, & in religione
Domini esto gloriatio tua.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * ولا تطل الكلام مع الزامرة. لئلا تجلبك اليها بقصائدها * لا تلاعب العذرى. لئلا تلزم
5
6 بضعف مهرها * لا تبذل نفسك للزانية. فتضيع مالك وتترك ابنك * فتسم في ازقة المدينة *
7
10 وتثبت في ديوان الفجور والزنا * لا تتكئ مع ربة البيت. ولا تسارها العتيق * لعل قلبك
11
8 يهواها. وتنزل الهاوية وقد سحبت * لا تحد ببصرك الى امراة جميلة. ولا تتفحص الى حسن
9 غيرك * لان جمال النساء قد اهلك قوما كثيرا وعشقهن مثل النار المشتعلة. لا تكثر
الكلام مع المحصنة. ولا تطيل الحديث معها. لعل قلبك يحن اليها وتنزل الهاوية مسحوبا *
12 * لا ترفض صديقك القديم. لان الاخير لا ثبات له * الصديق الحديث مثل الخمر الحديث.
13
14 واذا عتق طاب شربه * لا تغبط المنافق. لانك لا تعلم اخر مصيره * لا تحسد الاثيم اذا
15
16 حسنت حاله. لانه حتى الموت لا ينجو الانسان * ابرح ممن كان له مقدرة على القتل ولا تخافن
17 حبائل الموت * وان انت دنوت فلا تضعف نفسك * واعلم انك انما تتخطا بين الفخاخ وتمشي
18
19 بين الشباك والمصايد * انفع صاحبك طاقتك. وليكن اهل سرك الحكماء ومعاملتك مع
20 الاتقياء. وجميع سبلك تكون في خشية الله تعالى * لا تتوكل الا على الاتقياء. وبمخافة الله امتدح

Et ne protrahas sermonem cum psaltria, 4
ne te suis ad se trahat cantilenis. Ne jo- 5
ceris cum virgine, ne ad geminatã ipsius
dotem obligeris. Ne committas teipsum 6
scortatrici, ut amittas tuam substantiã,
& filium tuum destituas, Contumeliis 7
appetaris in vicis urbis, & referaris in
album adulterii & scortationis. Ne ac- 10
cumbas cum hera domûs, nec bibas cum
ea vinum vetus. Ne fortè discupiat il- 11
lam cor tuum, & ruas in præcipitium
attractus. Ne divertas aciem tuam ad 8
mulierem formosam, nec intuearis pul-
chritudinem alienam: Quia mulierum 9
forma gentes multas perdidit, et amor il-
larum est velut ignis ardens. Ne multi-
plices sermonem cum nupta, neque collo-
quium cum ea producas, ne fortè emolli-
atur erga eam cor tuum, & raptatus in
præcipitium labaris. Amicum tuum pri- 12
stinum ne derelinquas, quia posterior non
habet firmitatem. Amicus recens est in- 13
star vini recentis; quod inveteratum sua-
vis est haustûs. Ne bees impium, quoniam 14
ignoras extremum ejus exitum. Ne invi-
deas iniquo cùm prosper fuerit status e-
jus, quoniam usque ad mortem haud im-
munis est homo. Procul absiste ab eo qui
potestatem habet necis, & terrores mor-
tis ne reformides. Quòd si accesseris,
ne debilis sis animo. Et scito inter la-
queos te gradi, interque retia & plagas
ambulare. Subveni amico tuo pro viri-
bus tuis. Sint autem arcano[rum] [illegible]
conscii sapientes, & negotiatio tua cum
religiosis, omnesque viæ tuæ sint in ti-
more Dei excelsi. Ne fidas nisi [illegible]
& in timore Dei gloriare.

Versio VULG. LAT.

24 In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in
25 sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. Ter-
ribilis est in civitate sua homo linguosus : & temerarius in
verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

1 Judex sapiens judicabit populum suum, & principatus sen-
2 sati stabilis erit. Secundùm judicem populi, sic & ministri
ejus : & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.
3 Rex insipiens perdet populum suum : & civitates inhabita-
4 buntur per sensum potentium. In manu Dei potestas terræ :
5 & utilem rectorem suscitabit in tempus super illam. In ma-
nu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet
6 honorem suum. Omnis injuriæ proximi ne memineris, &
7 nihil agas in operibus injuriæ. Odibilis coram Deo est, &
hominibus superbia : & execrabilis omnis iniquitas gentiũ.
8 Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias,
9 & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Avaro autem
10 nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis? Nihil est
iniquius quàm amare pecuniam : hic enim & animam su-
am venalem habet : quoniam in vita sua projecit intima sua.
11 Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat
12 medicum. Brevem languorem præcidit medicus : sic & rex
13 hodiè est & cras morietur. Cùm enim morietur homo, hæ-
14 reditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ
15 hominis, apostatare à Deo : Quoniam ab eo, qui fecit illum,
recessit cor ejus, quoniam initium omnis peccati est super-
bia : qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & sub-
vertet eum in finem.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

24 † Ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον (θ) ἐπαινεσθήσεται, † καὶ ὁ ἡγούμενος
25 λαοῦ σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ. † Φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ γλωσ-
σώδης, † καὶ ὁ (ι) προπετὴς ἐν λόγῳ αὐτοῦ μισηθήσεται.

MS.A. (θ) ἐπαινεθήσεται (ι)* προπετὴς

ΚΕΦ. ι'.

1 † Κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, † καὶ ἡγεμονία συνετοῦ
2 τεταγμένη ἔσται. † Κατὰ τὸν κριτὴν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ οὕτως (α) καὶ οἱ
λειτουργοὶ αὐτοῦ, † καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως πάντες οἱ κατοι-
3 κοῦντες αὐτήν. † Βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ,
4 † καὶ πόλις οἰκισθήσεται ἐν συνέσει δυναστῶν. † Ἐν χειρὶ κυρίου
(β) ἐξουσία τῆς γῆς, † καὶ τὸν χρήσιμον ἐγερεῖ εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς.
5 † Ἐν χειρὶ κυρίου εὐοδία ἀνδρὸς, † καὶ προσώπῳ γραμματέως
6 ἐπιθήσει δόξαν αὐτοῦ. † Ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι μὴ (γ) μηνιάσῃς
7 τῷ πλησίον, † καὶ μὴ πρᾶσσε μηδὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως. † Μισητὴ
ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία, † καὶ ἐξ ἀμφοτέρων
8 (δ) πλημμελὴς ἀδικία. † Βασιλεία ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος μετάγεται,
9 † διὰ ἀδικίας καὶ ὕβρεις καὶ χρήματα. † Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ
10 σποδός; Ὅτι ἐν ζωῇ ἔρριψα τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ. † Μακρὸν
11 ἀρρώστημα σκώπτει ἰατρός, καὶ βασιλεὺς σήμερον, καὶ αὔριον τε-
λευτήσει. † Ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, κληρονομήσει ἑρπετὰ
12 καὶ θηρία καὶ σκώληκας. † Ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπου ἀφισταμένου
13 ἀπὸ κυρίου, † Καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ.
14 † ὅτι ἀρχὴ (ε) ὑπερηφανίας ἁμαρτία, † καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξ-
15 ομβρήσει βδέλυγμα.

MS.A. (α) οἱ λειτουργοὶ (β) ἡ ἐξουσία (γ)* μηνίσῃς (δ) πλημμελήσῃ ἀδικίᾳ. (ε) ὑπερηφανία ἁμαρτίας,

Cum Translatione LATINA.

In manu artificum, opus laudabitur : & prin- 24
ceps populi sapiens in sermone suo. Terribilis 25
in civitate sua homo linguosus : & temerarius
in verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

JUDEX sapiens erudiet populum suum : 1
& principatus sensati (a) ordinatus erit. Se- 2
cundùm judicem populi (b) sui, sic & ministri
ejus : & qualis rector est civitatis, tales omnes
inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet popu- 3
lum suum : & civitas habitabitur per sensum
potentium. In manu Domini potestas terræ : 4
& utilem suscitabit in tempus super illam. In 5
manu Domini prosperitas hominis : & super
personam scribæ imponet gloriam ipsius. In omni 6
injuria ne succenseas proximo, & nihil agas in
operibus contumeliæ. Odibilis coram Domino 7
est, & hominibus, superbia : & ex utrisque
(c) delinquet injusta. Regnum à gente in gen- 8
tem transfertur, propter injustitias, & contu-
melias & (d) pecunias. Quid superbit terra 9
& cinis? (e) Quoniam in vita projeci intima 10
ejus. In prolixum languorẽ cavillatur medicus: 11
& rex hodiè est, & cras morietur. Cùm enim
morietur homo; hæreditabit serpentes, & bestias, 12
& vermes. Initium superbiæ hominis, cùm
apostatavit à Deo: Et ab eo, qui fecit eum, reces- 13
sit cor ejus. Quoniam (f) principium super- 14
biæ peccatum : &, qui tenuerit eam; profun- 15
det (g) abominationem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 * ܒܚܟܡܬܗ ܕܕܝܢܐ ܬܬܩܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܫܠܝܛ ܒܥܡܗ. ܚܟܝܡ ܘܡܣܬܟܠ. * ܕܚܝܠ
22 ܒܡܕܝܢܬܐ. ܓܒܪܐ ܠܫܢܢܐ. ܘܕܢܣܒ ܥܠ ܦܘܡܗ ܡܬܣܢܐ. * ܦܨܠܐ ܝ *
1 * ܕܝܢܐ ܚܟܝܡܐ. ܢܪܕܐ ܠܥܡܗ. ܘܫܠܝܛܐ ܚܟܝܡܐ ܢܩܝܡ ܡܕܝܢܬܗ. * ܐܝܟ ܕܝܢܐ ܕܥܡܐ
2 3 ܗܟܢܐ ܡܫܡܫܢܘܗܝ. ܘܐܝܟ ܪܝܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܗܟܢܐ ܥܡܘܪܝܗ. * ܡܠܟܐ ܥܘܠܐ ܢܘܒܕ
4 ܥܡܗ. ܘܡܕܝܢܬܐ ܬܬܥܡܪ ܒܣܘܟܠܐ ܕܪܘܪܒܢܝܗ. * ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܫܘܠܛܢܐ
5 ܕܬܒܝܠ. ܘܓܒܪܐ ܕܦܩܚ ܢܩܝܡ ܒܙܒܢܗ ܥܠܝܗ. * ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠ. ܘܠܦܠܚܘܗܝ
6 ܢܬܠ ܐܝܩܪܗ. * ܒܟܠ ܚܘܣܪܢܝܟ. ܠܐ ܬܒܐܫ ܠܚܒܪܟ. ܘܠܐ ܬܗܠܟ ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܗܝܪܐ. ܟܠ
7 ܚܛܗܐ ܘܕܓܠܘܬܐ ܕܚܘܩ. ܘܠܐ ܬܗܠܟ ܒܪܘܚܐ ܪܡܬܐ. * ܡܛܠ ܕܣܢܝܐ ܗܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
8 ܘܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܝܗܝܪܘܬܐ. ܘܥܠ ܬܪܝܗܘܢ ܚܛܘܦܝܐ ܘܥܠܘܒܝܐ. * ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܥܡܐ
9 ܠܥܡܐ ܡܬܥܒܪܐ. ܡܛܠ ܚܛܗܐ ܘܝܗܝܪܘܬܐ ܘܡܡܘܢܐ. * ܡܢܐ ܡܬܝܗܪ ܥܦܪܐ
11 ܘܩܛܡܐ. ܕܒܚܝܘܗܝ ܪܚܫܝܢ ܒܓܘܗ. * ܘܡܢܘ ܡܥܘܗܝ ܢܦܣܘܩ ܐܣܝܐ. ܗܘ ܕܝܘܡܢܐ
12 ܡܗܠܟ. ܘܠܡܚܪ ܡܐܬ. * ܒܡܘܬܗ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܣܣܐ ܢܗܘܐ ܡܢܬܗ. ܘܬܘܠܥܬܗ ܩܕܡܘܗܝ ܪܚܫܐ.
13 14 * ܪܝܫ ܣܟܠܘܬܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܝܗܝܪܘܬܗܘܢ. ܘܥܒܕܝܗܘܢ ܡܫܛܝܢ ܠܒܗܘܢ. * ܡܛܠ
15 ܕܡܒܘܥܐ ܕܚܛܝܬܐ ܝܗܝܪܘܬܐ. ܘܙܢܝܘܬܐ ܡܒܘܥܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܦܪܫ
ܐܠܗܐ ܕܘܪܫܝܗܘܢ. ܘܡܚܐ ܐܢܘܢ ܡܚܘܬܐ ܓܡܝܪܬܐ.

Sapientiâ judicis urbs stabilitur, & qui do- 21
minatur in populum suum, sapiens est atque
cordatus. Formidandus est in civitate vir 22
linguax ; & qui secundùm os ejus sumpserit
exemplar, odio habebitur.

CAP. X.

Judex cordatus docebit populum suum, & 1
princeps sapiens stabiliet civitatem suam.
Qualis est judex populi, tales ministri ejus: & 2
qualis princeps urbis, tales habitatores ejus.
Rex iniquus perdet populum suum : & urbs 3
incolis frequentatur prudentiâ procerum su-
orum. In manibus Dñi est potestas orbis ter- 4
rarum, & *hominem* utilem opportunè præfi-
ciet illi. In manib⁹ Domini est rerũ omnium 5
dominium, & colentib⁹ se tribuet gloriâ suâ.
In quibusvis læsionibus tuis ne noceas ami- 6
co tuo, néve ambules in via superborum.
Omnia peccata, & mendacium devita, & ela-
to spiritu ne ambules: Odiosa est enim apud 7
Deum & apud homines superbia ; & apud
utrumque, rapina & oppressio. Regnum à 8
populo ad populum traducitur propter pec-
cata, & superbiam, atque mammonam. Cur 9
superbiat pulvis ac cinis, cujus latera, dum vi-
vit, vermes perrepunt? Cujus intestina sectu- 11
rus est medicus? *qui* hodie gradietur, & cras
morietur? Moriente homine, tinea erit sors 12
illius, & vermis ejus coram ipso perreptat.
Initium delictorum hominũ est sua ipsorum 13
superbia, & propriæ actiones dementant cor
eorum. Fons enim peccati est superbia; scor- 14
tatio autem fons utriusque. Propterea vari- 15
avit Deus certamina eorum, & plagâ omni-
modâ percussit illos.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

21 22 * بحكمة الوالي وبين تعمر المدينة * وبعفة حاكمها يصلح امرها * الجاهل مرهوب في القرية
1 ويمقت من يحكي كلامه * الفصل العاشر * القاضي الحكيم يعلم شعبه
2 3 والسلطان العاقل يعمر قريته * كشبه الوالي خدامه * ومن رئيس المدينة سكانها * الملك
4 الفاسق يهلك شعبه * وتعمر القرية بحكمة ولاتها * ملك الدنيا بيد الرب * ويولي كل زمان ما
5 6 يوافقه * والسلطان كله بيد الرب ويوتي اتقياءه كرامته * في جميع فعلك لا تظلم صديقك
7 ولا تسلك في سبيل المسرفين * واجتنب كل خطية وغدر * ولا تسير بنفس متجبر * لان
8 الاسراف مبغوض عند الله وعند الناس جميعا * وعلى كليهما الغصب والظلم * انما ينزع
9 الملك من قوم ويدفع الي غيرهم * من اجل الخطايا والاسراف وحب الورق * لماذا يستكبر
11 التراب والرماد الذي يدب الدود منه في حياته * ويبط الطبيب جنبه وبطنه * اليوم
12 13 قد عاش وغدا لقد مات * اذا مات الانسان فالتراب حصته * والذبان يسير بين يديه * وان
14 خطايا الناس بالاسراف تعمي قلوبهم * لان ينبوع الخطية هو الاسراف بعينه * والكبر والزنا
15 فان الاسراف ركنه كليهما * ولذلك احسن الله جهادهم * وعاقبهم عقوبة موجعة *

Per prudentiam præfecti ejusque justiti- 21
am urbs frequens est populo, & per judicis
ejus temperantiam res ejus prosperè suc-
cedunt. Stultus est formidabilis in civi- 22
tate ; & quicunque loquitur sermones
ejus, odio habetur.

CAP. X.

Judex sapiens erudit populum suum, & 1
præfectus prudens extruit civitatem su-
am. Qualis est præses, tales ministri 2
ejus : & qualis est princeps urbis, tales
etiam ejus incolæ. Rex perversus perdit 3
populum suum : ac extruitur civitas sa-
pientiâ præfectorum suorum. Regnum ter- 4
ræ in manu Domini, & cuivis tempori
præstat quod competit ipsi. Tota etiam po- 5
testas in manu Domini, dabitque timen-
tibus se gloriam suam. In quovis opere tuo 6
ne fraudes amicum tuum : & in via fa-
stuosorum ne incedas: omne peccatum ac
dolum defugito : & animo pervicaci ne
incedas. Execrandus est enim fastus 7
apud Deum simul & apud homines ; &
apud utrumq;, violentia & tyrannis. Au- 8
fertur quidem regnum ab una gente, alii-
que traditur propter peccata, fastum, & a-
morem argenti. Cur superbit pulvis ac ci- 9
nis è quo vermes scaturiunt dum vivit?
Cujus latus ac ventrem secabit medic⁹? 11
qui hodiè vivit, & cras moriturus est?
Cùm morietur homo, pulvis erit sors ejus, 12
& muscæ ambulabũt in conspectu ipsius.
Et verò peccata hominum cum fastu ex- 13
cæcant ipsorũ corda. Quandoquidem fons 14
peccati est idem fastus, & superbiæ simul
atq; fornicationis robur est fastus. Idcir- 15
co approbavit Deus certamen illorum,
eósque tormento dolore pleno excruciavit.

Versio VULG. LAT.

16 Propterea exhonoravit Dominus conventus malorum, &
17 destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum de-
18 struxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium
superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis
19 gentibus. Terras gentium evertit Dominus, & perdidit eas
20 usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos,
21 & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam super-
borum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sen-
22 su. Non est creata hominibus superbia; neque iracundia
23 nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod
timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod præter-
24 it mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in
25 honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Glo-
ria divitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est:
26 Noli despicere hominem justum pauperem, & noli magnifi-
27 care virum peccatorem divitem. Magnus, & judex, & po-
tens est in honore: & non est major illo, qui timet Deum.
28 Servo sensato liberi servient: & vir prudens & disciplina-
tus non murmurabit correptus, & inscius non honorabi-
29 tur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cun-
30 ctari in tempore angustiæ. Melior est qui operatur, & abun-
31 dat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili, in
mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem se-
32 cundùm meritum suum. Peccantem in animam suam quis
justificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam
suam?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 † Διὰ τοῦτο παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, † καὶ κατέστρεψεν
17 εἰς (*) τέλος αὐτούς. † Θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ κύριος,
18 † καὶ ἐκάθισε πραεῖς ἀντ' αὐτῶν. † Ῥίζας ἐθνῶν ἐξέτιλεν ὁ κύ-
19 ριος, † καὶ ἐφύτευσε ταπεινοὺς ἀντ' αὐτῶν. † Χώρας ἐθνῶν κατ-
έστρεψεν ὁ κύριος, † καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰς ἕως θεμελίων γῆς.
20 † (ζ) Ἐξήρανεν ἐξ αὐτῶν καὶ ἀπώλεσεν αὐτοὺς, † καὶ κατέπαυσεν
22 ἀπὸ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. † Οὐκ ἔκτισαι ἀνθρώποις ὑπερη-
23 φανία, † οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι γυναικῶν. † Σπέρμα ἔντι-
μον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου. † σπέρμα ἔντιμον ποῖον; οἱ φο-
βούμενοι τὸν κύριον. † σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου.
24 † σπέρμα ἄτιμον ποῖον; οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. † Ἐν μέσῳ
ἀδελφῶν ὁ ἡγούμενος αὐτῶν ἔντιμος, † καὶ οἱ φοβούμενοι κύριον ἐν
25 ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. † Πλούσιος καὶ ἔνδοξος καὶ πτωχὸς, † τὸ καύχημα
26 αὐτῶν φόβος κυρίου. † Οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν,
27 † καὶ οὐ (η) καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. † Μεγιστὰν καὶ
κριτὴς καὶ δυνάστης δοξασθήσεται· † καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν τις μείζων
28 (θ) τοῦ φοβουμένου τὸν κύριον. † Οἰκέτῃ σοφῷ ἐλεύθεροι λειτουργή-
29 σουσι, † καὶ ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει. † Μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ
30 ἔργον σου, † καὶ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ στενοχωρίας σου. † Κρείσσων
ἐργαζόμενος (ι) ἐν πᾶσιν, † ἢ περιπατῶν, ἢ δοξαζόμενος καὶ
31 (κ) ἀπορῶν ἄρτων. † Τέκνον, ἐν πραΰτητι δόξασον τὴν ψυχήν σου,
32 † καὶ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. † Τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς
(λ) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; † καὶ τίς δοξάσει τὸν ἀτιμάζοντα
τὴν ζωὴν αὐτοῦ;

MS.A. (*) * τέλους (ζ) Ἐξῆρεν αὐτοὺς (η) καθῆκεν (θ) τῶν φοβουμένων (ι) καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν, (κ) ὑστερῶν (λ) ψυχὴν

Propter hoc incredibiles fecit Dominus (h) obductiones: & destruxit eos in finem. Sedes ducum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium evulsit Dominus, & plantavit humiles pro eis. Terras gentium evertit Dominus, & perdidit eas usque ad fundamenta terræ. (i) Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Non est creata hominibus superbia, neque ira furoris generationibus mulierum. (k) Semen honoratum quale? semen hominis. Semen honoratum quale? ii qui timent Dominum. Semen inhonoratum quale? semen hominis. Semen inhonoratum quale? qui prætereunt mandata. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum; in oculis (l) illius. Dives, & honoratus, & pauper, gloriatio eorum, timor Domini. Non justum est despicere pauperem sensatum: & non decet magnificare hominem peccatorem. Magnus, & judex, & potens honorificabitur: & non est eorum aliquis major illo, qui timet Dominum. Servo (m) sapienti liberi servient: & vir prudens (n) non murmurabit. Noli excusando cunctari in faciendo opere tuo: & noli te extollere in tempore angustiæ tuæ. Melior est, qui operatur (o) in omnibus, quàm qui ambulat, aut gloriatur, & eget pane. Fili, in mansuetudine glorifica animam tuam: & da illi honorem secundùm meritum ejus. Peccantem in animam suam, quis justificabit? & quis honorabit exhonorantem vitam suam?

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 * ܟܘܪܣܝܐ ܕܫܝܘܚܐ ܗܦܟ ܡܪܝܐ. ܘܐܘܬܒ ܡܟܝܟܐ ܒܕܘܟܬܗܘܢ. * ܥܩܪܐ ܕܫܝܘܚܐ
17 ܥܩܪ ܡܪܝܐ. ܘܢܨܒ ܡܟܝܟܐ ܚܠܦܝܗܘܢ. * ܥܩܒܬܐ ܕܫܝܘܚܐ ܥܩܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܘܒܕ
18 ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܘܟܪܢܗܘܢ. * ܐܘܒܕ ܐܢܘܢ ܘܥܩܪ ܐܢܘܢ ܘܗܦܟ ܐܢܘܢ. * ܘܥܩܪ ܡܢ ܒܢܝ
19 20 ܐܢܫܐ ܕܘܟܪܢܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܬܦܠܓ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܫܘܝܚܘܬܐ. ܘܐܦ ܠܐ ܪܘܡܐ ܕܠܒܐ ܠܝܠܝܕܝ
21 ܐܢܬܬܐ. * ܙܪܥܐ ܡܝܩܪܐ ܡܐ ܕܙܪܝܥ ܠܐܢܫܐ. ܙܪܥܐ ܡܝܩܪܐ ܡܢ ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ. ܙܪܥܐ ܡܝܩܪܐ ܡܢ
22 ܕܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ. ܙܪܥܐ ܨܥܝܪܐ ܡܐ ܕܙܪܝܥ ܠܐܢܫܐ. ܙܪܥܐ ܨܥܝܪܐ ܡܢ ܕܠܐ ܥܒܕ ܦܘܩܕܢܐ.
23 25 * ܒܝܬ ܐܚܐ ܩܫܝܫܐ ܡܝܩܪ. ܘܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ ܡܝܩܪ ܗܘ ܡܢܗ. * ܬܘܬܒܐ ܢܘܟܪܝܐ
26 ܕܡܣܟܢ ܘܡܟܝܟ ܗܘ. ܫܘܒܗܪܗ ܘܫܘܒܚܗ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. * ܠܝܬ ܕܢܨܥܪܘܢ
27 ܠܡܣܟܢܐ ܙܕܝܩܐ. ܘܐܦܠܐ ܠܡܝܩܪܘ ܠܥܬܝܪܐ ܥܘܠܐ. * ܪܒܐ ܘܫܠܝܛܐ ܘܕܝܢܐ ܝܩܪ
28 ܠܗܘܢ. ܘܠܝܬ ܕܪܒ ܡܢ ܡܢ ܕܡܝܩܪ ܠܡܢ ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ. * ܠܥܒܕܐ ܚܟܝܡܐ ܒܢܝ ܚܐܪܐ
29 ܢܫܡܫܘܢܝܗܝ. ܘܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܟܕ ܡܬܪܕܐ ܠܐ ܢܬܪܥܡ. * ܠܐ ܬܬܡܚܠ ܒܥܒܕܟ
30 ܠܡܥܒܕܗ. ܘܠܐ ܬܫܬܒܗܪ ܒܙܒܢܐ ܕܡܣܟܢܘܬܟ. * ܛܒ ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܦܠܚ ܘܡܬܝܬܪ ܒܥܘܬܪܐ.
31 ܡܢ ܡܢ ܕܡܫܬܒܗܪ ܘܚܣܝܪ ܠܚܡܐ. * ܒܪܝ ܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܝܩܪ ܢܦܫܟ ܘܗܒ ܠܗ
32 ܛܥܡܐ ܐܝܟ ܡܐ ܕܘܐܐ ܠܗ. * ܒܪܝ ܡܢ ܕܡܚܝܒ ܢܦܫܗ ܡܢܘ
ܢܙܕܩܝܘܗܝ. ܐܘ ܡܢܘ ܢܝܩܪ ܠܡܢ ܕܡܨܥܪ ܢܦܫܗ.

Thronum superborum evertit Dominus, & eorum loco sedere fecit humiles. Radicem superborum evulsit Dominus, & pro iis plantavit humiles. Vestigia superborum exstirpavit Dominus, perdiditque de terra memoriam eorum. Perdidit eos, eradicavit eos, & deturbavit eos, Et funditùs abolevit ex hominibus memorias ipsorum. Non enim distributa est superbia inter filios hominum, neque cordis elatio inter natos mulieris. Semen honorificum, quando seritur ab homine; ille *inquam* semen est honorificum, qui Deum reveretur: ille semē est honorificū qui servat mandatum. Semen infame, cùm seritur ab homine; ille *inquam* infame, qui non exequitur mandatū. Inter fratres natu major est honoratus; at qui Deum reveretur, honoratior est ipso. Hospitis peregrini qui pauper & afflictus est, gloriatio, est religio Dei. Non est quòd pauper justus ignominiâ afficiatur, nec quòd dives iniquus honoretur. Magnatem, principem ac judicem honora: at non est major eo qui reverentem Deum honorat. Servo cordato liberi ministrabunt: & vir prudens, cùm eruditur, non fremet. Ne torpescas in opere tuo peragendo, & tempore miseriæ tuæ ne glorieris. Præstantior est vir qui operatur & abundat divitiis, quàm is qui gloriatur & annonæ penuriâ laborat. Fili mi, pietate honorem concilia animæ tuæ, & *tali* imbue illam sapore, qualis expedit ei. Fili mi, eum qui se condemnat, quis justificet? aut quis honoret eum qui seipsum dehonestat?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 17 * يكب الرب منبر المسرفين * وينصب المتواضعين بدلهم * * استاصل الرب اصل المستكبرين *
18 وعسل ذكرهم عن جديد الارض * اكبهم واهلكهم * ودمر عليهم * واباد نسلهم من
19 20 بين الناس * لان الاشراف والكبرياء لم يقسما للناس * وتكبر النفس لاولاد المراة * الزرع
21 22 الكريم انما كرامته خشية الله * لان النسل الكريم هو حافظ الوصية * فاما الزرع المفتخر اذا ما
23 زرعه الرجل فهو النسل الزهم الذي لا يحفظ السنة ولا ما امرها * اكبر الاخوة عليهم *
25 26 ومن انما الرب هو اكرم منه * الغريب المحتاج الحزين انما مدحه خشية الله * لا ينبغي
27 ان يهان المسكين اذا كان معدما * ولا تكرم غنيا فاسقا * الكرامة تحق للكبير
28 والوالي والحاكم * ولا كرامة تفوق كرامة من يتقي الله * العبد الحكيم يخدمونه الاحرار
29 ولا يحقد ذو النعمة اذا وبخ * لا تكسل عن فعلك اذا ما اكرمك فعلك * ولا يمنعك الحياء
30 اذا كنت محتاجا عما ينفعك * لانه خير لك ان تعمل وتكسب الخبز اخير من ان تابى
31 32 من العمل وانت محتاج * اكرم نفسك في الغربة * وكن عاقلا رزينا كما ينبغي * يا بني من
يرفع اسمه بنفسه * ومن يكرم من لا خير فيه اهان نفسه *

Subvertit Dominus sedem fastuosorum, humilésque pro iis erigit. Exstirpavit Dominus radicem superborum, & memoriam eorum è solo terræ delevit. Subvertit eos, & perdidit eos, & invasit illos, Et semen eorum abolevit ab hominibus. Fastus enim ac superbia non fuerunt hominibus divisa, nec animi pertinacia filiis mulieris. Nobilis seminis decus est timor Dei, quia nobilis prosapia custodit mandatum: at verò semen superbum, cùm quis illud seminat est prosapia fœtida, quæ nec legem nec quæ in ea præcipiuntur, custodit. Major natu inter fratres, præstat illis; sed qui Dominum timet, honorabilior est ipso. Peregrini egentis ac mœsti laus est timor Dei. Non est æquum despici pauperem cùm fuerit inops, néve impendas honorem diviti scelerato. Debetur quidem honor magnati, præfecto, ac judici: at nullus est honor qui superet honorem timentis Deum. Servo sapienti ministrabunt liberi: & qui moderatus est, non succenset cùm admonetur. Non sis ignavus in opere tuo, cùm opus tuum est honorem tibi conciliaturum: nec impediat te pudor, cùm fueris egenus, ab bis quæ tibi prosunt. Nam consultius est tibi operari te ac panem lucrari, consultius inquam quàm opus dedignari & esse inopem. Honora teipsum in peregrinatione, & esto prudens & gravis, ut decet. Fili mi, qui se extollit, idem despicitur: & qui honorat eum in quo non est gratitudo, seipsum parvipendit.

Versio VULG. LAT.

33 Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est
34 homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quantò magìs in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

CAP. XI.

1 SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio ma-
2 gnatorum consedere illum faciet. Non laudes virum in spe-
3 cie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in vola-
4 tilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In
vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa,
5 & absconsa, & invisa opera illius. Multi tyranni sederunt
6 in throno, & insuspicabilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus
7 alterorum. Priusquàm interroges, ne vituperes quenquam:
8 & cùm interrogaveris, corripe justé. Priusquàm audias, ne respondeas verbum: & in medio sermonum ne ad-
9 jicias loqui. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: &
10 in judicio peccantium ne consistas. Fili, ne in multis sint actus tui: & si dives fueris, non eris immunis à delicto: si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies,
11 si præcucurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tantò magis non abundabit.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

33 † Πτωχὸς δοξάζεται δι᾽ ἐπιστήμην αὐτοῦ, † καὶ πλούσιος δοξάζεται
34 διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. † Ὁ (μ) δὲ δοξαζόμενος ἐν πτωχείᾳ, καὶ ἐν πλούτῳ ποσαχῶς; † καὶ ὁ ἄδοξος ἐν πλούτῳ, καὶ ἐν πτωχείᾳ ποσαχῶς;

MS. A. (μ) δεδοξασμένος

ΚΕΦ. ια΄.

1 † ΣΟφία ταπεινοῦ (α) ἀνυψώσει κεφαλὴν, † καὶ ἐν μέσῳ μεγιστά-
2 νων (β) καθίσει αὐτόν. † Μὴ (*) αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ,
3 † καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. † Μικρὰ ἐν πετεινοῖς
4 μέλισσα, † καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. † Ἐν περιβολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ, † καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου, † ὅτι θαυμαστὰ τὰ ἔργα κυρίου, † καὶ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ (γ) ἐν
5 ἀνθρώποις. † Πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπὶ ἐδάφους, † ὁ δὲ ἀνυ-
6 πονόητος ἐφόρεσε διάδημα. † Πολλοὶ δυνάσται ἠτιμάσθησαν σφό-
7 δρα, † καὶ ἔνδοξοι παρεδόθησαν εἰς χεῖρας ἑτέρων. † (δ) Πρὶν ἐξε-
8 τάσῃς μὴ μέμψῃ· † νόησον πρῶτον καὶ τότε ἐπιτίμα. † (ε) Πρὶν ἢ ἀκοῦσαι μὴ ἀποκρίνου, † καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρεμβάλλου.
9 † Περὶ πράγματος οὗ οὐκ ἔστι (ζ) σοι χρεία, μὴ ἔριζε, † καὶ ἐν κρίσει
10 ἁμαρτωλῶν μὴ συνέδρευε. † Τέκνον, μὴ περὶ πολλὰ ἔστωσαν αἱ πράξεις σου. † ἐὰν πληθύνῃς, οὐκ (η) ἀθωωθήσῃ· † καὶ ἐὰν διώ-
11 κῃς, οὐ μὴ καταλάβῃς, † καὶ οὐ μὴ ἐκφύγῃς διαδράς. † Ἔστι κοπιῶν καὶ πονῶν καὶ σπεύδων, † καὶ (θ) τόσῳ μᾶλλον ὑστερεῖται.

MS. A. (α) ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, (β) καθίσει (*) αἰνέσῃς (γ) ἀνθρώποις. (δ) Πρὶν ἢ (ε) Πρὶν ἀκοῦσαι (ζ) σοι, μὴ ἔριζε, (η) ἀθωωθήσῃ· (θ) πόσῳ

Pauper honorificatur per scientiam suam: & dives honorificatur propter substantiam suam. 33
Qui autem glorificatur in paupertate; quantò magìs in substantia? & (μ) qui est inglorius in substantia; quanto magìs in paupertate? 34

CAP. XI.

SApientia humiliati exaltavit caput, & in medio magnatorum consedere illum faciet. 1
Non laudes virum in specie sua: neque spernas hominem in visu suo. 2 *Brevis in volatilibus apis:* 3
& principium dulcorum, fructus ejus. In circumjectione vestimentorum ne glorieris: nec in 4
die honoris extollaris. Quoniam mirabilia opera Domini, & absconsa opera illius in hominibus.
Multi tyranni sederunt in (a) solo: & insuspicabilis portavit diadema. 5 *Multi potentes ex-* 6
honorati sunt valde: & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquàm interroges; ne 7
vituperes: intellige primùm, & tunc corripe. Priusquàm audias; ne respondeas: & in medio sermonum ne interloquaris. De re, quâ tibi 8
opus non est, ne certaveris: & in judicio peccantium ne consideas. Fili, ne circa multa sint 9
actus tui. Si enim multiplicaveris; non eris 10
immunis à delicto. Et si secutus fueris; non apprehendes: & non effugies; si præcucurreris.
Est laborans, & dolens, & festinans: & tantò 11
magìs ipsi deest.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

33 ܐܝܬ ܡܣܟܢܐ ܕܡܬܝܩܪ ܡܛܠ ܚܟܡܬܗ. ܘܐܝܬ ܥܬܝܪܐ ܕܡܬܝܩܪ ܡܛܠ ܥܘܬܪܗ. *
34 ܕܡܬܝܩܪ ܒܡܣܟܢܘܬܗ. ܒܥܘܬܪܗ ܟܡܐ. ܘܕܨܥܝܪ ܒܡܣܟܢܘܬܗ ܒܥܘܬܪܗ ܟܡܐ. *

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܐ *

1 * ܚܟܡܬܗ ܕܡܣܟܢܐ ܬܪܝܡ ܪܫܗ. ܘܒܝܢܝ ܫܠܝܛܢܐ ܬܘܬܒܝܘܗܝ. * ܠܐ ܬܫܒܘܚ
2 ܓܒܪܐ ܕܫܦܝܪ ܒܚܙܘܗ. ܘܠܐ ܬܫܛܐ ܠܓܒܪܐ ܕܣܢܐ ܒܚܙܘܗ. * ܡܛܠ
3 ܕܫܝܛܐ ܗܝ ܒܦܪܚܬܐ ܕܒܘܪܝܬܐ. ܘܪܝܫ ܚܠܝܘܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܥܠܠܬܐ ܐܒܗ. * ܒܡܐܢ
4 ܕܚܠܝܩܢ ܠܐ ܬܒܙܚ. ܘܠܐ ܬܫܘܛ ܒܓܒܪܐ ܕܡܪܝܪܢ ܢܦܫܗ. ܡܛܠ ܕܦܪܝܫܢ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܘܟܣܝܢ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܒܕܘܗܝ. * ܣܓܝܐܐ
5 ܫܝܛܐ ܕܝܬܒܘ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܣܠܩܘ ܥܠ ܠܒܐ. ܠܒܫܘ ܡܐܢܐ ܕܐܝܩܪܐ. * ܡܠܟܐ ܣܓܝܐܐ ܐܬܡܣܟܢܘ ܐܟܚܕܐ. ܘܡܝܩܪܐ ܕܐܬܫܩܠ ܐܝܩܪܗܘܢ ܡܢܗܘܢ. *
6 ܥܕܠܐ ܬܒܩܐ ܠܐ ܬܫܬܘܬܦ. ܒܩܝ ܘܚܦܛ ܘܗܝܕܝܢ ܣܝܡ ܫܬܐܣܬܐ. *
7 ܥܕܠܐ ܬܫܡܥ ܠܐ ܬܦܢܐ ܦܬܓܡܐ. ܘܒܝܬ ܡܡܠܠܐ ܠܐ ܬܡܠܠ. * ܐܢ ܐܝܬ ܠܟ ܚܝܠܐ
8 ܠܐ ܬܬܚܪܐ. ܘܒܝܬ ܥܘܠܐ ܠܐ ܬܣܓܐ ܥܘܫܩܟ. * ܒܪܝ. ܕܠܡܐ ܢܣܓܘܢ ܒܝܫܬܟ. ܕܪܗܛ ܓܝܪ
9 ܠܡܣܓܝܘ ܠܐ ܢܙܟܐ. * ܒܪܝ. ܐܢ ܠܐ ܬܪܗܛ ܠܐ ܬܕܪܟ. ܘܐܢ ܠܐ ܬܒܥܐ ܠܐ ܬܫܟܚ. * ܐܝܬ
10 ܕܪܗܛ ܘܠܐܐ ܘܡܫܬܪܗܒ. ܘܗܘ ܡܬܟܠܐ ܒܟܠܗܘܢ.
11

Est pauper qui propter sapientiam suam honore afficitur, est etiam dives qui honore afficitur ob divitias suas. 33 Qui honoratur in paupertate, quantò magìs in divitiis? & qui turpis est in paupertate sua, quantò magìs in divitiis suis? 34

CAP. XI.

SApientia pauperis exaltabit caput ejus, & 1
inter principes collocabit eum. Ne laudes 2
hominem pulchrum aspectu, neque vituperes hominem aspectu fœdum. Abjecta est 3
enim inter volucres apis; attamen præcipua inter omnes proventus jucunditas, est fructus
ejus. Pannis indutum ne derideas, & homi- 4
nem cujus amaræ sunt fauces, ne aspernare: abstracta sunt enim Dei mysteria, & abscon-
dita ab hominibus opera ejus. Multi de- 5
specti, qui super solio regni sederunt: & qui nemini in mentem veniebant, gloriæ
vestes induerunt. Multi reges, qui ignominiâ 6
simul affecti sunt: & honesti, qui ex honore
suo detracti sunt. Priusquàm experiaris, ne 7
communices: explora priùs, ac tum prima
jace fundamenta. Priusquàm audiveris, ne 8
responsum reddas: & medias inter narra-
tiones, ne loquaris. Etiamsi polleas viribus, 9
ne contendas: & in medio iniquitatis ne
multiplices oppressionem tuam. Fili mi, ne 10
fortè multiplicetur malum tuum: qui enim currit ad eam multiplicandam, non erit im-
punis. Fili mi, nisi curras, haud assequêris;
& nisi quæras, haud invenies. Est qui cur- 11
rat, satagat, ac laboret, qui tamen in omnibus retardetur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

33 وفي الناس هو مسكين ويكرم لكثرة عقله وحكمته * ومن الناس من هو غني ويكرم لكثرة *
34 ماله * الذي يكرم وهو فقير كم بالحري إذ هو غني * ومن كان ارعنا وهو لا يملك فكم احرى
إذ هو غني *

* الفصل الحادي عشر *

1
2 * حكمة المسكين تشرفه * وتجعله من جلساء السلاطين * لا تمدح من كان جميلا بحسنه *
3 ولا تزدري رجلا قبيح المنظر * لأن النحل أحقر من جميع الطيور * وثمرها أطيب من جميع
4 الغلات * لا تسخر بلباس خلق * ولا تهين من لجأ إليك * لأن أسرار الله تعالى خفية مبينة *
5 وأعماله مكتومة عن الناس * كثير من الأنذال جلسوا عن يمين الملك * والذي لم يخطر على
6 بال لبس لباس الكرامة * وملوك كثيرة هينوا وذلوا * وكثير من المكرمين زالت عنهم كرامتهم *
7
8 * لا تشارك حتى تجرب * افحص وفتش جيدا ثم أصلح الأساس * لا ترد الجواب قبل أن تسمع
9 ولا تقطع حديث غيرك فتنطق * إن كنت قويا فلا تتاخر لإمكان قوتك * ولا تكثر
10 الظلم والإثم * يا بني أطعني لئلا يكثر شرك * لأن من سعى في كثرة الشر والسوء
11 لا يفلت * يا بني إن لم تحرص لم تنل * وإن لم تطلب لم تجد * وفي الناس من
يتعب ويكل وينصب * ويكون في جميع أعماله نصب *

Præterea inter homines reperitur pau- 33
per qui propter abundantiam prudentiæ & sapientiæ suæ honoratur: reperitur etiam inter homines dives qui propter opum suarum copiam honoratur. Qui 34
dum pauper est, honoratur, quantò magìs si dives esset? & qui stultus est dum nil possidet, quantò magìs si dives esset?

CAP. XI.

SApientia pauperis nobilitabit eum, 1
efficiétque illum ex considentibus cum potentibus. Ne laudes eum qui formo- 2
sus est in pulchritudine sua, néve contemnas hominem vultu deformem. Apes 3
enim vilissimæ sunt omnium volucrum, earum tamen fructus est omnium proventuum jucundissimus. Ne illudas 4
vestem laceram, néve despexeris eum qui ad te confugerit: quoniam secreta Dei excelsi occulta sunt ac separata, & actiones ejus hominibus latentes.
Multi ex ignobilibus sederunt ad dexte- 5
ram regis: & qui in mentem nulli venerat, indutus est vestibus honoris.
Item reges multi despecti fuerunt atque 6
contempti, & à multis honestis proprius honor abscessit. Sodalitatem ne con- 7
trahas, donec tentaveris: inquire & exactè pervestiga, ac tum extrue fundamentum. Responsum ne reddas ante- 8
quam audias, nec alterius sermonem loquendo interpelles. Si fueris potens, 9
noli propter potentiam virium tuarum contendere, & ne multiplices oppressionem & iniquitatem O fili mi, obedi mihi, 10
ne multiplicetur malum tuum: quoniam qui in multitudine scelerum & criminum incedit, non effugiet. Fili mi, nisi satagas haud consequeris: & nisi quæras, haud invenies. Est autem inter homines 11
qui laboret, defatigetur, ac fatigetur, & sit in cunctis operibus suis defessus.

Verſio VULG. LAT.

12 Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens vir-
13 tute, & abundans paupertate: Et oculus Dei reſpexit illum
in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltavit ca-
put ej⁹: et mirati ſunt in illo multi, & honoraverunt Deum.
14 Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo
15 ſunt. Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum.
16 Dilectio, & viæ bonorum apud ipſum. Error & tenebræ
peccatoribus concreata ſunt: qui autem exultant in malis,
17 conſeneſcunt in malo. Datio Dei permanet juſtis, & pro-
18 fectus illius ſucceſſus habebit in æternum. Eſt qui locuple-
19 tatur parcè agendo, & hæc eſt pars mercedis illius. In eo
quod dicit; Inveni requiem mihi, & nunc manducabo de bo-
20 nis meis ſolus: Et neſcit quòd tempus præteriet, & mors
21 appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur. Sta in
teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandato-
22 rum tuorum veteraſce. Ne manſeris in operibus peccato-
23 rum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile eſt
24 enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem. Benedictio
Dei in mercedem juſti feſtinat, & in hora veloci proceſſus il-
25 lius fructificat. Ne dicas; Quid eſt mihi opus, & quæ erunt
26 mihi ex hoc bona? Ne dicas; Sufficiens mihi ſum: & quid
27 ex hoc peſſimabor? In die bonorum ne immemor ſis ma-
28 lorum: & in die malorũ ne immemor ſis bonorum: Quoniam
facile eſt coram Deo in die obitûs retribuere unicuique ſe-
29 cundùm vias ſuas. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ
30 magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Ante
mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filiis
ſuis agnoſcitur vir.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

12 † Ἔστι νωθρὸς (ι) καὶ προσδεόμενος ἀντιλήψεως, † ὑστερῶν ἰσχύϊ
13 καὶ πτωχείᾳ περισσεύει, † Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπέβλεψαν αὐτῷ
εἰς ἀγαθά, † καὶ ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ, † καὶ
ἀνύψωσε κεφαλὴν αὐτοῦ· † καὶ ἀπεθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ πολλοί.
14 † Ἀγαθὰ καὶ κακά, ζωὴ καὶ θάνατος, † πτωχεία καὶ πλοῦτος παρὰ
17 κυρίου ἐστί. † Δόσις κυρίου παραμένει εὐσεβέσι, † καὶ ἡ εὐδοκία αὐ-
18 τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα εὐοδωθήσεται. † Ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ
19 σφιγγίας αὐτοῦ, † καὶ αὕτη ἡ μερὶς τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. † Ἐν τῷ εἰπεῖν
αὐτόν, Εὗρον ἀνάπαυσιν, † καὶ νῦν (κ) φάγομαι ἐκ τῶν ἀγαθῶν μου,
20 † Καὶ οὐκ οἶδεν τίς καιρὸς παρελεύσεται, † καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις,
21 καὶ ἀποθανεῖται. † Στῆθι ἐν διαθήκῃ σου καὶ ὁμίλει ἐν αὐτῇ, † καὶ ἐν
22 τῷ ἔργῳ σου παλαιώθητι. † Μὴ θαύμαζε ἐν ἔργοις ἁμαρτωλοῦ,
23 † πίστευε (λ) τῷ κυρίῳ, καὶ ἔμμενε τῷ πόνῳ σου· † Ὅτι κοῦφον ἐν
24 ὀφθαλμοῖς κυρίου διὰ τάχους † ἐξάπινα (ʹʹ) πλουτίσαι πένητα. † Εὐ-
λογία κυρίου (μ) ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, † καὶ ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναθάλλει
25 εὐλογίαν αὐτοῦ. † Μὴ εἴπῃς, Τίς ἐστί μου χρεία; † καὶ τίνα ἀπὸ τοῦ
26 νῦν ἔσται μου τὰ ἀγαθά; † Μὴ εἴπῃς, Αὐτάρκη μοί ἐστι, † καὶ τί
27 ἀπὸ τοῦ νῦν κακωθήσομαι; † Ἐν ἡμέρᾳ (ν) ἀγαθῶν ἀμνησία κα-
28 κῶν, † καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν οὐ μνησθήσεται ἀγαθῶν. † Ὅτι κοῦφον
(ξ) ἔναντι κυρίου ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς † ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς
29 ὁδοὺς αὐτοῦ. † Κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς, † καὶ
30 ἐν συντελείᾳ ἀνθρώπου ἀποκάλυψις ἔργων αὐτοῦ. † Πρὸ τελευτῆς μὴ
μακάριζε μηδένα, † καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ (ο) γνωσθήσεται ἀνήρ.

MS.A. (ι) προσδεόμενος (κ) φάγομαι (λ) ἐν κυρίῳ, (ʹʹ) πλουτῆσαι (μ) ἐμμέσῳ (ν) ἀγαθῇ (ξ) ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου (ο) γνωσθήσεται. Μὴ

Cum Tranſlatione LATINA.

Eſt marcidus, & egens recuperatione, deficiens 12
virtute, et (b) abundat paupertate: Et oculi 13
Domini reſpexerunt illum in bona, et erexit eum
ab humilitate ipſius, & exaltavit caput ejus:
et mirati ſunt in illo (c) multi. Bona et mala, 14
vita et mors, paupertas et honeſtas à (d) Domino
ſunt. Datio Domini permanet piis: et benepla- 17
citum ejus bonos ſucceſſus habebit in æternum. —
Eſt, qui locupletatur, attentè, et parcè agendo: 18
et hæc eſt pars mercedis illius. In eo, quod dicit; 19
Inveni requiem, et nunc manducabo de bonis
(e) meis; Et neſcit, quod tempus pertranſiet, 20
et relinquet ea aliis, et morietur. Sta in teſta- 21
mento tuo: et in illo colloquere: et in opere tuo
veteraſce. Ne mireris in operibus peccatoris: 22
confide in Domino, et mane in labore tuo.
Facile eſt enim in oculis Domini, velociter 23
ſubitò honeſtare pauperem. Benedictio Domini in 24
mercede pii: et in hora veloci exoriri facit
benedictionem ſuam. Ne dicas; Quid eſt mihi 25
(f) opus? et quæ erunt mihi ex hoc nunc bona? Ne
dicas; Sufficientia mihi ſunt, et quid ex hoc 26
nunc peſſimabor? In die bonorum, oblivio malo- 27
rum, et in die malorum non erit memoria bo-
norum. Quoniam facile eſt coram Domino in 28
die obitûs retribuere homini ſecundùm vias e-
jus. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ: 29
et in fine hominis, denudatio operum illius. Ante 30
mortem ne beatifices quenquam: et in filiis ſuis
agnoſcetur vir.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]

Eſt qui laboret ac fatigetur, defectúque 12
corporis, & omnium rerum penuriâ laboret,
paupertate verò abundet; erga quem ſermo
Domini ſit beneficus, & à pulvere ac cinere
liberet eum: Caput ejus erigat attollátque, 13
& multi demirentur illum. Bonum & ma- 14
lum, vita & mors, dives & pauper paria ſunt
coram Domino. Sapientia, & temperantia, ac 15
legis peritia à Domino eſt: charitas & viæ
bonorum operum ab eodem ſunt. Error ac 16
tenebræ peccatoribus creatæ ſunt: & cum
his qui in malitia nutriuntur, malitia cum
iiſdem conſeneſcit. Donum Domini cultori- 17
bus ejus perſeverat, & placitum ejus in
æternum manebit. Eſt qui ex paupertate ſua 18
diteſcat: eſt etiam quem propriæ divitiæ
non comitentur. Qui cùm ait, Inveni mihi 19
requiem, en inpoſterùm comedam de facul-
tatibus meis; & ignorat quis futurus ſit exi-
tus ejus: nam aliis relinquet eas, & morie-
tur. Fili mi, perſiſte in via tua, eíque in- 20
nitere, & in exercitiis ejus progredere &
conſeneſce. Ne mireris facta ſceleſti, ſed Do- 21
minum expecta, & in ejus lumine perſevera.
Promptum eſt enim apud Dominum pau- 22
perem brevi ditare. In fundo diei reperies 28
bonum, & finis hominis manebit ſuper
ipſum. Antequam aliquem experiaris, ne 29
laudaveris eum: in ſuo enim fine lauda-
tur homo. Non eſt quòd quemvis homi- 30
nem introducas in ædes tuas; quoniam inſi-
diæ doloſi multæ ſunt.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 * وذلك الانسان يكون حريصا خبيثا * وهو ضعيف الجسم مضطر شديد الحاجة. قول الرب
13 يحسن اليه * وينفض عنه التراب والرماد * يرفع راسه ويسروه حتى يتعجب منه الناس *
14 15 * الخير والشر * والحيوة والموت * والغناء والفقر * يبذلهما الله تعالى للناس سريعا * اخذ الحكمة
16 والعفاف * وعلم السنة من قبل الرب * الود وسبيل الاعمال الصالحة من لدنه * الظلالة
17 والظلام حظ الخطاة * الذين يلبثون في الشر تكثر معهم * عطية الرب تدوم لاتقياه *
18 وتدوم مسرته فيهم الى الابد * في الناس من هو غني في مسكنته لعقله وحسن تدبيره *
19 وفي الناس من لا ينتفع بماله لبخله وسوء تدبيره * وحين يقول قد احببت الراحة * فابتدا الان
20 فانعم بخيراتي * ولا يعلم ما اخر مصيره * وانه يموت ويخلفها لغيره * يا بني قم على طريقك *
21 واثبت عليها واعتصم بها ما حييت * ولا يعجبك اعمال الاثم * بل ارجوا الرب ودم على
22 28 وده * لان الرب قادر ان يغني الفقير سريعا * ان كنت تقيا اصبت لنفسك خيرا * ومصيرك
29 30 لما قدمت * لا تمدح رجلا قبل ان تجربه * لان مدحة المرء في اخر امره * لا تدخل منزلك
فاجرا * لان حيل المكر كثيرة *

Prætereà ejuſmodi homo ſit ambitioſus, 12
improbus, idémque corpore imbecillus,
neceſſitate & ſummâ paupertate labo-
rans; cui tamen ſermo Domini benefa-
ciat, excutiátque ab eo pulverem ac ci-
nerem, Caput ejus attollat, adeóque no- 13
bilitet eum, ut homines mirentur eum.
Bonum & malum, mortē ac vitam, divi- 14
tias ac paupertatem Deus excelſus citò
dat hominibus. Acquiſitio ſapientiæ, tem- 15
perantiæ, ac ſcientiæ legis à Domino eſt:
dilectio, & via operum bonorum ab ipſo
ſunt. Error, & caligo ſors peccatorũ: cum 16
perſeverantibus in malo ea multiplica-
buntur. Donum Domini permanet apud 17
pios ejus, & conſtans eſt in ipſis volun-
tas ejuſdem in æternũ. Inter homines re- 18
peritur qui dives eſt in paupertate ſua,
ob ſuam ipſius prudentiã rectamque vi-
vendi rationē: reperitur etiam inter ho- 19
mines qui nullum percipit emolumentũ è
ſuis opibus, ob avaritiam ſuam & im-
probam vivendi rationem: Et cùm di-
cit, Jam dilexi requiem, incipiam modò
frui bonis meis, neſcit quid tandem de eo
futurũ ſit, cumque moriturũ, atque aliis 20
ea relicturum. O fili mi, ſta viæ tuæ, in
ea perſevera, eiq; adhære quandiu vixe-
ris: Nec admirationem tibi moveant ope- 21
ra iniqua; ſed Dominum ſpera, & in ejus
amore perſevera. Poteſt enim Dominus 22
pauperem quàm citiſſimè ditare. Si fue-
ris pius, obtinebis animæ tuæ bonum: 28
votum tuum in rebus quas aggredieris.
Ne laudes quenquam priuſquàm tenta- 29
veris eum; quia laus viri in postremis
ejus actis conſiſtit. Ne introducas do- 30
mum tuam ſceleroſum; quoniam ...
doli multæ ſunt.

Versio VULG. LAT.

31 Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ
32 enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eructant præcordia
fœtentium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut ca-
prea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut pro-
spector videns casum proximi sui. Bona enim in mala
33 convertens insidiatur, & in electis imponet maculam. A
34 scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur san-
35 guis: homo verò peccator sanguini insidiatur. Attende
tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat su-
36 per te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alie-
nigenam, & subvertet te in turbine, & abalienabit te à tuis
propriis.

CAP. XII.

1 Si benè feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis
2 tuis multa. Benè fac justo, & invenies retributionem ma-
3 gnam: & si non ab ipso, certè à Domino: Non est enim
ei benè qui assiduus est in malis, & eleëmosynas non dan-
ti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & mi-
4 sertus est pœnitentibus. Da misericordi, & ne suscipias
peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam,
5 custodiens eos in diem vindictæ. Da bono, & non rece-
6 peris peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio:
7 prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit: Nam
duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcunque fece-
ris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & im-
8 piis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus,
9 & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimi-
ci illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

31 †Μὴ πάντα ἄνθρωπον εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, †πολλὰ γὰρ τὰ ἔνεδρα
32 τοῦ δολίου. †Πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ, †οὕτως καρδία ὑπερη-
33 φάνου, †καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβλέπει πτῶσιν. †Τὰ γὰρ ἀγαθὰ
εἰς κακὰ μεταστρέφων ἐνεδρεύει, †καὶ ἐν τοῖς (ϖ) αἱρετοῖς ἐπιθήσει μῶ-
34 μον. †Ἀπὸ σπινθῆρος πυρὸς πληθύνεται ἀνθρακιά, †καὶ ἄνθρω-
35 πος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει. †Πρόσεχε ἀπὸ κακούργου,
36 πονηρὰ γὰρ τεκταίνει, †μήποτε μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι. †Ἐνοί-
κισον ἀλλότριον, καὶ διαστρέψει σε ἐν ταραχαῖς, †καὶ ἀπαλλοτριώσει
σε τῶν ἰδίων σου. MS.A. (ϖ) * ἑτέροις

ΚΕΦ. ιβ´.

1 †Ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς, †καὶ ἔσται χάρις τοῖς ἀγα-
2 θοῖς σου. †Εὐποίησον εὐσεβεῖ, καὶ εὑρήσεις (α) ἀνταπόδομα, †καὶ εἰ
3 μὴ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ (β) ὑψίστου. †Οὐκ (γ) ἔστιν ἀγαθὰ τῷ
ἐνδελεχίζοντι εἰς κακά, †καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ.
4 †Δὸς τῷ εὐσεβεῖ, καὶ μὴ (δ) ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. †Εὐποίη-
6 σον (ε) τῷ ταπεινῷ, καὶ μὴ δῷς ἀσεβεῖ. †ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους
7 αὐτοῦ, καὶ μὴ δῷς αὐτῷ, †ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σε δυναστεύσῃ· †Δι-
πλάσια γὰρ κακὰ (ζ) εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς οἷς (η) ἂν ποιήσῃς
αὐτῷ. †ὅτι καὶ ὁ ὕψιστος ἐμίσησεν ἁμαρτωλούς, †καὶ τοῖς ἀσεβέσιν
odit Dominus: & non est amabile timentibus
eum. Ipse ab initio fecit hominem, & reliquit il- 14
lum in manu consilii sui. Si volueris; (f) conser- 16
vabis mandata, & fidem facere beneplaciti. Ap- 17
posuit tibi ignem, & aquam: ad quodcunque vo-
lueris, extendes manum tuam. In conspectu ho- 18
minum vita & mors: & quodcunque placuerit,
dabitur ei. Quoniam multa sapientia Domini: 19
fortis ipse in potentia, & videns omnia.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܗ * ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ ܢܥܒܕ ܗܟܢܐ. ܘܕܝܠܦ ܢܡܘܣܐ 1
ܢܗܠܟ ܒܗ. * ܘܬܩܒܠܝܘܗܝ ܐܝܟ ܐܡܐ. ܘܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܕܛܠܝܘܬܐ ܬܬܩܪܒܝܘܗܝ. 2
* ܘܬܘܟܠܝܘܗܝ ܠܚܡܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܡܝܐ ܕܣܘܟܠܬܢܘܬܐ ܬܫܩܝܘܗܝ. * ܘܢܣܬܡܟ 3 4
ܒܗ ܘܠܐ ܢܦܠ. ܘܢܬܬܟܠ ܥܠܝܗ ܘܠܐ ܢܒܗܬ. * ܘܬܪܝܡܝܘܗܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ 5
ܚܒܪܘܗܝ. ܘܒܓܘ ܟܢܘܫܬܐ ܬܦܬܚ ܦܘܡܗ. * ܚܕܘܬܐ ܘܪܘܙܐ ܬܡܠܝܘܗܝ. ܘܫܡܐ 6
ܕܥܠܡܐ ܬܐܪܬܝܘܗܝ. * ܠܐ ܢܗܠܟܘܢ ܒܗ ܚܛܝܐ. ܘܐܢܫܐ ܥܘܠܐ ܠܐ ܢܚܙܘܢܗ. * ܪܚܝܩܐ 7 8
ܗܝ ܡܢ ܡܪܘܕܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܒܝܫܬܐ ܠܐ ܢܕܪܟܘܢܗ. * ܠܐ ܗܘܬ ܫܦܝܪܐ ܒܦܘܡܐ ܕܥܘܠܐ. ܡܛܠ 9
ܕܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܝܗܝܒܐ. * ܒܦܘܡܐ ܕܚܟܝܡܐ ܬܬܐܡܪ ܬܫܒܘܚܬܐ. 10
ܘܕܫܠܝܛ ܒܗ ܢܠܦܝܗ. * ܠܐ ܬܐܡܪ ܕܡܛܠ ܐܠܗܐ ܚܛܝܬ ܘܣܟܠܬ. ܡܛܠ ܕܡܕܡ 11
ܕܣܢܐ ܠܐ ܥܒܕ. * ܘܠܐ ܬܐܡܪ ܕܗܘ ܐܛܥܝܢܝ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܠܗ ܨܒܘ ܒܓܒܪܐ ܚܛܝܐ. 12
* ܟܠ ܒܝܫܬܐ ܘܡܪܚܘܬܐ ܣܢܐ. ܘܠܐ ܢܬܠ ܐܢܝܢ ܠܪܚܡܘܗܝ. * ܗܘ ܡܢ ܒܪܫܝܬ ܒܪܐ 13 14
ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܒܐܝܕ ܨܒܝܢܗܘܢ. ܐܢ ܬܨܒܐ ܬܛܪ ܦܘܩܕܢܘܗܝ. ܘܐܢ ܬܗܝܡܢ ܒܗ
ܐܦ ܐܢܬ ܬܚܐ. * ܫܒܝܩܝܢ ܩܕܡܝܟ ܢܘܪܐ ܘܡܝܐ. ܠܐܝܢܐ ܕܨܒܐ ܐܢܬ. ܐܘܫܛ ܐܝܕܟ. 15
* ܝܗܝܒܝܢ ܓܝܪ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܚܝܐ ܘܡܘܬܐ. * ܕܢܓܒܘܢ ܚܝܐ. ܘܢܫܒܩܘܢ ܡܘܬܐ. 16 17
* ܡܛܠ ܕܚܝܠܬܢܝܬܐ ܗܝ ܚܟܡܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܚܝܕ ܚܝܠܘܬܐ ܗܘ. 18

CAP. XV.

Qui Deum reveretur, sic faciet: & qui 1
legem didicit, ambulabit in illa *sapientia*:
Quæ ut mater excipiet eum, & tanquam u- 2
xor adolescentiæ appropinquabit ad eum.
Cibabit eum pane sapientiæ, & aquam pru- 3
dentiæ dabit ei bibendam. Huic innixus 4
non labetur, & hâc fretus non erubescet.
Evehet autem illum super omnes socios ejus, 5
& in media concione os ejus aperiet. Gau- 6
dio & exultatione replebit illum, & nomi-
nis æterni compotem faciet. Non ambula- 7
bunt in hac peccatores, & homines iniqui
non sunt eam visuri. Procul abest à proter- 8
vis, & qui loquuntur malum, non assequen-
tur eam. Non est decora in ore scelestorum: 9
non enim à Deo data est eis. Ore sapientum 10
pronuntiabitur laus, & qui potestatem habet
in eam, addiscet illam. Ne dicas, Impulsu 11
Dei deliqui & peccavi: quia rem turpem
nunquam commisit. Ne dicas, Ipse me fe- 12
cit impingere: non enim oblectatur homine
sceleroso. Omne malum & impudentiam 13
odit, nec dabit hæc dilectis suis. Ipse ab ini- 14
tio creavit homines, & commisit eos pro-
prio ipsorum arbitrio. Si volueris, ejus man-
data servabis: & si credideris ei, tu quoque
vives. Relicta sunt ob oculos tuos ignis & 15
aqua, ad utrum volueris manum tuam porri-
ge. Data est enim hominibus vita & mors, 16
Ut eligant vitam, mortem relinquant. Po- 17
tentissima est enim Dei sapientia, ipséque 18
præpollet viribus:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

1 * الفصل الخامس عشر * من اتقى الله يفعل هذا * ومن يعلم السنة يسير بها *
2 3 * وتقبله قبول الوالدة * وتدنيه دنو الحدثة * وتطعمه طعام الحكمة * وتسقيه ماء الفهم * ويستند
4 5 عليها ولا يسقط * ويثق بها ولا يخزى * وتفضله على جميع اصحابه * وتفتح فاه في المجالس *
6 7 * وتملأه من الفرح والطرب * وتوليه بين الناس ذكرا صالحا لا ينقطع * والخطاة لا يسلكونها * ولا
8 9 يعاينها الفساق * ولا يودونها * بعيدة من المردة * ولا يدركها فاعلو الشر * لا تجمل على افواه
10 الفجار * لانهم لم يخولوها من قبل الرب * بافواه العقلاء ينطق المجد * ومن كان قادما عليها
11 12 يعلمها * لا تقول اذا اصبت * الله قضى علي هذا * لانه لم يأت من قبله امر منكر * اياك ان
13 تقول هو وضع بين يدي عثرة لاعثر بها * لانه لا يحب الشر * ويبغض الفجور والاثم * لا
14 يدع اولياءه يتعاطونها * والرب خلق الناس من قديم الدهر * وسلطهم على اهوائهم * ان
15 شئت حفظت وصاياه * وان امنت به حييت وسعدت * وقد وضع بين يديك النار والماء *
16 17 مد يدك وتناول ايهما شئت * قد اورث الناس الحياة والموت * ليختاروا الحياة * ويرذلوا الموت *
18 * لان حكمة الله عزيزة قوية * وهو جليل منيع جبار *

CAP. XV.

Qui Deum timet, faciet hæc: & cog- 1
nitionẽ legis adeptus ambulabit in illa.
Excipiétque eum ut excipere solet geni- 2
trix, & more puellæ accedet ad ipsum.
Cibum sapientiæ edendum præbebit illi, 3
& aquam prudentiæ bibendam. Innite- 4
tur ei, nec cadet: & tutus erit in illa, nec
pudore afficietur. Omnibus sociis ejus 5
præferet illum, & os ejus aperiet in con-
ciliis. Gaudio ac lætitiâ replebit eum, 6
& inter homines conciliabit illi optimã
memoriam nunquam interituram. Pecca- 7
tores autem non ambulant in ea, nec vi-
dent eam scelerosi, nec amant illam. Di- 8
sita est à rebellibus, & scelerum patrato-
res haud assequuntur eam. Non est spe- 9
ciosa ex oribus facinorosorum, quia non
possident eam à Domino. Ex ore pruden- 10
tum pronuntianda est laus, & qui genero-
sus fuerit ad eam capessendam, *edisceet*
illam. Ne dicas, cùm adversitatem pa- 11
teris, Hoc mihi Deus præscripserat: neq;
enim proficiscitur ab eo res ardua. Cave 12
ne dixeris, Ipse objecit mihi offendiculũ
cui impingerem: non enim diligit malũ;
Imò odit scelus & iniquitatem, nec ami- 13
cos suos iis affici permittit: Et verò Do- 14
minus creavit homines ab initio seculi,
eisque potestatem dedit in suas ipsorum
voluntates. Si velis, mandata ejus serva-
bis: & si credas illi, vives et prosperè eris.
Posuitq; ante te ignem & aquã: extende 15
manũ tuam, & cape utrum volueris. Vi- 16
tam & mortẽ ostendit hominibus, Ut eli- 17
gant vitã, mortẽ aspernentur. Sapientia 18
enim Dei potens est ac valida, ipséque glo-
riosissimus, potentissimus, ac fortissimus.

Versio VULG. LAT.

20 Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem
21 operam hominis. Nemini mandavit impiè agere, & ne-
22 mini dedit spatium peccandi: Non enim concupiscit multi-
tudinem filiorum infidelium & inutilium.

CAP. XVI.

1 NE jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur: nec ob-
2 lecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. Non cre-
3 das vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum. Melior
4 est enim unus timens Deum, quàm mille filii impii. Et utile
5 est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. Ab uno
sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur.
6 Multa talia vidit oculus meus, et fortiora horũ audivit au-
7 ris mea. In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gen-
8 te incredibili exardescet ira. Non exoraverunt pro pecca-
tis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ
9 virtuti: Et non pepercit peregrinationi Lot, & execra-
10 tus est eos præ superbia verbi illorum. Non misertus est
illis, gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis
11 suis. Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati
sunt in duritia cordis sui: & si unus fuisset cervicatus, mi-
12 rum, si fuisset immunis. Misericordia enim & ira est cum
13 illo. Potens exoratio, & effundens iram: Secundùm mi-
sericordiam suam, sic correptio illius hominem secundùm
opera sua judicat.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

20 † Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, † καὶ αὐτὸς
21 ἐπιγνώσεται πᾶν ἔργον (η) ἀνθρώπου. † Καὶ οὐκ ἐνετείλατο οὐδενὶ
ἀσεβεῖν, † καὶ οὐκ (θ) ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν.

MS.A. (η) αὐτοῦ. Οὐκ ἐνετείλατο (θ) ἔδωσεν

ΚΕΦ. ιϛ'.

1 † ΜΗ' ἐπιθύμει τέκνων πλῆθος (α) ἀχρήστων, † μηδὲ εὐφραίνου ἐπὶ
υἱοῖς ἀσεβέσιν. † Ἐὰν πληθύνωσιν, μὴ εὐφραίνου ἐπ' αὐτοῖς, † εἰ
2 μή ἐστι φόβος κυρίου μετ' αὐτῶν. † Μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν,
3 † καὶ μὴ ἔπεχε ἐπὶ (β) τὸν τόπον αὐτῶν. † Κρείσσων γὰρ εἷς ἢ χίλιοι,
4 † Καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ. † Ἀπὸ γὰρ ἑνὸς
5 συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις, † φυλὴ δὲ ἀνόμων ἐρημωθήσεται.
6 † Πολλὰ τοιαῦτα ἑώρακα ἐν ὀφθαλμοῖς μου, † καὶ ἰσχυρότερα τούτων
7 ἀκήκοεν τὸ οὖς (γ) μου. † Ἐν συναγωγῇ ἁμαρτωλῶν ἐκκαυθήσεται
8 πῦρ, † καὶ ἐν ἔθνει ἀπειθεῖ ἐξεκαύθη ὀργή. † Οὐκ (δ) ἐξιλάσατο
9 περὶ τῶν ἀρχαίων γιγάντων, † οἳ ἀπέστησαν τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν. † Οὐκ
ἐφείσατο περὶ τῆς παροικίας Λὼτ, οὓς ἐβδελύξατο διὰ τὴν ὑπερηφανίαν
10 αὐτῶν. † Οὐκ ἠλέησεν ἔθνος ἀπωλείας, † τοὺς ἐξηρμένους ἐν ἁ-
11 μαρτίαις αὐτῶν. † Καὶ οὕτως ἑξακοσίας χιλιάδας πεζῶν † τοὺς
ἐπισυναχθέντας ἐν σκληροκαρδίᾳ αὐτῶν. † Κἂν ᾖ εἷς σκληροτρά-
12 χηλος, † θαυμαστὸν τοῦτο εἰ (ε) ἀθωωθήσεται, † Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ
13 παρ' (ζ) αὐτοῦ· † δυνάστης ἐξιλασμῶν, καὶ ἐκχέων ὀργήν. † Κατὰ
τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, (η) οὕτως καὶ πολὺς ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ· † ἄν-
δρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ (θ) κρίνει.

MS.A. (α) ἄχρηστον, μηδὲ (β) τὸ πλῆθος (γ) * σου. (δ) ἐξίλατο (ε) ἀθωωθήσεται, (ζ) αὐτῷ· * δυνάστων (η) οὕτω (θ) * κτίνει.

Cum Translatione LATINA.

Et oculi ejus ad timentes eum: & ipse agnoscet 20
omnem operam hominis. Et nemini mandavit 21
impiè agere, & nemini dedit licentiam peccandi.

CAP. XVI.

NON concupiscas multitudinem filiorũ inu- 1
tiliũ, neq; jocunderis in filiis impiis. Si mul-ti-
plicentur; ne oblecteris super ipsos; si non est ti-
mor Domini *cum illis. Non credas vitæ illorũ:* 2
& ne (a) respexeris in locum illorum. Melior 3
est enim (b) unus quàm mille: Et mori sine fili- 4
is, quàm habere filios impios. Ab uno enim sensa- 5
to cohabitabitur civitas: tribus autem impiorũ
desolabitur. Multa talia (c) vidi in oculis meis: 6
& fortiora his audivit auris mea. In synagoga 7
peccantium exardebit ignis: & in gente incredi-
bili exarsit ira. Non est propitiatus pro antiquis 8
gigantibus; qui rebellaverunt fortitudine suâ.
Non pepercit pro incolatu Lot iis, quos execra- 9
tus est pro superbia illorum. Non misertus est 10
genti perditionis, iis qui se elevaverant in pec-
catis suis: Et (d) sic sexcentis millibus pedi- 11
tum, qui congregati insurrexerunt in duritia cor-
dis sui. Et, si unus fuerit cervicosus; mirum
hoc, si erit immunis. Misericordia enim & ira 12
ab illo: princeps propitiationum, & effundens
iram. Secundùm multam misericordiam ejus, 13
sic & multa correptio ejus: hominem secundùm
opera ejus judicat.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 20 * ܘܟܠܡܕܡ. ܥܝܢܘܗܝ ܒܨܝܢ. ܘܝܕܥ. ܟܠܗܝܢ ܡܚܫܒܬܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. * ܠܐ ܦܩܕ
ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܚܛܘܢ. ܘܠܐ ܐܡܪ ܠܒܢܝ ܒܣܪܐ ܕܢܥܘܠܘܢ. ܘܠܐ ܡܪܚܡ ܥܠ ܥܒܕܝ
ܫܘܩܪܐ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܝܘ *
1 * ܠܐ ܬܬܪܓܪܓ ܠܣܘܓܐܐ ܕܒܢܝܐ ܣܟܠܐ. ܘܠܐ ܬܚܕܐ ܒܟܠ ܒܢܝܐ ܕܥܘܠܐ. ܐܦܢ ܣܓܝܘ ܠܐ ܬܚܕܐ
2 ܒܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. * ܠܐ ܬܬܟܠ ܥܠ ܚܝܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܬܗܝܡܢ
3 ܕܗܘܝܐ ܒܗܘܢ ܚܪܬܐ ܛܒܬܐ. * ܡܛܠ ܕܛܒ ܗܘ ܚܕ ܕܥܒܕ ܨܒܝܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܡܢ ܐܠܦܐ. * ܘܗܘ
4 5 ܕܡܐܬ ܕܠܐ ܒܢܝܐ. ܡܢ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܢܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܥܘܠܐ. * ܡܢ ܚܕ ܓܝܪ ܕܕܚܠ
6 ܠܐܠܗܐ. ܬܬܡܠܐ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܢ ܣܘܓܐܐ ܕܒܢܝ ܥܘܠܐ ܬܬܚܪܒ. * ܕܣܓܝܐܢ
7 ܡܢ ܗܠܝܢ ܚܙܬ ܥܝܢܝ. ܘܕܥܫܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬ ܐܕܢܝ. * ܒܟܢܘܫܬܐ ܕܥܘܠܐ
8 ܢܘܪܐ ܝܩܕܐ. ܘܒܥܡܐ ܕܡܪܝܕ. ܫܠܛ ܪܘܓܙܐ. * ܠܐ ܫܒܩ ܠܡܠܟܐ ܩܕܡܝܐ. ܕܡܠܘ
9 ܠܥܠܡܐ ܒܓܢܒܪܘܬܗܘܢ. * ܘܠܐ ܚܣ ܥܠ ܥܡܘܪܐ ܕܩܪܝܬܗ ܕܠܘܛ. ܕܒܫܘܒܗܪܗܘܢ ܥܒܕܝܢ
10 ܗܘܘ ܥܘܠܗܘܢ. * ܘܠܐ ܪܚܡ ܥܠ ܥܡܐ ܚܪܡܐ. ܐܠܐ ܦܣܩ ܥܠܝܗܘܢ ܕܢܐܒܕܘܢ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ.
11 * ܒܗܘ ܙܒܢܐ. ܫܬܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܓܒܪܝܢ ܐܬܥܠܩܘ ܡܛܠ ܪܛܢܗܘܢ. ܐܦ ܚܕ ܐܢ ܢܩܫܐ
12 13 ܩܕܠܗ. ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ ܐܢ ܢܙܕܟܐ. * ܡܛܠ ܕܪܚܡܐ ܘܪܘܓܙܐ ܥܡܗ. *ܘܣܓܝ ܫܒܩ ܘܡܬܒܥ ܐܦ
ܚܛܗܐ. ܐܝܟ ܕܣܓܝܐܝܢ ܪܚܡܘܗܝ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܬܒܥ ܚܛܗܐ. ܘܠܐܢܫ ܐܢܫ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ ܕܐܢ ܠܗ.

Res omnes oculi ejus rimantur, & cunctas 19
hominum cogitationes cognoscit. Non præ- 20
cepit hominibus ut peccarent, neque dixit
filiis carnis ut impiè agerent: neq; enim mi-
seretur facinorosorũ. CAP. XVI.
NE optes copiam liberorum nefariorum, 1
nec læteris de ullis liberis facinorosis.
Etiamsi multiplicentur, ne delecteris eis; eo
quòd non sint in timore Dei. Ne fidas vitæ 2
eorum, neque credas bonum fore finem illo-
rum. Melior est enim unus voluntatem *Dei* 3
faciens, quàm mille *hujuscemodi*: Et is qui 4
moritur sine liberis, quàm ille qui habet mul-
tos liberos impios. Ab uno enim Deum ti- 5
mente replebitur tota civitas; ex abundan-
tia autem filiorum iniquorũ destruetur. His 6
plura vidit oculus meus, & his majora au-
divit auris mea. In cœtum iniquorum suc- 7
cenditur ignis, & in populum contumacem
ira dominatur. Haud ignovit priscis regibus, 8
qui mundum suâ potentiâ repleverant. Nec 9
pepercit incolis civitatis Lot, qui ob luxum 10
suum scelera patrabant. Neque misertus est
gentis maledictæ, imò sententiã tulit in eos
ut perirent propter peccata sua. Eo tempo- 11
re sexcenta millia peditũ impediti fuerunt
propter murmurationẽ suã: imò unus, si cer-
vicem suam obduret, mirum est si talis im-
punis evadat. Nam misericordia & ira a- 12
pud eum sunt. Et sæpiùs parcit, ac etiã pec- 13
cata ulciscitur. Prout plurimæ sunt miserati-
tiones ejus, ita etiam scelera ulciscitur, & u-
unumquenque pro factis suis judicat.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 20 * وجميع الأشياء ظاهرة بين يديه * ومطّلع على جميع سرائر الناس وفكرهم * لم يأمر الناس
بالخطيئة * ولم يأذن لذي لحم بها * ولم يرحم عمّال الزور *
* الفصل السادس عشر *
1 * ولا يشتاق إلى كثرة أولاد الخطاة * ولا يفرح ببنين الأثمة * وإن كثروا فإنه لا يفرح بهم * لأنهم
2 ليسوا معتصمين بتقوى الله * لا تتكل على حياتهم * ولا تصدق أنه تكون لهم عاقبة صالحة *
3 4 * لأن واحدًا مرضيًا خير من ألف فاجر * ومن مات ولم يخلف وارثًا * خير ممن يخلف أولادًا
5 كثيرين فجّارًا * لأن من ولد واحد يتقي الله ويعمل بمرضاته * تمتلئ جميع القرية * والخراب من
6 عدد الفجّار * لقد رأت عيناي أكثر مما وصفت لك * وسمعت أذناي أكثر مما أقول لك *
7 8 * في مجمع الأثمة تلتهب النار * وفي الشعب المسخط يشتعل السخط * لم يعفُ الله عن الملوك
10 الأولين الذين ارتكبوا النفاق باختيارهم * * ولم يمهل للشعب الحاقد * وصرم عليهم الهلاك
11 بخطاياهم * في ذلك الزمان ستمائة ألف رجل بادوا في حال تذمرهم * وواحد إذا إن قسا قلبه
12 13 ولم يطع * فالعجب من هذا إن غلب * لأن الغضب والرحمة معه * ويكثر الغفران * ويديم
من الخطايا * فكما أن رحمته كثيرة * كذلك عقوبته موجعة * ويجزي كل رجل بعمله *

Et res omnes apertæ sunt corã eo, cuncta- 19
que hominum secreta & cogitationes in-
tuetur. Non præcepit hominibus peccatũ, 20
nec illud agendi *licentiam dedit carne*
præditis, imò non miseretur operantium
falsitatem.

CAP. XVI.

NEc optat multitudinem filiorum sce- 1
lestorum, nec oblectatur filiis iniquorum;
& licet crescant numero, non tamen ob-
lectatur eis, quòd religionem Dei minimè
teneant. Eorum vitæ ne confidas, néve 2
credas bonum iis finem futurum. Unus 3
enim Deo *gratus melior est mille scelera-*
tis. Et qui moritur nullo hærede relicto, 4
melior est eo qui multos relinquit filios sce-
leratos. Nam ab uno filio Deum reveren- 5
te ejusque placitum exequente implebi-
tur tota civitas, destructio verò è copia
scelestorum est. Viderunt oculi mei plura 6
quàm quæ narravi tibi, & aures meæ
plura his quæ tibi dico, audierunt. In im- 7
piorum congregationem accendetur ignis,
& in populum irritantem exardescet fu-
ror. Non pepercit Deus primis illis regi- 8
bus, qui impietatem propriâ voluntate
commiserant: Neque patientiâ est opus in 10
pervicacis odii populum, sed eos in pec-
catis suis pereundi sententiâ damnavit.
Eo tempore sexcenta millia virorum suæ 11
murmurationis causâ perierunt; igitur si
unus cor suum obduràrit nec obedierit,
mirũ sanè est si hujusmodi homo *vivat.*
Ita enim & clementia penes eum sunt, 12
Multiplicat veniã, et ulciscitur peccata: 13
et quẽadmodũ multa est ejus clementia, ita
animadversio dolore plena: cæterùm u-
nicuiq; homini propriæ reddet actiones.

Versio VULG. LAT.

14 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit suffe-
15 rentia misericordiam facientis. Omnis misericordia faci-
et locum unicuique secundùm meritum operum suorum, &
16 secundùm intellectum peregrinationis ipsius. Non dicas;
A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur?
17 In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea
18 in tam immensa creatura? Ecce cœlum, & cœli cœlorum,
abyssus, & universa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu
19 illius commovebuntur, Montes simul, & colles, & funda-
menta terræ: cùm conspexerit illa Deus, tremore concuti-
20 entur. Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor
21 intelligitur ab illo: Et vias illius quis intelligit, & procel-
22 lam, quam nec oculus videbit hominis? Nam plurima il-
li⁹ opera sunt in absconsis: sed opera justitiæ ejus quis enun-
tiabit? aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum à
quibusdam, & interrogatio omnium in consummatione est.
23 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens &
24 errans, cogitat stulta. Audi me, fili, & disce disciplinam
25 sensûs, & in verbis meis attende in corde tuo, Et dicam in
æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam: &
in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spi-
ritûs virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio, &
26 in veritate enuntio scientiam ejus. In judicio Dei opera
ejus ab initio, & ab institutione ipsorum distinxit partes il-
27 lorum, & initia eorum in gentibus suis. Ornavit in æter-
num opera illorum, nec esurierunt, nec laboraverunt, &
28 non destiterunt ab operibus suis. Unusquisque proximum
suum non angustiabit usque in æternum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 †Οὐκ ἐκφεύξεται ἐν (ι)ἁρπάσμασιν ἁμαρτωλὸς, †καὶ οὐ μὴ καθυστε-
15 ρήσει (ι)ὑπομονὴν εὐσεβοῦς. † Πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον,
16 † ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει. † Μὴ εἴπῃς, Ὅτι (κ) ἀπὸ
17 κυρίου κρυβήσομαι, (λ)μὴ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται; † Ἐν λαῷ
πλείονι οὐ μὴ (μ) μνησθῶ, † τίς γὰρ ἡ ψυχή μου ἐν ἀμετρήτῳ κτίσει;
18 † Ἰδοὺ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ (ν) οὐρανοῦ τοῦ θεοῦ, † ἄβυσ-
19 σος καὶ γῆ σαλευθήσονται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ. † Ἅμα τὰ ὄρη καὶ
τὰ θεμέλια τῆς γῆς †ἐν τῷ ἐπιβλέψαι εἰς αὐτὰ, τρόμῳ (ξ) συσσεί-
20
21 ονται. † Καὶ ἐπ' αὐτοῖς οὐ διανοηθήσεται καρδία· † Καὶ τὰς
ὁδοὺς αὐτοῦ τίς ἐνθυμηθήσεται; † καὶ καταιγὶς, ἣν οὐκ ὄψεται
22 ἄνθρωπος, † Τὰ δὲ πλείονα τῶν ἔργων (ο) αὐτοῦ ἐν ἀποκρύ-
φοις. † Ἔργα δικαιοσύνης τίς ἀναγγελεῖ, † ἢ τίς (π) ὑπομενεῖ;
23 μακρὰν γὰρ ἡ διαθήκη. † (ρ) Ἐλαττούμενος καρδίᾳ διανοεῖ-
ται ταῦτα, † καὶ ἀνὴρ ἄφρων καὶ πλανώμενος διανοεῖται μωρά.
24 † Ἄκουσόν μου τέκνον, καὶ μάθε ἐπιστήμην, † καὶ ἐπὶ τῶν λόγων μου
25 πρόσεχε τῇ καρδίᾳ σου. † (σ) Ἐκφαίνω ἐν σταθμῷ παιδείαν, † καὶ
26 ἐν ἀκριβείᾳ (ς) ἀπαγγέλλω ἐπιστήμην. † Ἐν κρίσει κυρίου τὰ ἔργα
αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, † καὶ ἀπὸ ποιήσεως αὐτῶν διέστειλε μερίδας αὐ-
27 τῶν. † Ἐκόσμησεν εἰς (τ) αἰῶνα τὰ ἔργα αὐτοῦ, † καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν
εἰς γενεὰς αὐτῶν. † Οὔτε ἐπείνασαν, οὔτε ἐκοπίασαν, † καὶ οὐκ ἐξέλιπον
28 ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτῶν. † Ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ οὐκ (υ) ἔθλιψεν,

MS. A. (ι) ἁρπάγματι (ι) ὑπομονὴ (κ) παρὰ (λ) καὶ ἐξ (μ) γνωσθῶ, (ν) οὐρανοῦ, ἄβυσσος καὶ γῆ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ σαλευθήσονται. (ξ) συσσείονται. (ο) αὐτῶν (π) ὑπομενεῖ; (ρ) Ἐλαττούμενος (σ) Ἐκφανῶ (ς) ἀπαγγελῶ (τ) τὸν αἰῶνα (υ) ἐξέθλιψεν,

Non effugiet in (ι) rapinis peccator: & (ι) non fraudabit sufferentiam pii. Omni misericordiæ 14 15
(κ) faciet locū: unusquisque secundùm opera sua
(λ) inveniet. Ne dicas; Quia à Domino abscōdar: 16
nunquid ex summo quis mei memorabitur? In 17
populo magno (μ) non ero in memoria: quæ est enim
anima mea in immensa creatura? Ecce cœlum, et 18
cœlum cœli, (ν) Dei, abyssus, & (λ) terra, commo-
vebuntur in visitatione ejus. Montes simul, & 19
fundamenta terræ, cùm conspexerit illa, tremore
concutiuntur. Et super ipsis non cogitabit cor: 20
Et vias ejus quis intelliget? Et procella, quam 21
non videbit homo, Plurima autem operum ejus 22
in absconsis. Opera justitiæ quis annuntiabit, aut
quis sustinebit? Longè enim est (π) testamentum.
Qui minoratur corde, cogitat hæc: & vir impru- 23
dens & errans cogitat stulta. Audi, fili mi, & 24
disce scientiam: & in verbis meis attende cor-
de tuo. Ostendo in pondere disciplinam, & in ve- 25
ritate annuntio (ς) scientiam. In judicio Do- 26
mini opera ejus ab initio: & ab effectione ipso-
rum distinxit partes eorum. Ornavit in æter- 27
num opera sua, (ο) & principia eorum in gene-
rationes eorum. Nec esurierunt, nec laborave-
runt: & non destiterunt ab operibus suis.
Unusquisque proximum suum non angustia- 28
vit:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 *ܠܐ ܢܫܒܘܩ ܥܒ̈ܕܝ ܥܘܠܐ ܘܛܠܘܡ̈ܐ. ܘܠܐ ܢܦܣܘܩ ܣܒܪܗܘܢ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܠܥܠܡ. * ܠܟܠ
15 ܥܒܕ ܙܕܝܩܘܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܓܪܐ. ܘܟܠܢܫ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ ܡܫܟܚ ܩܕܡܘܗܝ.
ܡܪܝܐ ܐܩܫܝ ܠܒܗ ܕܦܪܥܘܢ ܕܠܐ ܢܕܥܝܘܗܝ. ܕܢܬܓܠܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܘܪ̈ܚܡܘܗܝ
16 ܡܬܚܙܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܗ. ܘܢܘܗܪܗ ܘܚܫܘܟܗ ܦܠܓ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ. * ܠܐ ܬܐܡܪ ܕܡܢ
17 ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܬܛܫܐ. ܘܒܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ ܡܢܘ ܢܬܕܟܪܢܝ. * ܘܒܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܠܐ ܐܬܝܕܥ.
18 ܐܘ ܡܢܐܝܬܝ ܢܦܫܝ ܒܝܢܝ ܪ̈ܘܚܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ. * ܗܐ ܫܡܝܐ ܘܫܡܝ̈ ܫܡܝܐ
19 ܘܬܗܘܡܐ ܘܐܪܥܐ. ܡܢ ܚܙܬܗ ܕܥܠܝܗܘܢ ܩܝܡܝܢ. * ܥܩܪ̈ܐ ܕܛܘܪ̈ܐ ܘܫܬܐܤ̈ܝ ܬܐܒܝܠ.
20 ܟܕ ܡܚܘܐ ܠܗܘܢ. ܪܬܝܬܝܢ. * ܐܦ ܐܢܐ ܠܐ ܐܣܝܡ ܥܠ ܠܒܝ. ܘܐܘܪܚܬܝ ܡܢܘ
21 ܢܣܬܟܠ. * ܐܢ ܐܚܛܐ ܠܐ ܚܙܝܐ ܠܝ ܥܝܢܐ. ܘܐܢ ܐܕܓܠ ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܡܛܫܐ. ܡܢܘ ܝܕܥ.
23 * ܚܣܝܪ̈ܝ ܠܒܐ ܐܡܪܝܢ ܗܠܝܢ. ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܡܬܪܥܐ ܗܠܝܢ. * ܫܡܥܘܢܝ ܘܩܒܠܘ
24
25 ܡܪܕܘܬܝ. ܘܠܟܠ ܡܠܝ ܣܝܡܘ ܠܒܟܘܢ. * ܐܡܪ ܒܡܬܩܠܐ ܡ̈ܠܝ. ܘܡܪܕܘܬܝ ܒܚܟܡܬܐ
26 ܡܘܕܥ ܐܢܐ. * ܟܕ ܒܪܐ ܐܠܗܐ ܥܒܕܘܗܝ ܡܢ ܩܕܡ. ܥܡ ܒܪܝܬܗܘܢ ܦܠܓ
27 ܢܡܘܣܝܗܘܢ. * ܘܝܗܒ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܬܫܡܫܬܗܘܢ. ܘܫܘܠܡܗܘܢ ܠܟܠ ܕܪ̈ܐ ܕܥܠܡܐ. ܠܐ
28 ܟܦܢܝܢ ܘܠܐ ܨܗܝܢ. ܘܠܐ ܠܐܝܢ ܘܠܐ ܡܫܬܪܝܢ ܡܢ ܚܝܠܗܘܢ. * ܘܐܢܫ ܠܚܒܪܗ ܠܐ ܣܢܐ.

Facinorosos & oppressores non dimittet, & 14
spes justorum non desinet in æternum. Omni
justitiam agenti est præmium, & unusquisq;
secundùm opera sua ante se reperiet. Domi- 15
nus induravit cor Pharaonis ne eum agno-
sceret, ut facta ipsius patescerent sub cœlo.
Miserationes ejus videntur ab omnibus crea-
turis ipsius, & lucem ac tenebras suas inter
homines distribuit. Ne dicas, A conspectu 16
Domini abscondar, & in sublimitate cœli
quis memor erit mei? Et inter populum co- 17
piosum haud innotescam: aut, quantula est
anima mea inter spiritus omnium hominum?
Ecce cœlum, cœlique cœlorum, abyssus, ac 18
terra, per ejus super ipsa aspectum subsistunt.
Radices montium, & orbis fundamenta, cùm 19
se præbet eis videndum, contremiscunt. Ne- 20
que ego ponam super cor meum; *(h. e. cu-
rabo;)* vias enim meas quis percipiat? Si 21
peccavero, non videbit me oculus; & si
decipiam in quovis loco abdito, quis sciet?
Excordes talia dicunt, & sceleratus homo ta- 23
lia cogitat. Audite me, & amplectimini 24
doctrinam meam, & cunctis sermonibus me-
is animum adjicite. Dicam cum pondere 25
sermones meos, & doctrinam meam cum sa-
pientia declarabo. Cùm Deus opera sua 26
creâsset ab antiquo, unà cum ipsorum creatio-
ne partitus est leges eorum, Et dedit ad fi- 27
nem usque officia eorum, & finem ipsorum
in mundi generationes: non esuriunt, neque
sitiunt, neque laborant, neque fatigantur, nec
viribus suis deficiuntur: Odio se invicèm 28
haud prosequuntur,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14
15 * لا يتجاوز عن عمال الزور والعاصيين * ولا ينقطع عمل الابرار ابدا * من بذل الصدقة
وعمل البر فله اجر عظيم * وكل امرء من الناس يجزا بما قدم لنفسه * الرب امهل لفرعون *
ولذلك قسا قلبه ولم يعرفه * ليظهر اياته واعماله تحت اديم السماء * رحمته وسعت كل شي *
16 ووسعت جميع الخلايق * والنور والظلمة قسمها لجميع خلقه * ولا تقول اني اتوارى عن
17 الرب * ومن يذكرني في علو السماء * ولا استبين في كثرة الشعب ولا اعرف * او ما خطر
18 نفسي بين ارواح جميع الناس * اعلم ان السماء وسماء السماء * والقمر والارض تبيد ظاهرة
19 امامه * اصول الجبال واساس البلاد * اذ ظهر عليها تزلزلت * يقول الجاهل انا لا يخطر
20
21 على بالي شي من هذا * او من ذا الذي ينفذ طرقي * ان انا اذنبت لا تراني عين * وان
23 انا كذبت في موضع خفي من يعلم ذلك * ناقصو الراي يراوون هذا * والاثمة يفكرون به *
24
25 * اسمعوا مني واقبلوا موعظتي * وافرد قلبك لجميع قولي وكلامي وازنا * واظهر علمي بالادب
26 والحكمة * اذ خلق الله خلايقه في البدي * مع خلقهم قسم سهامهم * وثبت ذلك الى
27 الانتهي * وسلطانهم في جميع احقاب الدنيا * والروحانيون لا يجوعون * ولا يعطشون *
28 ولا يستكصون * ولا يتعبون * ولا تضعف جبروتهم * ولا يبغض بعضهم بعضا *

Operantes falsitatem ac rebelles non 14
præteribit, nec opus justorum cessabit un-
quam. Qui eleemosynam erogârit, & ju- 15
stitiam exercuerit, summam consequetur
mercedem: singuli enim homines præmiū
consequentur juxta id quod animæ suæ
præmiserint. Dominus patienter egit cum
Pharaone, ac propterea cor ejus obdura-
tum est, nec agnovit illum; quatenus pro-
digia & præclara facinora sua sub cœli
superficie manifestaret. Misericordia ejus
complectitur omnia, omnesq; complectitur
creaturas; & lucem ac tenebras inter o-
mnes creaturas suas distribuit. Et ne di- 16
xeris, Latebo Dominum, ecquis recorda-
bitur mei celsitudine cœli? Et inter po- 17
puli frequentiam nec spectabor nec agno-
scar, aut quænā est animæ meæ ratio in-
ter spiritus omnium hominum? Scias cœ- 18
lum, & cœlum cœlorum, lunam ac terram
palàm coram ipso perituræ. Radices mon- 19
tiū, & regionū fundamenta, cùm se præ-
buerit eis, contremiscunt. Stultus inquit, 20
Equidē nil horū curo, ecquis est qui vias
meas penetret? Si deliquero, non videbit 21
me oculus; & si mentitus fuero in loco ab-
dito, quis id sciet? Rationis expertes ta- 23
lia comminiscuntur, & scelerati hæc co-
gitant. Audite me, & hortationem meā 24
suscipite, & cor tuum sequestra, omnia
dicta verbáque mea perpendens; Meam- 25
que doctrinam eruditè sapientérque pa-
tefaciā. Cùm Deus creaturas suas initio 26
condidisset, statim iis creatis distribuit
jura singularum; Idque ad finem usque 27
stabilivit, et dominium illarum in omnes
mundi ætates: etenim spirituales non
esuriunt, neque sitiunt, neque turbantur,
neque fatigantur, neque debilitatur ro-
bur earum, Nec aliæ alias oderunt, 28

Versio VULG. LAT.

Non sis incredibilis verbo illius. Post hæc Deus in terram respexit, & implevit illam bonis suis. Anima omnis vitalis denuntiavit ante faciem ipsius, & in ipsam iterùm reversio illorum.

CAP. XVII.

1 DEus creavit de terra hominem, & secundùm imaginem
2 suam fecit illum. Et iterùm convertit illum in ipsam, &
3 secundùm se vestivit illum virtute. Numerum dierum &
tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt
4 super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem,
5 & dominatus est bestiarum & volatilium. Creavit ex ipso adjutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplinâ intelle-
6 ctûs replevit illos. Creavit illis scientiam spiritûs, sensu
7 implevit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magna-
8 lia operum suorum, Ut nomen sanctificationis collaudent; & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrent ope-
9 rum ejus. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hære-
10 ditavit illos. Testamentum æternum constituit cum illis,
11 & justitiam & judicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris ejus vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt
12 aures illorum, & dixit illis; Attendite ab omni iniquo. Et
13 mandavit illis unicuique de proximo suo. Viæ illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius.
14 In unamquamque gentem præposuit rectorem: Et pars
15 Dei, Israël facta est manifesta.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

29 † Καὶ ἕως αἰῶνος οὐκ ἀπειθήσουσι τοῦ ῥήματος αὐτοῦ. † Καὶ
30 μετὰ ταῦτα κύριος (φ) εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψεν, † καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν
31 τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. † Ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς, † καὶ εἰς αὐτὴν ἡ ἀποστροφὴ αὐτῶν.

MS.A. (φ) ἐπὶ

ΚΕΦ. ιζʹ.

1 † Κύριος ἔκτισεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον, † Καὶ πάλιν ἀπέστρεψεν
2 αὐτὸν εἰς αὐτήν. † Ἡμέρας ἀριθμοῦ καὶ καιρὸν ἔδωκεν αὐ-
3 τοῖς, † καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς. † Καθ' ἑαυτοὺς ἐνέδυσεν αὐτοὺς ἰσχὺν, † καὶ κατ' εἰκόνα (α) αὐτοῦ ἐποίησεν
4 αὐτούς. † (β) Καὶ ἔθηκε τὸν φόβον αὐτοῦ ἐπὶ πάσης σαρκὸς, † καὶ
5 κατακυριεύειν θηρίων καὶ πετεινῶν. † Διαβούλιον καὶ γλῶσσαν καὶ
6 ὀφθαλμοὺς, † ὦτα καὶ καρδίαν ἔδωκε διανοεῖσθαι αὐτοῖς. † Ἐπιστήμην συνέσεως ἐνέπλησεν αὐτοὺς, † καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ ὑπέδειξεν αὐτοῖς.
7 † (γ) Ἔθηκε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν, † δεῖ-
8 ξαι αὐτοῖς τὸ μεγαλεῖον τῶν ἔργων αὐτοῦ. † Καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσιν, † ἵνα (δ) διηγῶνται τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ. † Προσέθηκεν
9 αὐτοῖς ἐπιστήμην, † καὶ νόμον ζωῆς ἐκληροδότησεν (ε) αὐτοῖς. † Δια-
10 θήκην αἰῶνος ἔστησε μετ' αὐτῶν, † καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ ὑπέδειξεν
11 αὐτοῖς. † Μεγαλεῖον δόξης εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, † καὶ δόξαν φωνῆς αὐτῶν ἤκουσεν τὸ οὖς αὐτῶν. † Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Προσέχετε
12 ἀπὸ παντὸς ἀδίκου. † Καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς ἑκάστῳ περὶ τοῦ πλη-
13 σίον. † Αἱ ὁδοὶ (ζ) αὐτῶν ἐναντίον αὐτοῦ διαπαντὸς, † οὐ κρυβή-
14 σονται ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν (η) αὐτοῦ. † Ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν
15 ἡγούμενον, † Καὶ μερὶς κυρίου Ἰσραήλ ἐστιν.

MS.A. (α) ἑαυτοῦ (β) Ἔθηκεν (γ) Καὶ ἔθηκεν (δ) διηγῶνται (ε) αὐτούς. Διαθήκην αἰώνιον (ζ) αὐτοῦ (η) αὐτῶν.

Cum Translatione LATINA.

Et usque in æternum non repugnabunt verbo il- 29
lius. Et post hæc Dominus in terram respexit, 30
& implevit eam bonis suis. Anima omnis vi- 31
talis operuit faciem ejus; & in ipsam reversio illorum.

CAP. XVII. 1

DOminus creavit de terra hominē: Et iterùm 2
convertit illū in ipsam. Dies numeri, & tempus 3
dedit illis, & dedit illis potestatē eorū, quæ sunt super eam. Secundùm seipsos vestivit illos virtute, & secundùm imaginem suam fecit eos. Et 4
posuit illius terrorem super omnem carnem, &
dominari bestiarum & volatilium. Consilium, 5
& linguam, & oculos, aures, & cor dedit ad
cogitandum illis. Disciplinā intellectûs im- 6
plevit illos: & bona & mala ostendit eis.
Posuit oculum suum super corda illorum, osten- 7
dere illis magnalia operum suorum. Et nomen 8
sanctificationis laudabunt; ut magnalia enarrent operum ejus. Addidit illis disciplinam, et 9
legem vitæ hæreditavit eos. Testamentum ætær- 10
num constituit cum illis: et judicia sua ostendit
eis. Magnalia honoris viderunt oculi eorum: et 11
honorem vocis (a) eorum audivit auris illorum.
Et dixit illis; Attendite ab omni iniquo. Et 12
mandavit illis, unicuique de proximo. Viæ 13
eorum coram illo sunt semper: Non abscondentur
ab oculis ipsius. Unicuique genti præposuit re- 14
ctorem: Et pars Domini Israel est. 15

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

29 * ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܠܐ ܡܥܒܪܝܢ ܡܠܬܗ. * ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ ܚܪ. ܘܒܪܟܗ
30 ܠܟܠ ܥܠܠܬܗ. * ܢܦܫܬܐ ܕܟܠ ܚܝܐ ܡܠܐ ܐܦܝܗ̇. ܘܟܠܗܘܢ ܒܗ̇ ܟܠܐ ܥܒܕܝܗܘܢ.
31 * ܫܠܡ * ܦܬܓܡܐ *

1 * ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܒܪܝܗܝ ܠܐܕܡ. * ܘܡܬܘܒ ܡܗܦܟ ܠܗ ܠܗ̇. * ܡܢܝܢܐ
2 ܕܝܘܡܬܐ ܦܠܓ ܠܗܘܢ ܕܢܗܘܘܢ ܡܩܝܡܝܢ. ܘܫܠܛܗ ܐܢܘܢ ܒܟܠ ܡܕܡ. * ܒܚܟܡܬܗ
3 ܠܒܫ ܐܢܘܢ ܚܝܠܬܢܘܬܐ. ܘܒܗ ܐܢܘܢ ܕܚܠܬܐ. * ܘܪܡܐ ܕܚܠܬܗܘܢ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ.
4
5 ܥܠ ܚܝܘܬܐ ܘܥܠ ܦܪܚܬܐ. * ܚܟܡܬܐ ܘܡܪܥܝܬܐ ܡܠܐ ܠܒܗܘܢ. ܛܒ ܘܒܝܫ ܐܠܦ
6 ܐܢܘܢ. * ܦܘܡܐ ܠܗܘܢ ܘܥܝܢܐ ܘܐܕܢܐ. ܘܠܒܐ ܠܡܣܬܟܠܘ ܦܠܓ ܠܗܘܢ.
7 * ܠܡܚܘܝܘ ܐܢܘܢ ܓܢܒܪܘܬܐ ܕܥܒܕܘܗܝ. ܕܢܣܬܟܠܘܢ ܓܒܝܬܗ. ܕܢܗܘܘܢ ܡܫܬܥܝܢ
8 ܒܬܒܝܠ ܕܚܠܬܗ. * ܘܫܡܐ ܕܩܘܕܫܗ ܢܗܘܘܢ ܡܫܒܚܝܢ. * ܣܡ ܩܕܡܝܗܘܢ ܦܘܩܕܢܐ.
9
10 ܘܢܡܘܣܐ ܕܚܝܐ ܐܠܦ ܐܢܘܢ. * ܩܝܡܐ ܕܥܠܡܐ ܩܝܡ ܥܡܗܘܢ. ܘܕܝܢܘܗܝ ܐܘܕܥ
11 ܐܢܘܢ. * ܘܫܘܒܚܐ ܕܪܒܘܬܗ ܚܙܘ ܒܥܝܢܝܗܘܢ. ܘܐܝܩܪܐ ܕܡܠܬܗ ܫܡܥܘ ܒܐܕܢܝܗܘܢ.
12
13 * ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܙܕܗܪܘ ܠܐ ܬܛܥܘܢ. ܘܦܩܕ ܐܢܘܢ ܐܢܫ ܥܠ ܚܒܪܗ. * ܐܘܪܚܬܗܘܢ
14
15 ܡܓܠܝܢ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܠܐ ܥܒܪܝܢ ܡܢ ܚܙܘܐ ܕܐܦܘܗܝ. * ܠܟܠ ܥܡܡܐ ܐܩܝܡ ܐܪܟܘܢܐ
ܫܠܝܛܐ. ܘܡܢܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܝܣܪܐܝܠ.

Et in seculum usque verbum ejus præterire 29
non sinunt. Post hæc super terram aspici- 30
ens, benedixit omnibus frugibus ejus:
Omnigenorum viventium animabus imple- 31
vit superficiem ejus, & cuncta ipsorum opera in eam inclusit.

CAP. XVII. 1

DEus è terra creavit hominem, Eumque 2
proculdubiò in eandem rediget. Numerum 3
dierum distribuit eis, quibus manerent, &
dedit eis in omnia potestatem. Suâ sapi- 4
entiâ induit eos robore, & terrore contexit
illos: Injecit enim terrorem eorū in omnem 5
carnem, in animantia & in volucres. Sapi- 6
entiâ & consilio replevit cor eorum, bonum
ac malum edocuit illos: Os, & linguam, 7
oculos, & aures creavit eis, & cor ad intelligendum dispertitus est eis. Ut ostenderet 8
eis virtutes operum suorum, ut selecta
ipsius acta perciperent, ut terrorem ejus
narrarent in orbe, Et sanctissimum no- 9
men ejus celebrarent; Posuit ob oculos 10
eorum statuta, & legem vitæ docuit illos:
Fœdus perpetuum cum ipsis inivit, & judi- 11
cia sua nota fecit ipsis: Majestatis ejus ho- 12
norem viderunt oculis suis, & gloriam sermonis ejus auribus suis audierunt. Dixitque 13
eis, Cavete ne decipiatis: & unicuique
mandata dedit de proximo suo. Viæ ipso- 14
rum sunt illi manifestæ, nec prætereunt aspectum vultûs ejus. Omnibus gentibus im- 15
posuit principes, pars autem Domini est
Israel.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

29 * ولا يتعدون امره الى الابد * ومن بعد هولاء اطلع على الارض * باركها وجميع غلاتها *
30
31 * واسال على وجهها كل ذي حيوة * وخزن فيها جميع اعمالهم *

1 * الفصل السابع عشر * وخلق ادم من تربة الارض * وهو معيده اليها *
2
3 * وقسم للناس اياما معدودة لبقائهم * وسلطهم على جميع الاشياء * البسهم الجبروت بحكمته *
4
5 وزادهم بالخشية والخوف * والقى رعبهم على كل ذي لحم * على الدواب والطيور * ملا قلوبهم
6
7 الحكمة والفهم * وبصرهم الخير والشر * وخلق لهم افواه والسن واعين وايادي وانف
8 واذان * ليفهموا بها ما يظهر لهم من قدرة فعاله * ليفهموا عجايبه * ويصفوا في العالم
9 حسنه * ويسبحوا لاسمه الطاهر * ووضع بين ايديهم عهده * وكلمهم سنة الحياة *
10
11 * واثبت لهم ميثاق العالم * وبصرهم احكامه * وعاينوا مجد كرامته * وسمعوا منطقه
12
13 الكريم * واوعز اليهم وناداهم * ونهاهم عن الخيانة والغدر * واوصاهم برافة بعضهم
14 بعضا * طرقهم علانية ظاهرة بين يديه * ولا يخفى عليه خافية * ولا اثم جميع الولاة *
15 وصير في اسرائيل حصته *

Nec transgrediuntur imperium ejus in 29
æternum. Post has verò conditas, terram 30
intuitus, benedixit ei cunctisque proventibus ejus, Produxitque super ejus super- 31
ficiem omne vitâ præditum, & cuncta eorum exercitia in eadem recondit.

CAP. XVII. 1

PRæterea creavit Adam è limo terræ, 2
Quem ad eandem reducturus est. Et divisit 3
hominibus dies numeratos quibus
manerent, & rebus omnibus præfecit illos: Induit eos fortitudine per sapien- 4
tiam suam, & timorem ac pavorem addidit eis: Injecitque terrorem eorum in 5
omne carneum, in jumenta & volatilia.
Sapientiâ & intellectu replevit corda 6
eorum, & bonum ac malum videre fecit
eos: Et creavit eis ora, linguas, oculos, 7
manus, nares, & aures, quibus perciperent quicquid illis ex operum suorum
potentia declararet: Ut miracula ipsius 8
intelligerent, & timorem ejus in mundo
narrarent, Et nomen ejus purum lauda- 9
rent. Proposuit eis pactum suum, & le- 10
gem vitæ pronuntiavit eis: Statuit eis 11
testamentum sempiternum, & judicia
sua ostendit illis. Et viderunt gloriam 12
majestatis ejus, & augustissimum eloquium ejus audierunt. Et præcepit eis,
& allocutus est eos, Et interdixit illis 13
fraudem ac dolum, & mutuam mandavit eis clementiam. Viæ illorum clarè 14
patent ante ipsum, nec latet eum ullum
secretum, Neque iniquitas omnium prin- 15
cipum. Filios autem Israelis suam fecit
portionem.

Versio VULG. LAT.

16 Et omnia opera illorum velut Sol in conspectu Dei : & oculi ejus sine intermissione inspicientes in viis eorum.
17 Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, &
18 omnes iniquitates eorum in conspectu Dei. Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi
19 pupillam conservabit : Et posteà resurget, & retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum, & con-
20 vertet in interiores partes terræ. Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ, & confirmavit deficientes sustinere, &
21 destinavit illis sortem veritatis. Convertere ad Domi-
22 num, & relinque peccata tua : Precare ante faciem Do-
23 mini, & minue offendicula. Revertere ad Dominum, & avertere ab injustitia tua, & nimis odito execrationem :
24 Et cognosce justitias & judicia Dei, & sta in sorte pro-
25 positionis, & orationis altissimi Dei. In partes vade secu-
26 li sancti, cum vivis & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere.
27 A mortuo quasi nihil, perit confessio. Confiteberis vivens, vivus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriabe-
28 ris in miserationibus illius. Quàm magna misericordia
29 Domini, & propitiatio illius, convertentibus ad se ! Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placue-
30 runt. Quid lucidius Sole ? & hic deficiet. Aut quid nequius quàm quod excogitavit caro & sanguis ? & hoc
31 arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit : & omnes homines terra & cinis.

CAP. XVIII.

1 Qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Deus so-
2 lus justificabitur, & manet invictus rex in æternum. Quis sufficit enarrare opera illius ?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 (θ) Ἅπαντα τὰ ἔργα αὐτῶν ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον αὐτοῦ, † ϗ οἱ
17 ὀφθαλμοὶ (ι) αὐτοῦ ἐνδελεχεῖς ἐπὶ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. † Οὐκ ἐκρύβησαν αἱ ἀδικίαι αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, † ϗ πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν
18 ἔναντι κυρίου. † Ἐλεημοσύνη ἀνδρὸς ὡς σφραγὶς μετ' αὐτοῦ, † ϗ χάριν ἀνθρώπου ὡς κόρην συντηρήσει. † Μετὰ ταῦτα ἐξαναστή-
19 σεται ϗ ἀνταποδώσει αὐτοῖς, † ϗ τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν εἰς κεφαλὴν (κ) αὐτῶν ἀποδώσει. † Πλὴν μετανοοῦσιν ἔδωκεν ἐπάνοδον,
20 † ϗ παρεκάλεσεν ἐκλείποντας ὑπομονήν. † Ἐπίστρεφε ἐπὶ κύριον
21 ϗ ἀπόλειπε ἁμαρτίας, † Δεήθητι κατὰ πρόσωπον ϗ σμίκρυνον πρόσ-
22 κομμα. † Ἐπάναγε ἐπὶ ὕψιστον, ϗ ἀπόστρεφε ἀπὸ ἀδικίας, † ϗ
23 σφόδρα μίσησον βδέλυγμα. † Ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ᾅδου ;
25 26 † Ἀντὶ (λ) ζώντων ϗ ζώντων ϗ διδόντων ἀνθομολόγησιν.
27 † ἀπὸ νεκροῦ ὡς μηδὲ ὄντος ἀπόλλυται ἐξομολόγησις· † Ζῶν ϗ ὑγιὴς αἰνέσει τὸν κύριον. † Ὡς μεγάλη ἡ ἐλεημοσύνη τοῦ κυρίου, † ϗ
28 ἐξιλασμὸς τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐπ' αὐτόν ; † Οὐ γὰρ δύναται πάντα
29 εἶναι ἐν ἀνθρώποις, † ὅτι οὐκ ἀθάνατος (μ) υἱὸς ἀνθρώπου. † Τί φω-
30 τεινότερον ἡλίου ; ϗ τοῦτο ἐκλείπει· † ϗ (ν) πονηρὸς ἐνθυμηθήσεται (ξ) σάρκα ϗ αἷμα. † Δύναμιν ὕψους οὐρανοῦ αὐτὸς ἐπισκέπτεται,
31 ϗ (ξ) οἱ ἄνθρωποι πάντες γῆ ϗ σποδός.

MS. A. (θ) Πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ (ι) αὐτῶν (κ) αὐτοῦ (λ) ζώντων ϗ διδόντων (μ) ὁ υἱὸς (ν) πονηρὸν (ξ) σὰρξ (ξ) ἄνθρωποι

ΚΕΦ. ιη'.

1 † Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ. † κύριος μόνος
2 δικαιωθήσεται. † (α) Οὐθενὶ ἐξεποίησεν ἐξαγγεῖλαι τὰ ἔργα αὐτοῦ.

MS. A. (α) Οὐδενὶ

Omnia opera eorum velut Sol in conspectu ejus : & oculi ejus sine intermissione in vias eorum. Non sunt absconsæ injustitiæ illorum ab eo : & omnia peccata eorum in conspectu Domini. Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso : & gratiam hominis, quasi pupillam conservabit. Posteà resurget, & retribuet illis : & retributionem eorum in caput ipsorum reddet. Veruntamen pœnitentibus dedit reditum, & confirmavit deficientes substinentiâ. Convertere ad Dominum, & relinque peccata : Precare ante faciem, & minue offendiculum. Revertere ad Altissimum, & avertere ab injustitia, & valdè odito execrationem. Altissimo quis laudē dicet in inferno? Pro viventibus, (b) & viventibus, & dantibus vicissim confessionem. A mortuo, tanquam eo qui non est, perit confessio : Vivus, & sanus laudabit Dominum. Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio convertentibus se ad eum ? Non enim omnia possunt esse in hominibus : quoniam non est immortalis filius hominis. Quid lucidius Sole? & hoc deficit : (c) & malus excogitabit carnem, & sanguinem. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit : & omnes homines terra, & cinis.

CAP. XVIII.

Qui vivit in æternum; creavit omnia (a) simul. Dominus solus (b) justificabitur. Nemini potestatem fecit enarrandi opera ipsius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
20 21 [illegible]
23 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
2 [illegible]

Omnes earum actiones ut sol patent ante ipsum, omnesque cogitationes earum apertæ sunt ei. Earundem culpæ non latent eum, sed peccata omniū hominum scripta sunt in conspectu ipsius. Justitia omnium hominum obsignata est, ac penes ipsum reposita : & beneficium omnium hominum tanquam pupilla oculi asservatur in conspectu ipsius. Post hæc autem apparebit, & retribuet eis eorumque scelera in caput ipsorum regeret. Verùm pœnitentibus pœnitentiam concedet, omnesque justis noxios disperdet. Revertimini ad Dominum, & revertemini ab exitio : Retrahite vos à peccando, & ne ad iram concitetis. Quod est enim oblectamentum Deo in his omnibus qui perierunt in mundo, pro iis qui vivunt, ac reddunt illi gratiarum actionem ? Quàm copiosæ sunt miserationes Dei parcentis iis qui revertuntur ad ipsum ! Non enim ita fit inter homines, neque cogitatio ejus similis est cogitationibus filiorum carnis. Sole diem deserente, generantur subinde tenebræ : ejusmodi est homo qui voluntatem suam minimè domat, eò quòd caro sit ac sanguis. Virtutes cœli judicat Deus, etiam filios carnis, qui pulvis cinísque sunt.

CAP. XVIII.

Opera ipsius quis indicare possit ? aut quis enumeret egregia ipsius facinora ? Totus mundus est simul examinandus, solus autem Dominus innocens est.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 17 * جميع اعمالهم ساكنة بين يديه مثل الشمس * ونياتهم طاهرة بين يديه * لا يخفي
18 عليه خافية من ذنوبهم * وخطايا جميع بني البشر محصية عنده * واحسان جميع الناس
مختوم محروم عنده * ومعروف جميع الناس وجزاؤهم مثل لحاظ العيون محفوظ عنده * وفي
19 اليوم الاخير يظهر * ويجازيهم باعمالهم ويعاقب تجارهم بذنوبهم * ويهلك الذين يؤذون
20 21 الصديقين * توبوا الي الله يا جميع معاشر الناس * فيوقيكم من الهلكة * ارجعوا عن
23 سوء اعمالكم * واجتنبوا سخط الرب * لان ماذا ينتفع الرب ممن يهلك نفسه بهواه * بدل
26 الذين هم احياء يمجدون اسمه ويذكرونه * ما اكثر عطف الله ورحمته * المتجاوز عن
27 28 التائبين اليه * ليس في الناس شبه هذا * وفكر يشبه فكر الخالق * كما انه اذا اغربت
29 الشمس من النهار صار مظلما * كذلك الرجل الذي يحمل غضبه * لانه لحم ودم * وان
الله تعالي اجلّ من اجناد السماء * والناس ايضا الذين هم تراب ورماد *
3 * الفصل الثامن عشر * من يقدر ان يظهر اعماله * ومن يحصي
2 كثرة عجائبه * يبلي جميع العالم * ويصير الغلبة لله القهار وحده *

Omnia ipsorum opera manent coram eo solis instar, & conscientiæ illorum ante ipsum patescunt. Nulla eorum crimina vel abditissima latent eum, sed omnium hominum peccata numerata sunt apud ipsum: Et benefactum omnium hominum penes eum obsignatum est cautéque custoditum ; & omnium hominum beneficium atque præmium, ut oculorum pupillæ apud eum asservatur : postremóque die apparebit, & pro suis operibus rependet eis, & in transgressionem eorum pro singulorum culpis animadvertet. Et eos perdet qui nocent justis. Convertimini ad Deum ô omnes hominū cœtus, ut vos servet ab interitu. Recedite ab iniquitate operum vestrorū, et iram Domini effugite. Quod enim percipit Dominus emolumentū ex eo qui animam suam suapte perdit voluntate, pro his qui viventes nomen ejus glorificant, ejusque recordantur? Quàm copiosa est commonitio & misericordia Dei, qui ad ipsum revertentibus dimittit ! Nil tale reperitur inter homines, neque cogitatio similis cogitationi creatoris. Quemadmodū die occidente sole fit tenebrosus, pari modo homo qui suam servat iram, eo quòd caro sit ac sanguis. Deus autem excelsior & clarior est militibus cœli, simul ac hominibus qui pulvis sunt ac cinis.

CAP. XVIII.

Quis patefacere potest facta ipsius & multitudinem mirabilium ejus quis recenseat ? Totus mundus consumetur, & soli Deo triumphatori manet victoria.

Versio VULG. LAT.

3
4 Quis enim investigabit magnalia ejus? Virtutem autem
magnitudinis ejus quis enuntiabit? aut quis adjiciet enar-
5 rare misericordiam ejus? Non est minuere, neque adji-
6 cere, nec est invenire magnalia Dei. Cùm consumma-
verit homo, tunc incipiet: & cùm quieverit, aporiabi-
7 tur. Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est
8 bonum, aut quid nequam illius? Numerus dierum ho-
minum ut multùm centum anni: quasi gutta aquæ maris
deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in
9 die ævi. Propter hoc patiens est Deus in illis, & effun-
10 dit super eos misericordiam suam. Vidit præsumptionem
cordis eorum quoniam mala est, & cognovit subversio-
11 nem illorum quoniam nequam est. Ideò adimplevit pro-
pitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis.
12 Miseratio hominis circa proximum suum: misericordia
13 autem Dei super omnem carnem. Qui misericordiam ha-
14 bet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. Mise-
retur excipientis doctrinam miserationis, & qui festinat in
15 judiciis ejus. Fili, in bonis non des querelam, & in omni
16 dato non des tristitiam verbi mali. Nónne ardorem re-
17 frigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum. Nón-
ne ecce verbum super datum bonum? sed utraque cum
18 homine justificato. Stultus acriter improperabit: & da-
19 tus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante judicium
20 para justitiam tibi, & antequàm loquaris disce. Ante
languorem adhibe medicinam, & ante judicium interro-
ga teipsum, & in conspectu Dei invenies propitiationem.
21 Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis
ostende conversationem tuam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 †Καὶ τίς (β)ἐξιχνιάσει τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ; †Κράτος μεγαλωσύνης
4 αὐτοῦ τίς ἐξαριθμήσεται; †καὶ τίς προσθήσει ἐκδιηγήσασθαι τὰ
5 ἐλέη αὐτοῦ; †Οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι οὐδὲ προσθεῖναι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ-
6 ιχνιάσαι τὰ θαυμάσια τοῦ κυρίου. †Ὅταν συντελέσει ἄνθρωπος,
7 τότε (γ)ἄρχεται, †καὶ ὅταν παύσηται τότε (δ)ἀπορηθήσεται. †Τί ἄνθρω-
πος, καὶ τί ἡ χρῆσις αὐτοῦ; †τί τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ τί τὸ κακὸν αὐτοῦ;
8 †Ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπου πολλὰ ἔτη ἑκατόν. †ὡς σταγὼν ὕδατος
ἀπὸ θαλάσσης καὶ ψῆφος ἄμμου, †οὕτως ὀλίγα ἔτη ἐν ἡμέρᾳ αἰῶνος.
9 †Διὰ τοῦτο ἐμακροθύμησε κύριος ἐπ᾽ αὐτοῖς, †καὶ ἐξέχεεν ἐπ᾽ αὐ-
10 τοὺς τὸ ἔλεος αὐτοῦ. †Εἶδε καὶ ἐπέγνω τὴν καταστροφὴν αὐτῶν ὅτι
11 πονηρά, †Διὰ τοῦτο ἐπλήθυνε τὸν ἐξιλασμὸν αὐτοῦ. †Ἔλεος ἀν-
12 θρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἔλεος δὲ κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα,
13 †Ἐλέγχων καὶ παιδεύων καὶ διδάσκων †καὶ ἐπιστρέφων ὡς ποιμὴν
14 τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. †Τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν (ε)ἐλεεῖ, †καὶ
15 τοὺς κατασπεύδοντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ. †Τέκνον, ἐν ἀγαθοῖς
16 μὴ δῷς μῶμον, †καὶ ἐν πάσῃ δόσει λύπην λόγων. †Οὐχὶ καύ-
17 σωνα ἀναπαύσει δρόσος; †οὕτως κρείσσων λόγος ἢ δόσις. (ζ)Οὐκ
ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν; †καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχα-
18 ριτωμένῳ. †Μωρὸς ἀχαρίστως ὀνειδιεῖ, †καὶ δόσις βασκάνου ἐκτήκει
19 ὀφθαλμούς. †Πρὶν ἢ λαλῆσαι μάνθανε, καὶ πρὸ ἀρρωστίας θερα-
20 πεύου. †πρὸ κρίσεως ἐξέταζε σεαυτόν, †καὶ ἐν ὥρᾳ ἐπισκοπῆς
21 εὑρήσεις (η)ἐξιλασμόν. †Πρὶν ἀρρωστῆσαί σε ταπεινώθητι, †καὶ
ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν.

MS. A. (β) ἐξιχνιάσει (γ) *ἔρχεται, (δ) ἀπορρηθήσεται. (ε) ἐλεᾷ, (ζ) Οὐχ (η) ἱλασμόν.

Et quis investigabit magnalia ejus? Virtutem 3
magnitudinis ejus quis enumerabit? & quis 4
adjiciet enarrare misericordias ejus? Non est 5
minuere, neque adjicere: & non est investigare
mirabilia Domini. Cùm consummaverit homo; 6
tunc incipit: & cùm quieverit; tunc dubitabit.
Quid est homo, & quid usus ejus? Quid est bo- 7
num ejus, & quid malum ejus? Numerus die- 8
rum hominis, ut multùm, centum anni. Sicut
gutta aquæ maris, & calculus arenæ; (c) sic
exigui anni in die ævi. Propter hoc patiens fuit 9
Dominus *in illis: & effudit super eos misericor-*
diã suã. Vidit, & cognovit subversionem eorum, 10
quoniam mala est: Ideò multiplicavit propitia- 11
tionem suam. Miseratio hominis circa proxi- 12
mum suum: misericordia autem Domini super
omnem carnem, Corripiens, & erudiens, & do- 13
cens, & convertens, quasi pastor gregem suum.
Miseretur excipientium doctrinam, & eorum 14
qui festinant ad judicia ipsius. Fili, in bonis ne 15
des querelam, & in omni dato tristitiam (d) ver-
borum. Nónne ardorem refrigerabit ros? sic 16
verbum melius, quàm datum. Nónne ecce ver- 17
bum super datum bonum? & utraque apud ho-
minem (e) gratiosum. Stultus acriter impro- 18
perabit: & datus invidi tabescere facit oculos.
Antequàm loquaris; disce: Et ante languorem 19
adhibe medicinam. Ante judicium interroga te 20
ipsum: & in hora visitationis invenies propi-
tiationem. Ante languorem humilia te: & in 21
tempore peccatorum ostende conversionem.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]

* Cùm absolverint homines, tum incipiunt: & 6
si redeant, *(hoc est, iteratò inchoënt,)* obstu-
pescunt. Quid sunt homines? et quid jactura, 7
quídve emolumentũ ipsorũ? quid beneficiũ,
quídve maleficium eorum? Et verò nume- 8
rus ætatis hominis, cùm plurimùm vixerit,
centum sunt anni; quasi uterculum è mari
haurires, & ut ex arena calculus. Mille anni
in seculo præsenti non sunt comparandi uni
diei seculo justorum. Propterea longani- 9
mus est erga illos, & suam super eos miseri-
cordiam effundit. Quia novit finem eorum 10
malum esse futurum; Idcircò sæpiùs parcit 11
eis. Misericordia hominis est erga proxi- 12
mum suum carnalem: Misericordia verò 13
Dei erga omnia opera sua. Sapientes reddit 14
illos, erudit, ac docet, attrectatque velut pa-
stor bonus qui pascit gregem suum. Fœlices 15
eos qui sperant miserationes ejus, quíque ju-
dicia ejus approbant. Fili mi, benefacien- 16
tem proximo suo ne prohibeas: & in eum
qui dat, ne malus esto oculus tuus. Nam 17
quemadmodum pluvia cessare facit æstum,
ita sermo donationem revocat. Est enim ser- 18
mo bonus qui dono præstantior est; utrumq;
verò est officii hominum beneficorum. Stul- 19
tus enim exprobrat antequàm beneficium
conferat: munus impii officit oculis. Pri- 20
usquàm pugnes, quære tibi adjutorem: &
priusquàm ægrotes, quære tibi medicum. An- 21
tequàm adveniat tibi adversitas, ora; & tem-
pore adversitatis reperies eam, *(nempe, ora-
tionem)* & favebit tibi.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

6 7 * في فناء حقب الناس يجي حقب آخر * وان تابوا الى الله * ما الناس وما خطرهم * وما ضيعتهم
8 وما ربحهم * وماذا يبلغ من منافعهم وعقوبتهم * وما خيرهم وما شرهم * عدد سنين الانسان اذا
طال عمره مائة سنة * كمثال الاخذ لراوية ماء من البحر تكون * وحبة واحدة من الرمل *
9 الف عام من هذه الدنيا لا تعادل يوما واحدا من ايام عالم الابرار * فلذلك يطيل لهم في
10 11 المهل * ويفيض عليهم رحمته * لانه يعلم ان آخر الاثمة آخر سوء * ولذلك مد لهم في المهل *
12 13 * انما شفقة الانسان على ذي لحمه وقرابته * ورحمة الله واسعة لجميع خلائقه * يحرجهم ويؤدبهم
14 15 ويصدهم عن الشر كالراعي المشفق على قطيعه * طوبى للمرتجين رحمته * والقابلين
16 احكامه * يا بني لا تمنع من اراد ان يحسن الى صاحبه * ولا تحسد من يبذل الصدقة فتزيله
17 18 عن رايه * كما يذهب المطر بالسمائم * وكذلك يسوق السوء برد العطية * وهاتان الخلتان
19 20 تغير قلب مصطنع المعروف * عطية الجاهل تخجل وتخزي * قبل الجهاد اطلب لك عونا *
21 قبل ان تمرض واخ الطبيب * قبل ان يصيبك الكرب تضرع وصل * وفي ساعة الكرب
تجده قريبا *

Uno hominum ævo consumpto, alterum 6
succedit ævum, etiamsi ad Deum conver-
tantur. Quid sunt homines, quidve fa- 7
stus eorum? quid jactura, & quid lucrum
eorum? quid ex eorum commodo incommo-
dóque proveniat? quid tandem bonum,
quidve malum ipsorum? Numerus anno- 8
rum hominis, cùm longissima fuerit ætas
ejus, centum sunt anni: sunt velut utercu-
lus aquæ è mari sumptus, & calculus u-
nus ex arena. Mille anni ex hoc mundo
non æquivalent uni diei è diebus seculi
justorum. Idcirco protrahit eis moram, & 9
misericordiam suam profundit in illos.
Quia novit finem scelestorum finem fore 10
miserrimum: Propterea moram protraxit 11
eis. Clementia quidem hominis tendit *in* 12
sibi carnalem & consanguineum suum:
At misericordia Dei amplissima est in o- 13
mnes creaturas suas. Erudit castigátque 14
illas, & à malo retrahit, more pastoris in
gregem suum clementis. Beati misericor- 15
diam ejus sperantes, & judicia ejus ex-
cipientes. O fili mi, proximo benefacere 16
volentem ne prohibeas, neque invideas e-
leemosynam largienti, cúmque à consilio
suo abducas. Ut pluvia ventos calidos 17
abripit, ita pravum consilium donationem
avertit. Utraque autem harum conditio- 18
num mutat animum gratiam conferentis.
Stulti donum verecundiâ pudoréque affi- 19
cit. Ante pugnam pete tibi auxilium: an- 20
tequam ægrotes familiaritatem incas cu
medico. Priusquam accidat tibi affli- 21
ctio, supplica & precare; & tempore af-
flictionis vicinum reperies illum.

Versio VULG. LAT.

22 Non impediaris orare semper, & ne verearis usque ad mortem justificari: quoniam merces Dei manet in æter-
23 num. Ante orationem præpara animam tuam: & noli
24 esse quasi homo qui tentat Deum. Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in conversatione
25 faciei. Memento paupertatis in tempore abundantiæ, &
26 necessitatum paupertatis in die divitiarum. A manè usque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata
27 in oculis Dei. Homo sapiens in omnibus metuet, & in
28 diebus delictorum attendet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & invenienti eam dabit confessio-
29 nem. Sensati in verbis & ipsi sapienter egerunt: & intellexerunt veritatem & justitiam, & impluerunt prover-
30 bia & judicia. Post concupiscentias tuas non eas, & à
31 voluntate tua avertere. Si præstes animæ tuæ concupi-
32 scentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in modicis: assidua enim est com-
33 missio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo: eris enim invidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

1 OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit
2 modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 † Μὴ ἐμποδισθῇς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως, † καὶ μὴ μείνῃς
23 ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. † Πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμασον σεαυτὸν,
24 † καὶ μὴ γίνου ὡς ἄνθρωπος πειράζων τὸν κύριον. † Μνήσθητι θυμοῦ ἐν ἡμέραις τελευτῆς, † καὶ καιρὸν ἐκδικήσεως ἐν ἀποστροφῇ προσώ-
25 που. † Μνήσθητι (θ) καιρὸν λιμοῦ ἐν καιρῷ πλησμονῆς, † πτωχείαν καὶ
26 ἔνδειαν ἐν ἡμέραις πλούτου. † Ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας μετα-
27 βάλλει καιρὸς, † καὶ πάντα ἐστὶ ταχινὰ ἔναντι κυρίου. † Ἄνθρωπος σοφὸς ἐν παντὶ εὐλαβηθήσεται, † (ι) καὶ ἐν ἡμέραις ἁμαρτιῶν
28 προσέξει ἀπὸ πλημμελείας. † Πᾶς συνετὸς ἔγνω σοφίαν, καὶ τῷ
29 εὑρόντι αὐτὴν δώσει ἐξομολόγησιν. † Συνετοὶ ἐν λόγοις καὶ αὐτοὶ ἐσοφίσαντο, † καὶ ἀνώμβρησαν (κ) παροιμίας ἀκριβεῖς.
30 ἘΓΚΡΑΤΕΙΑ ΨΥΧΗΣ. † Ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ
31 πορεύου, † καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου (λ) κωλύου. † Ἐὰν (μ) χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, † (ν) ποιήσει σε ἐπίχαρμα τῶν ἐχ-
32 θρῶν σου. † Μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, † (ξ) μηδὲ προσδεθῇς
33 συμβολῇ αὐτῆς. † Μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ, † καὶ οὐδέν σοι ἐστὶν ἐν (ο) μαρσυπίῳ.

MS. A. (θ) κατὰ καιρὸν λιμοῦ ἐν ἡμέραις πλησμονῆς, (ι) ἐν ἡμέραις (κ) * ἐν παροιμίαις (λ) * μὴ κωλύου. (μ) εὐδοκήσεις τῇ (ν) ποιήσεις ἐπίχαρμα (ξ) μὴ προσδεηθῇς συμβολῆς αὐτῆς. (ο) μαρσίππῳ.

ΚΕΦ. ιθʹ.

1 † ΕΡγάτης μέθυσος οὐ πλουτισθήσεται, † ὁ ἐξουθενῶν τὰ ὀλίγα κατὰ
2 μικρὸν πεσεῖται. † Οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετοὺς,

Non impediaris (f) reddere votum tempestivè: & non verearis usque ad mortem justificari. Ante (g) orationem præpara te ipsum, & ne sis quasi homo, qui tentat Dominum. Memento iræ in die consummationis, & tempus vindictæ in conversione faciei. Memento temporis famis in tempore saturitatis; paupertatis, & necessitatis in diebus divitiarum. A manè usque ad vesperam mutatur tempus: & omnia sunt citata in oculis Domini. Homo sapiens in omnibus metuet: & in diebus peccatorum attendet à delicto. Omnis intelligens novit sapientiam: & invenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis, & ipsi sapienter egerunt, & emiserunt quasi imbrem proverbia exquisita. CONTINENTIA ANIMÆ. Post concupiscentias tuas non eas; & à desideriis tuis avertere. Si præstes animæ tuæ beneplacitum concupiscentiæ; faciet te gaudium inimicorum tuorum. Ne oblecteris in multa epulatione, neque alligeris (h) commissioni ejus. Non fias pauper de symbolis comessans ex fœnore: & nihil tibi est in sacculo.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non locupletabitur: qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare facient sapientes:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

22 * ܥܕܠܐ ܬܬܬܩܠ ܨܠܝ ܘܒܥܝ. ܘܥܕܠܐ ܬܚܛܐ ܗܒ ܙܕܩܬܐ. * ܠܐ ܬܬܟܠܐ ܠܡܥܒܪܘ ܚܛܗܝܟ. ܘܠܐ ܬܗܘܐ
23 ܡܟܬܪ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܕܬܬܟܪܐ. ܠܐ ܬܫܘܚܪ ܠܡܬܦܢܝܘ ܡܢ ܚܛܗܝܟ. ܐܬܕܟܪ ܡܘܬܐ ܠܐ ܬܣܟܐ.
24 * ܥܕܠܐ ܬܢܕܪ. ܛܝܒ ܢܕܪܟ. ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܡܢܣܐ ܠܡܪܗ. ܠܐ ܬܘܣܦ ܠܡܣܟܠܘ ܣܟܠܘܬܐ.
25 ܡܛܠ ܕܩܕܡܝܬܐ ܠܐ ܐܙܕܟܝܬ. * ܐܬܕܟܪ ܪܘܓܙܐ ܕܒܚܪܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܛܗܐ. ܘܒܙܒܢܐ ܕܒܝܫܬܐ
26 ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܡܢܟ ܐܦܘܗܝ. * ܐܬܕܟܪ ܟܦܢܐ ܒܝܘܡ ܣܒܥܐ. ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܘܚܣܝܪܘܬܐ
27 ܒܝܘܡܝ ܥܘܬܪܐ. * ܡܢ ܨܦܪܐ ܠܪܡܫܐ ܡܥܒܪ ܙܒܢܐ. ܘܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܨܢ ܩܕܡ
28 ܡܪܝܐ. * ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܒܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܢܬܒܩܐ. ܘܒܝܘܡܬܐ ܕܪܘܫܥܐ ܠܐ ܢܕܚܠ ܡܢ ܒܝܫܐ.
29 30 * ܠܟܠ ܚܟܝܡܐ ܠܡܠܦܘ ܚܟܡܬܐ. ܘܠܝܕܥܝܗ ܠܡܬܠ ܬܘܕܝܬܐ. * ܝܕܥܝ ܡܪܕܘܬܐ
ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܬܚܟܡܘܢ. ܘܢܒܥܘܢ ܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ ܡܠܐ ܕܡܬܠܐ. ܘܡܠܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܡܪܕܘܬܐ
31 32 ܕܢܦܫܐ. * ܒܪܝ ܒܬܪ ܪܓܝܓܬ ܢܦܫܟ ܠܐ ܬܐܙܠ. ܘܡܢ ܪܓܝܓܬܗ ܟܠܝܗ. * ܐܢ ܓܝܪ ܬܥܒܕ ܪܓܝܓܬ
33 ܢܦܫܟ. ܐܝܟ ܗܘ ܗܘ ܕܥܒܕ ܨܒܝܢܐ ܕܒܥܠܕܒܒܗ. * ܠܐ ܬܚܕܐ ܒܣܘܓܐܐ ܕܦܘܢܩܐ. ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܡܣܟܢܐ.
34 * ܠܐ ܬܗܘܐ ܡܣܟܢܐ ܪܘܝܐ ܘܙܠܝܠܐ ܘܦܩܝܩܐ. ܟܕ ܠܝܬ ܒܟܝܣܟ ܡܕܡ.
1 * ܩܦܠܐܘܢ * ܝܛ * ܦܥܠܐ ܪܘܝܐ ܠܐ ܢܥܬܪ. ܘܕܪܚܡ ܒܣܪܐ ܢܐܪܬ
2 ܡܣܟܢܘܬܐ. * ܚܡܪܐ ܘܐܢܬܬܐ ܡܦܚܙܝܢ ܠܒܐ. ܘܕܡܬܢܩܦ ܠܙܢܝܬܐ ܢܐܒܕ.

Antequàm impingas, ora & precare: & antequàm pecces, da eleemosynam. Ne desistas auferre peccata tua, & ne conniveas usque ad tempus quo tœdio frangaris. Ne morã interponas in convertendo te à peccatis tuis: memento mortẽ non expectare. Priusquã voveas, para votum tuum; & ne sis similis homini tentanti Dominum suum. Scelera perpetrare ne pergas, quoniam præcedentia nondum impunis evasisti. Memento indignationem post omnium peccatorum finem *secuturam*, & tempore calamitatis non aversurũ à te *Deum* faciem suam. Memor esto famis in dieb' saturitatis, & paupertatis ac inopiæ in diebus divitiarum. A mane ad vesperã tempus prælabitur, & hæc omnia recta sunt corã Dño. Vir sapiens hæc omnia solicitè perpendet, & in diebus impietatis non timebit malignum. Ad omnẽ sapientẽ *spectat* docere sapientiã, & ad scientes illam, reddere gratiarũ actionem. Scientes doctrinam, ipsi quoque sapienter se gerent, & ad extremum usque pernoscent verba proverbiorum, & verba sapientiæ, animæque doctrinam. Fili mi, appetitum animi tui ne sequaris, imò à concupiscentia tua cohibe illum. Si enim facias animi tui voluntatem, non differs ab eo qui facit voluntatem inimici sui. Ne delecteris multitudine delitiarum, ne tandem pauper evadas. Ne sis pauper, ebriosus, obscœnus, & loquax, cùm nihil habeas in marsupio tuo.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non ditescet, & qui amat carnem, acquiret paupertatem. Vinum & mulier cor lascivum reddunt; & qui scorto adhæret, peribit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

22 23 * قبل أن تعثر صلّي وتضرّع * وقبل أن تأثم بادر في الصدقة * لا تؤخر إصراف ذنوبك
عنك بالتوبة * ولا تغفل حتى ينزل بك الكرب والعقاب * لا تتوقف وقتا للرجوع عن ذنوبك *
24 واذكر أن الموت واقف على راسك * تمّم نذورك * ولا تكون كالمحارب لربه * ولا تعود في
25 الخطايا * لأنك لن تبرأ من الأولى * اذكر أن الغضب إنما ينزل في آخر الخطايا * وفي وقت
26 الشدّة لا يصرف الله عنك وجهه * اذكر الجوع في أيام الشبع * والغربة والحاجة في أيام
27 الغناء * فإن الزمان يتغير فيما بين الصبح والمساء * جميع هذه الخصايل حسنة مرضية
28 29 عند الرب * والحليم يرى بعينيه هذه الأمور كلها * ولا يتقي الشرير أيام النفاق * علّم
30 الحكمة كل ذي عقل * والشكر للعلماء * الماهرون والراسخون في العلم يزدادون العقل *
31 ويعرفون تأويل الأمثال إلى الانتهاء * ونطق الحكمة وعلم النفس * يا بني لا تتبع شهوات
32 33 نفسك * لئلا تصير كمن يعطي عدوه أمنيته * لا تفرح بكثرة اللذات * لئلا تكون
34 فقيرا * إذا كنت مسكينا فلا تكن مسرفا * ولا تحب كثرة الشراب وكثرة الكلام *
إذ ليس في كيسك شيء * * الفصل التاسع عشر *
1 2 * الفاعل السكير لا يغنى * ويذلّ بالفقر من صاحبه الزنا * الخمر والمرأة يلهبان القلب *
ومن لصق بالزانية يهلك *

Priusquàm impingas, ora & supplica; et priusquàm culpam committas, ad eleemosynam accurre. Ne differas auferre culpas tuas à te per pœnitentiam, & ne torpescas quoadúsque irruat in te calamitas & supplicium. Ne moram facias convertendi te à culpis tuis, & memento mortem capiti tuo imminere. Vota tua persolve, & ne similis sis pugnanti contra Dominum suum. Et ne redeas ad peccata, quia nequaquam justificatus es à prioribus. Memento iram ad extremum peccatorũ venturam, & tempore adversitatis non aversurum à te Deum faciem suam. Recordare famis in diebus saturitatis, & peregrinationis ac egestatis in diebus divitiarum. Tempus enim mutatur inter matutinũ & vesperam. Omnes istæ vivendi rationes probatæ gratæque sunt apud Dominum: Et cordatus hæc omnia suis oculis videbit, nec reformidabit improbum diebus impietatis: Imbue sapientiâ omnem judicio præditum, & eruditos gratiarum actione. Periti ac firmi in scientia majorem acquirent prudentiam, & proverbiorum interpretationem ad finem usque discent unà cum sapientia animæque doctrina. O fili mi, ne sectéris cupiditates animæ tuæ, Ne fias velut is qui tradit inimico voluntatem suam. Ne gaudeas de multitudine delitiarum, ne pauper evadas. Cùm fueris pauper, ne sis prodigus; nec ames multitudinem potûs ac multitudinem verborum, cùm nihil fuerit in marsupio tuo.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non erit pr… & paupertate deprimetur quem … tio delectat. Vinum & mulier cor … flammant; & qui adhæserit meret… peribit.

Versio VULG. LAT.

3 Et qui se jungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum majus,
4 & tolletur de numero anima ejus. Qui credit citò, levis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur:
5 & qui odit correptionem, minuetur vitâ: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.
6 Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui jucundatur in malitia, denotabitur.
7 Ne iteres verbum nequam, & durum, & non minoraberis.
8 Amico & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare.
9 Audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatū odiet te, & sic aderit tibi semper.
10 Audîsti verbum adversùs proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.
11 A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partûs infantis.
12 Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti.
13 Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat; Non feci: aut si fecerit, ne iterùm addat facere.
14 Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret.
15 Corripe amicum: sæpè enim fit commissio.
16 Et non omni verbo credas: est qui labitur linguâ, sed non ex animo.
17 Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequàm commineris.
18 Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis.
19 Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia.
20 Est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens qui minuitur sapientiâ.
21 Melior est homo, qui minuitur sapientiâ, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 † Καὶ ὁ κολλώμενος πόρναις τολμηρότερος ἔσαι. † (α) σῆπες κ̀ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτὸν, † κ̀ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται.
4 † Ὁ ταχὺ ἐμπιστεύων, κοῦφος καρδίᾳ, † κ̀ ὁ ἁμαρτάνων, εἰς ψυχὴν αὐτοῦ πλημμελήσει.
5 † Ὁ εὐφραινόμενος καρδίᾳ καταγνωσθήσεται, † κ̀ ὁ μισῶν λαλιὰν ἐλαττονεῖται (β) κακίᾳ.
7 † Μηδέποτε δευτερώσῃς λόγον, † κ̀ οὐθέν σοι οὐ μὴ (γ) ἐλαττωθῇ.
8 † Ἐν φίλῳ κ̀ (δ) ἐν ἐχθρῷ μὴ διηγοῦ, † κ̀ εἰ μὴ ἔστι σοι
9 ἁμαρτία, μὴ ἀποκάλυπτε. † Ἀκήκοε γάρ σου κ̀ ἐφυλάξατό σε,
10 † κ̀ ἐν καιρῷ (ε) μισήσει σε. † Ἀκήκοας λόγον; συναποθανέτω σοι,
11 † θάρσει, οὐ μή σε ῥήξει. † Ἀπὸ προσώπου λόγου ὠδινήσει μωρὸς, † ὡς ἀπὸ προσώπου βρέφους ἡ τίκτουσα.
12 † Βέλος πεπηγὸς ἐν μηρῷ σαρκὸς, † οὕτως λόγος ἐν κοιλίᾳ
13 μωροῦ. † Ἔλεγξον φίλον, μήποτε οὐκ (ζ) ἐποίησεν, κ̀ εἴ τι ἐποίησε,
14 μήποτε προσθῇ. Ἔλεγξον τὸν φίλον, μή ποτε οὐκ εἶπε, † κ̀ εἰ εἴρηκεν,
15 ἵνα μὴ δευτερώσῃ. † Ἔλεγξον φίλον, πολλάκις γὰρ γίνεται
16 (η) διαβολὴ, † Καὶ μὴ παντὶ λόγῳ πίστευε. † Ἔστιν (ϛ) ὀλισθαίνων
17 κ̀ οὐκ ἀπὸ ψυχῆς· Καὶ τίς οὐχ (θ) ἥμαρτησεν ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ;
18 † ἔλεγξον τὸν πλησίον σου πρὶν ἢ ἀπειλῆσαι, † Καὶ δὸς τόπον νόμῳ ὑψίστου. † πᾶσα σοφία φόβος κυρίου, † κ̀ ἐν πάσῃ σοφίᾳ
19 ποίησις νόμου. † Καὶ οὐκ ἔστι σοφία πονηρίας ἐπιστήμη, † κ̀ οὐκ (ι) ἔστιν,
20 ὅπου βουλὴ ἁμαρτωλῶν, φρόνησις. † Ἔστι πονηρία κ̀ αὕτη βδέλυγμα,
21 † κ̀ ἔστιν ἄφρων ἐλαττούμενος σοφίᾳ. † Κρείττων ἡττώμενος ἐν συνέσει ἔμφοβος, † ἢ περισσεύων ἐν (κ) φρονήσει κ̀ παραβαίνων νόμον.

MS. A. (α) σῆπη (β) καρδίᾳ. (γ) ἐλαττωνηθῇ. (δ) ἐχθρῷ μὴ δευτερώσῃ. (η) * αβολη, (ϛ) ὀλισθαινῶν (θ) ἥμαρτεν (ε) * μασήσει (ζ) ἐποίησεν, κ̀ * ἢ εἴρηκεν, ἵνα (ι) ἔστιν βουλὴ (κ) συνέσει

Et, qui jungit se meretricibus; (a) audacior erit. 3
(b) Tineæ & vermes hæreditabunt illum: & anima audax (c) tolletur de numero. Qui credit 4
citò, levis est corde: & qui peccat; in animam suam delinquet. Qui gaudet (d) corde; (e) de- 5
notabitur: & qui odit loquacitatem; minuitur malitiâ. Nunquam iteres verbum: & nihil tibi 7
minuetur. In amico & inimico noli narrare: et- 8
iamsi non sit tibi peccatum, noli denudare. Au- 9
divit enim te, & custodivit te, & in tempore odiet te. Audîsti verbum? commoriatur tibi: fide, 10
quoniam te non dirumpet. A facie verbi partu- 11
riet fatuus; sicut à facie infantis, ea quæ parit.
Sagitta infixa in femore carnis, sic verbum in 12
corde stulti. Corripe amicum; ne fortè non fecerit: 13
aut, si quid fecerit; ne iterum addat. Corripe (f) 14
amicum; ne fortè non dixerit: &, si dixerit, ut non iteret. Corripe amicum: Sæpe enim fit calu- 15
mnia: Et non omni verbo credas. Est, qui (g) la- 16
bitur; sed non ex animo: Et quis non deliquit in 17
lingua sua? Corripe proximum tuum, priusquàm cōmineris: Et da locum legi (h) Altissimi. Omnis 18
sapientia; timor Domini: & in omni sapientia effectio legis. Et non est sapientia, nequitiæ di- 19
sciplina: & non est, ubi consilium peccatorum, prudentia. Est (i) nequitia, & ipsa execratio: 20
& est insipiens, qui minuitur sapientiâ. Melior 21
est, qui minuitur sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 * ܢܦܫܐ ܡܪܚܬܐ ܠܡܪܗ̇ ܬܘܒܕ. * ܘܕܡܗܝܡܢ ܒܩܠܝܠܘ. ܣܪܝܩ ܗܘ ܡܢ ܕܝܢܐ. ܘܕܡܚܛܐ ܢܦܫܗ
4 ܡܢܘ ܢܙܕܩܝܘܗܝ. * ܘܕܚܕܐ ܒܒܝܫܬܐ. ܬܒܪܐ ܗܘܐ ܠܗ. * ܕܡܫܢܐ ܡܠܬܐ. ܣܟܠ ܗܘ.
5 ܠܐ ܬܫܢܐ ܡܠܬܐ ܡܡܬܘܡ. ܘܐܢܫ ܠܐ ܢܚܝܒܟ. * ܒܪܚܡܐ ܐܝܟ ܕܒܒܥܠܕܒܒܐ ܠܐ ܬܕܓܠ.
6 ܘܐܢ ܐܝܬ ܠܟ ܚܛܗܐ. ܨܠܝ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܠܐܢܫ ܡܡܬܘܡ ܠܐ ܬܐܟܘܠ ܩܪܨܐ. * ܕܠܐ ܢܣܢܝܟ
7 ܕܫܡܥ. ܘܐܝܟ ܡܣܩܒܠܢܐ ܢܚܫܒܟ. * ܫܡܥܬ ܡܠܬܐ. ܬܡܘܬ ܒܠܒܟ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ
8 ܓܐܪܐ ܕܢܦܠܚܟ ܘܢܦܘܩ. * ܡܢ ܩܕܡ ܡܠܬܐ ܡܬܚܒܠ ܣܟܠܐ. ܐܝܟ ܕܡܬܚܒܠܐ ܝܠܕܬܐ ܡܢ ܩܕܡ
9 ܥܘܠܗ̇. * ܐܝܟ ܓܐܪܐ ܕܢܩܝܫ ܒܥܛܡܗ ܕܓܒܪܐ. ܗܟܢܐ ܡܠܬܐ ܒܟܪܣܗ ܕܣܟܠܐ. * ܐܟܣ
10 ܠܪܚܡܟ. ܕܠܐ ܢܥܒܕ ܒܝܫ. ܘܐܢ ܥܒܕ. ܕܠܐ ܢܘܣܦ. * ܐܟܣ ܠܚܒܪܟ. ܕܠܐ ܢܐܡܪ. ܘܐܢ ܐܡܪ.
11 ܕܠܐ ܢܬܢܐ. * ܐܟܣ ܠܪܚܡܟ. ܡܛܠ ܕܟܡܐ ܙܒܢܝܢ ܗܘܐ ܡܬܒܢܝܐ ܐܟܠܩܪܨܐ. ܘܠܐ ܠܟܠ ܡܠܐ
12 ܢܗܝܡܢ ܠܒܟ. * ܐܝܬ ܕܚܛܐ. ܘܠܐ ܡܢ ܪܥܝܢܗ. ܘܐܝܬ ܕܡܬܬܩܠ ܘܠܐ ܒܠܫܢܗ.
13 * ܐܟܣ ܠܥܘܠܐ ܕܛܠܡ ܠܣܓܝܐܐ. ܘܠܐ ܬܗܝܡܢ ܠܗ ܒܟܠ ܡܠܘܗܝ. * ܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ
14 ܘܟܠܗ̇ ܚܟܡܬܐ. ܕܚܠܬܗ ܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܘܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܝ ܗܝ ܚܟܡܬܐ. * ܠܐ ܗܘܐ
15 ܚܟܝܡܐ. ܕܒܝܫ. ܘܡܠܟܐ ܕܚܛܝܐ ܕܢܗܘܐ ܕܢܣܬܟܠ. * ܐܝܬ ܚܪܝܢܘܬܐ ܕܝܠܕܐ
16 ܚܛܗܐ. ܘܐܝܬ ܣܟܠܐ ܕܣܪܝܩ ܡܢ ܚܛܗܐ. * ܘܐܝܬ ܣܪܝܩ ܡܢ ܕܝܢܐ ܕܡܬܢܛܪ ܡܢ
17 ܚܛܗܐ. ܘܐܝܬ ܡܠܝ ܕܝܢܐ ܕܚܛܐ.

Animus procax dominum suum perdet: Et 3
qui leviter credit, expers est judicii. Qui 4
peccatorem facit seipsum, quis justificabit
eum? Et qui lætatur de scelere, erit ejus con- 5
fractio. Qui refert sermonem, demens est. 6
Ne referas unquam sermonem, & nemo te 7
criminabitur. In amicum æquè ac inimicum 8
ne mentiaris. Et si peccata habeas, precare
pro eis. Et neminem unquam calumnieris, Ne 9
is qui audierit, odio te habeat, & tanquam
perniciosum æstimet. Audîsti sermonem, 10
moriatur in corde tuo: non est *enim* sagitta
ut te perfodiat erumpátque. A sermone stul- 11
tus cruciatur doloribus, ut à fœtu suo cruci-
atur parturiens. Qualis est sagitta defixa in 12
alicujus femore, talis est sermo in visceri-
bus stulti. Objurga amicum tuum nequid 13
mali perpetret; & si perpetraverit, ne per-
gat. Objurga proximum tuum nequid di- 14
car; quòd si dixerit, ne repetat. Objurga 15
inquam amicum tuum, quoniam quàm fre-
quenter struitur falsa calumnia! & ne cui-
vis sermoni credat cor tuum. Est enim qui 16
peccat, sed non ex animo: & est qui im-
pingat, at non linguâ suâ. Argue scelestum 17
qui multos opprimit, & ne ad singula verba
fidem præbeat illi. Verba prophetiæ, & 18
omnis sapientia, est religio Domini, & re-
ligio Dei est ipsamet sapientia. Non est sa- 19
piens qui sit flagitiosus, neque consilium sce-
lerosorum, quod sit prudens. Est callidi- 20
tas quæ generet peccata, & est demens qui
expers sit peccatis. Est etiam expers judi- 21
cio qui peccata devitet, & est judicio pol-
lens qui peccet.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

3 * اَلنَّفْسُ الجَرِيَّةُ تُهْلِكُ صَاحِبَهَا * وَمَنِ انْقَادَ سَرِيعًا لِقَبُولِ الكَلَامِ * فَهُوَ قَلِيلُ العَقْلِ *
4
7 * لَا تُعِدِ القَوْلَ البَتَّةَ * وَلَا تُعَيِّرْ بِأَحَدٍ مِنَ النَّاسِ * لَا تَغْدُرْ بِالصَّدِيقِ وَلَا بِالعَدُوِّ
8
9 وَإِنْ كَانَتْ لَكَ خَطَايَا فَاسْتَغْفِرِ اللّٰهَ * وَلَا تَغْدُرْ بِأَحَدٍ بَتَّةً * لِكَيْ لَا يَنْتَقِصَكَ مَنْ يَسْمَعُكَ *
10 وَيَدْرِيكَ بِمَنْزِلَةِ الخَبِيثِ * إِنْ بَلَغَكَ أَمْرٌ فَأَمِتْهُ فِي قَلْبِكَ * مَا هُوَ سَهْمٌ يَنْفُذُ وَيَخْرُجُ * تُحِسُّ
11 الجَاهِلُ ضِيقَ الكَلِمَةِ * كَمَا تُحِسُّ المَرْأَةُ فِي الوَجَعِ بِأَوْلَادِهَا * وَكَالنَّبْلِ المَضْرُوبِ فِي فَخْذِ المَرْءِ كَذٰلِكَ
12
13 الكَلَامُ فِي جَوْفِ الجَاهِلِ * عَاتِبْ صَدِيقَكَ لَا يَرْتَكِبِ الشَّرَّ * وَإِنْ فَعَلَ فَلَا يَعُودُ فِيهِ * وَبِّخْ قَرِيبَكَ
14 لَا يَتِمَّ * وَإِنْ فَعَلَ فَلَا يَعُودُ فِيهِ * وَبِّخْ رَفِيقَكَ * لِأَنَّهُ قَدْ يَسِيءُ بِالمَرْءِ بَاطِلًا كَمْ مِنْ مَرَّةٍ * وَلَا
15 تَقْبَلْ كُلَّ مَا قِيلَ * فِي النَّاسِ مَنْ يَأْثَمُ * وَلَيْسَ ذٰلِكَ مِنْ بَالِهِ * وَفِي النَّاسِ مَنْ لَا يَعْثُرُ وَلَا بِلِسَانِهِ *
16 * بَكِّتِ المُنَافِقَ فِي وَجْهِهِ * لِأَنَّهُ قَدْ ظَلَمَ كَثِيرًا مِنَ النَّاسِ * وَلَا تُصَدِّقْهُ فِيمَا يَقُولُ لَكَ *
17
18 * إِنَّمَا كَلَامُ النُّبُوَّةِ وَغَايَةُ الحِكْمَةِ مَخَافَةُ الرَّبِّ * تَقْوَى اللّٰهِ فِي الحِكْمَةِ بِعَيْنِهَا * لَيْسَ عَاقِلٌ خَبِيثًا *
19 وَلَا رَأْيُ الخُطَاةِ فِقْهٌ * فِي المُدَارَاةِ مَا يُكْسِبُ الخَطَايَا * وَرُبَّ أَهْوَجَ يَفْعَلُ خَطَايَاهُ * رُبَّ نَاقِصِ
20
21 الرَّأْيِ يَنْجُو مِنَ الذُّنُوبِ * وَرُبَّ غَزِيرِ العِلْمِ يُخْطِي وَيَجْرِمُ *

Animus audax possidentem se perimet: 3
Et qui citò ducitur ad suscipiendum 4
sermonem, expers est rationis. Dicta ne 7
repetas unquam, & neminem mortalium
probris afficias. Ne decipias amicum, 8
neque inimicum. Et, si tibi fuerint pecca-
ta, pete veniam à Deo, & neminem fal-
las unquam; Ne te vituperet qui te au- 9
dierit, téque habeat pro nefario. Si rei 10
cujuspiam notitia ad te pervenerit, fac
moriatur in corde tuo: non est telum quod
confodiat transiliátque. Stultus enim sen- 11
tit premitum verbi, quemadmodum sen-
tit mulier dolorem in partubus suis? Et 12
qualis est sagitta fixa in femore homi-
nis, tale est verbum in ventre stulti. Ar- 13
gue amicum tuum, nec malum aggredia-
tur; quod si commiserit, non redibit ad
illud. Increpa proximum tuum, nec ope- 14
re complebit; quòd si fecerit, non itera-
bit. Increpa inquam socium tuum, quia 15
quàm sæpe injustè delinquitur in homi-
nem: & ne approbes quicquid dicitur.
Inter homines est qui delinquat, sed non 16
ex consilio: est etiam inter homines, qui
ne linguâ quidem suâ impingat. Scelero- 17
sum coràm objurga, quòd multos homines
oppresserit; & ne credas ei in his quæ
tibi dixerit. Verba quidem prophetiæ, & 18
culmen sapientiæ est timor Domini: reli-
gio Dei in ipsamet sapientia consistit. Ne- 19
mo prudens est malignus, neque consilium
peccatorum sapiens. Inter blanditias con- 20
versationes est quæ peccata producat, &
aliquando stolidus aggravat peccata sua.
Expers rationis interdum liberatur à 21
culpis, & multâ præditus scientiâ inter-
dum peccat ac delinquit.

Versio VULG. LAT.

22 Est solertia certa, & ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum
23 certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se,
24 & interiora ejus plena sunt dolo: Et est qui se nimiùm sub-
mittit à multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam,
25 & fingit se non videre quod ignoratum est: Et si ab imbe-
cillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus male-
26 faciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu
27 faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus den-
28 tium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Est correptio
mendax in ira contumeliosi: & est judicium, quod non
probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.

CAP. XX.

1 Quàm bonum est arguere, quàm irasci, & confitentem in
2 oratione non prohibere! Concupiscentia spadonis devir-
3 ginabit juvenculam: Sic qui facit per vim judicium ini-
4 quum. Quàm bonum est correptum manifestare pœni-
5 tentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens,
qui invenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad lo-
6 quendum. Est tacens non habens sensum loquelæ: & est
7 tacens sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit usque
ad tempus: lascivus autem & imprudens non servabunt
8 tempus. Qui multis utitur verbis, lædet animam suam: &
9 qui potestatem sibi sumit injustè, odietur. Est processio in
malis viro indisciplinato, & est inventio in detrimentum.
10 Est datum, quod non est utile: & est datum, cujus retribu-
11 tio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est qui ab
12 humilitate levabit caput. Est qui multa redimat modico
pretio, & restituens ea in septuplum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 †Ἔστι πανουργία ἀκριβὴς καὶ αὕτη ἄδικος, †Καὶ ἔστι διαστρέφων
23 χάριν τοῦ ἐμφᾶναι κρίμα. †Ἔστι πονηρευόμενος συγκεκυφὼς μελα-
24 νίᾳ, †καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ πλήρης δόλου. †Συγκύφων πρόσωπον καὶ
ἐθελοκωφῶν, †ὅπου οὐκ ἐπεγνώσθη, προφθάσει σε. †Καὶ ἐὰν ὑπὸ
25 ἐλαττώματος ἰσχύος κωλυθῇ ἁμαρτεῖν, †ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, (κ)κα-
26 κοποιήσει. †Ἀπὸ ὁράσεως ἐπιγνωσθήσεται ἀνὴρ, †καὶ ἀπὸ ἀπαν-
27 τήσεως προσώπου ἐπιγνωσθήσεται νοήμων. †Στολισμὸς ἀνδρὸς καὶ
γέλως ὀδόντων †καὶ βήματα ἀνθρώπου (λ)ἀναγγελεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ.
28 †Ἔστιν ἔλεγχος ὃς οὐκ ἔστιν ὡραῖος, †καὶ ἔστι σιωπῶν καὶ αὐτὸς
φρόνιμος. MS.A. (κ)κακοποιήσει σε. (λ)ἀναγγελεῖ τὰ περὶ ἐμοῦ.

ΚΕΦ. κ'.

1 †Ὡς καλὸν ἐλέγξαι ἢ θυμοῦσθαι, †καὶ ὁ ἀνθομολογούμενος
2 3 ἀπὸ ἐλαττώσεως κωλυθήσεται. †Ἐπιθυμία εὐνούχου ἀποπαρθενῶ-
5 σαι νεανίδα, †Οὕτως ὁ ποιῶν ἐν βίᾳ κρίματα. †Ἔστι σιωπῶν
εὑρισκόμενος σοφὸς, †καὶ ἔστι μισητὸς ἀπὸ πολλῆς λα-
6 λιᾶς. †Ἔστι σιωπῶν, οὐ γὰρ ἔχει ἀπόκρισιν, †καὶ ἔστι
7 σιωπῶν εἰδὼς καιρόν. †Ἄνθρωπος σοφὸς σιγήσει ἕως καιροῦ, †ὁ
8 δὲ λαπιστὴς καὶ (α) ἄφρων ὑπερβήσεται καιρόν. †Ὁ πλεονάζων
(β) λόγῳ βδελυχθήσεται, †καὶ ὁ (*) ἐνεξουσιαζόμενος μισηθήσεται.
9 †Ἔστιν εὐοδία ἐν κακοῖς ἀνδρὶ, †καὶ ἔστιν εὕρεμα εἰς ἐλάττωσιν.
10 Ἔστι δόσις ἣ οὐ λυσιτελήσει σοι, †καὶ ἔστι δόσις ἧς τὸ ἀνταπόδομα
11 διπλοῦν. †Ἔστιν (γ) ἐλάττωσις ἕνεκεν δόξης, †καὶ ἔστιν ὃς ἀπὸ
12 ταπεινώσεως ἦρε κεφαλήν. †Ἔστιν (δ) ἀγοράζων πολλὰ ὀλίγου,
†καὶ ἀποτιννύων αὐτὰ ἑπταπλάσιον. MS.A. (α)ἀφιὼν
(β)λόγον (*) ἐξουσιαζόμενος (γ)ἐλάττων (δ) ὁ ἀγοράζων

Est solertia certa, & ipsa iniqua: Et est perver- 22
tens gratiam ad ostendendum judicium. Est ne- 23
quiter agens, qui se humiliat nigredine: & in
suis interioribus est (k) plenus dolo: Inclinans 24
faciē, & (l) semisurdus: ubi non fuerit agnitus;
anticipabit te. Et, si ab imbecillitate virium ve- 25
tetur peccare; si invenerit tempus; malefacit.
Ex visu cognoscetur vir: & ab occursu faciei 26
cognoscetur sensatus. Amictus viri, & risus 27
dentium, & ingressus hominis enuntiat de illo.
Est correptio, quæ non est decora: & est tacens, 28
& ipse prudens.

CAP. XX.

Quàm bonum est arguere, quàm irasci: &, 1
qui (a) vicissim confitetur; prohibebitur à di-
minutione. Concupiscentia spadonis, (b) devir- 2
ginare juvenculam: Sic, qui facit per vim 3
(c) judicia. Est tacens, qui invenitur sapiens: 5
& est odibilis ex multa loquacitate. Est tacens;
non enim habet responsum: & est tacens, sciens 6
tempus. Homo sapiens, tacebit usque ad tempus: 7
lascivus autem & imprudens transgredietur
tempus. Qui abundat sermone; (d) in abomina- 8
tione erit: & qui potestatem sibi sumit; odie-
tur. Est (e) processio in malis viro: & est inven- 9
tio in detrimentum. Est datum, quod non erit 10
utile tibi: & est datum, cujus retributio duplex.
Est minoratio propter gloriam: & est, qui ab hu- 11
militate levavit caput. Est, qui emat multa mo-
dico pretio, & restituens ea in septuplum.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

22 * ܐܝܬ ܕܚܪܝܡ ܘܪܓܐ ܠܡܥܒܕ ܒܗ. ܘܡܬܗܦܟ ܒܦܣܩ ܕܝܢܐ. * ܐܝܬ ܕܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܡܟܝܟܐ
23
24 ܘܐܝܟ ܬܒܝܪ ܢܦܫܐ. ܘܓܘܗ ܡܠܐ ܢܟܠܐ. * ܐܝܬ ܕܡܟܝܟܝܢ ܐܦܘܗܝ. ܘܡܬܚܫܒ ܒܝܫܬܐ.
ܘܐܬܪܐ ܕܠܐ ܡܬܝܕܥ ܠܗ. ܟܐܢܐ ܡܬܩܪܐ. * ܐܝܬ ܕܡܛܠ ܕܠܝܬ ܠܗ ܚܝܠܐ. ܡܬܟܠܐ ܡܢ
25 ܚܛܗܐ. ܘܐܢ ܡܫܟܚ ܠܡܒܐܫܘ ܡܒܐܫ. * ܐܝܬ ܕܡܢ ܚܙܘܐ ܕܐܦܘܗܝ. ܦܪܫ ܠܗ
26 ܓܒܪܐ. ܘܡܢ ܡܪܚܩܐ ܢܫܬܘܕܥ ܠܗ ܚܟܝܡܐ. * ܚܙܘܗ ܕܓܒܪܐ ܡܚܘܐ ܥܠ ܥܒܕܘܗܝ. ܘܗܠܟܬܗ
27 ܕܓܒܪܐ. ܡܣܗܕܐ ܥܠܘܗܝ. * ܐܝܬ ܡܟܣܢܘܬܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪܐ. ܘܐܝܬ ܕܫܬܝܩ. ܘܗܘ ܚܟܝܡ.
28

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟ *

1 * ܠܝܬ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ. ܠܡܢ ܕܡܟܣ ܠܥܘܠܐ. ܘܡܫܬܒܗܪ ܡܢ ܗܝ ܕܠܐ ܘܠܐ ܠܗ ܠܡܫܬܒܗܪܘ.
2 * ܡܬܪܓܪܓ ܡܗܝܡܢܐ ܠܡܫܟܒ ܥܡ ܒܬܘܠܬܐ. ܗܟܢܐ ܗܘ ܕܥܒܕ ܕܝܢܐ ܒܛܠܘܡܝܐ.
3 * ܐܝܬ ܕܟܕ ܫܬܝܩ. ܡܬܚܫܒ ܚܟܝܡܐ. ܘܐܝܬ ܕܡܣܬܢܐ ܡܢ ܣܓܝܐܘܬ ܡܡܠܠܗ. * ܐܝܬ
4 ܕܡܡܠܠ. ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܘܠܐ ܠܗ ܠܡܡܠܠܘ. * ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ. ܢܛܪ ܙܒܢܐ. ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ
5 ܘܡܪܚܐ ܠܐ ܢܛܪ ܙܒܢܐ. * ܐܝܬ ܕܡܢ ܣܓܝܐܘܬ ܡܡܠܠܗ ܡܣܬܢܐ. ܘܕܡܫܬܒܗܪ ܚܝܘܗܝ ܣܢܝܢ.
6
8 * ܐܝܬ ܨܒܘ. ܕܠܒܝܫܬܗ ܗܘ ܕܓܒܪܐ. ܘܐܝܬ ܡܠܐ ܕܠܚܘܣܪܢܗ. * ܐܝܟ ܕܪܡܐ
9 ܟܐܦܐ ܥܠ ܦܪܚܬܐ. ܘܡܦܪܚ ܠܗ. ܗܟܢܐ ܐܢܬ ܡܘܒܕ ܪܚܡܘܬܐ ܕܪܚܡܟ ܫܪܝܪܐ. ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܠܗ.
11 * ܐܝܬ ܕܢܣܒ ܣܓܝ ܐܝܟ ܙܥܘܪ. ܘܦܪܥ ܠܗ ܫܒܥ ܥܦܝܦܝܢ.

Est qui sit callidus, ac decipere velit, seséq; 22
perversè gerat in proferendo judicio. Est 23
qui videatur quasi humilis, & quasi animo
confractus, intra cor suum verò plenus sit
dolo. Est cujus vultus sit demissus, at scelera 24
moliatur; & ubi ignotus est, justus vocetur.
Est qui quòd careat viribus, abstinet à pec- 25
cando; at si lædere queat, lædet. Est quem 26
ab aspectu vultûs judicet vir, quemque pro-
cul cognoscat sapiens. Aspectus hominis in- 27
dex est operum ejus, & gressus hominis te-
stantur de ipso. Est objurgatio minimè de- 28
cora, est etiam qui taceat, ipséq; sit sapiens.

CAP. XX.

Nulla est ei gratia, qui sceleratum objur- 1
gat, indeque gloriatur unde nefas est ei glo-
riari. Desiderat eunuchus cum virgine 2
concumbere, talis est qui judicium cum op-
pressione exercet. Est qui dum tacet, sa- 3
piens reputetur; & est qui ob nimiam lo-
quacitatem sit odiosus. Est qui loquatur ubi 4
loqui non debet. Cordatus homo occasio- 5
nem observat, scelestus autem & impudens
homo non expectat occasionem. Est qui ob 6
crebros sermones suos reddatur exosus: &
jactabundi vita erit execrabilis. Sunt res 8
quædam in malum hominis, & sunt sermones
in detrimentum ipsius. Ut lapidem jacis in 9
volucrem, & abigis eam; sic veri amici tui 11
amicitiam amittes, illam minimè reperturus.
Est qui multum quasi paucum mutuetur, il-
lud autem septuplo persolvat.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

22 * ورب عاقل لبس بالكذب * ويحرص ليهيج الخصومة والهوي * رب انسان يري لينا * وجوفه
23
24 مملوا من الفكر والزهو * ورب ساكن يهم بالسرور * وحيث لا يعرف يعد معتدلا * في الناس
25
26 اعيا بمنعه من الاثم ضعفه * وان قدر علي الاضرار بصاحبه اضرّبه * في الناس من يعرف
27 من وجهه ما هو بسبه الحكيم من بعيد * منظر الرجل يدل علي فعاله * ومشيته تشهد
28 عليه * في العتاب ما لا ينتفع به ويكره ورب ساكت هو اعقل *

* الفصل العشرون *

1 لا حمد لمن عاتب العاجز * ولا يمدح من لا ينبغي له
2 المديح * مثل الخصي الذي يشتهي ان يجامع الفتاة * كذلك من يقضي علي الرجل في ساعة
3 الشدة والضيق * في الناس من يعد حكيما من اجل سكوته * وفي الناس من يبغض من
4
5 كثرة كلامه * وفي الناس من لا يتكلم حيث يطلب منه الكلام * والمرء الحكيم يعرف اوان
6 الكلام * والعاجز المرح ما يبالي ما يظن به * وفي الناس من يمقت لكثرة حديثه * ومن كان
8
9 مسرفا يبغض عليه عيشه * رب امر يكون في شر الانسان * ورب امر في حينه * كما انك ترسي
11 حجرا يطير الطير منه * كذلك ضيعت مصادقة صديقك الحق ان لم يصفوا ودك له * في
الناس من يستعرض كبيرا وهو عنده حقير * ويحسن امانته يقضي بدله سبعة اضعاف *

Interdum etiam prudens induit menda- 22
cium, studétque lites ac ruinam excita-
re. Quandoque videtur quis esse lenis, 23
ejus tamen præcordia plena sunt machi-
natione & superbiâ. Quandoque etiam 24
tranquillus flagitia meditatur, & ubi
ignoratur, reputatur justus. Inter homines 25
est quem propria imbecillitas impediat
ab iniquitate; quòd si nocere valeat pro-
ximo suo, noceat. Reperitur inter homi- 26
nes qui ex vultu dignoscat eum qui pro-
cul sapientem refert. Aspectus hominis 27
indicat actiones ejus, et incessus ejus te-
statur de ipso. Inter objurgationes est quæ 28
nulli^o est emolumenti, imò verò horroris:
& aliquando taciturnus sapientior est.

CAP. XX.

Non est gratia segnē objurganti, neq; 1
laudandus est ille cui non debetur laus.
Qualis est spado qui cupit cum puella 2
coïre, talis qui condemnat hominē tempo-
re calamitatis & angustiæ. Inter homi- 3
nes est qui sapiens censeatur propter si-
lentiū suum, et inter homines est qui odio
habeatur ob crebrā loquacitatem: Est et-
iam inter homines qui non loquatur ubi 4
res ab eo postulat ut loquatur. Et quia 5
vir sapiens novit opportunitatem sermo-
nis, segnis autē et superb^o non curat quid
de se censeatur. Est præterea inter morta- 6
les qui in odiū venit ob nimiā loquaci-
tatem suam: & arrogantis vita odio ha-
betur. Sunt res interdum quæ cedunt in 8
malū hominis, interdū verò res in bonum
ipsius. Ut lapidem jacularis, eoque avis 9
avolat; sic amittes amicitiam amici
veri, nisi fuerit sincerus amor tuus in eum.
Reperitur inter homines, qui multa mu- 11
tuetur, nulliúsque sit apud ipsū mo-
ti; propter bonam tamen fidem suam
eo septuplum acquirat.

Versio VULG. LAT.

13 Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem
14 fatuorum effundentur. Datus insipientis non erit utilis
15 tibi: oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit,
& multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio
16 est. Hodiè fœneratur quis, & cras expetit: odibilis est
17 homo hujusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gra-
18 tia bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsæ lin-
19 guæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? Neque
enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: simi-
20 liter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ,
quasi qui in pavimento cadens: sic casus malorum festi-
21 nanter veniet. Homo acharis quasi fabula vana, in ore in-
22 disciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur
23 parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Est qui
vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabi-
24 tur. Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab
imprudenti persona perdet eam: personæ autem ac-
25 ceptione perdet se. Est qui præ confusione promit-
26 tit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Op-
probrium nequam in homine mendacium, & in ore in-
27 disciplinatorum assiduè erit. Potior fur quàm assiduitas
viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.
28 Mores hominum mendacium sine honore: & confusio il-
29 lorum cum ipsis sine intermissione. Sapiens in verbis pro-
30 ducet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Qui
operatur terram suam, inaltabit acervum frugum: & qui
operatur justitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet
magnatis, effugiet iniquitatem.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

13 † Ὁ σοφὸς ἐν (ε) λόγῳ ἑαυτὸν προσφιλῆ ποιήσει, † χάριτες δὲ
14 μωρῶν ἐκχυθήσονται. † Δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι, † οἱ γὰρ
15 ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ' ἑνὸς πολλοί. † Ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνει-
16 δίσει, † καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κῆρυξ. † Σήμερον δανειεῖ καὶ
17 αὔριον (ζ) ἀπαιτήσει· † μισητὸς ἄνθρωπος ὁ τοιοῦτος. † Μωρὸς
ἐρεῖ, Οὐχ ὑπάρχει (η) μοι φίλος, † καὶ οὐκ ἔστι χάρις τοῖς ἀγαθοῖς
18 μου· † Οἱ ἔσθοντες τὸν ἄρτον μου, φαῦλοι γλώσσῃ. † ποσάκις, καὶ
20 ὅσοι καταγελάσονται αὐτοῦ; † Ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον ἢ ἀπὸ
21 γλώσσης, † οὕτως πτῶσις κακῶν κατὰ σπουδὴν ἥξει. † Ἄνθρωπος
ἄχαρις, μῦθος ἄκαιρος, † ἐν στόματι ἀπαιδεύτων ἐνδελεχισθή-
22 σεται. † Ἀπὸ στόματος μωροῦ ἀποδοκιμασθήσεται παραβολή, † οὐ γὰρ
23 μὴ εἴπῃ αὐτὴν ἐν καιρῷ αὐτῆς. † Ἔστι κωλυόμενος ἁμαρτάνειν
24 ἀπὸ ἐνδείας, † καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτοῦ οὐ κατανυγήσεται. † Ἔστιν
ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δι' αἰσχύνην, † καὶ ἀπὸ ἄφρονος προσώ-
25 που (θ) ἀπολεῖ αὐτήν. † Ἔστι χάριν αἰσχύνης ἐπαγγελλόμενος φίλῳ,
26 † καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεάν. † Μῶμος πονηρὸς ἐν ἀν-
27 θρώπῳ ψεῦδος, † ἐν στόματι ἀπαιδεύτων ἐνδελεχισθήσεται. † Αἱ-
ρετὸν (ι) κλέπτης, ἢ ὁ ἐνδελεχίζων ψεύδει, † ἀμφότεροι δὲ ἀπώ-
28 λειαν κληρονομήσουσιν. † Ἦθος ἀνθρώπου (κ) ψευδοῦς ἀτιμία,
† καὶ ἡ αἰσχύνη αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐνδελεχῶς. ΛΟΓΟΙ ΠΑΡΑ-
29 ΒΟΛΩΝ. † Ὁ σοφὸς ἐν λόγοις προάξει ἑαυτόν, † καὶ ἄνθρω-
30 πος φρόνιμος ἀρέσει μεγιστᾶσιν. † Ὁ ἐργαζόμενος γῆν ἀνυψώ-
σει θημωνίαν αὐτοῦ, † καὶ ὁ ἀρέσκων μεγιστᾶσιν ἐξιλάσεται
(λ) ἀδικίαν.

MS. A. (ε) λόγοις (ζ) ἀποτίσει· (η) φίλος, (θ) ἀπολύει (ι) κλέπτης ἐνδελεχίζων (κ) ψευδος, (λ) ἀδικίας.

Sapiens in verbis, seipsum amabilem faciet: 13
gratiæ autem fatuorum effundentur. Datus in- 14
sipientis non erit utilis tibi: oculi enim illius pro
uno multi. Exigua dabit, & multa imprope ra- 15
bit: & aperiet os suum, tanquam præco. Hodiè 16
fœnerabitur, & cras repetet: est odibilis homo
hujusmodi. Fatuus dicet; Non est mihi amicus, 17
& non est gratia bonis meis: Qui edunt panem 18
meum; sunt mali linguâ. Quoties, & quanti 20
irridebunt (f) eum? Lapsus à pavimento magis,
quàm à lingua: sic casus malorum festinanter
veniet. Homo sine gratia, fabula intempestiva: 21
in ore indisciplinatorũ assidua erit. Ex ore fatui 22
reprobabitur parabola: non enim dicet illam in
tempore ejus. Est, qui vetatur peccare præ ino- 23
pia: & in requie sua non stimulabitur. Est, 24
qui perdit animam suam præ confusione: &
(g) ab imprudenti persona perdet eam. Est, qui 25
præ confusione promittit amico: & lucratus est
eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in 26
homine mendacium: in ore indisciplinatorum
assiduè erit. Potior fur, quàm assiduus in men- 27
dacio: perditionem autem ambo hæreditabunt.
Mos hominis mendacis, inhonoratio: & confusio 28
ejus cum ipso sine intermissione. SERMO-
NES PARABOLARUM. Sapiens in 29
verbis producet seipsum: et homo prudens pla-
cebit magnatis. Qui operatur terram; inaltabit 30
acervum suum: et, qui placet magnatis; expiabit
iniquitatem.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 [illegible]
14 15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 27 [illegible]
28 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]

Donum insipientis inæstimabile est apud 13
ipsum, quoniam oculi ejus ad compensatio-
nem septuplo majorem *reportandam* positi
sunt. Parum dat, & multùm exprobrat, & 14
aperiens os suum malè loquitur, & blaterat.
Hodiè mutuò dat, & cras repetet; & bene- 15
ficium ejus beneficium est compensationis.
Qui sunt hujusmodi, Deo sunt & hominibus
invisi. Stultus dicit, Non est amicus mihi, 16
nec est gratia beneficio meo: Qui vescun- 17
tur pane meo, sunt veluti petra lapidea. Sed
ut ipse, *sic alii* deridebunt eum. Quales sunt 19
aquæ super saxum lapideum effusæ, talis est
iniqua lingua inter justos. Quemadmodum 20
cauda sine sale comedi non potest, pari modo
verbum intempestivè pronuntiatum. In ore 21
stulti offendit sermo, quia non profert illud
opportuné. Est qui peccata effugiat præ ino- 22
pia sua. Quis est iste qui justus evasit pro-
priis fretus divitiis? Est qui seipsum perdat 23
præ pudore suo, & præ absconsione vultûs
sui pereat. Est qui præ pudore promittat so- 24
cio suo, & inimicum sibi gratis acquirat.
Quod pessimum est in homine, mendacium 25
est, & quidem in ore stulti frequens est. Cu- 26
pit furari ac mentiri; utraque autem via ejus
ignominiam conciliabit ei. Nam finis ho- 27
minis mendacis erit in convicium, & infa-
mia ejus unà cum ipso peribit Qui plenus 28
est parabolis sapientiæ, ut parvum se præ-
bet? & servus prudens dominabitur magna-
tibus. Donum ac munus stupefaciunt ocu- 30
los, os occludunt, & objurgationem vetant.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 14 * عطية الجاهل ليست عنده بالسواء * لعله يرجوا ان يقتضي بدلها سبعة اضعاف * يعطي
15 اليسير ويعير كثيرا * وينطق بالسوء ويعارض * اليوم يقرض وغدا يقبض * وغايته يستوفي
16 ويزداد * فمن كان على هذا الحال * فهو عند الله مرذول * وعند الناس ممقوت * يقول الجاهل
17 بجهله ليس لي صديق وليس لمعروفي ثواب * من اكل طعامي شبيه بالحجر وبالريح التي لا يثبت
19 عليها الماء * كذلك يسخر منه * كالماء الذي لا يثبت اذا صب على الصخر * كذلك لسان
20 22 الاثيم بين الابرار * كما ان الالية لا توكل بغير ملح * كذلك الكلمة اذا قيلت بغير وقتها * في
الناس من ينجو من الذنوب بسبب مسكنته * فمن ذا الذي كان بارا ثم يستريح الى غناه *
23 24 * من الناس من يهلك نفسه لشدة ادبه * ومن شدة حيائه ندم * وفي الناس من يعد صاحبه
25 من الحياء مثل الغريب * ويكتسب عداوته مجانا * اشر ما في الناس الكذب * وهو كثير في فم
26 27 الجاهل * يهوى السرقة والكذب * وطريقاه كلاهما يعقبانه الخزي والشتيمة * لان عاقبة الكذب
28 اللعنة * ويبيد بالخزية والهوان * الحاذق بامثال الحكماء ينزل نفسه بمنزلة الصغار * والعبد
30 الفهيم يملك الاشراف * الهدايا والرشا تاخذ الوجوه * وتسد الافواه * وتبطل قول الحق *

Donum stulti est apud ipsum inæstimabi- 13
le, quoniam sperat septuplo se compensan-
dum pro ipso. Parum dat, & multùm ex- 14
probat, obloquitur, invidétq;. Hodie mu- 15
tuò dat, & cras resumet, ejusq; scopus est
repetere cum lucro. Qui hujus est con-
ditionis, execrandus est apud Deum, &
apud homines odiosus. Stultus dicit in 16
stultitia sua, Non est mihi amicus, nec est
beneficio meo præmium. Qui cibo meo 17
vescitur, similis est lapidi & vento, super
quibus aqua minimè consistit. Sic ludi-
brio habebitur. Qualis est aqua quæ super 19
lapidem effusa minimè consistit, talis est
lingua scelerati inter probos. Quemad- 20
modum cauda sine sale non comeditur,
ita verbum cùm præter tempus effertur.
Est inter mortales qui liberetur à culpis 22
causâ paupertatis suæ: Quis enim justus
est, & propriis innititur divitiis? Inter 23
homines reperitur qui seipsum perdat ob
nimiam modestiam, & præ nimio pudore
pereat. Reperitur etiam inter homines, 24
qui amico suo quasi peregrino præ pudore
polliceatur, ejusq; inimicitiam gratìs ac-
quirat. Pessimum quod sit inter homines, 25
mendacium; est autem frequentissimum in
ore stulti. Optat furari & mentiri, & 26
ambæ viæ ejus pudorem & contumeliam
allaturæ sunt ei. Finis enim mendacii est 27
maledictio, & in miseria ac probro peri-
bit. In proverbiis sapientum peritus æ- 28
stimat se conditionis parvulorum, & ser-
vus cordatus dominabitur nobilibus. Do- 30
na & munera vultibus assentantur, obtu-
rant ora, & irritum faciunt sermonem
veritatis.

Versio VULG. LAT.

31 Xenia & dona excæcant oculos judicum, & quasi mutus
32 in ore avertit correptiones eorum. Sapientia absconsa &
33 thesaurus invisus; quæ utilitas in utrisque? Melior est qui
celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI.

1 Filli, peccâsti? non adjicias iterùm: sed & de pristinis de-
2 precare ut tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge
3 peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis,
4 dentes ejus, interficientes animas hominum. Quasi rhom-
phæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.
5 Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam: & domus
quæ nimis locuples est, annullabitur superbiâ: sic substan-
6 tia superbi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex ore usq;
ad aures ejus perveniet, & judicium festinatò adveniet illi.
7 Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui
8 timet Deum, convertetur ad cor suum. Notus à longè po-
9 tens linguâ audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui
ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit
10 lapides suos in hyeme. Stuppa collecta synagoga peccan-
11 tium, & consummatio illorum flamma ignis. Via peccan-
tium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, &
12 tenebræ, & pœnæ. Qui custodit justitiam, continebit sen-
13 sum ejus. Consummatio timoris Dei, sapientia & sensus.
14 Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem sa-
15 pientia, quæ abundat in malo: & non est sensus ubi est
16 amaritudo. Scientia sapientis tanquam inundatio abunda-
17 bit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet. Cor fa-
tui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

31 † Ξένια καὶ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, † καὶ ὡς φιμὸς ἐν
32 στόματι (μ) ἀποτρέπει ἐλεγμούς. † Σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς
33 ἀφανής, † τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; (ν) Κρείσσων ἄνθρωπος ἀποκρύπτων τὴν μωρίαν αὐτοῦ, † ἢ ἄνθρωπος ἀποκρύπτων τὴν σοφίαν αὐτοῦ.

MS.A. (μ)* ἀποτρέμει (ν) Κρείττων

ΚΕΦ. ΚΑ΄.

1 † Τέκνον, ἥμαρτες; μὴ προσθῇς μηκέτι, † καὶ περὶ τῶν προτέρων
2 σου δεήθητι. † Ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἁμαρτίας,
3 † ἐὰν γὰρ προσέλθῃς, δήξεταί σε. † Ὀδόντες λέοντος οἱ
4 ὀδόντες αὐτῆς, † ἀναιροῦντες ψυχὰς ἀνθρώπων. † Ὡς ῥομφαία
5 δίστομος πᾶσα ἀνομία, (α) τῇ πληγῇ αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἴασις. † Καταπλῆγμος καὶ ὕβρις ἐρημώσουσι πλοῦτον, † οὕτως οἶκος (β) ὑπερηφάνου
6 ἐρημωθήσεται. † Δέησις πτωχοῦ ἐκ στόματος ἕως ὠτίων αὐτοῦ,
7 † καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ κατὰ σπουδὴν ἔρχεται. † Μισῶν (ᵈ) ἐλεγμὸν, ἐν ἴχνει
8 ἁμαρτωλοῦ, καὶ ὁ φοβούμενος (γ) κύριον ἐπιστρέψει ἐν καρδίᾳ. † Γνωστὸς μακρόθεν ὁ δυνατὸς ἐν γλώσσῃ, † ὁ δὲ νοήμων οἶδεν ἐν τῷ
9 (ᵟ) ὀλισθαίνειν αὐτόν. † Ὁ οἰκοδομῶν τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν χρήμασιν ἀλλοτρίοις, † ὡς (δ) ὁ συνάγων αὐτοῦ τοὺς λίθους εἰς χειμῶνα.
10 † Στυππεῖον συνηγμένον (ε) συναγωγὴ ἀνόμων, † καὶ ἡ συντέλεια
11 αὐτῶν φλὸξ πυρός. † Ὁδὸς ἁμαρτωλῶν ὡμαλισμένη ἐκ λίθων,
12 καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ αὐτῆς βόθρος ᾅδου. † Ὁ φυλάσσων νόμον κατα-
13 κρατεῖ τοῦ ἐννοήματος αὐτοῦ, † Καὶ συντέλεια τοῦ φόβου κυρίου σοφία.
14 † Οὐ παιδευθήσεται ὃς οὐκ ἔστι πανοῦργος. † (ζ) Ἔστι πανουργία
15 πληθύνουσα πικρίαν. † Γνῶσις σοφοῦ ὡς κατακλυσμὸς πληθυνθή-
16 σεται, † καὶ ἡ βουλὴ αὐτοῦ ὡς πηγὴ ζωῆς. † Ἔγκατα μωροῦ ὡς ἀγγεῖον
17 συντετριμμένον, † καὶ πᾶσαν γνῶσιν οὐ κρατήσει.

MS.A. (α) καὶ τῇ (β) ὑπερηφάνων (ᵈ) ἔλεγχον, (γ) τὸν θεὸν (ᵟ) ὀλισθαίνειν (δ) συνάγων τοὺς λίθους αὐτοῦ εἰς (ε) συναγωγὴ (ζ) Ἔστιν δὲ πανουργία πληθύνουσα *παιδίαι.

Xenia & dona excæcant oculos sapientum: & 31
quasi frænum in ore, avertunt increpationes.
Sapientia abscondita, & thesaurus non compa- 32
rens, quæ utilitas in utrisque? Melior est ho- 33
mo, qui celat insipientiam suam, quàm homo, qui
abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI.

Fili, peccâsti? ne adjicias iterum: & de 1
pristinis tuis deprecare. Quasi à facie colu- 2
bri, fuge à peccato: nam si accesseris; (a)
mordebit te. Dentes leonis, dentes illius, inter- 3
ficientes animas hominum. Quasi romphæa bis 4
acuta, omnis iniquitas: plagæ ejus nō est sanatio. 5
Vehemens objurgatio & contumelia annullabunt
substantiam: sic domus superbi annullabitur.
Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus: 6
& judiciū ejus festinatò adveniet. Qui odit cor- 7
reptionem; in vestigio peccatoris: & qui timet
Dominum; convertetur in (b) corde. Notus à 8
longè potens in lingua: sensatus autem novit, cùm
ille labitur. Qui ædificat domū suam in pecuniis 9
alienis; quasi qui colligit (c) lapides suos in hy-
emem. Stuppa collecta, synagoga peccantium: & 10
consummatio illorum, flamma ignis. Via pec- 11
cantium complanata lapidibus: & in fine illius,
fovea inferni. Qui custodit legem; continet sen- 12
sum suum: Et consummatio timoris Domini, (d) 13
sapientia. Non erudietur, qui non est astutus: Est 14
astutia multiplicans amaritudinem. Scientia sa- 15
pientis tanquam inundantio abundabit: & consi- 16
lium illius, sicut fons vitæ. Interiora fatui, quasi 17
vas confractum: & omnem scientiā non tenebit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

31 * ܚܟܡܬܐ ܕܡܛܫܝܐ. ܘܣܝܡܬܐ ܕܡܛܡܪܐ. ܡܢܐ ܗܘ ܝܘܬܪܢܐ ܕܐܝܬ ܒܬܪܬܝܗܝܢ. * ܛܒ ܗܘ ܓܒܪܐ
32 ܕܡܛܫܐ ܫܛܝܘܬܗ. ܛܒ ܡܢ ܓܒܪܐ ܕܡܛܫܐ ܚܟܡܬܗ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟܐ *

2 * ܒܪܝ ܥܪܘܩ ܡܢ ܚܛܗܐ. ܕܐܢ ܬܬܩܪܒ ܠܘܬܗ ܢܟܬܟ. * ܐܝܟ ܫܢܝ ܐܪܝܐ ܗܘ
3 ܕܓܠܘܬܐ. ܘܡܚܒܠܐ ܢܦܫܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. * ܣܦܣܪܐ ܕܬܪܝܢ ܦܘܡܝܗܝܢ ܙܢܝܬܐ. ܘܠܡܚܘܬܗ
4 ܠܝܬ ܐܣܝܘܬܐ. * ܡܢ ܨܦܪܐ ܠܪܡܫܐ ܡܚܪܒܐ ܡܫܪܝܐ. ܘܦܠܛܪܝܢ ܣܓܝܐܐ ܥܩܪܐ. * ܨܠܘܬܗ
5 ܕܡܣܟܢܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܗ ܠܐܕܢܗ. ܘܩܕܡ ܕܝܢܐ ܕܥܠܡܐ ܣܠܩܐ. * ܣܢܐ ܡܟܣܢܘܬܐ
6 ܓܒܪܐ ܚܛܝܐ. ܘܕܕܚܠ ܡܢ ܡܪܝܐ ܬܐܒ ܡܢ ܠܒܗ. * ܚܟܝܡܐ ܡܢ ܩܘܒܠ ܥܝܢܘܗܝ
7 ܡܫܬܘܕܥ. ܘܥܘܠܐ ܗܘ ܡܢܣܐ ܒܥܓܠ. * ܕܒܢܐ ܒܝܬܗ ܒܢܟܣܐ ܕܪܚܡܘܗܝ. ܡܟܢܫ
8 ܟܐܦܐ ܠܩܒܪܗ. * ܐܝܟ ܡܣܩܬܐ ܕܚܠܐ ܒܪܓܠܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܣܒܐ. ܗܟܢܐ ܐܘܚܕܢܗܘܢ
9 ܕܥܘܠܐ ܠܘܬ ܢܘܪܐ. * ܘܫܒܝܠܗ ܕܚܛܝܐ ܬܘܩܠܬܐ ܗܝ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܚܪܬܗ ܓܘܒܐ ܗܘ
10 ܥܡܝܩܐ. * ܕܢܛܪ ܢܡܘܣܐ. ܟܒܫ ܨܒܝܢܗ. * ܘܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܚܣܝܪ ܠܗ ܡܕܡ.
11 * ܡܕܥܗ ܕܚܟܝܡܐ ܐܝܟ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ ܢܣܓܐ. ܘܡܠܟܗ ܐܝܟ ܡܝܐ ܚܝܐ. * ܠܒܗ
12 ܕܥܘܠܐ ܐܝܟ ܓܘܒܐ ܬܒܝܪܐ. ܘܟܠܗ ܝܘܡܝ ܚܝܘܗܝ ܚܟܡܬܐ ܠܐ ܝܐܠܦ.

In sapientia occulta & thesauro abdito, quid 31
utilitatis est in utroque? Potior est homo 32
qui celat stultitiam suam, potior *inquam* homine qui sapientiam suam supprimit.

CAP. XXI.

Filli mi, procul fuge à peccato; nam si ad 2
illud accesseris, mordebit te. Simile dentibus 3
leonis est mendacium, & animas hominum
corrumpit. Gladius duarum acierum est me- 4
retrix, nec est ejus ictui medela. A mane ad 5
vesperam domicilia destruit, & palatia multa
evellit. Oratio pauperis est quasi ab ore ipsi- 6
us ad aurem ejus, *Domini, (hoc est, illico prolata ferit aures Domini)* & ad conspectum
judicis seculorum ascendit. Qui odit repre- 7
hensionem, homo flagitiosus est: at qui reveretur Dominum, convertitur ex animo.
Sensatus ex adverso oculorum suorum cog- 8
noscit, & sceleratum illico experitur. Qui 9
ædificat domum suam facultatibus amicorum
suorum, lapides cogit in tumulum ejus. Qua- 10
lis est acclivitas arenosa pedibus hominis
grandævi, tale est robur iniquorum prope
ignem. Et semita scelerosi sibi est offendi- 11
culo, quia terminus ejus fovea est profun-
dissima. Qui servat legem, comprimit vo- 12
luntatem suam. Et reverenti Deum nihil de- 13
erit. Intellectus sapientis ut fons aquæ exube- 16
rabit, & mens ejus ut aquæ vivæ. Cor im- 17
pii est instar cisternæ ruptæ, & cunctis diebus vitæ suæ sapientiam non addiscet.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

31 * والحكمة الذي يخفيها صاحبها . والدفين المطمور ما المنفعة منها . **

* الفصل الحادي والعشرون *

2 * يا بني احذر الخطية واجتنبها . لانك ان دنوت منها نهشتك * لان الكذب شبيه افواه
3 الاسد . وانه ليفسد غذاء الناس * الزانية شبه السيف الصارم . وليس لعقوبتها شفا . وقبل
4 موتها تبتلا بشر * من الصبح الى المساء تخرب المساكن . وتهدم القصور المشيدة * صلوة
5 المسكين تصل الى مسامع الرب . وترتفع الى دار العالمين * يكره الفاجر العقاب ومن
6 يتقي الله رجع عن ذنبه * الحكيم يعرف الشي من بعيد . ويبلو الفجار لما يراهم * من
7 بنا بيته بقوة اصحابه يجمع الحجارة لتربته * كشبه اكمة الرمل الذي يصعده الشيخ
8 بمشقة شديدة . كذلك شدة الاثمة وقوتهم عند العقاب * طريق المنافق هو عثرة له . لان
9 اخرته مثل الجب العميق * من اراد حفظ السنة يشفق على نفسه * ومن اتقي الله لا يعوز
10 شي * ذهن الحكيم يزداد مثل ينبوع الماء . ورايه مثل ماء الحيوة * قلب المنافق مثل
11 الجب المنهار . ولا يتعلم الحكمة ما دام حيا .
12
13
16
17

Ex sapientia quam occulit qui possidet, 31
& ex thesauro abscondito quænam percipitur utilitas?

CAP. XXI.

O Fili mi, cave à peccato, illudque 2
devita; quoniam si accesseris ad illud,
mordebit te. Mendacium enim simile 3
est faucibus leonum, & hominum laborem omninò corrumpit. Scortum simi- 4
le est gladio acuto, ejus tormento non est
curatio, & ante mortem suam dirè tentabitur. A mane ad vesperam destruit 5
habitacula, arcésque munitas diruit.
Oratio pauperis pervenit ad aures Do- 6
mini, ascenditque ad ædes sempiternas.
Sceleratus punitionem execratur; qui 7
autem Deum timet, convertitur à peccato. Sapiens procul rem cognoscit, & 8
probat impios ubi viderit eos. Qui 9
domum suam robore amicorum extruxerit, lapides colligit in tumulum suum.
Qualis est collis arenæ, quem senex 10
summa cum difficultate conscendat, talis est iniquorum vis & conatus tempore animadversionis. Via impii est ei 11
offendiculo, quia finis ejus similis est
foveæ profundissimæ. Qui legem ser- 12
vare voluerit, animæ suæ miseretur: Et 13
qui Deum timuerit, nullius rei indigebit. Intellectus sapientis ut fons aquæ 16
crescet, & consilium ejus ut aqua vitæ. 17
Cor impii simile est cisternæ quæ [illegible]
nec addiscet sapientiam quamdiu vixerit.

Versio VULG. LAT.

18 Verbum sapiens quodcunque audierit scius, laudabit, & ad se adjiciet: audivit luxuriosus, & displicebit illi, & projiciet illud post dorsum suum.
19 Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labiis sensati invenietur gratia.
20 Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.
21 Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba.
22 Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dexteram.
23 Fatuus in risu exaltat
24 vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum proximi:
25 & homo peritus confundetur à persona potentis. Stultus
26 à fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris
27 stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: & pru-
28 dens gravabitur contumeliâ. Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium, staterâ ponderabun-
29 tur. In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapien-
30 tium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, male-
31 dicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus & sensatus honorabitur.

CAP. XXII.

1 IN lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 †Λόγον σοφὸν ἐὰν ἀκούσῃ ἐπιστήμων, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει· †ἤκουσεν ὁ σπαταλῶν καὶ ἀπήρεσεν αὐτῷ, †καὶ ἀπέρρι-
19 ψεν αὐτὸν ὀπίσω (η) τοῦ νώτου αὐτοῦ. †Ἐξήγησις μωροῦ ὡς ἐν ὁδῷ
20 φορτίον, ἐπὶ δὲ χείλους συνετοῦ (ϛ) εὑρεθήσεται χάρις. †Στόμα φρονίμου ζητηθήσεται ἐν ἐκκλησίᾳ, †καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ (θ) δια-
21 νοηθήσεται ἐν καρδίᾳ. †Ὡς οἶκος ἠφανισμένος, οὕτως μωρῷ
22 σοφία· †καὶ γνῶσις ἀσυνέτου, ἀδιεξέταστοι λόγοι. †Πέδαι ἐν ποσὶν (ι) ἀνοήτοις παιδεία, καὶ ὡς χειροπέδαι ἐπὶ χειρὸς δεξιᾶς. †Μωρὸς
23 ἐν γέλωτι ἀνυψοῖ (κ) φωνὴν αὐτοῦ, †ἀνὴρ δὲ πανοῦργος μόλις
24 ἥσυχῇ μειδιάσει. †Ὡς κόσμος (ϛ) χρυσοῦς φρονίμῳ παιδεία, †καὶ
25 ὡς χλιδὼν ἐπὶ βραχίονι δεξιῷ. †Ποὺς μωροῦ ταχὺς εἰς οἰκίαν,
26 †ἄνθρωπος δὲ πολύπειρος αἰσχυνθήσεται ἀπὸ προσώπου. †Ἄφρων ἀπὸ θύρας παρακύπτει εἰς οἰκίαν, †ἀνὴρ δὲ πεπαιδευμένος ἔξω στήσεται.
27 †Ἀπαιδευσία ἀνθρώπου ἀκροᾶσθαι παρὰ θύραν, †ὁ δὲ φρόνιμος
28 βαρυνθήσεται ἀτιμίᾳ. †Χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσεται,
29 †λόγοι δὲ φρονίμων ἐν ζυγῷ σταθήσονται. †Ἐν στόματι μωρῶν ἡ
30 καρδία αὐτῶν, †καρδία δὲ (λ) σοφῶν στόμα αὐτῶν. †Ἐν τῷ (μ) καταρᾶσθαι ἀσεβῆ τὸν Σατανᾶν, †αὐτὸς καταρᾶται τὴν (ν) ἑαυτοῦ
31 ψυχήν. †Μολύνει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ψιθυρίζων, †καὶ ἐν παροικήσει μισηθήσεται.

MS. A. (η) τῶν νώτων (ϛ) εὑρεθήσεται * Στόμα (θ) διανοηθήσονται (ι) ἀνομία τοῦ παιδίου, καὶ ὡς * χειροπαίδες (κ) τὴν φωνὴν (ϛ) χρυσοῦς (λ) φρονίμων (μ) καταράσασθαι ἀσεβῆ (ν) ψυχὴν αὐτοῦ.

ΚΕΦ. κβ'.

1 †Λίθῳ ἠρδαλωμένῳ συνεβλήθη ὀκνηρὸς, †καὶ πᾶς ἐκσυριεῖ ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ.

Verbum sapiens si audierit scius; laudabit illud, & ad se adjiciet. Audivit luxuriosus; & displicuit illi: & projecit illud post dorsum suum. 18
Narratio fatui, quasi sarcina in via: in labio autem sensati invenietur gratia. Os prudentis quæretur in Ecclesia: & verba illius (e) cogitabit in corde. 19 20
Tanquam domus exterminata; sic fatuo sapientia: & scientia insensati, non vestigabilia verba. 21
Compedes in pedibus stultis doctrina, & quasi vincula manuum super manum dexteram. 22
Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè subridebit. 23
Sicut ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. 24
Pes fatui velox in domum: homo autem peritus confundetur à (f) persona. 25
Stultus à janua respicit in domum: vir autem eruditus foris stabit. 26
Stultitia hominis, auscultare per ostium: prudens autem gravabitur (g) contumeliâ. 27
Labia (h) alienorum in his gravabuntur: verba autem prudentium staterâ ponderabuntur. 28
In ore fatuorum, cor illorum: cor autem sapientum, os eorum. 29
Dum maledicit impius diabolum; maledicit ipse animam suam. 30
Susurro coinquinat animam suam, & (i) in cohabitatione odietur. 31

CAP. XXII.

LApidi conspurcato comparatus est piger: & omnis exibilabit in ignominiam illius. 1

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 * ܡܠܬܗ ܕܚܟܝܡܐ ܫܡܥ ܚܟܝܡܐ܂ ܡܫܒܚ ܠܗ܂ ܘܡܘܣܦ ܥܠܝܗ܂ ܘܫܡܥ ܠܗ ܣܟܠܐ...
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
1 [illegible]

Dictum sapientis audit sapiens, laudat illud, & auctius reddit: stultus autem idem audiens, deridet illud, & ad alterum è lateribus suis abjicit. 18
Narrationes impii sunt tanquam sarcina gravis in itinere: omnis autem sermo justi jucunditas. 19
Os sapientis expetitur in consilio, & ad sermonem ejus quisque animum adjicit. 20
Instar carceris est sapientia stulto, & stolido intellectus instar carbonum ignis. 21
Retis instar est disciplina pedibus stulti, & quasi vincula super dexteram ejus. 22
Stultus in risu vocem extollit; vir autem sapiens tacitè subridet. 23
Velut torques aureus est sapientia prudenti, & velut gemma super manum ipsius dexteram. 24
Pedes stulti præcipites intra domum ingrediuntur; vir autem cordatus vultum demittit. 25
Insipiens ab janua in domum introspicit; at decentia viri est ut stet foris & loquatur. 26
Imprudentia est homini ad ostium auscultare, & sapienti gravis est suiipsius ignominia. 27
Os impii in suiipsius corpus obloquitur; sapiens autem cum pondere loquitur. 28
Os stulti est cor ejus; os autem sapientis in corde ipsius est. 29
Cùm execratur stultus eum qui in se minimè peccavit, ipse suam execratur animam. 30
Tristis est anima sapientis propter stultum, quia nescit quid dicat ei. 31

CAP. XXII.

Qualis est lapis conspurcatus in platea projectus, cujus ab odore quisque fugit, talis est stultus quem quisque devitat. 1

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * كلمة الحكيم يسمعها الحكيم * ويقر بها * ويمدحها * ويزيد عليها * ويسمعها الجاهل * ويهزي بها *
19 ويطردها الي احدي جانبيه * حديث المنافق كالحمل الثقيل في الطريق * وجميع نطق البار
20 رحمة ونعمة ومنفعة ومشورة * الحكيم يحتاج اليه الجماعة * ويفهموا كلامه بقلوبهم * الحكمة عند
21 الجاهل كشبه السجن * والعلم عند السفيه شبه النار * كشبه الشبكة في رجل المرء العلم
22 للجاهل * مثل الغل في يمينه * الجاهل يرفع صوته اذا ضحك * والعاقل بالتؤدة * الحكمة للفقيه
23 مثل دملج ذهب * والزينة علي يده اليمني * الجاهل يسرع الدخول الي منزل غيره * الرزين اذا
24 اتا باب الرجل نكس راسه * والجاهل يتطلع من باب الرجل الي داخل بيته * وكرامة المرء
25 ان يقف علي الباب ويتكلم * وانه من الجهل ان يقف الرجل علي ابواب الناس ليتنصت كلامهم *
26 ما اشد علي الحكيم هوانه * فم المنافق يسلبه ويعيبه * والعاقل بالوزن يتكلم * فم الجاهل
27 هوا قلبه * وفم الحكيم في قلبه * اذا لعن الجاهل لمن لم يسي اليه * فانما يلعن
28 نفسه * نفس العاقل حزينة علي الجاهل * لانه لا يعلم كيف يداريه *
29 * الفصل الثاني والعشرون *
30 مثل الجيفة الملقاة في الزقاق * ويهرب جميع
31 الناس من نتنها * فعلي هذا المثال الجاهل يتباعد منه جميع الناس

Verbum sapientis audit sapiens, eo delectatur, laudat illud, & amplificat: stultus verò audit illud, deridétque, & ad alterum laterum suorū abjicit. 18
Sermo impii est ut grave pondus in via, at omne justi eloquium est misericordia, gratia, utilitas, & consilium. 19
Sapiente indiget congregatio, & sermonem ejus intelligunt suis cordibus. 20
Sapientia apud stultum est velut vinculum, & doctrina apud stolidum est velut ignis. 21
Tanquam rete in alicujus pede est doctrina apud dementem, tanquam lorum in dextera ipsius. 22
Demens vocem attollit dum ridet, prudens autem cū moderatione. 23
Sapientia cordato est instar armillæ aureæ, & ornamenti super manum ejus dexteram. 24
Stultus præcipitat introitum in domum alienam, at firmo præditus judicio cùm ad alicujus ostium advenerit, caput suum demittit. 25
Stultus etiam ab alicujus ostio in domum ejus introspicit, honestas autem viri est ut ad ostium manens loquatur. 26
Et quidem insipientia est stare quempiā ad ostium hominū auscultandi gratiâ sermones eorum. 27
Quàm grave est sapienti suiipsius opprobrium! Os impii perdet ac dehonestabit eum, prudens autem cum pondere loquitur. 28
Os stulti est libido cordis ejus, os autem sapientis in corde ipsius. 29
Cùm stultus maledicit ei qui non læsit ipsum, sibi ipsi maledicit. 30
Prudentis animus despondet ac mœret propter stultum, quia nescit quâ ratione agendum sit cum illo. 31

CAP. XXII.

UT cadaveris in vico projecti fœtorem omnes refugiunt, eodem modo omnes homines à stulto recedunt. 1

Versio VULG. LAT.

2 De stercore boum lapidatus est piger: & omnis qui te-
3 tigerit eum, excutiet manus. Confusio patris est de filio
4 indisciplinato: filia autem in deminoratione fiet. Filia
prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, in con-
5 tumeliam fit genitoris. Patrem & virum confundit au-
dax, & ab impiis non minorabitur: ab utrisque autem
6 inhonorabitur. Musica in luctu importuna narratio: fla-
7 gella & doctrina in omni tempore sapientia. Qui do-
8 cet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat ver-
bum non audienti, quasi qui excitat dormientem de gra-
9 vi somno. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto
sapientiam: & in fine narrationis dicit; Quis est hic?
10 Supra mortuum plora, defecit enim lux ejus: & supra
11 fatuum plora, defecit enim sensus. Modicùm plora supra
12 mortuum quoniam requievit. Nequissimi enim nequissima
13 vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies; fatui
14 autem & impii, omnes dies vitæ illorum. Cum stulto
15 ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Serva
te ab illo, ut non molestiam habeas, & non coinquina-
16 beris peccato illius. Deflecte ab illo, & invenies requi-
17 em, & non acediaberis in stultitia illius. Super plumbum
quid gravabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatu-
18 us? Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre,
quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

2 † Βολβίτῳ (α) κοπρίων συνεβλήθη ὀκνηρὸς, † πᾶς ὁ ἀναιρούμενος
3 αὐτὸν ἐκτινάξει χεῖρα. † Αἰσχύνη πατρὸς ἐν γεννήσει ἀπαιδεύτου,
4 † θυγάτηρ δὲ ἐπ' ἐλαττώσει γίνεται. † Θυγάτηρ φρονίμη κληρονομήσει
ἄνδρα αὐτῆς, † καὶ ἡ καταισχύνουσα, εἰς λύπην γεννήσαντος.
5 † Πατέρα καὶ ἄνδρα καταισχύνει ἡ (β) θρασεῖα, † καὶ ὑπὸ ἀμφο-
6 τέρων ἀτιμασθήσεται. † Μουσικὰ ἐν πένθει ἄκαιρος διήγησις,
7 μάστιγες (γ) καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας. † Συγκολλῶν
8 ὄστρακον ὁ διδάσκων μωρὸν, Ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ (δ) βα-
9 θέως ὕπνου. † Διηγούμενος νυστάζοντι ὁ διηγούμενος μωρῷ, † καὶ
10 ἐπὶ συντελείᾳ ἐρεῖ, Τί ἐστιν; † Ἐπὶ νεκρῷ κλαῦσον, ἐξέλι-
πε γὰρ φῶς· καὶ ἐπὶ μωρῷ κλαῦσον, ἐξέλιπε γὰρ (ε) σύνε-
11 σις. † Ἥδιον κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, ὅτι ἀνεπαύσατο· † Τοῦ
12 (ζ) δὲ μωροῦ ὑπὲρ θάνατον (η) ἡ ζωὴ πονηρά. † Πένθος νεκροῦ
13 ἑπτὰ ἡμέραι, † μωροῦ δὲ καὶ ἀσεβοῦς πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς (θ) αὐτοῦ.
14 † Μετὰ ἄφρονος μὴ πληθύνῃς λόγον, † καὶ πρὸς ἀσύνετον μὴ
15 πορεύου. † Φύλαξαι ἀπ' αὐτοῦ ἵνα μὴ κόπον ἔχῃς, † καὶ οὐ μὴ μο-
16 λυνθῇς ἐν τῷ (ι) ἐντιναγμῷ αὐτοῦ. † Ἔκκλινον ἀπ' αὐτοῦ καὶ εὑρή-
σεις ἀνάπαυσιν, † καὶ οὐ μὴ (κ) ἀκηδιάσῃς ἐν τῇ ἀπονοίᾳ αὐτοῦ.
17 † Ὑπὲρ (λ) μόλυβδον τί βαρυνθήσεται; † καὶ τί αὐτῷ ὄνομα, ἀλλ'
18 ἢ μωρός; † (μ) Ἄμμον καὶ ἅλα καὶ βῶλον σιδήρου εὔκοπον ὑπε-
νεγκεῖν, † ἢ ἄνθρωπον ἀσύνετον.

MS. A. (α) κοπρίῳ (β) * θρησκία, (γ) δὲ καὶ (δ) βαθέος (ε) σύνεσιν. Ἴδιον (ζ) γὰρ (η) ζωὴ (θ) αὐτῶν. (ι) ἐντινάγματι (κ) κηδιάσῃς (λ) * βολιβον (μ) * Ἄμμον

Stercori boum de sterquiliniis comparatus est piger: omnis qui tollit illud, excutiet manum. Confusio patris de filio indisciplinato: filia autem in minorationem fit. Filia prudens hæreditabit virum suum: & quæ confundit, in tristitiam genitoris. Patrem & virum confundit audax: & ab utrisque inhonorabitur. Musica in luctu, importuna narratio: flagella, & doctrina in (a) omni tempore sapientiæ. Qui docet fatuum, conglutinat testam: (b) Excitat dormientem de gravi somno. Enarrat dormitanti, qui enarrat stulto: & in fine dicet; Quid est? Super mortuum (c) plora: defecit enim lux: & super fatuum plora: defecit enim sensus. Jucundiùs plora super mortuum, quoniã requievit: Fatui autem super mortem vita nequissima. Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impii, omnes dies vitæ illius. Cum stulto ne multiplices sermonem: & ad insensatum non (d) eas. Serva te ab illo: ut non molestiam habeas, & non coinquineris in concussione illius. Deflecte ab illo, & invenies requiem: & non acediaberis in stultitia illius. Super plumbum quid gravabitur? & quod illi aliud nomen, quàm fatuus? Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 * ܟܕ ܢܦܩ ܐܢܫ ܠܒܪ ܠܫܘܩܐ ܘܡܬܒܙܚ ܢܦܫܗ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܚܙܐ ܠܗ ܡܢܩܦ ܐܝܕܘܗܝ.
3 5 * ܒܗܬܬܐ ܗܝ ܠܐܒܐ ܒܪܐ ܣܟܠܐ. ܘܢܩܒܬܐ ܠܡܘܚܣܪܢܐ ܗܝ ܡܬܝܠܕܐ. * ܐܒܘܗ ܘܐܡܗ
6 ܠܐܒܗܬܗ ܣܟܠܬܐ. ܘܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܗܝ ܡܬܒܣܪܐ. * ܐܝܟ ܙܡܪܐ ܒܝܬ ܐܒܠܐ. ܗܟܢܐ ܡܡܠܠܐ ܕܠܐ
8 ܒܙܒܢܗ. ܡܪܕܘܬܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܚܟܡܬܐ ܗܝ. * ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܡܕܒܩ ܚܨܦܐ.
ܗܟܢܐ ܗܘ ܡܢ ܕܡܠܦ ܠܣܟܠܐ. ܘܐܝܟ ܐܢܫ ܕܡܥܝܪ ܡܢ ܫܢܬܐ ܥܡܝܩܬܐ. ܘܐܝܟ ܐܢܫ
ܕܐܟܠ ܠܚܡܐ ܟܕ ܠܐ ܟܦܢ. ܗܟܢܐ ܗܘ ܡܢ ܕܡܠܦ ܠܣܟܠܐ. ܘܡܐ ܕܫܠܡܘ ܡܠܘܗܝ. ܐܡܪ ܠܟ.
9 ܡܢܐ ܐܡܪܬ. * ܥܠ ܡܝܬܐ ܒܟܝܬܐ. ܕܐܬܚܪܒ ܡܢ ܢܘܗܪܐ. ܘܥܠ ܣܟܠܐ. ܕܐܬܚܪܒ ܡܢ
10 11 ܚܟܡܬܐ. * ܠܝܬ ܠܟ ܕܬܒܟܐ ܥܠ ܡܝܬܐ ܕܐܬܢܝܚ. * ܒܝܫܝܢ ܐܢܘܢ ܚܝܐ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܐܒܠܐ
12 ܕܡܝܬܐ. * ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܐܒܠܐ ܕܡܝܬܐ. ܐܒܠܐ ܕܝܢ ܕܣܟܠܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝ
13 14 ܚܝܘܗܝ. * ܥܡ ܣܟܠܐ ܠܐ ܬܣܓܐ ܡܡܠܠܐ. ܘܥܡ ܚܣܝܪܐ ܠܐ ܬܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ. * ܐܬܢܛܪ
15 ܡܢܗ ܕܠܐ ܢܠܐܝܟ. ܘܠܐ ܢܛܢܦܟ ܟܕ ܗܘ ܡܬܢܦܨ. * ܐܬܢܛܪ ܡܢܗ ܘܐܫܟܚ ܢܝܚܐ.
16 ܘܠܐ ܢܠܐܝܟ ܒܣܘܓܐܐ ܕܫܘܥܝܬܗ. * ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܒܪܐ ܝܩܝܪ ܗܘ. ܘܡܢܘ ܫܡܗ ܐܠܐ
17 ܣܟܠܐ. * ܚܠܐ ܘܡܠܚܐ ܘܓܘܫܡܐ ܕܦܪܙܠܐ ܢܝܚ ܠܡܫܩܠ. ܡܢ ܕܠܡܥܡܪ ܥܡ ܓܒܪܐ
18 ܣܟܠܐ. * ܐܝܟ ܩܪܝܬܐ ܕܩܝܣܐ ܕܐܣܝܪܐ ܒܩܪܢܬ ܒܝܬܐ. ܗܟܢܐ ܠܒܐ ܡܫܪܪܐ
ܒܡܠܟܐ ܕܪܥܝܢܗ. ܘܡܢ ܟܠ ܕܚܠܐ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥ.

* Cùm quis foràs egreditur in plateam, seseque dehonestat, quicunque videt eum, manus suas agitat. Ignominia est patri filius insipiens, & fœmina ad detrimentum gignitur. Patrem matrémque suam pudefaciet stulta, at plus utroque ipsa vituperabitur. Ut musica in luctu *sic* est narratio intempestiva: eruditio verò ac disciplina quovis tempore sunt sapientia. Ut is qui testas conglutinat, sic ille qui stultum docet. Ut is etiam qui dormientem excitat è somno profundo, & velut is qui panem comedit cùm non esuriat: sic ille qui stultum docet, qui finitis sermonibus tuis dicat tibi, Quid dixisti? Mortuus deflendus est, quòd luce sit privatus; & stultus, quòd sapientiâ sit privatus. Non est quòd deplores mortuum quiescentem: Pejor est enim morte vita infœlix. Quandoquidem luctus defuncti *durat* septem diebus; luctus verò stulti cunctis diebus vitæ ipsius. Cum stulto blandos ne instituas sermones, & cum sue ne abeas in via: Recede ab eo, ne molestiam tibi facessat, néve te conspurcet cùm sese excusserit: Recede *inquam* ab eo, & requiem consequêris, neque te vexabit multitudine narrationum suarum. Plumbo enim multò gravior est; & quod nomen ejus nisi stultus? Arenam ac salem, onúsque ferreum facilius est ferre, quàm cum homine stulto cohabitare. Qualis est subscus trabea parietibus angulorum domûs alligata, tale cor sersatum in consilio animi sui, quod nulla concutit formido.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2 * بعد ما يخرج الانسان الى السوق ويرجع * قد اكتسب الجاهل لنفسه شتمه وشرا *
3 وجميع من يراه يندبه ويضرب يديه عليه * الولد الجاهل عار على ابيه وخزي * والبنت
5 6 للخسران تولد * السفيهة تنكس براس والديها * وخجلها وهوانها اشر من عار والديها * كشبه
الغني في الماتم * كذلك الكلام في غير حينه * والادب والعظة في كل حين يكسبان
8 الحكمة * من يعلم الجاهل مثل من يسلسل الخزف بعضه في بعض * ومثل من ينبه النايم
من حلاوة نومه * ومثل من اكل وهو غير جايع كذلك من يعلم الجاهل * واذا فرغت من
9 كلامك رد عليك اذا ما قلت * يحق البكاء على الميت * لانه قد منع نور الدنيا * وينبغي
10 البكاء على الجاهل * لانه قد امتنع من الحكمة * ومن الموتى من لا ينبغي ان يبكي
11 12 عليه * لان الحياة الشديدة اشد من الموت * البكاء على الميت سبعة ايام * والبكاء على الجاهل
13 14 بلبه اضعاف * متى ما لقيت الجاهل في الطريق تاخر عنه ليلا يطيق عليك * واتقه ليلا
15 16 يغدرك اذا انتفض * ابعد عنه واسترح * ليلا يتعبك بكثرة كلامه * لان كلامه اثقل من
17 18 الرصاص * وما اسمه الا الجاهل * حمل الرمل والحديد اسهل من مطاولة الجاهل * كشبه لوح ساج
في زوايا البيت * كذلك العقل الثابت في مشورة نفسه * ولا يفزعه شي من الامور الحادثة *

* Quantum temporis intervallum requiritur *ad redeundum postquam quis in plateam est egressus*, tam brevi *imprudens acquirit sibi contumelia & malum; & quisquis illum videt*, deplorat *eum, & plaudit manibus super eum. Filius imprudens opprobrio est patri suo atque pudori, & filia ad jacturam nascitur. Stulta demittit caput parentum suorum, at pudor & ignominia ejus pejor est opprobrio parentum suorum. Qualis est cantus in funeribus, talis sermo præter tempus: eruditio autem & commonitio quovis tempore sapientiã conciliant. Qui stultum docet, similis est ei qui testas simul concatenat: & qualis est qui dormientem excitat à somno ipsius jucundissimo, & qualis est qui comedit haud esuriens; talis est qui stultum docet, qui cùm sermones tuos absolveris, tibi respondeat, Quid igitur dixisti? Debetur luctus super mortuũ, quòd mundi luce sit privatus: convenit etiam luctus super insipientem, quòd sapientiâ sit privatus. Sunt inter mortuos, quos flere non decet. Quandoquidem vita misera acerbior est morte. Luctus super mortuum septimanalis est; at luctus super insipientem [illegible] longior est. Quandocunque stultum offenderis in via, recede ab illo, ne tibi sit molestiæ: Et caveas ab illo ne te fallat cùm se excusserit. Recede ab illo, & quiesce, ne te fatiget multitudine verborum suorum. Verba enim ejus plumbo graviora sunt; & quod est nomen ejus nisi stultus? Arenam ferrumque facilius est quàm stultũ tolerare. Qualis est tabula ebenea in angulis domûs, talis est mens firma in [illegible] consilio, [illegible] nulla rerum pertimescenda [illegible]*

Versio VULG. LAT.

19 Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii
non dissolvetur: sic & cor confirmatum in cogitatione con-
20 filii. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depra-
21 vabitur. Sicut pali in excelsis, & cæmenta sine impensa
22 posita contra faciem venti non permanebunt: Sic & cor
timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non
23 resistet. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tem-
pore non metuet, sic & qui in præceptis Dei permanet
24 semper. Pungens oculum deducit lachrymas: & qui pun-
25 git cor, profert sensum. Mittens lapidem in volatilia, de-
jiciet illa: sic & qui convitiatur amico, dissolvit amiciti-
26 am. Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes:
27 est enim regressus. Ad amicum Si aperueris os triste, non
timeas: est enim concordatio; excepto convitio, & im-
properio, & superbiâ, & mysterii revelatione, & plagâ
28 dolosâ: in his omnibus effugiet amicus. Fidem posside
cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læte-
29 ris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut
30 & in hæreditate illius cohæres sis. Ante ignem camini va-
por & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem male-
31 dicta, & contumeliæ, & minæ. Amicum salutare non con-
fundar, à facie illius non me abscondam: & si mala mihi
32 evenerint per illum, sustinebo. Omnis qui audiet, cavebit
33 se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia
mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, & lingua
mea perdat me?

CAP. XXIII.

1 Domine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas
me in consilio eorum: nec finas me cadere in illis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

19 †Ἱμάντωσις ξυλίνη (ν) ἐνδεδεμένη εἰς οἰκοδομὴν † ἐν συσσεισμῷ οὐ
διαλυθήσεται, † οὕτως καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς
20 † Ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει. † καρδία ἡδρασμένη ἐπὶ (ξ) διανοίας
21 συνέσεως, † ὡς κόσμος ψαμμωτὸς τοίχου ξυστοῦ. † (ο) Χάρακες ἐπὶ
22 μετεώρου κείμενοι † κατέναντι ἀνέμου οὐ μὴ (π) ὑπομείνωσιν, † Οὕ-
τως καρδία δειλὴ ἐπὶ διανοήματος μωροῦ † κατέναντι παντὸς
24 φόβου οὐ μὴ ὑπομείνῃ. † Ὁ νύσσων (ρ) ὀφθαλμὸν κατάξει δάκρυα,
25 καὶ ὁ νύσσων καρδίαν ἐκφαίνει αἴσθησιν. † Βάλλων λίθον ἐπὶ πετεινὰ
26 ἀποσοβεῖ αὐτά, καὶ ὁ ὀνειδίζων φίλον διαλύσει φιλίαν. † Ἐπὶ φί-
λον ἐὰν σπάσῃς ῥομφαίαν, † μὴ ἀπελπίσῃς, ἔστι γὰρ ἐπάνοδος.
27 † ἐπὶ φίλον Ἐὰν ἀνοίξῃς στόμα, † μὴ εὐλαβηθῇς, † ἔστι γὰρ δι-
αλλαγή· † πλὴν ὀνειδισμοῦ, καὶ ὑπερηφανίας, † καὶ μυστηρίου ἀποκα-
λύψεως, καὶ πληγῆς δολίας, † ἐν τούτοις ἀποφεύξεται πᾶς (σ) φίλος.
28 † Πίστιν κτῆσαι ἐν πτωχείᾳ μετὰ τοῦ πλησίον, † ἵνα (τ) ἐν τοῖς ἀ-
29 γαθοῖς αὐτοῦ (υ) ὁμοῦ πλησθῇς. † Ἐν καιρῷ θλίψεως διάμενε αὐ-
30 τῷ, † ἵνα ἐν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς. † Πρὸ πυ-
ρὸς ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός, † οὕτως πρὸ αἱμάτων λοιδορίαι.
31 † Φίλον σκεπάσαι οὐκ αἰσχυνθήσομαι, † καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οὐ μὴ
32 κρυβῶ, † Καὶ εἰ κακά μοι (φ) συμβῇ δι' αὐτόν. † Πᾶς (χ) ὁ
33 ἀκούων φυλάξεται ἀπ' αὐτοῦ. † Τίς δώσει (ψ) μοι ἐπὶ στόμα μου φυ-
λακήν, † καὶ ἐπὶ τῶν χειλέων μου σφραγίδα (ω) πανοῦργον, † ἵνα
μὴ πέσω ἀπ' αὐτῆς, † καὶ ἡ γλῶσσά μου ἀπολέσῃ με;

MS. A. (ν) εἰς οἰκοδομὴν ἐνδεδεμένη (ξ) διανοίᾳ (ο) Χάλικες (π) ὑπομείνωσιν, (ρ) ὀφθαλμοὺς (σ) ὁ φίλος. (τ) ἐπὶ (υ) εὐφρανθῇς σύ. (φ) συμβέβηκεν (χ) ἀκούων (ψ) ἐπὶ στόματί μου (ω) πανούργων,

ΚΕΦ. κγ'.

1 Κύριε πάτερ καὶ (α) δέσποτα ζωῆς μου, † μὴ ἐγκαταλίπῃς με ἐν
βουλῇ αὐτῶν, † (β) μὴ ἀφῇς με πεσεῖν ἐν αὐτοῖς.

MS. A. (α) Θεὲ ζωῆς (β) καὶ μὴ

Loramentum ligneum colligatũ in ædificium non 19
dissolvetur in concussione: sic cor confirmatum
in cogitatione consilii In tempore non metuet. 20
Cor firmatum in cogitatione intellectûs, sicut
ornatus arenosus parietis limpidi. Pali in excelso 21
positi contra faciem venti non permanebunt; Sic 22
cor timidum in cogitatione stulti contra omnem
timorem non resistet. Pungens oculum, deducet 24
lachrymas: et qui pungit cor; profert sensum.
Mittens lapidem in volatilia, abigit illa: et qui 25
convitiatur amico; dissolvet amicitiam. Ad 26
amicum etsi produxeris gladium; non desperes:
est enim regressus. Ad amicum Si aperueris os; 27
non timeas: est enim concordatio: Excepto im-
properio, et superbiâ, et mysterii revelatione,
& plagâ dolosâ: in his effugiet omnis amicus.
Fidem posside in paupertate cum proximo; ut 28
in bonis illius simul (e) implearis. In tem- 29
pore tribulationis permane illi; ut in hæredita-
te illius cohæres sis. Ante ignem, camini vapor, 30
& fumus: sic ante sanguines convitia. Ami- 31
cum (f) protegere non confundar: & à facie
illius non me abscondam: etiam si mala mihi
evenerint per illum: Omnis, qui audit; cavebit 32
sibi ab eo. Quis dabit mihi in ore meo custodi- 33
am, & super labia mea signaculũ (g) astutum; ut
non cadam ab (h) illa, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

Domine pater, & dominator vitæ meæ, ne 1
derelinquas me in consilio eorum: non sinas me
cadere in illis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 ܀ ܠܒܐ ܫܪܝܪܐ ܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܪܥܝܢܗ. ܐܝܟ ܨܒܬܐ ܕܓܠܦܐ ܕܥܠ ܫܘܪܐ ܡܨܒܬܐ. ܀ ܙܪܙܐ
20 ܙܥܘܪܐ ܕܥܠ ܟܐܦܐ ܪܡܬܐ. ܘܟܠܡܕܡ ܕܩܠܝܠ ܗܘ. ܩܕܡ ܪܘܚܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܩܡ. ܀ ܐܝܟ ܕܥܡܪܐ
21 ܕܟܬܢܐ ܘܕܥܡܪܐ ܚܘܪܐ. ܩܕܡ ܥܠܥܠܐ ܠܐ ܡܩܘܝܢ. ܗܟܢܐ ܠܒܗ ܕܣܟܠܐ. ܒܓܘ ܥܒܘܗܝ
22 ܐܬܒܪ. ܘܩܕܡ ܒܝܫܬܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܩܡ. ܀ ܡܚܘܬܐ ܕܥܝܢܐ ܡܦܩܐ ܕܡܥܐ. ܘܡܚܘܬܐ
23 ܕܠܒܐ ܡܫܪܝܐ ܪܚܡܘܬܐ. ܀ ܕܫܕܐ ܟܐܦܐ ܥܠ ܦܪܚܬܐ. ܡܦܪܚ ܠܗ. ܘܡܢ ܕܟܠܐ ܡܢ ܪܚܡܗ
ܡܫܪܐ ܪܚܡܘܬܗ. ܥܠ ܪܚܡܟ ܠܐ ܬܫܬܚܠܦ. ܕܐܢ ܬܫܬܚܠܦ. ܠܐ ܬܣܒܪ ܕܐܝܬ ܠܟ
24 ܥܡܗ ܪܚܡܘܬܐ. ܀ ܥܠ ܪܚܡܟ ܐܦ ܐܢ ܫܠܦܬ ܣܝܦܐ. ܠܐ ܬܬܝܐܫ. ܐܝܬ ܠܗ ܓܝܪ ܡܦܩܢܐ.
25 ܀ ܘܐܢ ܥܠ ܪܚܡܟ ܦܬܚܬ ܦܘܡܟ. ܠܐ ܬܕܚܠ. ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܪܥܘܬܐ. ܒܪ ܨܘܚܝܐ
26 ܗܘ ܕܓܠܐ ܐܪܙܐ. ܘܡܚܘܬܐ ܕܒܛܘܫܝܐ ܡܫܪܝܐ ܪܚܡܘܬܐ. ܀ ܣܡܘܟ ܠܚܒܪܟ ܒܡܣܟܢܘܬܗ. ܕܐܦ
27 ܒܛܒܬܗ ܬܫܬܘܬܦ. ܀ ܒܥܕܢ ܐܘܠܨܢܗ. ܗܘܝ ܠܗ ܫܘܬܦܐ. ܕܐܦ ܒܝܪܬܘܬܗ ܬܐܪܬ. ܀ ܩܕܡ
28 ܢܘܪܐ ܬܢܢܐ. ܘܩܕܡ ܫܕܝܐ ܕܕܡܐ ܨܘܚܝܐ. ܀ ܐܢ ܢܬܡܣܟܢ ܪܚܡܟ. ܠܐ ܬܒܗܬܝܘܗܝ. ܘܡܢ
29 ܩܕܡ ܐܦܘܗܝ ܠܐ ܬܬܛܫܐ. ܀ ܐܢ ܢܓܠܐ ܠܟ ܪܚܡܟ ܐܪܙܐ. ܠܐ ܬܦܩܝܘܗܝ. ܕܠܐ ܟܠ ܕܢܫܡܥܟ ܢܙܗܪ
30 ܡܢܟ. ܘܢܚܫܘܒܟ ܠܡܚܒܠܢܐ. ܀ ܡܢ ܢܬܠ ܢܛܘܪܐ ܠܦܘܡܝ. ܘܥܠ ܣܦܘܬܝ
31 ܚܬܡܐ ܕܐܝܩܪܐ. ܕܠܐ ܐܦܩ ܒܗܘܢ ܢܟܠܐ. ܘܠܫܢܝ ܠܐ ܢܘܒܕܢܝ. ܀ ܩܦܠܐܘܢ ܀ ܟܓ ܀
1 ܀ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܡܪܐ ܕܚܝܝ. ܠܐ ܬܬܩܠܢܝ ܒܗܘܢ.

Cor in animi sui sententia firmum simile est 19
ornamento sculpturarũ ornatis parietibus im-
posito. Fasciculus parvus excelso lapidi su- 20
perpositus, & quicquid levissimum est, vento
resistere nequit. Quemadmodum lini lanæq; 21
candidæ linteum ante turbinem minimè sub-
sistit, ita cor stulti in præcordiis ejus confra-
ctum est, & adversitati resistere nequaquam
potest. Percussio oculi elicit lachrymas, & 22
percussio cordis dissolvit amicitiam. Qui la- 23
pidem jaculatur in avem, abigit eam; & qui
denegat *aliquid* amico suo, dissolvit amiciti-
am ejus. Erga amicum tuum ne muteris; quòd
si muteris, ne putes esse tibi cum ipso amiciti-
am. In amicum tuũ etiamsi gladium strinxe- 24
ris, ne desperes; superest enim exeundi locus.
Et si in amicum tuũ aperueris os tuum, ne ti- 25
meas; est enim reconciliatio. Filius contume-
liarum est qui patefacit arcanum: & percussio
clandestina (*i. detrectatio*) dirimit amicitiam.
Fulci socium tuũ in paupertate illius, ut etiam 26
prosperitatum ejus sis particeps. Tempore 27
afflictionis esto illi socius, ut etiam hæredita-
tis ejus sis hæres. Ante ignem exhalat fumus, 28
& ante effusionem sanguinis convitium. Si in 29
paupertatem redactus fuerit amicus tuus, ne
affeceris eum pudore, & à conspectu ejus ne
te subduxeris. Si secretum tibi revelet ami- 30
cus tuus, ne promas illud; ne quisquis te audi-
erit, à te caveat, teq; ut perniciosum habeat.
O quis constituat ori meo custodem, & la- 31
biis meis sigillum honoris; ut ne dolum iis
proferam, nec mea me perimat lingua?

CAP. XXIII.

Deus pater mi, & Domine vitæ meæ, ne me 1
facias per ea (*nempe, labia & linguam*)
impingere.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 * القلب الثابت في فكرته كشبه النقش على الحائط المزين * صن صغير فوق حجر مرتفع وما
20 كان خفيفا * لا ثبات له امام الريح * كما ان ثوب الكتان او الصوف لا يثبت امام العاصف * كذلك
21 قلب الجاهل منكسر في جوفه * وليس له قوام عند الشدائد * وجع العين يسيل الدموع * واكتياب
22 القلب يقطع الاخاء * ومن رمى الطاير طيره * ومن امتنع من قضاء حاجة صاحبه اصرف وده
23 عنه * لا تتغير على صديقك * وان تغيرت فلا تسميه صديقا * فلا يحل لك انه يدعى لك
24 صديقا * الصديق الخاص لا تيأس من وده ولو اخترطت السيف عليه * لانه يحتمل ويقبل
25 العذر * كذلك وان فتحت فاك عليه فلا خوف عليك * لان رضاه لشدة وده سريع * الصديق
26 في خيراته كن له ناصرا عند الشدة * لتنال منه الخير عند الفرح * قبل لهيب النار يرتفع
28 الدخان * وقبل سفك الدم الشتيمة * ان افتقر صاحبك فلا تعيره * ولا تتوارى عنه * ان
29 اطلعك صاحبك على سر فلا تفشيه * ليلا يجتنبك كل من يسمع * ويدرك عنزلة المسيء * يا
30 ليتني اقيم على فمي حارس * وعلى شفتي خاتم * ليلا انطق بسوء الفكر * ليلا تهلكني لساني *
31 * الفصل الثالث والعشرون *
1 * اللهم ربي ورب حياتي * لا تحملني ثقلا من اجلها *

Cor in sua cogitatione firmũ, simile est cæ- 19
laturæ parieti ornato superpositæ. Fasci- 20
culus parvus sublimi petræ superpositus,
et quicquid leve est, non habet consistentiã
adversùs ventũ. Quemadmodũ pannus 21
lineus aut laneus non resistit turbini, ita
insipientis animus fractus est in pectore
ipsius, nullamq; habet in adversitatibus
firmitatem. Dolor oculi labi facit lachry- 22
mas, mæstitia verò cordis fraternitatem
dirimit. Qui volucrem ictu petit, avolare 23
facit illam; & qui renuit amici sui nego-
tiũ peragere, amicitiã ejus à se deflectit.
Ne sis inconstans; in amicum tuũ; quòd si
fueris inconstans, ne voces eum amicum:
neq; enim fas est eũ vocari amicũ tuum.
Amici peculiaris ne desperes amicitiã, li- 24
cèt gladiũ strinxeris in eũ; quia tolerat et
admittit excusationem. Similiter, etiamsi 25
os tuũ aperueris in eũ, timere non debes;
quoniã reconciliatio ejus, ob vehementem
ipsius amorem, celerrima est. Ei, qui rebus 26
secundis, amicus est, adjutor esto in ad-
versitate; ut commodum ab eo percipias
cùm exhilaratus fuerit. Ante in- 28
flammationem ignis ascendit fumus,
& ante effusionem sanguinis convicium.
Si pauper fiat amicus tuus, ne impropre- 29
res ei, et ne te abscondas ab illo. Si a- 30
micus tuus suum tibi secretum indicârit,
ne divulges illud; ne te devitet quisquis
audierit, et pro noxio te habeat. O utinam 31
constituã ori meo custodem, labiisve meis
annulum; ne malam cogitationem pronun-
tiem, ne perdat me lingua mea.

CAP. XXIII.

Deus Domine mi, & Domine vitæ 1
meæ, ne onères me pondere causâ illorum.

Versio VULG. LAT.

2 Quis superponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant
3 mihi, & non appareant delicta eorum, Et ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu adversariorum meo-
4 rum, & gaudeat super me inimicus meus? Dñe pater, & Deus
5 vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deside-
6 rium averte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & animæ
7 irreverenti & infrunitæ ne tradas me. Doctrinam oris audite, filii: & qui custodierit illam, non periet labiis, nec
8 scandalizabitur in operibus nequissimis. In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus & maledicus scandali-
9 zabitur in illis. Jurationi non assuescat os tuum, multi enim
10 casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis: quoniam non
11 eris immunis ab eis. Sicut enim servus interrogatus assiduè, à livore non minuitur: sic omnis jurans, & nominans,
12 in toto à peccato non purgabitur. Vir multùm jurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.
13 Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit: & si dis-
14 simulaverit, delinquit dupliciter: Et si in vacuum juraverit, non justificabitur: replebitur enim retributione domus illi-
15 us. Est & alia loquela contraria morti, non inveniatur in
16 hæreditate Jacob. Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur. Indisciplinatæ
17 loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

2 † Τίς (α) ἐπιστήσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας, † καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας μου (γ) παιδείαν σοφίας; † ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασίν μου
3 μὴ φείσωνται, † καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, † Ὅπως μὴ (δ) πληθύνωσιν αἱ ἄγνοιαί μου, † καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου πλεονάσωσι, † καὶ πεσοῦμαι ἔναντι τῶν ὑπεναντίων, † καὶ ἐπιχαρεῖταί μοι ὁ ἐχθρός
4 μου. † Κύριε πάτερ καὶ Θεὲ ζωῆς μου, † Μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ
5 δῷς μοι, † καὶ ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. † Κοιλίας ὄρεξις
6 καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με, † καὶ ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ
7 παραδῷς (ε) με. ΠΑΙΔΕΙ'Α ΣΤΟ'ΜΑΤΟΣ. † Παιδείαν στόματος ἀκούσατε τέκνα, † καὶ ὁ φυλάσσων οὐ μὴ ἁλῷ † ἐν
8 τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Καταληφθήσεται † ἁμαρτωλὸς, καὶ λοίδορος
9 καὶ ὑπερήφανος σκανδαλισθήσονται ἐν αὐτοῖς. † Ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς
10 τὸ στόμα σου, Καὶ ὀνομασίᾳ τοῦ (ζ) ἁγίου μὴ συνεθισθῇς. † Ὥσπερ
11 γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς † ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται, † οὕτως καὶ ὁ ὀμνύων καὶ (η) ὀνομάζων διαπαντὸς † ἀπὸ
12 ἁμαρτίας οὐ μὴ καθαρισθῇ. † Ἀνὴρ πολύορκος πλησθήσεται ἀνο-
13 μίας, † καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ μάστιξ. † Ἐὰν πλημμελήσῃ, ἁμαρτία αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, † κἂν ὑπερίδῃ, ἥμαρτε
14 δισσῶς. † Καὶ εἰ διακενῆς ὤμοσεν, οὐ δικαιωθήσεται, † πλησθήσεται
15 γὰρ ἐπαγωγῶν ὁ οἶκος αὐτοῦ. † Ἔστι λέξις ἀντιπαραβεβλημένη
16 θανάτῳ, † μὴ εὑρεθήτω ἐν κληρονομίᾳ Ἰακώβ· † Ἀπὸ γὰρ εὐσεβῶν ταῦτα πάντα ἀποστήσεται, † καὶ ἐν ἁμαρτίαις οὐκ ἐγκυ-
17 λισθήσονται. † Ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ μὴ συνεθίσῃς τὸ στόμα σου, † ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ λόγος ἁμαρτίας.

MS. A. (α) ἐπιστήσῃ (γ) παιδίας (δ) πληθυνθῶσιν (ε) με. Παιδίαν στόματος ἀκούσατε (ζ) ὑψίστου (η) ὁ ὀνομάζων διαπαντὸς τὸ ὄνομα κυρίου ἀπὸ ἁμαρτίας

Quis superponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ? ut in ignorationibus meis (a) non parcant; & non prætermittant delicta illorum: Ut non accrescant ignorantiæ meæ, & peccata mea abundent: & decidam in conspectu adversariorum; & gaudebit super me inimicus meus. Domine pater, & Deus vitæ meæ, (b) Elationem oculorum ne dederis mihi: & concupiscentiam averte à me. Ventris appetitio, & concubitus, ne apprehendant me: & animæ irreverenti ne tradas me. DOCTRINA ORIS. Doctrinam oris audite, filii: & qui custodierit; non capietur in labiis suis. Apprehendetur peccator: & maledicus & superbus scandalizabuntur in illis. Jurationi non assuefacias os tuum: Et nominationi Sancti non assuescas. Sicut enim servus interrogatus assiduè, à livore non minuetur; sic & jurans, & nominans semper, à peccato non purgabitur. Vir multùm jurans implebitur iniquitate: & non discedet à domo ejus plaga. Si deliquerit; delictum illius super ipsum erit: &, si dissimulaverit; deliquit dupliciter. Et, si in vacuum juraverit; non justificabitur: replebitur enim obductionibus domus ejus. Est loquela (c) induta morte: non inveniatur in hæreditate Jacob. A piis enim omnia hæc auferentur, & in peccatis non se volutabunt. (d) Indisciplinationi temerariæ non assuefacias os tuum: est enim in ea verbum peccati.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 * ܡܢ ܢܬܠ ܡܫܡܛ ܠܗ ܠܪܥܝܢܝ ܫܘܛܐ. ܘܠܗ ܠܠܒܝ ܫܒܛܐ ܕܡܪܕܘܬܐ. ܕܗܘ ܡܪܝܐ
3 ܢܚܘܣ ܥܠ ܣܟܠܘܬܝ. ܕܡܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܠܐ ܢܩܢܘܢ. ܘܠܐ ܢܪܚܡܘܢ ܠܡܥܒܕ ܚܒܠܐ. * ܕܠܐ
ܢܣܓܘܢ ܣܟܠܘܬܝ. ܘܠܐ ܢܬܪܒܘܢ ܚܛܗܝ. ܘܢܬܠܘܢܢܝ ܩܕܡ ܒܥܠܕܒܒܐ. ܘܢܚܕܐ
4 ܒܝ ܣܢܐܐ. * ܐܠܗܐ ܐܒܝ. ܘܡܪܐ ܕܚܝܝ. ܠܐ ܬܪܡܝܢܝ ܒܛܥܝܘܬܗܘܢ. ܥܝܢܐ
5 ܪܡܬܐ ܠܐ ܬܬܠ ܠܝ. ܘܠܒܐ ܦܚܙܐ ܐܪܚܩ ܡܢܝ. * ܡܕܡ ܕܫܦܝܪ ܠܐ ܢܥܒܪܢܝ.
6 ܘܚܡܝܪܘܬܐ ܕܒܣܪܐ ܠܐ ܬܙܢܝܢܝ. ܘܢܦܫܐ ܡܪܚܬܐ ܠܐ ܬܫܬܠܛ ܒܝ. * ܡܪܕܘܬܐ ܕܦܘܡܝ
7 ܫܡܥܘ ܒܢܝܐ. ܘܡܢ ܕܢܛܪ ܠܐ ܢܬܚܣܕ. * ܒܡܠܘܗܝ ܓܝܪ ܡܬܬܚܕ ܪܫܝܥܐ. ܘܣܟܠܐ
8 ܒܦܘܡܗ ܡܬܬܩܠ. * ܠܡܘܡܬܐ ܠܐ ܬܠܦ ܦܘܡܟ. ܘܒܝܢܝ ܕܝܢܐ ܠܐ ܬܗܘܐ ܝܬܒ.
9 * ܡܛܠ ܕܟܠ ܡܢ ܕܝܡܐ ܒܟܠܙܒܢ ܡܢ ܡܚܘܬܐ ܠܐ ܢܙܟܐ. ܘܐܦ ܟܠ ܡܢ ܕܝܡܐ ܒܕܓܠܘܬܐ.
10 ܡܢ ܚܛܗܐ ܠܐ ܢܙܟܐ. * ܓܒܪܐ ܕܝܡܐ ܩܢܐ ܚܛܗܐ. ܘܠܐ ܬܥܒܪ ܡܢ ܒܝܬܗ ܡܚܒܠܢܘܬܐ.
11 12 * ܐܢ ܒܛܥܝܘܬܐ ܝܡܐ. ܚܛܗܗ ܒܗ ܢܗܦܘܟ. ܘܐܢ ܒܫܪܪܐ ܠܐ ܢܐܡܐ. * ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܝܡܐ ܒܟܠ
13 ܥܕܢ. ܛܢܦܐ ܗܘ. ܘܠܐ ܙܟܐ. * ܘܐܦ ܐܢ ܐܝܬ ܐܝܟ ܗܕܐ ܕܡܬܕܡܝܐ ܠܗ. ܠܐ ܬܫܬܟܚ ܒܝܪܬܘܬܗ
14 15 ܕܝܥܩܘܒ. * ܘܐܦ ܡܢ ܕܪܚܩ ܢܦܫܗ ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܚܐ. ܘܒܚܛܗܐ ܠܐ ܢܬܚܠܛ. * ܘܐܦ
ܠܫܛܝܘܬܐ ܠܐ ܬܥܠܦ ܦܘܡܟ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܒܗ ܐܝܬ ܡܠܐ ܕܫܘܩܪܐ.

* O quis constituat menti meæ flagellum, & cordi meo virgam disciplinæ! ut ipse Dominus parcat culpis meis, ut cùm unà convenerint, nil acquirant, nec ament committere corruptionem. Ut ne multiplicentur delicta mea, nec augeantur peccata mea, méq; exponant coram inimico, gaudeátq; de me osor. Deus pater mi, & Domine vitæ meæ, ne me prosternas per errorem eorum: oculum elatum ne dederis mihi, & cor lascivum amoveas à me. Quod bonum est non me prætereat, nec salacitas carnis me libidinosum reddat, nec animus arrogans dominetur meî Doctrinam oris mei audite filii, quam qui cautè servaverit, probris non erit obnoxius. Sermone enim suo capitur impius, & stultus ore suo impingit. Juramenta ne doceas os tuum, & inter judices ne sis sedens: Quoniam qui crebrò jurat, flagello non erit immunis; similiter qui mentiens jurat, culpis non vacabit. Homo ad jurandum proclivis acquirit scelera, nec abscedet perturbatio à domo ejus. Si per errorem dejerat, peccatum ejus in ipsum recidet: sin verè, ne juret. Quisquis enim jurat quovis momento, execranda res est, nec erit insons. Et si quid est illud huic simile, *faxit Deus* ne reperiatur in hæreditate Jacobi. Et quidem qui se ab his abstinuerit, vivet, & peccatis non immiscebitur. Imò nec stultitiæ os tuum assuefacias, quoniam in hac etiam non desunt verba falsitatis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2 * يا ليتني اقيم على فكري سوطا * وعلى قلبي قضيب العلم * لكي يرحمني الرب
3 ويغفر جميع ذنوبي * لكيلا احب الفساد * وارث الخزي في مجمع الجهال * وتكثر خطاياي
4 وزللي * ويطرحوني امام الاعداء * ويشمت بي المبغض * اللهم ورب حياتي لا تلقني في
5 ضلالتهم * ولا ترني عينا متخيلة * وابعد عن قلبي نجسا * ولا يغلبني القبيح * ونجاسة
6 الجسد لا تنجسني * ونفس مرحة لا تملكني * اسمعوا كلامي يا معشر البنين * ومن يقرب
7 8 من السماع لا يعثر * بكلامه يعاقب المنافق * ويذكل الجاهل بنطقه * لا تعود فمك
9 القسم * ولا تجالس القضاة * لان من اكثر الايمان لا يفلت من العقوبة * وكذلك من
10 حلف وكذب لا ينجوا من الذنوب * الحلاف والمجري على الايمان لا يعدم بيته البلاء
11 12 والشر * ان وهم وحلف كاذبا فقد اخطا * وان كان بالصدق فلا يحلف * لان من اجترى
13 على القسم كل حين هو مكروه * ولا ينجوا من البلاء * وان كانت خصلة اخرى تشبه هذه *
14 فنسل الله ان يصرفها عن آل يعقوب * ومن كف نفسه عن هذه الاشياء ورث الحياة *
15 ولا يتدنس بالخطايا * ولا تعود فمك للسفه ايضا * لان فيه كلام الزور والباطل *

O utinam statuam super cogitationem meam flagellum, & super cor meum virgam disciplinæ, ut misereatur mei Dominus, & parcat omnibus culpis meis; ne amem corruptelam, & acquiram infamiam in cœtu stultorum: Et multiplicentur peccata mea ac lapsus mei, prosternántque me coram hostibus, & gaudeat de me osor. Deus O Domine vitæ meæ, ne me projicias ob errorem eorum, ne dederis mihi oculũ superbum, & repelle à corde meo impuritatem: Néve me frangat obscœnitas, & corporis impudicitia ne me contaminet, nec animus arrogans in me regnet. Audite sermones meos O cœtus filiorum; nam qui ad audiendũ accesserit, non impinget. Verbis suis punietur impius, stultus eloquio suo vincietur. Ne assuefacias os tuum juramento, & ne consedeas cum judicibus. Qui enim frequenter jurat, non effugiet pœnam; & pari ratione qui dejerat ac mentitur, non erit immunis scelerum. Juratoris et juramento assueti domus non carebit adversitate & miseriâ. Si erret, falsóque juret, peccat: sin autem verè, ne juret: Quia qui singulis momentis procaciter in jusjurandum effunditur, abominandus est, nec liber erit ærumnis. Et si qua sit alia prava consuetudo huic similis, Deum rogamus ut eam avertat à gente Jacobi. Qui autem ab hujusmodi rebus sese cohibuerit, vitam consequetur, nec polluetur peccatis. Prætereà ne assuefacias os tuum insipientiæ, quandoquidem adsunt in illa verba falsitatis ac vanitatis.

Versio VULG. LAT.

18 Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnato-
19 rum consistis : Ne fortè obliviscatur te Deus in conspe-
ctu illorum, & assiduitate tuâ infatuatus improperium pa-
tiaris, & maluisses non nasci, & diem nativitatis tuæ ma-
20 ledicas. Homo assuetus in verbis improperii, in omnibus
21 diebus suis non erudietur. Duo genera abundant in pec-
22 catis, & tertium adducit iram, & perditionem. Anima
calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid
23 glutiat : Et homo nequam in ore carnis suæ, non desi-
24 net donec incendat ignem. Homini fornicario omnis pa-
nis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem.
25 Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens
26 in animam suam, & dicens ; Quis me videt ? Tenebræ
circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo cir-
cumspicit me : quem vereor ? delictorum meorum non
27 memorabitur Altissimus. Et non intelligit quoniam omnia
videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei
hujusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum:
28 Et non cognovit quoniam oculi Domini multò plus lucidi-
ores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias homi-
num, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in
29 absconditas partes. Domino enim Deo antequàm crearen-
tur, omnia sunt agnita : sic & post perfectum respicit omnia.
30 Hic in plateis civitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus
31 fugabitur : & ubi non speravit, apprehendetur. Et erit
dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem Do-
32 mini. Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio :

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 † Μνήσθητι (θ) πατρὸς καὶ μητρὸς σου, † ἀναμέσον γὰρ μεγιστάνων
19 συνεδρεύεις· † (ι) Μήποτε ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν, † καὶ τῷ ἐθισμῷ
σου μωρανθῇς, † καὶ θελήσεις εἰ μὴ ἐγεννήθης, † καὶ τὴν ἡμέραν τῆς
20 τοκετοῦ (κ) σου καταράσῃ. † Ἄνθρωπος συνεθιζόμενος λόγοις ὀνει-
21 δισμοῦ, † ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ οὐ μὴ παιδευθῇ. † Δύο εἴδη
22 (λ) πληθύνουσιν ἁμαρτίας, † καὶ τὸ τρίτον ἐπάξει ὀργήν· † Ψυχὴ
23 θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον, † οὐ μὴ σβεσθῇ ἕως ἂν καταποθῇ· † Ἄν-
θρωπος πόρνος ἐν σώματι σαρκὸς αὐτοῦ, † οὐ μὴ παύσηται ἕως
24 ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ. † Ἀνθρώπῳ πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς, † οὐ μὴ
25 κοπάσῃ ἕως ἂν τελευτήσῃ. † Ἄνθρωπος (μ) παραβαίνων ἀπὸ τῆς
26 κλίνης αὐτοῦ, † λέγων (ν) ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, Τίς με ὁρᾷ; † Σκό-
τος κύκλῳ μου, καὶ οἱ τοῖχοί με καλύπτουσι, † καὶ οὐδείς με ὁρᾷ,
(ξ) τί εὐλαβοῦμαι ; † τῶν ἁμαρτιῶν μου οὐ μὴ μνησθήσεται ὁ ὕψιστος·
27 † Καὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπων ὁ φόβος αὐτοῦ· † Καὶ οὐκ ἔγνω ὅτι
28 ὀφθαλμοὶ κυρίου † μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι, † ἐπιβλέ-
ποντες πάσας ὁδοὺς ἀνθρώπων, καὶ κατανοοῦντες (ο) εἰς ἀπόκρυφα
29 μέρη. † Πρὶν ἢ κτισθῆναι τὰ πάντα ἔγνωσται αὐτῷ, † οὕτως καὶ
30 μετὰ τὸ συντελεσθῆναι. † Οὗτος ἐν πλατείαις πόλεως ἐκδικη-
32 θήσεται, † καὶ (π) οὗ οὐχ ὑπενόησεν, (ρ) πιασθήσεται. † Οὕτως καὶ
γυνὴ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα, † καὶ παριστῶσα κληρονόμον ἐξ ἀλ-
λοτρίου.

MS.A. (θ) πατέρος σου (ι) Μήποτε (κ) σου * Ἄνθρωπος (λ) πληθύνουσιν (μ) πόρνος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κοίτης (ν) τῇ ψυχῇ (ξ) τίνα (ο) ἀπόκρυφα (π) ὃς οὐχ (ρ) κολασθήσεται

Memento patris, & matris tuæ : in medio enim 18
magnatorum consistis : Ne quando oblivioni tra- 19
daris in conspectu illorum, & consuetudine tuâ
infatueris : & voles non esse natus, & diem
nativitatis tuæ maledices. Homo assuescens 20
verbis improperii, in omnibus diebus suis non
erudietur. Duo genera abundant peccatis, & 21
tertium adducet iram : Anima calida, quasi 22
ignis ardens, non extinguetur, donec deglutia-
tur : Homo fornicarius in corpore carnis suæ 23
non desinet, donec accenderit ignem : Homini 24
fornicario omnis panis dulcis : non cessabit usq;
ad finem : Homo qui transgreditur lectum su- 25
um, dicens in animo suo; Quis me videt ? Te- 26
nebræ circundant me, & parietes cooperiunt
me, & nemo me videt : quid vereor ? delicto-
rũ meorum non memorabitur Altissimus, Et ocu- 27
li hominum timor ejus. Et non cognovit, quo- 28
niam oculi Domini decies millies lucidiores So-
le, inspicientes omnes vias hominum, & intu-
entes in absconditas partes. Antequàm crea- 29
rentur, omnia sunt ei agnita : sic & postquàm
consummata sunt. Hic in plateis civitatis vin- 30
dicabitur, & ubi non speravit, apprehendetur.
Sic & mulier relinquens virum, & statuens 32
hæredem *ex alieno.*

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 * ܐܬܕܟܪ ܕܐܒܐ ܘܐܡܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܘܐܝܟ ܡܢ ܐܢܫ ܕܡܬܕܚܠ ∴ * ܕܠܐ ܬܬܬܩܠ ܩܕܡܝܗܘܢ.
17 ܘܒܝܘܠܦܢܟ ܬܬܛܦܫ ∴ ܘܬܐܡܪ ܕܠܘܝ ܠܐ ܐܬܒܪܝܬ. ܘܠܝܘܡܐ ܕܐܬܝܠܕܬ ܒܗ ܬܠܘܛ.
18 * ܓܒܪܐ ܓܝܪ ܕܝܠܦ ܡܠܝܐ ܣܪܝܩܬܐ ∴ ܟܠܗ ܝܘܡܬܐ ܚܝܘܗܝ. ܚܟܡܬܐ ܠܐ ܝܠܦ. ܘܠܐ
19 ܡܪܕܘܬܐ ܢܩܒܠ ܓܒܪܐ ܕܦܚܙ ܒܦܓܪܐ ܕܒܣܪܗ. * ܬܪܝܢ ܓܢܣܝܢ ܣܢܝܐ ܢܦܫܝ. ܘܬܠܝܬܝܐ
21 ܡܥܝܪ ܚܡܬܐ. * ܓܒܪܐ ܕܦܚܙ ܒܦܓܪܐ ܕܒܣܪܗ ∴ ܠܐ ܢܬܢܝܚ ܥܕܡܐ ܕܬܐܟܘܠ ܒܗ ܢܘܪܐ.
22 * ܠܒܣܪܐ ܕܓܒܪܐ ܦܚܙܐ. ܟܠ ܒܣܪ ܒܣܝܡ ܠܗ. ܘܠܐ ܢܬܒܛܠ. ܥܕܡܐ ܕܢܐܒܕ. * ܓܒܪܐ
23 ܕܡܣܪܚ ܥܠ ܡܫܟܒܐ ܕܥܪܣܗ : ܘܐܡܪ ܒܢܦܫܗ. ܡܢܘ ܚܙܐ ܠܝ : * ܗܐ ܐܣܝܬܐ ܕܒܝܬܝ
24 ܡܟܣܝܢ ܠܝ : ܘܡܛܠܠܐ ܕܒܝܬܝ ܡܓܢ ܥܠܝ : ܘܠܝܬ ܕܚܙܐ ܠܝ : ܡܢܘ ܟܠܐ
25 ܠܝ ܕܐܚܛܐ ∴ * ܘܠܐ ܝܕܥ ܕܥܝܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܪܒܘ ܙܒܢܝܢ ܡܢ ܫܡܫܐ. * ܘܚܙܝܢ
26 ܐܘܪܚܬܐ ܕܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܡܬܒܩܝܢ ܒܚܫܘܟܐ. ܥܒܕܝܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. * ܡܛܠ
27 ܕܥܕܠܐ ܢܗܘܐ ܟܠ ܡܕܡ. ܓܠܝܐ ܗܘ ܩܕܡܘܗܝ. ܐܦ ܡܢ ܒܬܪ ܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ.
28 ܗܘ ܕܐܢ ܠܗ. * ܘܡܕܡ ܕܠܐ ܣܒܪ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܡܬܐܚܕ ∴ ܗܢܘܢ ܒܫܘܩܐ
29 ܕܡܕܝܢܬܐ ܢܬܦܪܣܘܢ. * ܘܐܦ ܐܢܬܬܐ ܕܥܘܠܐ ܥܒܕܐ ܠܒܥܠܗ ∴ ܘܡܩܝܡܐ ܝܪܬܐ
ܡܢ ܢܘܟܪܝܐ.

Memento patrem ac matrem te habere, & 16
qualem timorem effugias, Ne impingas 17
coram ipsis, ob tuam disciplinam contu-
meliâ afficiaris, dicásque, Utinam creatus
minimè fuissem; & diem quo natus es, ex-
ecreris. Homo enim qui verba discit ina- 18
nia, omnibus diebus vitæ suæ sapientiam
non addiscet; neque disciplinam conse-
quetur homo in propriæ carnis turpitudine
lascivus. Duo genera odit anima mea, & 19
tertium movet iracundiam. Qui salax est 21
in turpitudine carnis suæ, non quiescet do-
nec exardescat in eo ignis. Carni hominis 22
lascivi quælibet caro jucunda est, nec abs-
tinebit, donec pereat. Homo qui super 23
stratum lecti sui temerat, & secum ipse di-
cit, Quis me videt ? En parietes domûs 24
meæ me contegunt, tectum domûs meæ me
protegit, nec est qui me videat; quis
me impediat quin peccem ? Et ignorat 25
oculos Dei decem millies sole majores esse,
Omnium vias hominum ipsum inspicere, & 26
in tenebris intuitum operum eorum intel-
ligere : Quippe cui res omnes antequàm 27
extent, perspicuæ sunt : quin etiam post
consummationem seculi ipse judicaturus est 28
illud. Et quibus in rebus homo se depre-
hendendum minimè suspicatur, ex in plate-
is urbis divulgabuntur : Itidemque muli- 29
er quæ iniquè agit in maritum suum, & hæ-
redem ex alieno suscitat.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 * واذكر ان لك ابا واما * وان تخاف منهما بقلب ليس تسقط سريعا امامهما * وتهان
17 وتذل بعلمك * وتمني حينئذ وتقول ليتني لم اخلق * وتلعن اليوم الذي ولدت فيه *
18 * لان من عود نفسه الكلام القذع * لا يتعلم الحكمة طول عمره * ولا يقبل العلم من
19 كان رجلا دنسا في جسده * لقد بغضت نفسي هاتين الخصلتين * والثالثة تهيج الغضب *
21 * المرء المرح لا يكف عن شره * حتى تهلكه فيه النار * الجسد الدنس جميع
22 الاجساد محبوبة عنده * ولا ينتهي حتى يهلك * والذي يرتكب من مهله الفواحش *
23 ويدنس فراشه * ويقول في نفسه من يطلع علي * هذه حيطان بيتي تستر علي * وسقف منزلي
24 يواريني * فمن يحول بيني وبين ما اريد من الاثم * لا يعلم ان عين الله اضوا من
25 عين الشمس بدل الواحد عشرة الاف ضعف * ويبصر جميع طرق الناس * ويطلع
26 على اعمالهم * وما يفعلون في ظلام مستخفي * لان الاشياء كلها ظاهرة بين يديه قبل
27 كونها * ومن بعد انقضاء الدنيا هو يدين اهلها * فما لا يظن الانسان ان يعاقب
28 ويدان عما يوجد فيه * فهذا يفتضح في اسواق المدينة على روس الملاء * والمراة التي تكون
29 مريبها * فتقيم الوارث من غيره * فقد اساءت بسيئات ثلاثة *

Memento etiam patrem to ac matrem 16
habere, quos si ex corde verearis, haud
facilè labêris in præsentia illorum, Ne- 17
que despicieris aut contemnêris in tua di-
sciplina, nec optabis tunc, ac dices;
Utinam creatus non fuissem, nec maledi-
ces diei quo natus es. Qui enim seipsum 18
assuefacit sermonibus perversis, non ad-
discet sapientiam quamdiu vixerit : nec
scientiam excipiet qui turpis fuerit ac
impurus in corpore suo. Hosce duos mores 19
odit anima mea, & tertius excitat iram.
Arrogans homo non abstinet à scelere suo, 21
donec pervadat eum ignis. Apud cor- 22
pus impudicum quælibet corpora sunt ex-
petibilia, nec retrahet sese, donec intere-
at. Demum qui ex otio indulget obscœ- 23
nitatibus, lectúmque suum contaminat,
ac dicit apud semetipsum, Quis me pro- 24
spectat? Hi domûs meæ parietes me te-
gunt, & habitationis meæ tectum me
celat ; quis interjiciat sese inter me &
inter iniquitates quas volo? Nescit au- 25
tem *oculum Dei esse decem millies ocu-*
lo solis lucidiorem, Et cunctas hominum 26
vias perspicere, opera eorum & quicquid
in abditissimis tenebris agunt, prospecta-
re : Quandoquidem res omnes manifestæ 27
sunt coram eo antequàm fiant, & post
mundi finem ipse judicaturus est incolas
ejus. In iisdem rebus, propter quas homo 28
non putat se puniendum, neque conde-
mnandum pro his in quibus deprehensus
fuerit, diffamabitur in plateis urbis su-
*per vertices turbæ (*hoc est, in propatu-
lo,*) Mulier item quæ conjugem suum de-* 29
cipit, & hæredem ex alio suscitat, tria
scelera perpetrat.

Versio VULG. LAT.

33 Primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit: secundò in
virum suum deliquit: tertiò in adulterio fornicata est, &
34 ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur,
35 & in filios ejus respicietur. Non tradent filii ejus radices,
36 & rami ejus non dabunt fructum. Derelinquet in maledi-
ctum memoriam ejus, & dedecus illius non delebitur.
37 Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est
quàm timor Dei; & nihil dulcius, quàm respicere in
38 mandatis Domini. Gloria magna est sequi Dominum: lon-
gitudo enim dierum assumetur ab eo.

CAP. XXIV.

1 SApientia laudabit animam suam, & in Deo honorabitur,
2 & in medio populi sui gloriabitur, Et in ecclesiis Altissi-
mi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabi-
3 tur, Et in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudi-
4 ne sancta admirabitur, Et in multitudine electorum habe-
5 bit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens; Ego
ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creatu-
6 ram: Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, &
7 sicut nebula texi omnem terram: Ego in altissimis habi-
8 tavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli cir-
cuivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus ma-
9 ris ambulavi, Et in omni terra steti: & in omni populo,
10 Et in omni gente primatum habui: Et omnium excellenti-
11 tiū et humiliū corda virtute calcavi: et in his omnib⁹ requiē
12 quæsivi, & in hæreditate Dñi morabor. Tunc præcepit, &
dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in
13 tabernaculo meo, Et dixit mihi; In Jacob inhabita, & in Is-
14 raël hæreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio,
& ante secula creata sum, & usque ad futurum seculum non
desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

33 † Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν νόμῳ (σ) ὑψίστου ἠπείθησε, † καὶ δεύτερον εἰς ἄν-
δρα (ς) ἑαυτῆς ἐπλημμέλησε, † καὶ τὸ τρίτον ἐν πορνείᾳ ἐμοιχεύθη,
34 † (τ) ἐξ ἀλλοτρίου ἀνδρὸς τέκνα παρέστησεν. † Αὕτη εἰς ἐκκλησίαν
35 ἐξαχθήσεται, † καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἐπισκοπὴ ἔσται. † Οὐ δια-
δώσουσιν τὰ τέκνα αὐτῆς εἰς ῥίζαν, † καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς (υ) οὐ δώσουσι
36 καρπόν. † (φ) Καταλείψει εἰς κατάραν τὸ μνημόσυνον αὐτῆς, † καὶ τὸ ὄ-
37 νειδος αὐτῆς οὐκ ἐξαλειφθήσεται. † Καὶ ἐπιγνώσονται οἱ καταλειφθέντες,
† ὅτι οὐδὲν κρεῖττον φόβου κυρίου, καὶ οὐδὲν γλυκύτερον τοῦ προσέχειν
ἐντολαῖς κυρίου. MS. A. (σ) ὑψίστῳ (ς) αὐτῆς (τ) καὶ ἐξ (υ) οὐκ
οἴσουσιν (φ) * Κατάλειψις

ΚΕΦ. κδʹ.

(α) ΑἼΝΕΣΙΣ ΣΟΦΙ'ΑΣ.

1 † Η Σοφία αἰνέσει ψυχὴν αὐτῆς, καὶ ἐν μέσῳ λαοῦ αὐτῆς (β) καυ-
2 χήσεται. † Ἐν ἐκκλησίᾳ ὑψίστου στόμα αὐτῆς ἀνοίξει, † καὶ ἔναντι
5 δυνάμεως αὐτοῦ καυχήσεται. † Ἐγὼ ἀπὸ στόματος ὑψίστου ἐξ-
6 ῆλθον, † Καὶ ὡς (γ) ὁμίχλη κατεκάλυψα γῆν. † Ἐγὼ ἐν ὑ-
7 ψηλοῖς κατεσκήνωσα, † καὶ ὁ θρόνος μου ἐν στύλῳ νεφέλης. † Γῦρον
8 οὐρανοῦ ἐκύκλωσα μόνη. † καὶ ἐν βάθει ἀβύσσων περιεπάτησα. † ἐν
9 κύμασι θαλάσσης, Καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, † καὶ ἐν παντὶ λαῷ
10 Καὶ ἔθνει ἐκτησάμην. † Μετὰ τούτων πάντων (δ) ἀνάπαυσιν ἐζή-
11 τησα, † καὶ ἐν κληρονομίᾳ τίνος αὐλισθήσομαι. † Τότε ἐνετείλατό
12 μοι ὁ κτίστης ἁπάντων, † καὶ ὁ κτίσας με κατέπαυσε τὴν σκηνήν
13 μου, † Καὶ εἶπεν, (ε) Ἐν Ἰακὼβ κατασκήνωσον, † καὶ ἐν Ἰσραὴλ
14 (ζ) κατακληρονομήθητι. † Πρὸ τοῦ αἰῶνος (ς) ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέν
με, † καὶ ἕως (η) αἰῶνος οὐ μὴ ἐκλίπω. † ἐν σκηνῇ ἁγίᾳ ἐνώπιον
αὐτοῦ (θ) ἐλειτούργησα,

MS. A. (α) ΣΟΦΙ'ΑΣ ΑἼΝΕΣΙΣ. (β) * καυχήσονται. (γ) ὁμίχλην (δ) ἐζήτησα ἀνάπαυσιν, (ε) Ἰακὼβ (ζ) κληρονομήθητι. (ς) ἀπαρχὴν (η) αἰώνων (θ) ἐλειτούργουν,

Primò enim in lege Altissimi incredula fuit, & secundò in virum suum deliquit, & tertiò in fornicatione mœchata est: ex alieno viro filios statuit. Hæc in Ecclesiam educetur, & in filios ejus visitatio erit. Non diffundentur filii ejus (e) in radicem: & rami ejus non dabunt fructum. Relinquetur in maledictum memoria ejus, & dedecus ejus non delebitur. Et cognoscent, qui relicti sunt, quoniam nihil melius timore Domini, & nihil dulcius, quàm attendere mandatis (f) Dei.

CAP. XXIV.

LAUDATIO SAPIENTIÆ.

SAPIENTIA laudabit animam suam, & in medio populi sui gloriabitur. In ecclesia Altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur. (a) Ego ex ore Altissimi prodivi; Et sicut nebula obtexi terram. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, & in profundo abyssorum deambulavi. In fluctibus maris, Et in omni terra, & in omni populo, Et gente possedi. Cum his omnibus requiem quæsivi, & in hæreditate cujus morabor. Tunc præcepit mihi creator omnium: &, qui creavit me; quiescere fecit tabernaculum meum, Et dixit; In Jacob inhabita, & in Israel hæreditare. Ante seculum ab initio creavit me: & usque ad seculum non desinam. In habitatione sancta coram ipso ministravi:

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

30 * ܩܕܡ ܕܟܕܒܬ ܒܢܡܘܣܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܕܬܪܬܝܢ ܒܒܥܠܐ ܕܛܠܝܘܬܗ. ܘܕܬܠܬ ܒܙܢܝܘܬܐ ܕܓܘܪܐ
31 ܕܡܢ ܢܘܟܪܝܐ ܐܩܝܡܬ ܒܢܝܐ. * ܐܦ ܗܝ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܬܦܘܩ. ܘܥܠ ܒܢܝܗ ܬܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ
32 ܕܚܛܗ̈ܝܗ. * ܠܐ ܢܬܠܘܢ ܒܢܝܗ ܫܪ̈ܫܐ ܒܐܪܥܐ. ܘܣܘ̈ܟܝܗ ܠܐ ܢܬܠܘܢ ܦܐܪ̈ܐ. * ܘܢܫܬܒܩ
33
34 ܠܠܘܛܬܐ ܕܘܟܪܢܗ. ܘܚܛܗ̈ܝܗ ܠܐ ܢܬܥܛܘܢ. * ܘܢܕܥܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪ̈ܝ ܐܪܥܐ.
ܘܢܣܬܟܠܘܢ ܟܠ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܒܬܐܒܝܠ. ܕܠܝܬ ܡܕܡ ܕܡܝܬܪ ܡܢ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܝܬ
ܕܒܣܝܡ ܡܢ ܕܢܛܪ ܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ. * ܫܠܡ * ܩܦܠܐܘܢ *

1 * ܚܟܡܬܐ ܡܫܒܚܐ ܢܦܫܗ. ܘܒܓܘ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܒܗܪܐ. * ܒܟܢܘܫܬܗ ܕܐܠܗܐ
2 ܦܬܚܐ ܦܘܡܗ. ܘܒܓܘ ܚܝܠܘܬܗ ܡܫܬܒܗܪܐ. * ܐܢܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܥܠܝܐ ܢܦܩܬ.
3 ܘܐܝܟ ܥܢܢܐ ܟܣܝܬ ܐܪܥܐ. * ܐܢܐ ܒܪܘܡܐ ܕܪ̈ܘܡܐ ܩܒܥܬ ܡܫܟܢܝ. ܘܟܘܪܣܝ
4 ܒܥܡܘܕܐ ܕܥܢܢܐ. * ܒܫܡܝܐ ܥܡܗ ܥܡܪܬ. ܘܒܥܘܡܩܐ ܕܬܗܘܡܐ ܐܢܐ ܗܠܟܬ
5 * ܒܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ. ܘܒܫܬܐܣܬܗ ܕܬܐܒܝܠ. ܘܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܘܐܡܘܬܐ ܫܠܛܬ.
6 * ܘܒܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܒܥܝܬ ܢܝܚܐ. ܒܝܪܬܘܬܐ ܕܐܝܢܐ ܐܫܪܐ. * ܗܝܕܝܢ ܦܩܕܢܝ
7
8 ܡܪܐ ܟܠ. ܘܡܢ ܕܒܪܝܢܝ ܘܐܩܝܡ ܡܫܟܢܝ. ܘܐܡܪ ܠܝ. * ܒܝܥܩܘܒ ܥܡܘܪ. ܘܒܐܝܣܪܝܠ
9
10 ܐܫܬܪܪܝ. * ܩܕܡ ܥܠܡܐ ܐܬܒܪܝܬ. ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܠܐ ܢܬܒܛܠ ܕܘܟܪܢܝ.
ܒܡܫܟܢܐ ܩܕܝܫܐ ܩܕܡܘܗܝ ܫܡܫܬ.

mum suam, nemo videt. Vita misera est è 28
domo in domum *migrare*, & de summis ju-
diciis (*i. injuriis*) os suum aperire non posse.
Inquilinus es, ergò bibes contumeliam, & 29
præterea acerba audies. Inquilinus es, vade, 30
mensam extrue, & quod ad manum est, com-
ede. Exi è conspectu honoris, (*i. viri hono-* 31
randi,) hospes enim advenit mihi. Gravia 32
sunt hæc viro cordato, objurgatio, & usura,
atq; mutuum fœneratorum. Largissimè ero-
ga pauperi, & ex his quæ præ manibus habes,
esum des illi. Si nudus est, indue eum; tuam
enim carnem tegis, & Deo quidem fœnera-
ris, qui septuplum tibi rependet.

CAP. XXX.

Qui amat filium suum, repetat *crebrò* acu- 1
leos ejus, ut ad extremum fruatur *ipso*.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18
21 لا يتفكر الفاجر عمن يتكفل به * والذي يكفر بصاحبه يجحد شكر خالقه * لقد اهلك
22 الضمان بشرا كثيرا * وتركوا اموالهم كامواج البحر * وافلست اصحاب الاموال * وهربوا الي شعب
23 غريب * الخاطي المتعدي على وصايا الرب * حسبه ان يوحل في الضمان * والذي يجتهد في
24 طلب الخطايا يكسب الكفاية * اضمن صاحبك بقدر قوتك * وخلص نفسك من الضمان
25 المضاعف على رقبتك * راس معيشة الانسان الخبز والماء واللباس * والبيت يغطي العورات *
26
27 حياة الفقير صالحة تحت سقف بيته * اخير من غناء كثير في الغربة * لان الفقير لا يعلم الناس
28 قليلا له ام كثيرا * وليس يري احد ولا يظهر على فعاله * شر المنقلة من بيت الي بيت * ويزل
29 به الامور العظام * ولا يقدر ان يفتح فاه * يقال له انت غريب فاحتمل الذل * وبعد هذا
30
31 تسمع ما هو اشد منه * يقال هذا غريب فقم عنا حتي نوضع المايدة * وكل بين يديك * وقم
32 انصرف عن كرامة اهل المجلس * لان لنا ضيف * ما اشد هذه الاشياء على العاقل * الانتهار
والربا والقرض * اعطي المسكين جدا جدا * واطعمه ما رزقت * وان كان عاريا فاكسوه * فانك
انما تكسوا لحمك ودمك * وتقرض العلي الوفي الله * فهو يجزيك عوض الواحد سبعة *
1 الفصل الثلثون * من احب ولده فليتخذ له القضبان * لانه ان ادبه فرح به في اخر عمره *

Non cogitat scelerosus de illo qui pro se 18
fidejussit: at qui negat amicum suum ne-
gat gratiam creatoris sui. Multos homi- 21
nes perdidit fidejussio, & reliquerunt opes
suas ut fluctus maris. Adeòque ad ino- 22
piam redacti sunt opulenti, & ad gentem
peregrinam fugerunt. Peccator præcepta 23
Domini transgrediens, in fidejussionem ut
in lutum *demergendus est: & qui peccata*
sectari studet, compensationem acquiret.
Fidejube pro amico tuo pro portione po- 24
tentiæ tuæ, & erue teipsum à fidejussione
super collo tuo conduplicanda. Summa 25
victûs humani est panis, & aqua, atque
vestitus; cæterùm domus tegit ignominias.
Bona est vita pauperis sub laqueari do- 26
mûs ejus, melior divitiis multis in peregri-
natione. Ignorāt enim homines parùmne an 27
multū possideat pauper, et nemo videt aut
conscius est operum ejus. Infœlicitas est 28
migratio de domo in domum: occurrent e-
nim huic ardua negotia, nec poterit ape-
rire os suum. Dicetur illi, Peregrinus es, 29
igitur contemptum patitor: & insuper his
duriora audies. Dicetur, Hic exterus est, 30
recede à nobis, ut mensam apponamus; tu
verò inter manus tuas comede: Surge, abs- 31
cede à magnificentia convivarum, hospitē
enim habemus. Quàm duræ sunt res istæ 32
prudenti, increpatio, & usura, atque mu-
tuū! Largire pauperi summâ liberalitate,
eumq; ciba ex his quæ tibi concessa fue-
rint. Et si fuerit nudus, vesti eum; enim-
verò carnem tuam & sanguinem tuū ve-
sties, altissimoq; Deo remuneratori fœnera-
beris, qui tibi septem pro uno rependet.

CAP. XXX.

Qui amat filium suum, adhibeat ei 1
virgas; quoniam si erudierit eum, læta-
bitur de eo supremâ ætate suâ.

Versio VULG. LAT.

2 Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio do-
3 mesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum, in
zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur
4 in illo. Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: si-
5 milem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & læta-
tus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confu-
6 sus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domûs
7 contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro anima-
bus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem
8 turbabuntur viscera ejus. Equus indomitus evadit durus, &
9 filius remissus evadet præceps. Lacta filium, & paventem te
10 faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas
11 illi, ne doleas, & in novissimo obstupescent dentes tui. Non
des illi potestatem in juventute, & ne despicias cogitatus
12 illius. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera
ejus dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, &
13 erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in
14 illo, ne in turpitudinem illius offendas. Melior est pauper
sanus, & fortis viribus, quàm dives imbecillis & flagella-
15 tus malitiâ. Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est
omni auro & argento, & corpus validum, quàm census
16 immensus. Non est census super censum salutis corporis:
17 & non est oblectamentum super cordis gaudium. Melior
est mors quàm vita amara: & requies æterna quàm languor
18 perseverans. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositio-
19 nes epularum circumpositæ sepulchro. Quid proderit li-
20 batio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit. Sic qui
effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 † Ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ, † καὶ ἀναμέσον γνω-
3 ρίμων ἐπ' αὐτῷ καυχήσεται. † Ὁ διδάσκων τὸν υἱὸν αὐτοῦ παραζη-
4 λώσει τὸν ἐχθρὸν, † καὶ ἔναντι φίλων ἐπ' αὐτῷ ἀγαλλιάσεται. † Ἐτε-
λεύτησεν αὐτοῦ ὁ πατὴρ, καὶ (α) ὡς οὐκ ἀπέθανεν, † ὅμοιον γὰρ αὐτῷ
5 κατέλιπε (β) μετ' αὐτόν. † Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἶδε καὶ (γ) εὐφράν-
6 θη, † καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ οὐκ ἐλυπήθη. † Ἐναντίον ἐχθρῶν κατ-
7 έλιπεν ἔκδικον, † καὶ τοῖς φίλοις ἀνταποδιδόντα χάριν. † Περιψύ-
χων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ, † καὶ ἐπὶ πάσῃ βοῇ ταρα-
8 χθήσεται σπλάγχνα αὐτοῦ. † Ἵππος ἀδάμαστος (δ) ἀποβαίνει σκλη-
9 ρὸς, † καὶ υἱὸς ἀνειμένος ἐκβαίνει προαλής. † Τιθήνησον τέκνον καὶ
10 ἐκθαμβήσει σε, † (ε) σύμπαιξον αὐτῷ καὶ λυπήσει σε. † Μὴ
συγγελάσῃς αὐτῷ ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς, καὶ ἐπ' (ζ) ἐσχάτῳ γομφιάσεις
11 τοὺς ὀδόντας σου. † Μὴ δῷς αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν νεότητι. † Θλάσον
12 τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, (η) ὡς ἔστι νήπιος, † μήποτε σκληρυνθεὶς
13 ἀπειθήσῃ σοι. † Παίδευσον τὸν υἱόν σου, καὶ ἔργασαι ἐν αὐτῷ, ἵνα
11 μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ (θ) σου προσκόψῃ. Καὶ μὴ παρίδῃς τὰς
12 ἀγνοίας αὐτοῦ. Κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι. ΠΕΡΙ
ὙΓΙΕΙΑΣ. † Κρείσσων πτωχὸς ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει, ἢ
14
15 πλούσιος μεμαστιγωμένος εἰς σῶμα αὐτοῦ. † (ι) Ὑγεία καὶ εὐεξία
βέλτιον παντὸς χρυσίου, καὶ σῶμα εὔρωστον ἢ ὄλβος ἀμέτρητος.
16 † Οὐκ ἔστι πλοῦτος βελτίων (κ) ὑγείας σώματος, † καὶ οὐκ ἔστιν
17 εὐφροσύνη ὑπὲρ χαρὰν καρδίας. † Κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν
18 πικρὰν, † ἢ ἀῤῥώστημα (λ) ἔμμονον. † Ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐπὶ
στόματι κεκλεισμένῳ, † θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ
19 τάφῳ. † Τί συμφέρει κάρπωσις εἰδώλῳ; † οὔτε γὰρ ἔδεται οὔτε μὴ
20 ὀσφρανθῇ. † Οὕτως ὁ ἐκδιωκόμενος ὑπὸ κυρίου.

Cum Translatione LATINA.

Qui erudit filium suum; (a) lucrabitur in illo: & in medio notorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum; in zelum mittet inimicum: & in medio amicorum glorabitur in illo. Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: similem enim sibi reliquit post se. In vita sua vidit, & lætatus (b) est: & in obitu suo non est contristatus. Contra inimicos reliquit defensorem, & amicis reddentem gratiam. (c) Refrigerans filium, colligabit vulnera illius: & ad omnem clamorem turbabuntur viscera sua. Equus indomitus evadit durus: & filius remissus evadit præceps. Lacta filium, & paventem te faciet: lude cum illo, & contristabit te. Ne corrideas illi, ne simul doleas: & in novissimo quaties dentes tuos. Non des illi potestatem in (d) juventute: Tunde latera illius, dum infans est: ne fortè induratus non credat (e) tibi. Erudi filium tuum, & operare in illo; ne in turpitudinem (f) tuam offendat. (g) Et ne despicias ignorantias illius: Curva cervicem ejus in juventute. DE SANITATE. Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm dives flagellatus in corpore suo. Sanitas, & bona habitudo melior est omni auro; & corpus validũ, quàm cens⁹ immensus. Non est census melior sanitate corporis: et non est oblectamentũ super cordis gaudiũ. Melior est mors, quàm vita amara, aut languor perseverans. Bona (h) offusa ad os clausũ, appositiones epularũ appositæ super sepulchrũ: Quid prodest oblatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur. Sic qui persequutionẽ patitur à Dño:

MS. A. (α) οὐκ ὡς (β) μεθ' (γ) ηὐφράνθη, (δ) ἐκβαίνει (ε) σύμπαιξον (ζ) ἐσχάτων (η) ἕως (θ) αὐτοῦ προσκόψῃς. Κρείσσων πτωχὸς (ι) Ὑγεία καὶ εὐεξία βέλτιον (κ) ὑγείας (λ) ἔμμονον.

Versio SIRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 * ܕܪܕܐ ܠܒܪܗ ܢܬܗܢܐ ܒܗ. ܘܒܝܬ ܪܚܡܘܗܝ ܢܫܬܒܗܪ ܒܗ. * ܘܡܠܦ ܠܒܪܗ ܡܛܢܐ ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ.
3 ܘܩܕܡ ܪܚܡܘܗܝ ܢܫܬܒܗܪ ܒܗ. * ܡܝܬ ܐܒܘܗܝ ܘܐܚܪܢܐ ܕܠܐ ܡܝܬ. ܡܛܠ ܕܐܟܘܬܗ ܫܒܩ
4 ܒܬܪܗ. * ܒܚܝܘܗܝ ܚܙܝܗܝ ܘܚܕܝ. ܘܒܡܘܬܗ ܠܐ ܐܬܬܥܝܩ ܥܠܘܗܝ. * ܠܪܚܡܘܗܝ ܦܪܥ
5
6 ܛܝܒܘܬܐ. ܘܡܢ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܬܒܥ ܬܒܥܬܐ. * ܕܡܦܢܩ ܠܒܪܗ. ܣܓܝܐܢ ܡܚܘܬܗ.
7 ܘܥܠ ܟܠ ܓܥܬܐ ܡܣܪܩ ܠܒܗ. * ܐܝܟ ܣܝܚܐ ܕܠܐ ܡܕܪܫ. ܗܟܢܐ ܒܪܐ
8 ܡܪܘܕܐ. ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܐܒܘܗܝ. * ܪܕܝ ܒܪܟ. ܕܠܐ ܠܡܒܙܚ. ܘܐܢ ܬܓܚܟ ܥܡܗ ܢܫܢܩܟ. * ܠܐ
9
10 ܬܬܕܒܪ ܠܨܒܝܢܗ. ܐܝܟ ܪܓܝܓܬܗ. ܕܠܐ ܢܪܓܙܟ. ܘܒܚܪܬܐ ܢܩܗܐ ܫܢܝܟ. * ܠܐ ܬܫܠܛܝܘܗܝ.
11 ܒܛܠܝܘܬܗ. ܘܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܗ ܟܠ ܣܘܪܚܢܘܗܝ. * ܟܦܘܦ ܪܫܗ ܟܕ ܗܘ ܛܠܐ. ܘܦܩܥ
12 ܥܩܠܬܗ. ܟܕ ܗܘ ܙܥܘܪ. ܕܠܐ ܢܬܪܒܐ ܘܢܡܪܘܕ ܒܟ. * ܚܘܦܐ ܕܢܦܫܐ ܐܠܦ ܠܒܪܟ. ܘܩܫܝܐ
13 ܗܘܝ ܠܗ. ܕܠܐ ܒܣܟܠܘܬܗ ܢܬܩܠܟ. * ܛܒ ܗܘ ܓܝܪ ܡܣܟܢܐ ܕܚܝ ܘܥܫܝܢ ܒܓܘܫܡܗ.
14 ܡܢ ܥܬܝܪܐ ܕܡܬܢܓܕ ܒܒܣܪܗ. * ܚܝܐ ܕܚܘܠܡܢܐ ܪܚܡܬ ܡܢ ܕܗܒܐ. ܘܪܘܚܐ ܛܒܬܐ ܡܢ
15 ܡܪܓܢܝܬܐ. * ܠܝܬ ܥܘܬܪܐ ܐܝܟ ܚܘܠܡܢܐ ܕܦܓܪܐ. ܘܠܝܬ ܚܕܘܬܐ ܐܝܟ ܠܒܐ ܛܒܐ. * ܛܒ ܠܡܡܬ
16
17 ܡܢ ܚܝܐ ܒܝܫܐ. ܘܠܡܚܬ ܠܫܝܘܠ ܡܢ ܟܐܒܐ ܕܡܬܩܘܡ. * ܛܒܬܐ ܕܡܛܫܝܢ ܥܠ
18
19 ܦܘܡܐ ܕܣܟܝܪ. ܐܝܟ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܣܝܡܢ ܥܠ ܩܒܪܐ. * ܡܢܐ ܗܢܝܐ ܐܝܬ ܠܦܬܟܪܐ
ܕܥܡܡܐ. ܕܠܐ ܐܟܠܝܢ ܘܠܐ ܡܪܝܚܝܢ. ܗܟܢܐ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܘܬܪܐ ܘܠܐ ܡܬܗܢܐ ܒܗ.

Qui erudit filium suum, fruetur illo, & inter amicos suos eo gloriabitur. Qui docet filium suum, inimici sui invidiam excitat, & coram amicis suis eo gloriabitur. Defuncto ipsius patre, *superest* alter haud mortuus; quandoquidem similem sui post se reliquit. In vita sua vidit eum, & lætatus est, & in morte sua non contristatur. Amicis ej⁹ beneficiũ referet, & ab hostib⁹ ej⁹ exiget vindictã. Blandè tractantis filiũ suum multa erunt vulnera, & ad omnem gemitũ vacuum reddit cor suum. Qualis est pullus equinus indomitus, talis est filius protervus qui patri non obtemperat. Erudi filium tuum, ne sis ludibrio: quòd si luseris cum eo, cruciabit te. Ne te geras cum eo ad libitum ipsius, ne te ad iracundiam provocet, ac demum dentes tuos obstupefaciat. Ne des illi potestatẽ in adolescentia ipsius, neve parcas ei omnia delicta ipsius. Demitte caput illius dum puer est, & salebras ejus complana dum parvus est; ne grandior factus in te rebellet. Agitationem animi doce filiũ tuum, & asperũ te præbe erga illum; ne suis insipientiis impingere te faciat. Potior est enim pauper vivus & corpore firmus, quàm dives in carne sua vexatus. Vitam firmæ valetudinis præ auro dilexi, & spiritum bonum præ margaritis. Nullæ sunt divitiæ valetudini corporis comparandæ, nec ullum est gaudiũ bono animo comparandum. Præstat mori, quàm infœlicem vitam *degere*; & in foveam descendere, quàm assiduo dolore *consumi*. Bona occulta super os abstrusum, perinde sunt ac cibi sepulchris impositi. Quænam jucunditas est simulachris gentium, quæ nec comedunt, nec odorantur? ita se habet qui divitias possidet nec utitur illis:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2
3 * ومن ادب ابنه رأى فيه السرور * وامتدح به بين اصحابه * من علم ابنه احسن ادبه *
4 واهاج العين لاعدايه * وبين احوانه يمدح به * مات هذا اذ خلف مثله * ولم يمت لانه
5
6 خلف مثله * راه مفلحا في حياته وفرح به * وعند الموت لم يحزن * لان ولده يكافي احوانه
7 بالمعروف * وينتقم من اعدايه * من فنق ابنه كثرت ضرباته * وخفق قلبه مثل المبرد
8
9 يسمع * مثل المهر الذي لم يداس * كذلك الولد المارد الذي لا يطيع اباه * ادب ابنك
10 ليلا يستهزي بك * وان انت صاحبته غدر بك * لا تتبعه في مسرته ليلا يسخطك *
11
12 واخر امره يضر بك * لا تسلطه في صباه * ولا تتجاوز عنه كل ما اساء * احني رقبته *
13 ونكس راسه ما دام صغيرا * واضرب متنه في صباه * قبل ان يعسو ويتمرد عليك * علم
14 ابنك * ودربه * وعوده الضيق والشدة * ليلا تعاقب انت بجهله * المسكين الصحيح
15 الجسم اخير من الغني السقيم * الحياة والصحة احب الي من الذهب * والنفس الطيبة
16
17 السرية افضل من الجوهر * لا غناء يشبه صحة الجسم * ولا فرح يعادل فرح القلب * الموت
18 افرح من عيش سوء العمر طايل * والهاوية اخير من وجع دايم * الخيرات المسدود على
19 الافواه المحرومة كشبه الطعام الموضوع على باب القبر يسمم * ما لذة صنم الشعوب الذي
لا ياكل ولا يشرب * كذلك من له مال ولا يوسع على نفسه *

Et qui castigat filium suum, lætitiam ex eo percipiet, & gloriabitur de illo inter amicos suos. Qui docet filium suum, bonam reddit eruditionem ejus, & invidiam excitat inimicis suis, & inter amicos suos gloriabitur de ipso. Moritur iste superstitem relinquens sui similem; imò non moritur quia sui similem relinquit. Prosperum vidit illum dum viveret, eoque lætatus est & instante morte minimè dolet: Quandoquidem filius ejus gratiam redditurus est amicis ejus, & pœnas ab inimicis ejus repetiturus. Qui blanditur filio suo, multa patietur flagella, et palpitatio cordis ejus ceu lima audietur. Qualis est pullus equinus nondum domitus, talis filius rebellis qui patri suo non obedit. Castiga filium tuum, ne irridearis: nam si familiariter egeris cum illo, te fallet. Ne acquiescas ei in libidine ipsius, ne te irritet, & ad extremum rei frendeat in te. Ne des illi potestatẽ in pueritia ipsius, & ne dimittas ei quicquid turpiter commiserit. Flecte cervicem ejus, & caput ejus demitte quandiu parvus est; ejusque tumulos, dum puer est, tunde, priusquam obdurescat, & contra te rebellet. Doce filium tuum, exerce illum, & assuefac cum incommodis ac molestiis, ne tu ob insipientiam ejus crucieris. Pauper corpore valens præstat diviti malè affecto. Vita & sanitas chariores mihi sunt auro, & bonus hilarisque animus gemmis pretiosior. Nullæ sunt opes quæ cum corporis incolumitate comparentur, nec ullum gaudium quod lætitiæ cordis adæquetur. Mors remissior est victu misero haud amplo, et fovea potior est dolore continuo. Bona occulta interdictis oribus opposita, similia sunt cibo ad ostium monumenti collocato, cujus odor percipitur. Quænam est idoli gentium voluptas quod nec edit nec bibit? ejusmodi est qui divitias habet, nec sibimet indulget.

Versio VULG. LAT.

21 Videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens vir-
22 ginem, & suspirans. Tristitiam non des animæ tuæ, & non
23 affligas temetipsum in consilio tuo. Jucunditas cordis hæc
est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: &
24 exultatio viri est longævitas. Miserere animæ tuæ placens
Deo, & contine: congrega cor tuum in sanctitate ejus, &
25 tristitiam longè repelle à te. Multos enim occîdit tristitia,
26 & non est utilitas in illa. Zelus & iracundia minuunt dies,
& ante tempus senectam adducet cogitatus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

21 † Βλέπων ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ στενάζων, ὥσπερ εὐνοῦχος περι-
22 λαμβάνων παρθένον καὶ στενάζων. † Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν
23 ψυχήν σου, † καὶ μὴ θλίψῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ σου. † Εὐφροσύνη
24 καρδίας ζωὴ ἀνθρώπου, † καὶ ἀγαλλίαμα ἀνδρὸς μακροημέρευσις.
† Ἀγάπα τὴν ψυχήν σου, καὶ παρακάλει τὴν καρδίαν σου, † καὶ
25 λύπην μακρὰν ἀπόστησον ἀπὸ σοῦ· † Πολλοὺς γὰρ (μ) ἀπέκτεινεν
26 ἡ λύπη, † καὶ οὐκ ἔστιν ὠφέλεια ἐν αὐτῇ. † Ζῆλος καὶ θυμὸς
ἐλαττοῦσιν ἡμέρας, † καὶ πρὸ καιροῦ γῆρας ἄγει μέριμνα.
MS. A. (μ) ἀπώλεσεν λύπη,

Cum Translatione LATINA.

Videns oculis, & ingemiscens, sicut spado com- 21
plectens virginem, & suspirans. Non des in tri- 22
stitiam animam tuam: & non affligas temet-
ipsum in consilio tuo. Jocunditas cordis, hæc est 23
vita hominis: & exultatio viri est longævitas.
Dilige animam tuam, & consolare cor tuum: & 24
tristitiam longè expelle à te. Multos enim occîdit 25
tristitia: & non est utilitas in ea. Zelus, & ira- 26
cundia minuunt dies: & ante tempus senectam
adducit cogitatus.

Quæ sequuntur v. 26. hujus cap. 30. Ὡς καλαμώμενος, *& reliqua, usque ad particulam istam v. 13. cap. 36.* καὶ κατεκληρονόμησα, *in exemplari Romano, (prout & in MS. A.) a Vulgata, cæterisque Versionibus, capitum ordine & distributione differunt: de qua differentia, licet in Nobilii notis inferius dictum fuerit, hic tamen (capitibus etiam, prout sibi mutuo respondet, utrobique designatis,) Lectorem monitum voluimus.*

27 Cap. 33. Splendidum cor, & bonum in epulis est: epulæ
enim illius diligenter fiunt.

CAP. XXXI.

Cap. 34. 1 Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius
2 auferet somnum. Cogitatus præscientiæ avertit sensum, &
3 infirmitas gravis sobriam facit animam. Laboravit dives in
congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis
4 suis. Laboravit pauper in diminutione victûs, & in fine in-
5 ops fit. Qui aurum diligit, non justificabitur: & qui inse-
6 quitur consumptionem, replebitur ex ea. Multi dati sunt in
7 auri casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum. Li-
gnum offensionis est aurum sacrificantium: væ illis qui se-
8 ctantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. Beatus
dives, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non
9 abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, &
laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

16 ΚΕΦ. λγ'. † Ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν,
17 † Ἐν εὐλογίᾳ κυρίου ἔφθασα, † καὶ ὡς τρυγῶν ἐπλήρωσα ληνόν.
18 † Κατανοήσατε ὅτι οὐκ ἐμοὶ μόνῳ ἐκοπίασα, † ἀλλὰ πᾶσι τοῖς
19 ζητοῦσι παιδείαν. † Ἀκούσατέ μου μεγιστᾶνες λαοῦ, † καὶ οἱ ἡγούμενοι
20 ἐκκλησίας ἐνωτίσασθε. † Υἱῷ καὶ γυναικί, ἀδελφῷ καὶ φίλῳ † μὴ
δῷς ἐξουσίαν ἐπὶ σὲ ἐν ζωῇ σου, † καὶ μὴ δῷς ἑτέρῳ τὰ χρήματά
21 σου, † ἵνα μὴ μεταμεληθεὶς δέῃ περὶ αὐτῶν. † Ἕως ἔτι ζῇς καὶ
22 πνοὴ ἐν σοί, † μὴ ἀλλάξῃς σεαυτὸν (ν) πάσῃ σαρκί. † Κρεῖσσον
γάρ ἐστι τὰ τέκνα δεηθῆναί σου, † ἢ σὲ ἐμβλέπειν εἰς χεῖρας υἱῶν
23 σου. † Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου γίνου ὑπεράγων· † Μὴ δῷς μῶμον
24 ἐν τῇ δόξῃ σου. † Ἐν ἡμέρᾳ συντελείας ἡμερῶν ζωῆς σου † καὶ ἐν καιρῷ
τελευτῆς διάδος (ξ) κληρονομίαν. ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΩΝ.
25 † Χορτάσματα καὶ ῥάβδος καὶ φορτία ὄνῳ, † ἄρτος καὶ παιδεία καὶ
ἔργον οἰκέτῃ. MS. A. (ν) ἐν πάσῃ (ξ) κληρονομίαν. Χόρτασμα

CAP. 33. (i) Quasi qui colligit acinos post 16
vindemiatores, In benedictione Domini (k) per- 17
veni: & quasi, qui vindemiat, replevi torcular.
Respicite, quoniam non mihi soli laboravi, sed 18
omnibus exquirentibus disciplinam. Audite me, 19
magnates populi: & rectores Ecclesiæ, auribus
percipite. Filio, et mulieri, fratri, et amico non 20
des potestatē super te in vita tua. Et non dederis
alii pecunias tuas: ne fortè pœniteat te, et de-
preceris pro illis. Dum adhuc superes, et spiratio 21
in te; ne alienes teipsum omni carni. Melius est 22
enim ut filii tui te rogent, quàm te respicere in
manus filiorum tuorū. In omnibus operibus tuis 23
præcellens esto: Ne dederis maculam in gloria 24
tua. In die consummationis dierum vitæ tuæ, et
in tempore exitûs distribue hæreditatem tuam.
DE SERVIS. Pabula, et virga, et onera 25
asino: panis, et disciplina, et opus servo.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 * ܘܚܙܐ ܒܥܝܢܘܗܝ ܘܡܬܬܢܚ. ܐܝܟ ܡܗܝܡܢܐ ܕܕܡܟ ܥܡ ܒܬܘܠܬܐ. ܘܡܪܝܐ ܒܐܝܕܗ
21 ܢܬܒܥ. * ܠܐ ܬܬܠ ܠܥܩܬܐ ܢܦܫܟ. ܘܠܐ ܬܬܬܩܠ ܒܡܠܟܐ ܕܢܦܫܟ * ܡܛܠ ܕܚܕܘܬܐ ܕܠܒܐ
22 ܚܝܘܗܝ ܕܒܪܢܫܐ. ܘܪܘܝܚܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ. ܗܝ ܡܘܪܟܐ ܚܝܘܗܝ. * ܦܝܣ ܢܦܫܟ. ܘܒܣܡ
23 ܠܒܟ. ܘܥܩܬܐ ܐܪܚܩ ܡܢܟ. * ܡܛܠ ܕܠܣܓܝܐܐ ܩܛܠ ܥܩܬܐ. ܘܟܪܝܘܬܐ ܐܘܒܕܬ ܐܢܘܢ.
24 25 26 * ܚܣܡܐ ܘܪܘܓܙܐ. ܡܒܨܪܝܢ ܝܘܡܬܐ. ܘܠܐ ܒܙܒܢܗܘܢ. ܡܝܬܝܐ ܣܝܒܘܬܐ ܝܨܦܬܐ. * ܠܒܐ ܛܒܐ.
ܣܓܝܐܝܢ ܡܐܟܘܠܬܗ. ܘܟܠ ܕܐܟܠ. ܡܘܬܪ ܠܗ ܦܓܪܗ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܐ *

Vidétque oculis suis, ac suspirat ceu spado 20
prope virginem cubans. Dominus autem
manu suâ ulciscetur. Ne dedas teipsum tristi- 21
tiæ, & ne illidaris consilio animæ tuæ. Læti- 22
tia enim cordis est vita hominis, & tranquil-
litas hominis producit vitam ipsius. Blandi- 23
re tibi ipsi, & recrea cor tuum, & mœrorem
abs te aspelle. Multos enim occîdit mœror, 24
& tristitia peremit illos. Invidia & iracundia 25
dies tabefaciunt, & præter tempus canos pro-
ducit solicitudo. Boni cordis multæ sunt escæ, 26
& quicquid comedit, confert corpori ipsius.

1 2 * ܫܗܪܐ ܕܥܬܝܪܐ ܡܦܫܪ ܒܣܪܗ. ܘܝܨܦܐ ܕܥܬܝܪܐ ܡܥܪܩ ܫܢܬܗ. * ܝܨܦܐ ܕܬܘܪܣܝܐ ܡܢܕܐ ܫܢܬܐ.
3 ܘܡܪܥܐ ܥܫܝܢܐ ܡܥܪܩ ܫܢܬܐ. * ܠܐܐ ܥܬܝܪܐ ܠܡܟܢܫܘ ܢܟܣܐ. ܘܡܬܢܝܚ
4 ܠܡܣܒܥܘ ܦܘܢܩܐ. * ܠܐܐ ܡܣܟܢܐ ܠܚܣܝܪܘܬܐ ܕܣܝܒܪܬܗ. ܘܐܢ ܡܬܢܝܚ. ܗܘܐ
5 6 ܢܣܝܒܐ. * ܕܪܚܡ ܡܘܗܒܬܐ. ܠܐ ܢܙܕܟܐ. ܘܕܪܕܦ ܒܬܪ ܩܢܝܢܐ. ܒܗܘܢ ܢܬܛܥܐ. * ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ
ܥܬܝܪܐ. ܘܐܬܬܟܠܘ ܥܠ ܢܟܣܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܦܨܝܘ ܐܢܘܢ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. ܘܐܦܠܐ
7 ܠܡܚܝܘ ܐܢܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܡܘܬܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܬܘܩܠܬܐ ܗܘ ܡܘܗܒܬܐ ܠܣܟܠܐ. ܘܟܠ ܡܢ
8 ܕܛܥܐ ܒܗ ܡܬܬܩܠ. * ܛܘܒܘܗܝ ܠܥܬܝܪܐ ܕܐܫܬܟܚ ܕܠܐ ܡܘܡܐ. ܘܒܬܪ ܡܘܗܒܬܐ
9 ܠܐ ܛܥܐ. * ܡܢܘ ܗܢܐ. ܘܢܫܒܚܝܘܗܝ. ܕܣܓܝ ܥܒܕ ܬܕܡܪܬܐ ܒܥܡܗ.

CAP. XXXI.

Vigilia colliquefacit carnem divitis, & so- 1
licitudo somnum ejus abigit. Alimenti cura 2
soporem expellit, & gravis ægritudo somnum
adimit. Laborat dives in congerendis sibi 3
opibus, & quiescit ad percipiendas delitias.
Laborat pauper ob penuriam sui victûs, & si 4
quiescat, fit egenus. Qui amat divitias, non 5
erit insons; & qui consectatur possessiones,
per easdem seducetur. Multi divites facti, suis 6
freti sunt opibus, quæ eos nec malo eri-
pere, nec in suprema ipsorum die salvare
potuerunt. Offendiculo sunt enim divitiæ 7
stultis, & quisquis iis seducitur, offendet.
Beatus dives qui inventus est sine culpa, & 8
post divitias non aberravit. Quis est hic? 9
& laudabimus eum, quòd multa præclara fa-
cinora præstiterit in populo suo.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

20 * وإنما يراه بعينيه ويتلهف مثل الخصي الذي يضاجع العذري * والرب يعاقبه ويسائله
21 22 عن ذلك * لا تسقي نفسك بهواك * ولا تعثر بعوامق نفسك * إنما حياة الإنسان فرح قلبه
23 وطيبة نفس المرء تطيل عمره * نعم نفسك * واصرف غمك وأرح قلبك * وإياك والحزن
24 25 * إن الهم قتل ناسا كثيرين * فتلفوا وهلكوا لشدة حزنهم * الغيرة والغضب يفنيان الأيام
26 والغم يسقط قبل حينه * القلب السمح الخير طعامه في عينه كثيرا * وكلما أكل
انتفع به جسده * * الفصل الحادي والثلثون *
1 2 * السهر يذيب جسد الغني * وهمه يطير نومه * هم المعيشة يطير النوم * والهم الشديد يطرد
3 4 النوم * يتسخط الغني ليجمع الأموال * ويستريح إلى قبول لذاته * والمسكين يكد لعداء فقره
5 وإن أحب الراحة افتقر * من أحب كثرة الأموال لا يظفر * والذي يسعى في طلب
6 المواشي بها يظل * أناس كثير استغنوا * واتكلوا على أموالهم أن تنجيهم من الشر * ولا
7 8 تنفعهم ساعة الموت * لأن المال عثرة للسفهاء * وكل من يطغى به يعثر * طوبى للغني
9 الذي لا يوجد فيه عيب * ولم يظل في طلب الأموال * من هذا فنمدحه * فإنه قد أكمل
في شعبه الأيادي عظيمة *

Sed eos intuetur oculo, doletque velut 20
eunuchus cum virgine concumbens. Cæ-
terùm puniet illum Dominus, & hujus
rei rationem exiget ab eo. Ne affligas 21
teipsum sponte tuâ, & animæ tuæ consilio
ne impingaris. Nam vita hominis est 22
gaudium cordis ipsius, & hilaritas animi
hominis ætatem ejus producit. Jucundè 23
vive, mœrorem abige, cordi tuo præbe so-
latium, & à tristitia caveto. Solicitudo 24
enim multos occîdit homines, qui ob mœ-
roris acerbitatem consumpti perierunt.
Invidia & iracundia dies consumunt, 25
& mœror canum reddit hominem ante
tempus suum. Cordis alacris ac boni copi- 26
osus est cibus in oculo ipsius, & quicquid
comederit, proficit corpori ipsius.

CAP. XXXI.

Vigilia liquefacit corpus divitis, 1
ejusque cura somnum ipsius avolare fa-
cit. Cura victûs somnum abigit, & ve- 2
hemens tristitia somnum expellit. Excru- 3
ciatur dives in cogendis opibus, at de-
mum quiescit in perfruendo suis delitiis.
Pauper etiam fatigatur ad aitandam in- 4
opiam suam, quòd si quietem amet, eva-
dit pauperrimus. Qui nimias opes dili- 5
git, non erit prosper; & qui laborat in
perquirendis divitiis, iisdem seducetur.
Plures homines facti sunt divites, su- 6
asque divitias eos à malo liberaturas
esse sperârent; at non profuerunt eis
tempore mortis: Quoniam divitiæ offen- 7
diculo sunt imprudentibus & quicunque
seducitur illis, impinget. Felix dives in 8
quo non reperitur macula, qui que non er-
ravit in exquirendis opibus. Quis est 9
ille, ut laudemus eum? ingentia enim
facta præstitit apud gentem suam.

Versio VULG. LAT.

10 Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria
æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus; face-
11 re mala, & non fecit: Ideò stabilita sunt bona illius in Do-
mino, & eleëmosynas illi⁹ enarrabit omnis Ecclesia Sancto-
12 rum. Supra mensam magnam sedisti? non aperias super il-
13 lam faciem tuam prior. Non dicas sic; Multa sunt, quæ su-
14 per illam sunt: Memento quoniam malus est oculus nequam.
15 Nequius oculo quid creatum est? ideò ab omni facie sua
16 lachrymabitur, cùm viderit. Ne extendas manum tuam pri-
17 or, & invidiâ contaminatus erubescas. Ne comprimaris in
18 convivio. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso: Utere
19 quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur: ne, cùm mandu-
20 cas multum, odio habearis. Cessa prior causâ disciplinæ:
21 & noli nimius esse, ne fortè offendas. Et si in medio mul-
torum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior
22 poscas bibere. Quàm sufficiens est homini erudito vinum
exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non
23 senties dolorem. Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito:
24 Somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque manè,
25 & anima illius cum ipso delectabitur. Et si coactus fueris
in edendo multum, surge è medio, evome: & refrigerabit
26 te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Audi me, fili,
27 & ne spernas me: & in novissimo invenies verba mea. In
omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non
28 occurret tibi. Splendidum in panibus benedicent labia
29 multorum, & testimonium veritatis illius fidele. Nequissi-
mo in pane murmurabit civitas, & testimonium nequitiæ
illius verum est.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

26 †Ἔργασαι ἐν παιδὶ καὶ εὑρήσεις ἀνάπαυσιν, †ἄνες χεῖρας αὐτῷ
27 καὶ ζητήσει ἐλευθερίαν. †Ζυγὸς καὶ ἱμὰς (ο)κάμψουσι τράχηλον,
28 †Καὶ οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι. †Ἔμβαλε αὐτὸν εἰς
29 ἐργασίαν, ἵνα μὴ ἀργῇ, Πολλὴν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία.
30 †Εἰς ἔργα κατάστησον καθὼς πρέπει αὐτῷ, κἂν μὴ πειθαρχῇ,
βάρυνον τὰς (π) πέδας αὐτοῦ. †καὶ μὴ περισσεύσῃς (ρ) ἐν πάσῃ
31 σαρκὶ, †καὶ ἄνευ κρίσεως μὴ ποιήσῃς μηδέν. †Εἰ ἔστι σοι
οἰκέτης, ἔστω ὡς σύ, ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν. †εἰ ἔστι σοι
οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς (σ)σεαυτὸν, ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου ἐπιδεήσεις
32 (τ) αὐτοῦ. †Ἐὰν κακώσῃς αὐτὸν, Καὶ ἀπάρας ἀποδρᾷ, ἐν
33 ποίᾳ ὁδῷ ζητήσεις αὐτόν;

MS.A. (ο) τράχηλον κάμψουσιν, (π) πέδας. καὶ μὴ (ρ) ἐπὶ (σ) ἀδελφὸν, (τ) αὐτῷ.

Κεφ. λα΄. ΚΕΦ. λα΄.

1 †ΚΕναὶ ἐλπίδες καὶ ψευδεῖς ἀσυνέτῳ ἀνδρὶ, †καὶ ἐνύπνια
2 ἀναπτεροῦσιν ἄφρονας. †Ὡς δρασσόμενος σκιᾶς καὶ διώκων ἄνε-
3 μον, †οὕτως ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις. †Τοῦτο κατὰ τούτου ὅρασις ἐνυ-
4 πνίων, †κατέναντι προσώπου ὁμοίωμα προσώπου. †(α) Ἀπὸ
ἀκαθάρτου τί καθαρισθήσεται; †καὶ ἀπὸ ψευδοῦς τί ἀληθεύσει;
5 †Μαντεῖαι καὶ οἰωνισμοὶ καὶ ἐνύπνια, μάταιά ἐστι, †Καὶ ὡς ὠδι-
6 νούσης φαντάζεται καρδία. ἐὰν μὴ (β) παρὰ ὑψίστου ἀποσταλῇ ἐν
7 ἐπισκοπῇ, †μὴ δῷς εἰς αὐτὰ τὴν καρδίαν σου. †Πολλοὺς
(γ) ἐπλάνησε τὰ ἐνύπνια, καὶ ἐξέπεσον ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς.
8 †Ἄνευ ψεύδους συντελεσθήσεται νόμος, †καὶ σοφία στόματι πιστῷ
τελείωσις.

MS. A. (α) Καὶ ἀπὸ (β) ἀπὸ (γ) γὰρ ἐπλάνησεν

Operare in (l) puero, & invenies requiem: laxa 26
manus illi, & quæret libertatem. Jugum & 27
lorum curvabunt collum: Et servo malefico 28
torturæ, & tormenta. Mitte illum in operatio-
nem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit 29
otiositas. In opera constitue illum, prout conde- 30
cet illum: quòd si non obaudierit; aggrava com-
pedes ejus. Et non (m) amplifices super omnem
carnem: & sine judicio nihil facias. Si est tibi 31
servus; sit (n) sicut tu: quoniam in sanguine
comparâsti eum. Si est tibi servus; tracta eum
(o) sicut teipsum: quoniam tanquam animâ tuâ,
egebis eo. Si afflixeris eum, Et tollens aufugiat; 32
in qua via quæres illum? 33

Cap. CAP. XXXI.

34. VANÆ spes, & mendaces viro insen- 1
sato: & somnia volare faciunt imprudentes.
Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur 2
ventum; sic qui attendit somniis. Hoc juxta 3
hoc, visio somniorum, ante faciem, similitudo fa-
ciei. Ab immundo quid mundabitur? & à falso 4
quid verum erit? Divinationes, & auguria, 5
& somnia, vana sunt, Et sicut parturientis, cor 6
phantasias patitur. Nisi ab Altissimo fuerint missa
in visitatione; ne dederis ad illa cor tuum.
Multos errare fecerunt somnia: & exciderunt 7
sperantes in illis. Sine mendacio consummabi- 8
tur lex, & sapientia ori fideli perfectio.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 * ܡܢܘ ܗܢܐ ܕܐܬܢܩܦ ܒܗ ܀ ܘܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ. ܘܗܘܐ ܠܗ ܠܡܫܒܘܚܬܐ. ܡܢܘ ܗܢܐ
11 ܕܐܫܟܚ ܠܡܣܟܠܘ ܘܠܐ ܣܟܠ. ܘܠܡܒܐܫܘ ܠܚܒܪܗ ܘܠܐ ܐܒܐܫ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܝܪܒܝܢ
12 ܛܘܒܘܗܝ. ܘܬܫܒܚܬܗ ܢܫܬܥܘܢ ܥܕܬܐ. * ܒܪܝ ܐܢ ܬܬܒ ܥܠ ܦܬܘܪܗ ܕܓܒܪܐ ܥܬܝܪܐ.
13 ܠܐ ܬܦܬܚ ܓܘܪܓܪܟ ܥܠܘܗܝ. * ܘܠܐ ܬܐܡܪ ܕܠܐ ܣܦܩ ܠܝ. * ܡܛܠ ܕܣܢܐ ܐܠܗܐ ܥܝܢܐ ܒܝܫܬܐ
14
15 ܘܒܝܫ ܡܢܗ ܠܐ ܐܬܒܪܝ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܟܠ ܡܕܡ ܙܝܥܐ ܥܝܢܐ. ܘܡܢ ܐܦܝܗ
16
17 ܕܡܥܐ ܕܡܥܬܐ. * ܡܐ ܕܚܙܝܬ. ܠܐ ܬܘܫܛ ܐܝܕܟ. * ܘܒܨܥܬܐ ܠܐ ܬܫܕܪ ܐܝܕܟ. * ܕܥ ܕܐܝܟ
18 ܢܦܫܟ ܚܒܪܟ. ܐܟܘܠ ܐܝܟ ܓܒܪܐ. ܡܕܡ ܕܣܝܡ ܩܕܡܝܟ. ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܪܥܒܬܢ. ܕܠܐ ܬܣܬܢܐ.
19 * ܐܙܕܗܪ ܡܛܠ ܡܪܕܘܬܐ. * ܘܟܕ ܬܬܒ ܒܝܬ ܣܓܝܐܐ ܠܡܣܥܕ. ܠܐ ܬܘܫܛ ܐܝܕܟ ܩܕܡܝܗܘܢ.
20
21 * ܡܛܠ ܕܙܥܘܪ ܣܦܩ ܠܟܐܢܐ. ܘܥܠ ܡܫܟܒܗ ܠܐ ܢܬܢܟܐ. * ܟܐܒܐ ܘܫܗܪܐ ܘܡܫܢܩܐ
22 ܘܡܥܨܪܐ ܕܡܥܝܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܪܥܒܬܢܐ. ܫܢܬܐ ܕܚܠܝܡܘܬܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܕܡܟܝܦܝܢ
23 ܡܥܘܗܝ. ܕܡܟ ܠܨܦܪܐ ܘܢܦܫܗ ܥܡܗ. * ܘܐܢ ܐܬܐܠܨܬ ܒܡܐܟܘܠܬܐ. ܩܘܡ ܦܘܩ ܡܢ
24 ܡܨܥܬܐ ܘܬܬܢܝܚ. * ܫܡܥ ܒܪܝ ܘܩܒܠ ܡܪܕܘܬܝ. ܘܠܐ ܬܒܣܐ ܒܝ. ܘܒܚܪܬܐ
25 ܬܫܟܚ ܡܠܝ. * ܒܟܠ ܥܒܕܝܟ ܗܘܝ ܡܟܝܟ. ܘܟܠ ܟܘܪܗܢ ܠܐ ܢܬܩܪܒ ܠܟ.
26 * ܥܝܢܐ ܛܒܬܐ. ܠܚܡܐ ܡܒܪܟܐ. ܘܣܗܕܘܬܐ ܛܒܬܐ ܡܗܝܡܢܐ.

Quis est hic qui cùm illis adhæserit, pacem 10
tamen consecutus est, cessitq; id ipsi in glori-
am? Quis est hic qui potuit errare, nec erra-
vit? lædere proximum suum, nec læsit? Pro- 11
pterea magna erit istius beatitudo, & laudes
ejus celebrabunt ecclesiæ. Fili mi, si ad men- 12
sam viri divitis assideas, ne inhias faucibus
tuis in illam; Neve dicas, Non sufficit mihi. 13
Nam oculi nequitiam execratur Deus, Et ne- 14
quius illâ nihil creatum est: idcirco à cujuslibet 15
bet rei conspectu tremit oculus, & è vultu
lachrymas emittit. Quicquid videris, ne ex- 16
tendas manum tuam: Et in catinum ne pro- 17
trudas manum tuam Scito socium tuũ æqua- 18
lem tibi esse. Comede more virorum quod
ante te positum est, & ne sis gulosus, ut ne
odio habearis. Cautus esto propter modesti- 19
am. Cúmq; inter plures consederis ad man- 20
ducandum, ne extendas manum tuam primus:
Res enim modica sufficit justo, & *is* super cu- 21
bili suo non agitabitur. Dolor ac vigilia, cru- 22
ciatus, ac tormentum, viscerúmq; contorsio
comitantur hominem avidum: somnus *au-*
tem salubris comitatur hominem temperatè
affectum; is enim ad matutinum usque dor-
miet, animi sui compos. Quòd si cibis anga- 23
ris, subtrahe te de medio turbæ, & quiesces.
Audi, fili mi, meum excipe documentum, nec 24
spernas me, & tandem comperies sermones
meos. In cunctis operibus tuis humilis esto, 25
nec ullum appropinquabit ad te malum.
Oculus bonus panem benedicit; & testimo- 26
nium bonum, fidele est.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

10 * من هذا الذي لصق بالمال فكان له سبب السلامة والمدحة * من ذا الذي قدر ان
11 يطغا فلم يطغ * وان يسي الي صاحبه فلم يفعل * من كان على هذه الصفة يكثر تسبيحه *
12 ويعظم في الجامع مدحه * يا بني ان جلست على مائدة الغني * فلا تكون رغيبا على
13 طعامه * ولا تقول انك لا تكتفي بما بين يديك * لان الله تعالى يبغض العين الرغيبة *
14
15 ولم يخلق شيا اشر منها * فلذلك العين تجزع قبل جميع اعضاء الجسد * وتحدر الدموع
16 من الوجه * ان رايت طعاما * فلا تبادر فتمد يدك * ولا تزاحم اصحابك في القصعة *
17
18 واعرف ان حظ اصحابك كحظك يريدوا مثلك * كل مثل الرجال العقلاء ما وضع
19 بين يديك * ولا تكون رغيبا لئلا تبغض * احتفظ من اجل حسن الادب * واذا اكلت
20
21 اقواما كثيرين * فلا تمد يدك قبلهم * ان البار يكتفي باليسير * ولا يفزع على مضجعه *
22 الوجع والسهر والمشقة * والعذاب والعي مع رغيب البطن * رقدة الصحة مع الرجل
23 الورع العفيف * الذي ينام الى الصبح وهو مطمان * فان الح عليك بكثر الطعام *
24 فاعتزل عن الجماعة واسترح * اسمع يا بني علمي * ولا تتهاون بكلامي * وآخر امرك
25 تجد كلامي صادقا * في جميع افعالك كن سهلا لينا * ولا يقربك شي من الشر * العين
26 الواسعة تبرك على الطعام * والشهادة الصادقة تقبل *

Quis est ille qui divitiis adhæsit, fuit- 10
que id ipsi causa salutis ac laudis?
Quis est ille qui potuit errare, & non
erravit? inferre damnum proximo suo,
& non egit? Qui hujusmodi fuerit 11
conditionis, admodum celebrabitur, &
laus ejus inter cœtus enarrabitur. O 12
fili mi, si ad mensam divitis assederis, ne
sis avidus ciborum ejus, Nec dicas te 13
non esse contentũ his quæ coram te sunt.
Deus enim Altissimus odit oculum avi- 14
dum, Nec quicquam eo deterius crea- 15
vit: propterea oculus cunctis membris
corporis prior expavescit, lachrymaque
è vultu demittit. Cùm videris cibum, 16
ne festines, & manum tuam extendas.
Neve socios tuos comprimas in paropsi- 17
de. Et scias portionem sociorum tuo- 18
rum parem esse portioni tuæ, idemque
eos velle ac te. Comede more virorum
prudentum quod tibi apponitur, & ne sis
avidus, ne venias in odium. Cautus 19
esto propter urbanitatem. Cúmque unà 20
cum multis hominibus comederis, ne
prior extendas manum tuam. Nam ju- 21
stus modico contentus est, nec pertime-
scit super cubili suo. Dolor, & vigi- 22
lia, anxietas, & cruciatus, atque diffi-
cultas cum abdomine avido: accubi-
tus autem sanus cum viro temperante
ac sobrio, qui ad matutinum usque dor-
mit securus. Quòd si multitudine ci- 23
borum urgearis, submove te à cœtu, &
quiesce. Acquiesce ô fili mi, doctrinæ 24
meæ, & verba mea ne aspernator, &
ad extremum rei verba mea vera esse
experieris. In omnibus actionibus 25
tuis facilis esto ac lenis, & nihil mali
tibi continget. Oculus liberalis bene- 26
dicit epulis, & testimonium verum ap-
probatur.

Versio VULG. LAT.

30 Diligentes in vino noli provocare : multos enim extermi-
31 navit vinũ. Ignis probat ferrũ durũ : sic vinum corda super-
32 borum arguet in ebrietate potatum. Æqua vita hominibus,
33 vinũ in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Quæ
34 vita est ei, qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.
35 Vinum in jucunditatem creatum est, & non in ebrietatem,
36 ab initio. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè po-
37 tatum. Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. Vinum
38 multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas fa-
39 cit. Amaritudo animæ vinum multum potatum. Ebrietatis
40 animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & fa-
41 ciens vulnera. In convivio vini non arguas proximum : &
42 non despicias eum in jucunditate illius : Verba improperii
non dicas illi : & non premas illum in repetendo.

CAP. XXXII.

Cap. 35.
1 RECtorẽ te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi
2 unus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic conside, & omni
3 curâ tuâ explicitâ recumbe : Ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conse-
4 quaris corrogationis. Loquere major natu : decet enim te
5 Primum verbum diligenti scientiâ, & non impedias musi-
6 cam. Ubi auditus non est, non effundas sermonem, & im-
7 portunè noli extolli in sapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in convivio
8 vini. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic nu-
9 merus musicorum in jucundo & moderato vino. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolescens, loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris, 10
11 habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum non præsumas : & ubi sunt senes, non multum lo- 12
13 quaris. Ante grandinem præibit coruscatio : & ante verecundiam præibit gratia, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Et horâ surgendi non te trices : præcurre 14
15 autem prior in domum tuam, & illic avocare, & illic lude,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 † Ἀνὴρ πεπαιδευμένος ἔγνω πολλά, † καὶ ὁ πολύπειρος ἐκδιηγή-
10 σεται σύνεσιν. † Ὃς οὐκ ἐπειράθη ὀλίγα οἶδεν, ὁ δὲ πεπλανημένος
12 πληθυνεῖ πανουργίαν. † Πολλὰ (δ) ἑώρακα ἐν τῇ ἀποπλανήσει
13 μου, † καὶ πλείονα τῶν λόγων μου, σύνεσίς μου. † Πλεονάκις ἕως
14 θανάτου ἐκινδύνευσα. † καὶ διεσώθην τούτων χάριν. † Πνεῦμα
15 φοβουμένων κύριον ζήσεται, † Ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ἐπὶ τὸν σώζοντα
16 αὐτούς. † Ὁ φοβούμενος κύριον (ε) οὐ μὴ εὐλαβηθήσεται, † καὶ οὐ μὴ
17 δειλιάσῃ, ὅτι αὐτὸς ἐλπὶς αὐτοῦ. † Φοβουμένου τὸν κύριον μα-
18 καρία ἡ ψυχή· † Τίνι ἐπέχει, καὶ τίς (ζ) ἀντιστήριγμα αὐτοῦ;
19 † Οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, † ὑπερασπισμὸς
δυναστείας καὶ στήριγμα ἰσχύος, † σκέπη ἀπὸ καύσωνος καὶ σκέπη
20 ἀπὸ μεσημβρίας, † Φυλακὴ ἀπὸ προσκόμματος καὶ βοήθεια ἀπὸ
(η) πτώματος, † ἀνυψῶν ψυχὴν καὶ φωτίζων ὀφθαλμοὺς, † ἴασιν δι-
21 δοὺς, ζωὴν καὶ εὐλογίαν. † Θυσιάζων ἐξ ἀδίκου, προσφορὰ (θ) μεμω-
23 κημένη, † καὶ οὐκ εἰς εὐδοκίαν (ι) μωκήματα ἀνόμων. † Οὐκ εὐδοκεῖ ὁ
ὕψιστος ἐν προσφοραῖς ἀσεβῶν, † οὐδὲ ἐν πλήθει θυσιῶν ἐξιλάσκεται
24 ἁμαρτίας. † Θύων υἱὸν ἔναντι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, † ὁ προσάγων θυσίαν
25 ἐκ χρημάτων πενήτων. † Ἄρτος (η) ἐπιδεομένων, ζωὴ πτωχῶν,
26 † ὁ ἀποστερῶν αὐτὴν ἄνθρωπος αἱμάτων. † Φονεύων τὸν πλησίον
27 ὁ ἀφαιρούμενος (λ) συμβίωσιν, † Καὶ ἐκχέων αἷμα (μ) ὁ ἀποστερῶν
μισθὸν μισθίου.

MS. A. (δ) ἑόρακα (ε) πολλὰ εὐλαβηθήσεται (ζ) αὐτοῦ στήριγμα; (η) πτώσεως, (θ) μεμωμημένη, (ι) μωμήματα· (κ) ἐπιδεομένων, (λ) ἐνβίωσιν, (μ) καὶ ἀποστερῶν

Vir (a) eruditus novit multa : et qui multa 9
expertus est; enarrabit intellectum. Qui non 10
est expertus; pauca novit : qui autem vaga-
tus est; multiplicabit astutiam. Multa vidi 12
in circumerratione mea, et (b) plura verborum
meorum, intellectus meus. Sæpe usque ad mor- 13
tem periclitatus sum, et salvatus sum horum
gratiâ. Spiritus timentium Dominum vivet : 14
Spes enim illorum in salvantem illos. Qui ti- 15
met Dominum; (c) non trepidabit, et non pa- 16
vebit, quoniam ipse est spes ejus. Timentis 17
Dominum beata est anima : Cui intendit? & 18
quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super 19
diligentes eum, protectio potentiæ, et firma-
mentum virtutis : tegmen ab ardore; & tegmen
à meridie, Custodia ab offensione, & adjutorium à 20
casu : Exaltans animam, & illuminans oculos,
dans sanitatem, vitam, & benedictionem. Im- 21
molantis ex iniquo, oblatio subsannata : & non
sunt beneplacitæ (d) subsannationes injustorum.
Oblationes impiorum non probat Altissimus: neq; 23
in multitudine sacrificiorum propitiatur pecca-
tis. Qui offert sacrificium ex substantia paupe- 24
rum; victimat filium in conspectu patris sui. Pa- 25
nis egentium, vita pauperum est : qui defraudat
illam; homo sanguinum est. Qui aufert victum; 26
occidit proximum : Et qui fraudat mercedem 27
mercenarii; effundit sanguinem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 * ܐܦ ܥܠ ܚܡܪܐ ܠܐ ܬܬܓܢܒܪ. ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܐ ܐܘܒܕ ܚܡܪܐ ܥܬܝܩܐ. * ܐܝܟܢܐ ܕܟܘܪܐ ܒܚܢ
29
30 ܥܒܕܗ ܕܩܝܢܝܐ. ܗܟܢܐ ܚܡܪܐ ܡܓܪܓ ܗܘ ܠܥܘܠܐ. * ܐܝܟ ܡܝܐ ܚܝܐ ܚܡܪܐ ܠܒܪܢܫܐ
31 ܟܕ ܢܫܬܝܘܗܝ ܒܟܫܝܪܘܬܐ. * ܡܢܘ ܐܢܘܢ ܚܝܘܗܝ ܕܢܚܣܪ ܚܡܪܐ. ܕܗܘ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܠܚܕܘܬܐ
32 ܐܬܒܪܝ. * ܚܕܘܬܐ ܕܠܒܐ ܘܦܘܢܩܐ ܘܙܒܢܐ ܛܒܐ. ܚܡܪܐ ܕܡܫܬܬܐ ܒܟܫܝܪܘܬܐ. * ܟܐܒܐ
33
34 ܘܡܣܟܢܘܬܐ ܘܟܐܒ ܪܫܐ. ܚܡܪܐ ܕܡܫܬܬܐ ܒܚܪܝܢܐ. * ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܚܡܪܐ ܬܩܠܬܐ ܠܣܟܠܐ
35 ܡܩܝܡܐ. ܘܚܣܪ ܚܝܠܗ. ܘܡܣܓܐ ܡܚܘܬܗ. * ܒܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ. ܠܐ ܬܟܣܐ ܠܪܚܡܟ. ܘܠܐ
36 ܬܒܣܐ ܒܗ ܒܚܕܘܬܗ. * ܡܠܐ ܕܨܘܚܝܬܐ ܠܐ ܬܐܡܪ ܠܗ. ܘܠܐ ܬܬܚܪܐ ܥܡܗ ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ.
1 * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܒ * ܪܫܐ ܐܩܝܡܘܟ. ܠܐ ܬܬܪܝܡ. ܘܒܪܝܫ ܥܬܝܪܐ ܠܐ ܬܣܬܡܟ.
2 ܗܘܝ ܠܟ ܐܝܟ ܚܕ ܡܢܗܘܢ. * ܘܚܘܪ ܒܨܒܘܬܗܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܣܬܡܟ. * ܒܟܠ
3 ܣܘܢܩܢܗܘܢ ܐܬܒܝܢ ܘܗܝܕܝܢ ܬܒ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܬܬܦܨܚ ܒܗܘܢ. ܘܥܠ ܦܬܘܪܐ ܬܩܒܠ ܐܝܩܪܐ.
6 * ܐܬܪܐ ܕܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ ܠܐ ܬܐܡܪ ܠܗ ܫܥܝܬܐ. ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܐ ܬܬܚܟܡ. * ܐܝܟ ܚܬܡܐ
7
8 ܥܠ ܟܝܣܐ ܕܕܗܒܐ. ܗܟܢܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ. * ܐܝܟ ܩܛܠܐ ܕܕܗܒܐ
12 ܘܡܪܓܢܝܬܐ ܘܙܡܪܓܕܐ. ܗܟܢܐ ܡܠܐ ܫܦܝܪܐ ܥܠ ܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ. * ܒܝܢ ܫܠܝܛܢܐ ܠܐ
14 ܬܬܪܘܪܒ. ܘܥܡ ܩܫܝܫܐ ܠܐ ܬܨܥܪ. * ܒܥܕܢܐ ܕܦܬܘܪܐ ܠܐ ܬܣܓܐ ܠܡܡܠܠܘ.
ܘܥܕ ܐܝܬ ܠܟ ܬܘܕܝܬܐ. ܦܢܝ ܠܒܝܬܟ.

Præterea, in vino ne probes te virum, mul- 28
tos enim perdidit *vinum* vetus. Nam quem- 29
admodum fornax probat opus aurificis, ita
vinum provocat iniquitatem. Ceu aquæ vivæ 30
vinum est homini, cùm honestè biberit illud.
Quænam est vita vino carentis, cùm hoc ab 31
initio ad lætitiam creatum sit? Lætitia cor- 32
dis, ac delitiæ, temporaque fœlicia est vi-
num convenienter epotum. Dolor, & pau- 33
pertas, ac dolor capitis est vinum pertinaci-
ter potatum. Nimium vinum offendiculum 34
generat imprudenti; robur ejus minuitur, &
crescunt vulnera. In compotatione vini ne 35
reprehendas amicum tuum, nec insectes il-
lum in lætitia sua. Verba injuriosa ne dixeris 36
ei, neq; cum eo contenderis in conspectu ho-
minum.

CAP. XXXII.

MAjorem te constituerunt, ne efferaris, & 1
in fronte divitum ne accumbas : esto quasi u-
nus ex ipsis : Habe curam eorum, tum de- 2
mum accumbe. Omni ipsorum necessitati 3
prospicito, ac tum sedeto. Hac etiam de cau-
sa tandem lætaberis, & super mensam con-
sequêris honorem. Ubi vinum bibitur, ne 6
recites historias, nec quovis tempore sapien-
tem agas. Quale est sigillum super auri cru- 7
mena, talis laus divina super convivio vino-
so. Qualis est murenula aurea, gemmæ, atque 8
smaragdi; talia sunt verba decôra in con-
vivio vinoso. Inter potestate præditos ne 12
superbias, téque natu majores noli contu-
meliis afficere. Tempore mensæ ne multùm 14
garrias, dumque memoriâ polles, domum
tuam proficiscere :

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 * ولا تكون متجبرا على شرب الخمر لان كثير من الناس اهلكهم العتيق * وكما ان الكور يبلوا
29
30 عمل الصايغ * كذلك الخمر يسوغ ويسوق الي الشر * مثل الحياة الخمر لمن يشربه بقدر * ماذا
31
32 ينفع بالحياة المفرد من الخمر الذي في بدي الخليقة خلق للفرح * فرح القلب واللذه
33 والمواقيت الصالحة الخمر اذا شرب بقدر * الوجع والفقر والصداع والملام اذا شرب بالامتري
34 والصياح * كثر الخمر اهاجت للجاهل عثره * هدت قوته وكثرت ضرباته * لا تعاتب صديقك على
35
36 شرب الخمر * ولا توذيه في فرحه * ولا تكلمه بكلام الوكس * ولا تخاصمه بين الناس *
* الفصل الثاني والثلثون * اذا رويست فلا تطول * ولا تتكي في الصدر فوق الاغنياء * 1
2 كن كواحد منهم * وتعاهد ما يصلحهم ثم بعد ذلك فاتكي * تفقد جميع حاجاتهم واصلح
3
6 حالهم * فانك ستفرح في اخر امرك * وتسر في عاقبتهم * وعلى المايدة تمدح وتكرم * ولا تكثر
7 الكلام في مجلس الشراب * ولا ترفع عملك في كل ساعة * كمثل الخاتم على كيس الذهب *
12 كذلك تمجد الله على شرب الخمر * لا تتعظم بين يدي السلاطين * ولا تشتم من هو اعظم منك *
14 * ولا تكثر الكلام على المايدة * وانصرف الي بيتك وانت ثابت العقل *

Item, ne præ te feras validum in potu vi- 28
ni, quoniam multos homines vinum *ve-*
tus peremit. Et quemadmodum fornax 29
probat aurificis opus, ita vinum aperit
aditum & inducit ad malum. Instar vi- 30
tæ est vinum moderatè bibenti. Quid 31
prodest vita ei qui sequestratus est à vino,
quod initio creationis creatum fuit ad
lætitiam? Hilaritas cordis, & delitiæ, 32
ac tempora jucunda est vinum cùm mo-
deratè bibitur. E contrà dolor, & inopia, 33
dolor capitis, & querimonia, cùm per æ-
mulationem & cum clamore bibitur. Vini 34
redundantia stulto offensaculum excitat,
vires ejus enervat, & flagella multipli-
cat. Ne redarguas amicum tuum inter 35
vini potationem, neve sis illi molestus
dum exhilaratur, Neque inhonestis eum 36
sermonibus alloquaris, neque inter homi-
nes cum eo rixeris.

CAP. XXXII.

Cum præpositus fueris, ne superbias, 1
neve primo accumbas loco supra divites:
esto sicut unus ex ipsis. Inspice quod il- 2
lis commodum est, tum demum accumbe.
Omnes eorum necessitates perlustra, & co- 3
rum commoditati provide. Sic enim de-
mum lætaberis, tandemque exultabis, &
super mensam laude atque honore afficie-
ris. Præterea, ne multum garrias in con- 6
vivio vinoso, nec quovis momento facta
tua extollas. Qualis est annulus super 7
auri marsupio, talis laus divina super
vini potatione. Ne te magnifices coram 12
præfectis, téque majori ne convitieris.
Ne multum effutias super mensam, sed 14
abi domum tuam dum mentis es compos.

Versio VULG. LAT.

16 Et age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo super-
17 bo. Et super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit
18 te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui timet
Dominum, excipiet doctrinam ejus: & qui vigilaverint ad
19 illum, invenient benedictionem. Qui quærit legem, re-
plebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea.
20 Qui timent Dominum, invenient judicium justum, & justi-
21 tias quasi lumen accendent. Peccator homo vitabit cor-
reptionem, & secundùm voluntatem suam inveniet compa-
22 rationem. Vir consilii non disperdet intelligentiam, alie-
23 nus & superbus non pertimescet timorem: Etiam post-
quàm fecit cum eo sine consilio, & suis insectationibus ar-
24 guetur. Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non
25 pœnitebis. In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides:
nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scanda-
26 lum: Et à filiis tuis cave, & à domesticis tuis attende. In
27 omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ: hoc est enim con-
28 servatio mandatorum. Qui credit Deo, attendit manda-
tis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

Cap. CAP. XXXIII.

1 *36.* Timenti Dñm non occurrent mala, sed in tentatio-
2 ne Deus illum conservabit, & liberabit à malis. Sapiens
non odit mandata & justitias, & non illidetur quasi in pro-
3 cella navis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fide-
4 lis. Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, &
sic deprecatus exaudietur, & conservabit disciplinam, &
5 tunc respondebit. Præcordia fatui quasi rota carri: & qua-
6 si axis versatilis cogitatus illius. Equus emissarius, sic &
7 amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit. Quarè
dies dié superat, & iterùm lux lucé, & annus annũ à Sole?

Versio GRÆCA LXX. Interp.

28 †Εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, † τί (ν)ὠφελήκασι πλεῖον ἢ κόπους;
29 † Εἷς εὐχόμενος, καὶ εἷς καταρώμενος, † τίνος φωνῆς εἰσακού-
30 σεται ὁ δεσπότης; † Βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος
31 αὐτοῦ, † τί ὠφέλησεν (ξ) τῷ λουτρῷ αὐτοῦ; † Οὕτως ἄνθρωπος νη-
στεύων ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, † καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ
ποιῶν· † τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούσεται; † καὶ τί ὠφέλησεν ἐν
τῷ ταπεινωθῆναι αὐτόν;

MS. A. (ν) ὠφέλησεν (ξ) ἐν τῷ

ΚΕΦ. λβ΄.

1 Κεφ.
2 λε΄. † Ὁ συντηρῶν νόμον πλεονάζει προσφοράς· † (α) Θυσιάζων
4 σωτηρίου ὁ προσέχων ἐντολαῖς. † Ἀνταποδιδοὺς χάριν προσφέρων
5 σεμίδαλιν, † καὶ ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην θυσιάζων αἰνέσεως. † Εὐ-
6 δοκία κυρίου ἀποστῆναι ἀπὸ πονηρίας, † καὶ ἐξιλασμὸς ἀποστῆναι ἀπὸ
7 ἀδικίας. † Μὴ ὀφθῇς ἐν προσώπῳ κυρίου κενός, † Πάντα γὰρ ταῦτα
8 χάριν ἐντολῆς. † Προσφορὰ δικαίου λιπαίνει θυσιαστήριον, † καὶ ἡ
9 εὐωδία αὐτῆς ἔναντι ὑψίστου. † Θυσία ἀνδρὸς δικαίου δεκτή, † καὶ
10 τὸ μνημόσυνον αὐτῆς οὐκ ἐπιλησθήσεται. † Ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ
δόξασον τὸν κύριον, † καὶ μὴ (β) σμικρύνῃς ἀπαρχὴν χειρῶν σου.
11 † Ἐν πάσῃ δόσει ἱλάρωσον τὸ πρόσωπόν σου, † καὶ ἐν εὐφροσύνῃ
12 ἁγίασον δεκάτην. † Δὸς ὑψίστῳ κατὰ τὴν δόσιν (γ) αὐτοῦ, † καὶ
13 ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ καθεύρεμα χειρός. † Ὅτι κύριος ἀνταπο-
14 διδούς ἐστι, † καὶ ἑπταπλάσια (δ) ἀνταποδώσει σοι. † Μὴ δωροκό-
15 πει, οὐ γὰρ προσδέξεται· † Καὶ μὴ ἔπεχε θυσίᾳ ἀδίκῳ, † ὅτι
κύριος κριτής ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ δόξα προσώπου.
16 † Οὐ λήψεται πρόσωπον ἐπὶ πτωχοῦ, † καὶ δέησιν ἠδικημένου εἰσα-
κούσεται.

MS. A. (α) Θυσία (β) μικρύνῃς (γ) σου, (δ) ἀποδώσει

Cum Translatione LATINA.

*Unus ædificans, & unus destruens: quid pro- 28
ficiunt aliud, quàm labores? Unus orans, & 29
unus maledicens: cujus vocem exaudiet Do-
minus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum 30
tangit eum: quid profecit lavatione suâ? Sic 31
homo, qui jejunat in peccatis suis, & iterum
vadit, & facit eadem: orationem illius quis
exaudiet: & quid profecit humiliando se?*

Cap. *CAP. XXXII.*

35. *Qui conservat legem; multiplicat obla- 1
tiones. Sacrificans salutare, qui attendit man- 2
datis. Qui retribuit gratiam, (a) offert simi- 4
laginem: &, qui facit eleemosynam; offert sa-
crificium laudis. Beneplacitum est Domino re- 5
cedere ab iniquitate: & propitiatio, recedere
ab injustitia. Non apparebis ante conspectum 6
Domini vacuus: Hæc enim omnia propter 7
mandatum. Oblatio justi impinguat altare: 8
& odor suavitatis ejus est in conspectu Al-
tissimi. Sacrificium viri justi acceptum est: 9
& memoria ejus non tradetur oblivioni. In 10
bono oculo glorifica Dominum: & non mi-
nuas primitias manuum tuarum. In omni 11
datu hilarem fac vultum tuum: & in ex-
ultatione sanctifica decimas. Da Altissimo 12
secundùm datum ejus, & in bono oculo in-
ventionem manûs. Quoniam Dominus re- 13
tribuens est: & septies tantum reddet tibi.
Ne minuas de munere: non enim suscipiet: Et non 14
attendas sacrificio injusto: quoniam Dominus 15
judex est: & non est apud illum gloria personæ.
Non accipiet personam in pauperem: & depre- 16
cationem læsi exaudiet.*

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

15 16 * ܘܥܒܕ ܨܒܝܢܟ ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܠܐ ܒܣܘܪܚܢܐ. * ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ . ܒܪܟ
17 ܠܫܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܣܒܥܟ ܡܢ ܛܒܬܗ. * ܕܒܥܐ ܦܘܠܚܢܗ ܕܐܠܗܐ ܢܩܒܠ ܡܪܕܘܬܐ.
19 ܘܟܕ ܡܨܠܐ ܩܕܡܘܗܝ ܢܥܢܝܘܗܝ. * ܕܚܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܢܣܬܟܠܘܢ ܒܕܝܢܘܗܝ.
20 ܘܚܟܡܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܡܢ ܠܒܗܘܢ ܢܦܩܘܢ. * ܓܒܪܐ ܚܪܝܦܐ ܡܛܫܐ ܝܕܥܬܐ.
21 ܘܐܝܟ ܨܒܝܢܗ . ܡܬܩܢ ܐܘܪܚܗ. * ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܠܐ ܫܒܩ ܚܟܡܬܐ ܟܣܝܬܐ.
23 ܘܥܘܠܐ. ܠܐ ܢܛܪ ܠܫܢܗ. * ܕܠܐ ܡܠܟܐ ܠܐ ܬܥܒܕ ܡܕܡ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܥܒܕܬ ܠܐ ܬܬܘܐ
24 25 ܥܠܘܗܝ. * ܒܐܘܪܚܐ ܕܥܣܩܐ ܠܐ ܬܐܙܠ . ܕܠܐ ܬܬܬܩܠ ܒܟܐܦܐ. ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ. * ܠܐ
26 ܬܬܟܠ ܥܠ ܐܘܪܚܐ ܕܥܘܠܐ. ܘܒܐܘܪܚܬܟ ܗܘܝ ܙܗܝܪ. * ܒܟܠ ܥܒܕܝܟ. ܐܙܕܗܪ ܒܢܦܫܟ.
27 ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ. ܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ. * ܕܢܛܪ ܐܘܪܚܗ. ܢܛܪ ܦܘܩܕܢܗ ܕܐܠܗܐ.
ܘܡܢ ܕܡܬܬܟܠ ܥܠ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܢܐܒܕ ܠܥܠܡ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܒ *
1 5 * ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ. ܠܐ ܢܦܓܥ ܒܗ ܒܝܫܬܐ. ܐܠܐ ܒܢܣܝܘܢܐ. ܘܢܬܦܨܐ ܘܢܬܦܪܩ. * ܐܝܟ
6 ܓܝܓܠܐ ܡܪܗܛܢܝܬܐ. ܟܠܒܗ ܕܥܘܠܐ. ܘܐܝܟ ܚܙܝܪܐ. ܟܠܗܘܢ ܡܚܫܒܬܗ. * ܐܝܟ ܣܘܣܝܐ
7 ܡܛܝܒܐ. ܪܚܡܘܗܝ ܕܥܘܠܐ. ܕܬܚܝܬ ܟܠ ܕܪܚܡ ܠܗ. ܡܨܗܠ. * ܡܛܠ ܡܢܐ ܝܘܡܐ
ܥܠ ܝܘܡܬܐ ܕܫܢܬܐ ܦܪܝܫ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܢܗܝܪܐ. ܝܘܡܬܐ ܕܫܢܬܐ ܡܫܚܠܦܝܢ.

Et fac tuam voluntatem cum timore Dei, 15
non cum vitio. Et ad hæc omnia benedic 16
nomini Dei qui suis bonis te saturavit. Qui 17
cultum Dei quærit, doctrinam adipiscetur:
cúmque preces coram eo fuderit, exaudiet
illum. Reverentes Deum sapient in judiciis 19
ejus, & multam è corde suo proferent sapien-
tiam. Callidus homo abscondit doctrinam; 20
& ad arbitrium suum composuit viam suam.
Sapiens homo sapientiam non relinquit oc- 21
cultam: & scelerosus non observat linguam
suam. Sine consilio nullam rem agas, & 23
postquam egeris, ne ægrè feras. Per viam 24
asperam ne abeas, ne secundâ vice impingas
in lapidem. Iniquorum viæ ne confidas, & 25
in viis tuis esto cautus. In cunctis operibus 26
tuis tibi caveas: quoniam quicunque talis
est, observator est mandati. Qui viam su- 27
am custodit, præceptum Dei custodit: & qui
Deo fidit, non peribit in æternum.

CAP. XXXIII.

Timenti Deum non occurret malum, nisi 1
per modum tentationis; rursus autem eripi-
etur. Velut rota velox, est cor impii, & ve- 5
lut porcus omnes cogitationes ejus. Velut 6
equus paratus sunt amici *hominis* impii, qui
sub omni eum amante hinnit. Cur habetur 7
dies in anno à *cæteris* diebus distinctus, cùm
astra universa diebus anni *promiscuè* inser-
viant?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

* وأت فراشك بمخافة الرب لا بالوكس * وعلى هذه الخيرات كلها مجد لاسم الله الذي
اوسع عليك من رزقه واشبعك من فضله * من يطلب العمل في طاعة الله تعالى يفهم
العلم . واذا ما صلى بين يديه استجاب دعاءه * اتقياء الله يفهمون فرايضه * وحكمة
كثير يبتدعون من قلوبهم * الدغل يكتم العلم * ويكون سيرته اتباع هواه * 20
21 23 * والحكيم لا يذر الحكمة مكتومة * والفاجر لا يحفظ لسانه * لا تقدم على امر ابدا
حتى تستشير * فان فعلت فلا تندم * فان الغم لا ينفع شيا * ولا تسلك طريق الصخور * 24
لعلك تعثر بالصخور مرتين * لا تتكل على طريق الاثمة * واحفظ سبلك ما قدرت * 25
* واحفظ نفسك من جميع افعالك * لان من اتم هذه الاشياء كلها قد حفظ وصية الله * 26
27 * الحافظ في سبله قد حفظ وصية الله * ومن توكل على الله لا يضيع ابدا *
* الفصل الثالث والثلثون * ومن اتقى الله تعالى لا يصيبه شر الا لتجربة * 1
بعد ذلك يصرف عنه ويسلم * قلب الفاجر كالبكرة الخفيفة الدوران * وجميع فكره 5
مثل الخنزير * رحمة المنافق كالفرس المعد الذي يصهل تحت جميع من يكون * لماذا يوم 6 7
من ايام السنة مفرد من ساير الايام * لان جميع الادوار انما تخدم جميع ايام السنة *

*Et pete lectum tuum cum timore Domi- 15
ni, non cum vitio. Et de omnibus hisce 16
bonis lauda nomen Dei qui sua tibi do-
na largitus est, suâque gratiâ te satu-
ravit. Qui Dei altissimi obedientiam 17
quærit exequi, scientiam acquiret: &
cum oraverit coram eo, deprecationem
ejus exaudiet. Timentes Deum ejus- 19
dem statuta percipiunt, multámque sa-
pientiam suis è cordibus excogitant.
Fraudulentus celat scientiam, ejúsque 20
vitæ institutum est propriæ voluntatis
consectatio: Sapiens autem non relin- 21
quit scientiam occultam: & piger non
custodit linguam suam. Nullum un- 23
quam aggrediare negotium quin consili-
um petas: & si peregeris, ne contriste-
ris; quoniam tristitia nil prodest. Per 24
viam saxosam ne ambules, ne lapidibus
offendas. Viæ iniquorum ne fidas, & 25
vias tuas quoad potueris, observa: Et 26
in omnibus actionibus tuis tibi caveto.
Qui enim hæc omnia perfecerit, præce-
ptum Dei observat. Cautus in viis suis, 27
præceptum Dei custodit: & qui Deo
fretus est, nunquam peribit.*

CAP. XXXIII.

*Et etiam qui Deum excelsum vere- 1
retur, nulla continget adversitas, nisi ad
tentationem, quâ demum ablatâ quie-
scet. Cor scelerati simile est rotæ levis- 5
simè versatili, & tota cogitatio ejus ut
sus. Clementia impii est quasi equus 6
paratus qui sub quolibet hinnit homine
quisquis ille fuerit. Quare dies ex om- 7
ni diebus differt à reliquis diebus, cùm
lumina quæque cunctis anni diebus fa-
mulentur?*

Versio VULG. LAT.

8 A Domini scientia separati sunt, facto Sole, & præceptum
9 custodiente. Et immutavit tempora, & dies festos ipso-
10 rum, & in illis dies festos celebraverunt ad horam. Ex
ipsis exaltavit & magnificavit Deus, & ex ipsis posuit in nu-
merum dierum. Et omnes homines de solo, & ex terra,
11 undè creatus est Adam. In multitudine disciplinæ Domi-
12 nus separavit eos, & immutavit vias eorum. Ex ipsis be-
nedixit, & exaltavit: & ex ipsis sanctificavit, & ad se ap-
plicavit: & ex ipsis maledixit, & humiliavit, & convertit
13 illos à separatione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu
14 ipsius, plasmare illud & disponere. Omnes viæ ejus se-
cundùm dispositionem ejus: sic homo in manu illius,
15 qui se fecit, & reddet illi secundùm judicium suum. Con-
tra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & con-
tra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia ope-
16 ra Altissimi. Duo & duo, & unum contra unum. Et ego no-
vissimus evigilavi, *Cap.* 30. & quasi qui colligit acinos post
17 vindemiatores. In benedictione Dei & ipse speravi:
18 & quasi qui vindemiat, replevi torcular. Respicite quo-
niam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus
19 disciplinam. Audite me magnates, & omnes populi, &
20 rectores Ecclesiæ auribus percipite. Filio & mulieri,
fratri & amico, non des potestatem super te in vita tua:
& non dederis alii possessionem tuam: ne fortè pœniteat
21 te, & depreceris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras,
22 non immutabit te omnis caro. Melius est enim ut filii tui
te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.
23 In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis ma-
24 culam in gloria tua.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

17 † Οὐ μὴ (ε) ὑπερίδῃ ἱκετείαν ὀρφανοῦ, † καὶ χήραν ἐὰν ἐκχέῃ
18 λαλιάν. † Οὐχὶ δάκρυα χήρας ἐπὶ (ζ) σιαγόνα καταβαίνει, καὶ
20 ἡ καταβόησις ἐπὶ τῷ καταγαγόντι αὐτά; † Θεραπεύων ἐν εὐ-
δοκίᾳ δεχθήσεται, † καὶ ἡ δέησις αὐτοῦ ἕως νεφελῶν συνάψει.
21 † Προσευχὴ ταπεινοῦ νεφέλας διῆλθε, † καὶ ἕως συνεγγίσῃ οὐ μὴ
22 παρακληθῇ, καὶ οὐ μὴ ἀποστῇ ἕως ἐπισκέψηται (η) ὁ ὕψιστος· † Καὶ
κρινεῖ (θ) δικαίως, καὶ ποιήσει κρίσιν. † καὶ ὁ κύριος οὐ μὴ βρα-
δύνῃ, † οὐδὲ μὴ (ι) μακροθυμήσει ἐπ' αὐτοῖς † ἕως ἂν συντρίψῃ
23 ὀσφὺν ἀνελεημόνων· † Καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀνταποδώσει ἐκδίκησιν,
† ἕως ἐξάρῃ πλῆθος ὑβριστῶν, † καὶ σκῆπτρα (κ) ἀδίκων συντρί-
24 ψῃ, † Ἕως ἀνταποδῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ, † καὶ τὰ ἔργα
25 τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν, † Ἕως κρινῇ τὴν κρίσιν τοῦ
26 λαοῦ αὐτοῦ, † καὶ εὐφρανεῖ αὐτοὺς ἐν τῷ ἐλέει αὐτοῦ. † Ὡραῖον ἔλεος
ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτοῦ, † ὡς νεφέλαι ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας.

MS. A. (ε) παρίδῃ (ζ) σιαγόνες (η) κύριος· (θ) δικαίοις, (ι) μακροθυμήσῃ (κ)* δικαίων

Κεφ. λϛʹ. ΚΕΦ. λγʹ.

1 † Ἐλέησον (α) ἡμᾶς δέσποτα ὁ θεὸς πάντων, καὶ ἐπίβλεψον.
3 Καὶ ἐπίβαλε τὸν φόβον σου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. † Ἔπαρον τὴν χεῖρά
4 σου ἐπὶ ἔθνη ἀλλότρια, καὶ ἰδέτωσαν τὴν δυναστείαν σου. † Ὥσπερ
5 ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν, οὕτως ἐνώπιον ἡμῶν μεγαλυνθείης
6 ἐν αὐτοῖς. † Καὶ ἐπιγνώτωσάν σε καθάπερ καὶ ἡμεῖς (β) ἐπέγνωμεν,
7 † ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ κύριε. † Ἐγκαίνισον σημεῖα, καὶ ἀλλοίωσον
8 θαυμάσια· † Δόξασον χεῖρα καὶ βραχίονα δεξιόν· † Ἔγειρον θυ-
9 μόν, καὶ ἔκχεον ὀργήν· † Ἔξαρον ἀντίδικον, καὶ ἔκτριψον ἐχθρόν.

MS. A. (α) ἡμᾶς ὁ θεὸς (β) ἐπέγνωμέν σε,

Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effun- 17
dat loquelam. Nónne lachrymæ viduæ ad maxil- 18
lam descendunt, & exclamatio super deducen- 20
tem eas? Qui colit, in beneplacito suscipietur:
& deprecatio illius usque ad nubes attinget. O- 21
ratio humiliantis se nubes penetravit; & donec
propinquet, non revocabitur: & non discedet, do-
nec aspiciat Altissimus. (*) Et judicabit justè, 22
et faciet judicium. Et Dominus non tardabit, &
non habebit in illis (b) patientiam, quousque con-
tribulet dorsum immisericordium. Et gentibus 23
reddet vindictam; donec tollat multitudinem su-
perborum & sceptra iniquorum contribulet: Do- 24
nec reddat homini secundùm actus ejus, & ope-
ra hominum secundùm cogitationes eorum: Do- 25
nec judicet judicium plebis suæ: & lætificabit
eos misericordiâ suâ. Speciosa misericordia in 26
tempore tribulationis ejus, quasi nubes pluviæ
in tempore siccitatis.

Cap. 36. *CAP. XXXIII.*

Miserere nostri, Domine Deus omnium, & 1
respice. Et immitte timorem tuum super omnes gen- 2
tes. Extolle manum tuam super gentes alienas, 3
& videant potentiam tuam. Sicut coram illis 4
sanctificatus es in nobis; ita coram nobis magni-
ficeris in illis. Et agnoscant te, secundùm quod 5
& nos agnovimus; quoniam non est Deus præter 6
te, Domine. Innova signa, & immuta mirabilia: 7
Glorifica manum, & brachium dextrum: Excita 8
furorem, & effunde iram. Aufer adversarium, 9
& afflige inimicum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
9 10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

* Verùm Dei sapientiâ distincti sunt, Fecitque 8 9
ex iis tempora ac momenta. Quosdam be- 10
nedixit & sanctificavit, quosdam verò in
numerum dierum constituit. Homines et- 11
iam omnes è luto compositi sunt, & de terra
creatus est Adam. Verùm Dei sapientiâ dis- 12
tincti sunt, & incolæ terræ constituti. Quos- 13
dam benedixit & evexit; quosdam sanctifi-
cavit, & ad eum usque pervenêre: alios ve-
rò maledixit & evertit, déque mansionibus
eorum extirpavit. Ut lutum subactum in 14
manu figuli, Sic homo in manu creatoris 15
sui, ut constituat eum super omnia opera sua.
Adversùs malum creatum est bonum, & ad- 16
versùs mortem creata est vita, & adversùs
lucem creatæ sunt tenebræ: Ita manifesta-
vit Deus cuncta opera sua bina, unum alte-
ri oppositum. Ego etiam novissimè veni 17
quasi racemator vineæ post vindemiatores:
at beneficiis divinis ego idem roboratus,
quasi vindemiator mustarium lacum meũ im-
plevi. Audite me præfecti populi. Et magna- 18
tes turbæ auscultate me. Filio aut uxori, fratri 19 20
aut amico ne des potestatem in teipsum dum
vivis. Quandiu vivus es, & spiritus tibi su- 21
perest, ne ulli te carni emancipes. Ne des a-
liis facultates tuas ut iterum repetas ab eis.
Consultius enim est ut abs te petant liberi tui, 22
quàm ut petas ab eis. In omnibus negotiis 23
tuis esto sublimis, & ne labem inferas honori
tuo.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

8 * لأن الأيام فصلت بحكمة الله * وصير منها أزمانا ومواقيت * ومنها ما برك وطهر * ومنها ما 9
10 خلق لعدد الأيام * والناس أجمعون إنما خلقوا من الطين * ومن التراب خلق آدم 11
12 * ولكن بحكمة الله تعالى فصل بينهم * وجعلهم سكان الأرض * ومنهم من بورك عليه ورفعه 13
ومنهم من لعن وخسف به * واستوصل ساقه عن جديد الأرض * مثل الطين المعجون في 14
أيدي صاحب الفخار * كذلك الإنسان في أيدي خالقه * ليوليه ما شاء من أفعاله 15
16 * حذا الصالح خلق الطالح * وحذا الموت خلقت الحيوة * ومع النور خلقت الظلمة * على هذا
17 الحال أظهر الله جميع أعماله زوجا زوجا * كل واحد مقابل صاحبه * وإنما أقبلت آخرا مثل المسعر
على أثر القطفة * واحظيت من فضل الله كثيرا * وملأت معصرتي مثل من قطف أولا
18 19 * اسمعوا مني يا معشر سلاطين الشعب * وانصتوا قولي يا معشر أشراف الجماعة
20 21 * الولد والمرأة والأخ والصديق إياك أن تسلطهم على مالك * ما دمت حيا وما دامت
نفسك في جسدك * ولا تسلط عليك ذوي لحم يهزأ بك * لا تعطي مالك لآخرين ثم تعود
22 لتطلب منهم * لأنه أخير أن يطلب بنوك منك * من أن تكون أنت الطالب منهم
23 * في جميع أمورك فكن سريا * ولا يكن في كرامتك عيبا

Quia dies per Dei sapientiam distincti 8
fuerunt, Ipséque ævа ac statuta tempora 9
ex iis composuit. Et ex illis quosdam 10
benedixit atque sacravit, alios ad nu-
merum dierum creavit. Et omnes qui- 11
dem homines creati sunt è luto, & ex
pulvere creatus est Adam: Attamen sa- 12
pienter Deus excelsus distinxit illos, &
terricolas constituit eos. Ex eisdem 13
etiam nonnulli benedicti fuerunt & ex-
altati: alii verò maledicti atque de-
mersi, & stipes eorum è terræ solo era-
dicatus. Quale est lutum subactum in 14
manibus domini argillæ, Talis est homo 15
in manibus creatoris sui, ut præficiat
eum quibus voluerit operibus suis. Con- 16
tra probum creatus est improbus, & con-
tra mortem creata est vita, & unà cum
luce creatæ sunt tenebræ: hoc modo pa-
tefecit Deus omnia opera sua bina, sin-
gula singulis adversa. Ego autem po- 17
stremò adveni tanquam racemator, super
vestigia vindemiatorum; & gratiæ Dei
multum sortitus, implevi lacum meum
vinarium, ut hi qui priùs vindemiave-
rant. Audite me ô cœtus dominatorum 18
populi, Dictóque meo aurem præbete ô 19
omnes congregationis proceres. Filio, 20
aut uxori, aut fratri, aut amico cave
ne dominium concedas in opes tuas.
Quamdiu vixeris, & quamdiu manse- 21
rit spiritus tuus in corpore tuo, ne tri-
buas in te potestatem carne præditis, ne
te derideant. Ne des aliis opes tuas,
ne ab illis denuò petere cogaris. Me- 22
lius enim est ut rogent te filii tui, quàm
ut sis tu supplicans eos. In omnibus 23
actionibus tuis esto nobilis, & nullum
existat in honore tuo vitium.

Versio VULG. LAT.

In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exi-
25 tûs tui distribue hæreditatem tuam. Cibaria, & virga, &
26 onus asino : panis, & disciplina, & opus servo. Opera-
tur in disciplina, & quærit requiescere : laxa manus illi, &
27 quærit libertatem. Jugum & lorum curvant collum du-
28 rum, & servum inclinant operationes assiduæ. Servo ma-
levolo tortura & compedes : mitte illum in operationem,
29 ne vacet : Multam enim malitiam docuit otiositas. In ope-
30 ra constitue eum : sic enim condecet illum. Quòd si non
obaudierit, curva illum compedibus, & non amplifices su-
per omnem carnem : verùm sine judicio nihil facias grave.
31 Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua : quasi fra-
trem, sic eum tracta : quoniam in sanguine animæ com-
32 parâsti illum. Si læseris eum injustè, in fugam convertetur :
33 Et si extollens discesserit, quem quæras, & in qua via quæ-
ras illum, nescis.

CAP. XXXIV.

Cap.
1 31. VAna spes, & mendacium viro insensato: & somnia
2 extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, &
persequitur ventum : sic & qui attendit ad visa mendacia.
3 Hoc secundùm hoc visio somniorum : ante faciem homi-
4 nis similitudo hominis. Ab immundo quid mundabitur ?
5 & à mendace quid verum dicetur ? Divinatio erroris, &
6 auguria mendacia, & somnia malefacientium, vanitas est. Et
sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur : nisi ab Al-
tissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum :
7 Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt speran-
tes in illis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10 † Σπεῦσον καιρὸν, καὶ μνήσθητι ὁρκισμοῦ, † καὶ ἐκδιηγησάσθωσαν τὰ
11 μεγαλεῖά σου. † Ἐν ὀργῇ πυρὸς καταβρωθήτω ὁ σωζόμενος, καὶ
12 οἱ κακοῦντες τὸν λαόν σου εὕροισαν ἀπώλειαν. † Σύντριψον κεφαλὰς
13 ἀρχόντων ἐχθρῶν † λεγόντων, Οὐκ ἔστι πλὴν ἡμῶν. † (α) Σύναγε
27 πάσας φυλὰς Ἰακώβ. Κεφ. λ'. † Λαμπρὰ καρδία καὶ ἀγαθὴ
ἐπὶ ἐδέσμασιν † τῶν βρωμάτων αὐτῆς ἐπιμελήσεται.

MS. A. (α) Συνάγαγε

ΚΕΦ. λδ'.

Κεφ.
1 λα'. † ΑΓρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας, † καὶ ἡ μέριμνα αὐτοῦ
2 (α) ἀφιστᾷ ὕπνον. † Μέριμνα ἀγρυπνίας ἀπαιτήσει νυσταγμὸν, † καὶ
3 ἀῤῥώστημα βαρὺ ἐκνήψει ὕπνος. † Ἐκοπίασε πλούσιος ἐν συναγω-
γῇ χρημάτων, † καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει ἐμπίπλαται τῶν τρυφημάτων
4 αὐτοῦ. † Ἐκοπίασε πτωχὸς ἐν ἐλαττώσει βίου, † καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει
5 ἐπιδεὴς γίνεται. † Ὁ ἀγαπῶν χρυσίον οὐ δικαιωθήσεται, † καὶ ὁ
6 διώκων διαφθορὰν, αὐτὸς πλησθήσεται. † Πολλοὶ ἐδόθησαν εἰς
πτῶμα χάριν χρυσίου, καὶ ἐγενήθη ἡ ἀπώλεια αὐτῶν κατὰ πρόσωπον
7 αὐτῶν. † Ξύλον (β) προσκόμματός ἐστι τοῖς ἐνθουσιάζουσιν αὐτῷ·
8 † καὶ πᾶς ἄφρων ἁλώσεται ἐν αὐτῷ. † Μακάριος πλούσιος ὃς εὑρέθη
9 ἄμωμος, † καὶ ὃς ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη. † Τίς ἐστι καὶ μα-
10 καριοῦμεν αὐτόν; † ἐποίησε γὰρ θαυμάσια ἐν λαῷ αὐτοῦ. † Τίς ἐδο-
κιμάσθη ἐν αὐτῷ καὶ ἐτελειώθη, καὶ ἔσται εἰς καύχησιν; † τίς ἐδύνατο
11 παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, † καὶ ποιῆσαι κακὰ, καὶ οὐκ ἐποίησεν; † Στε-
ρεωθήσεται τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, † καὶ τὰς ἐλεημοσύνας αὐτοῦ ἐκδιηγήσεται
12 (γ) ἐκκλησία. † Ἐπὶ τραπέζης μεγάλης ἐκάθισας; † μὴ ἀνοίξῃς
13 ἐπ' αὐτῆς φάρυγγά σου. (δ) † Καὶ μὴ εἴπῃς, Πολλά γε τὰ ἐπ' αὐτῆς.

MS. A. (α) ἀφίσταται (β) * προσκόμματίς (γ) σοφία. (δ) Καὶ εἴπῃς

Festina tempus, & memento juramenti: & enar- 10
rentur mirabilia tua. In ira ignis devoretur, qui 11
salvatur: & qui pessimant plebem tuã; inveniant
perditionem. Contere capita principum inimico- 12
rũ, dicentium; Non est præter nos. Congrega omnes 13
tribus Jacob. Cap. 30 *Splendidũ cor & bonum in* 27
epulis ciborum suorum diligentiam adhibebit.

CAP. XXXIV.

Cap.
31. *VIgilia divitiarum tabefacit carnes: &* 1
cogitatus illarum aufert somnum. Solicitudo 2
vigiliæ interpellabit dormitationem: & infirmi-
tatem gravem digeret (a) somnus. Laboravit di- 3
ves in congregatione pecuniarum: & in requie
repletur delitiis suis. Laboravit pauper dimi- 4
nutione victûs, & in requie indigens fit. Qui 5
aurum diligit; non justificabitur: & qui insequi-
tur corruptionem; ipse replebitur. Multi (b) dati 6
sunt in casum propter aurum: & facta est perditio
ipsorum ad faciem ipsorum. Lignum offensionis 7
est sacrificantibus ei: & omnis imprudens ca-
pietur in illo. Beatus dives, qui inventus est sine 8
macula, & qui post aurum non abiit. Quis est, 9
& beatificabimus eum? Fecit enim mirabilia
in populo suo. Quis probatus est in illo, & per- 10
fectus est? (c) & sit in gloriationem. Quis potuit
transgredi, & non est transgressus, & facere ma-
la, & non fecit? Stabilientur bona illius: & 11
eleemosynas illius enarrabit Ecclesia. Supra 12
mensam magnam sedisti? non aperias super il-
lam fauces tuas. Et ne dicas, Multa quidem 13
sunt quæ super illam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

24 * ܘܒܙܒܢܐ ܕܫܠܡ ܡܢܝܢܐ ܕܝܘܡܝܟ. ܒܝܘܡܐ ܕܡܘܬܟ. ܐܘܪܬ ܠܒܢܝܟ ܩܢܝܢܟ.
25 * ܟܣܬܐ ܘܚܘܛܪܐ. ܘܡܘܒܠܐ ܠܚܡܪܐ. ܘܡܪܕܘܬܐ ܘܠܚܡܐ. ܘܦܘܠܚܢܐ ܠܥܒܕܐ. * ܠܐ ܬܬܠ
26
28 ܠܗ ܢܝܚܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܬܪܝܡ ܪܫܗ. ܒܥܐ ܚܐܪܘܬܐ. * ܦܠܘܚ ܒܥܒܕܟ. ܕܠܐ ܢܡܪܘܕ. ܣܓܝܐܬܐ
29 ܓܝܪ ܒܝܫܬܐ ܝܠܦܬ ܒܛܝܠܘܬܐ. * ܐܝܟ ܕܝܐܐ ܠܗ. ܫܠܛܝܗܝ ܒܒܝܬܟ. * ܘܐܢ
30 ܠܐ ܫܡܥ ܠܟ. ܐܣܓܐ ܐܣܘܪܘܗܝ. ܠܐ ܡܢ ܕܝܢ ܥܠ ܟܠ ܐܢܫ ܬܬܪܘܪܒ. ܘܕܠܐ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܬܥܒܕ
31 ܡܕܡ. * ܐܢ ܚܕ ܗܘ ܥܒܕܟ. ܢܗܘܐ ܐܝܟ ܢܦܫܟ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܢܦܫܟ ܗܘ. ܗܟܢܐ ܚܘܣܪܢܟ. ܐܢ ܚܕ ܗܘ
32 ܥܒܕܟ. ܐܝܟ ܐܚܘܟ ܚܫܘܒܝܗܝ. ܠܐ ܬܬܟܬܫ ܥܡ ܕܡܐ ܕܢܦܫܟ. * ܡܛܠ ܕܐܢ ܬܥܢܝܘܗܝ.
ܢܦܘܩ ܢܐܒܕ. ܘܒܐܝܢܐ ܐܘܪܚܐ ܬܒܥܝܘܗܝ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܕ *
1 * ܕܒܥܐ ܣܪܝܩܘܬܐ. ܡܫܟܚ ܕܓܠܘܬܐ. ܘܚܠܡܐ. ܘܚܕܘܬܐ ܣܪܝܩܬܐ. * ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܐܚܕ
2 ܛܠܠܐ. ܘܡܪܕܦ ܦܪܚܬܐ. ܗܟܢܐ ܗܘ ܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܚܙܘܐ ܕܠܠܝܐ. * ܗܟܢܐ ܗܘ ܚܙܘܐ
3 ܘܚܠܡܐ. ܕܠܘܩܒܠ ܦܪܨܘܦܐ ܕܡܘܬܐ ܕܐܦܐ. * ܘܡܢ ܪܝܫ ܥܡܐ ܢܨܚܢ ܙܟܘܬܐ. ܘܡܢܘ
4 ܟܕܒܐ ܕܙܟܐ. * ܟܠ ܩܣܡܐ ܘܢܚܫܐ ܘܚܠܡܐ ܛܥܝܘܬܐ. ܘܕܡܗܝܡܢ ܒܗܘܢ. ܬܡܢ ܠܒܗ.
5 * ܘܐܢ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܠܡܛܥܝܘ ܒܚܙܘܐ ܕܠܠܝܐ. ܠܐ ܬܬܠ ܠܗܘܢ ܠܒܟ.
6
7 * ܣܓܝܐܐ ܓܝܪ ܕܐܛܥܝܘ ܚܠܡܐ. ܘܐܬܬܩܠܘ ܒܫܒܝܠܝܗܘܢ.

Tempore autem quo finiendus est numerus 24
dierum tuorum, die *scilicet* mortis tuæ, hæ-
redes fac opum tuarum liberos tuos. Pabu- 25
lum, & flagellum, atque onus asino *conveni-*
unt; castigatio, & panis, atque opera servo.
Ne concedas illi requiem : nam si caput ejus 26
extuleris, quæret libertatem. Opus impone 28
servo tuo, ne rebellet : multa siquidem ma-
la generat otium. Prout autem competit ei, 29
da illi potestatem in domo tua. Quòd si 30
non obtemperet tibi, vincula ejus augeto.
Non tamen sic *te geras* cum quovis homine,
& citra regulam nullum agas negotium. Si 31
unus fuerit servus tuus, esto *tibi* tanquam tu
ipse : quoniam quantus es tu, tanta foret ja-
ctura tua. Si unus est serv⁹ tuus, ut fratrem tuũ 32
habeto illum : ne pugnes in sanguinem tui-
ipsius. Nam si eum exagitaveris, egressus per-
ibit; & quânam viâ recuperes eum ?

CAP. XXXIV.

QUi quærit vanitatem, invenit mendaci- 1
um, & somnium, atque jucunditatem falsam.
Ut ille qui captat umbram, abigitque volu- 2
crem, sic ille qui credit visioni nocturnæ.
Hoc est visio & somnium, quod è regione 3
vultûs species alicujus faciei. Etiam à prin- 4
cipe populi victoriam expellunt : quis enim
mendax vincat ? Omnes divinationes, & va- 5
ticinia, ac somnia sunt error; & qui fidem
adhibet eis, ibi *habet* cor suum. Etsi à Deo 6
præceptum *(permissum)* est errare per ima-
ginationes nocturnas, animum tamen ad illa
ne adjicias. Multi sunt enim qui per so- 7
mnia aberrârunt à via, & in semitis suis impegerunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

24 * وعند فناء عمرك ورث اولادك مالك * العصيم والسوط والحمل للحمار * والادب والخبز
25
26 والعمل للعبد * ولا تريحه ان قدرت * لانك ان ارحته فلئلا طلب العتق * استبد عبدك
28
29 لئلا يتمرد عليك * لان الفراغ والبطالة تجدي شرا كثيرا * وسلطه في بيتك في جميع ما
30 ينبغي * فان عصاك ولم يطيعك فشد وثاقه * ولا تصنع هذا بكل عبد * ولا ترتكب امرا
31 بغير السنة * فان كان عبدك واحدا فاتخذه مثل نفسك * لانه ان اصابه شي ذهب مالك *
32 واتخذه شبه الاخ * ولا تجاهد بدم نفسك * يعني بمالك * لانك ان اضررت به هرب * وفي اي
وجه تطلبه * * الفصل الرابع والثلثون *
1 * من طلب الضلالة اصاب الكمد * ورؤيا الاحلام فرح باطل * كشبه من يمسك الظل
2
3 بيده * ومثل من يطير الطائر كذلك من يصدق بالاحلام * كذلك الرؤيا والاحلام التي
4 ترى امام وجه الانسان كشبه الوجوه * ومن كذب بها ولم يطمئن اليها * ينال الظفر اكثر من
5 سيد قومه * واي كذاب غلب قط * جميع التطير وكلام العرافين ورؤيا الاحلام ضلالة وطغيان *
6 ومن يصدق لها تنسبه له ويلقاها كل حين * فان بلغك ان الله امر ان تطغى الناس بالاحلام
7 بالليل * فلا تؤمن انت بشي من هذا * كثير من الناس طغوا بالاحلام * وعثروا في طرقهم *

Et ad finem ætatis tuæ hæredes fac fi-
lios tuos opum tuarum. Pabulum, &
flagellum, & sarcina asino : castigatio
verò, & panis, & opus servo. Nec des
illi requiem, si possis : quoniam si modi-
cam illi requiem dederis, quæret liberta-
tem. Laboribus occupa servum tuum,
ne rebellet in te: Vacatio enim & otium
plurimis scatet malis. Præfice autem
illum domi tuæ omnibus quæ expediunt.
Quòd si tibi contradicat, nec obediat
tibi, constringe lorum ejus: at ne idem fa-
cias cuilibet servo, nullúmque aggredia-
re negotium sine lege. Quòd si servus
tuus fuerit unicus, habeto eum ut ani-
mam tuam : quoniam si quid accidat il-
li, peribit possessio tua, quare eum repu-
tanquam fratrem, & in sanguinem pro-
prium (hoc est, proprias opes) ne decer-
tes. Nam si læseris eum, fugiet, & quo
modo (vel qua fronte) requires eum?

CAP. XXXIV.

QUi quærit errorem, inveniet dolo-
rem cordis : & visio somniorum est læ-
titia vana. Velut is qui umbram manu
sua captat, & ut qui volucrem abigit, sic
qui credit somniis. Talia sunt etiam
spectra & somnia quæ apparent coram
facie hominis in figura vultuum. Qui
autem refellit ea, nec credit eis, victo-
riam reportabit à potentissimo populi [illegible]
quis enim mendax vicit unquam? O-
mnia auspicia, verba divinorum, & spe-
ctra somniorum sunt error ac deceptio,
iisque credenti sub speciebus appare-
bunt, & obvia erunt singulis momentis.
Quòd si delatum tibi fuerit præcep-
Deum ut homines seducantur per somnia
noctu, tu nullo modo credas his [illegible]
Plures quippe homines per somnia
ducti offenderunt in viis suis.

Versio VULG. LAT.

8 Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia
9 in ore fidelis complanabitur. Qui non est tentatus, quid scit?
Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit,
10 enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recogno-
scit: qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.
11 Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est, ab-
12 undabit nequitiâ. Multa vidi errando, & plurimas ver-
13 borum consuetudines. Aliquoties usque ad mortem peri-
clitatus sum horum causâ, & liberatus sum gratiâ Dei.
14 Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius
15 benedicetur. Spes enim illorum in servantem illos, & ocu-
16 li Dei in diligentes se. Qui timet Dominum nihil trepida-
17 bit, & non pavebit: quoniam ipse est spes ejus. Timen-
18 tis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, &
19 quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super timentes eum,
protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardo-
20 ris, & umbraculum meridiani, Deprecatio offensionis,
& adjutorium casûs, exaltans animam, & illuminans ocu-
21 los, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Im-
molantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt be-
22 neplacitæ subsannationes injustorum. Dominus solus sus-
23 tinentibus se in via veritatis & justitiæ. Dona iniquo-
rum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes ini-
quorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propiti-
24 abitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pau-
perum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.
25 Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum,
26 homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi
qui occidit proximum suum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 15 † Μνήσθητι ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρός, † Πονηρότερον ὀφθαλ-
μοῦ τί ἔκτισται; † διὰ τοῦτο ἀπὸ παντὸς προσώπου δακρύει. † Οὗ
16 ἐὰν ἐπιβλέψῃ, Μὴ ἐκτείνῃς χεῖρα, † Καὶ μὴ συνθλίβου αὐτῷ
17 ἐν τρυβλίῳ. † Νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ, † καὶ ἐπὶ παντὶ
18 πράγματι διανοοῦ. † Φάγε ὡς ἄνθρωπος τὰ παρακείμενά σοι. † καὶ
19 μὴ διαμασῶ, μὴ μισηθῇς. † Παῦσαι πρῶτος χάριν παιδείας.
20 † καὶ μὴ (ε) ἀπληστεύου, μήποτε προσκόψῃς. † Καὶ εἰ ἀναμέσον
21 πλειόνων ἐκάθισας, † πρότερος αὐτῶν μὴ ἐκτείνῃς τὴν χεῖρά σου.
22 † Ὡς ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ τὸ ὀλίγον, † καὶ ἐπὶ τῆς
24 κοίτης αὐτοῦ οὐκ ἀσθμαίνει. † Ὕπνος ὑγιείας ἐπὶ ἐντέρῳ μετρίῳ,
23 † ἀνέστη πρωΐ, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. † Πόνος ἀγρυπνίας
25 καὶ χολέρας † καὶ στρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου. † Καὶ εἰ ἐβιάσθης
26 ἐν ἐδέσμασιν, † ἀνάστα μεσοπωρῶν καὶ ἀναπαύσῃ. † Ἄκουσόν μου
τέκνον καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς με, καὶ ἐπ' (ζ) ἐσχάτῳ εὑρήσεις τοὺς λό-
27 γους μου. † Ἐν πᾶσι τοῖς (η) ἔργοις σου γίνου ἐντρεχής, † καὶ πᾶν
28 ἀρρώστημα οὐ μή σοι ἀπαντήσῃ. † Λαμπρὸν ἐπ' ἄρτοις εὐλογήσει
29 χείλη, † καὶ ( ) μαρτυρία τῆς καλλονῆς αὐτοῦ πιστή. † Πονηρῷ ἐπ' ἄρτῳ
διαγογγύσει πόλις, † καὶ ἡ μαρτυρία τῆς πονηρίας αὐτοῦ ἀκριβής.
30 31 † Ἐν οἴνῳ μὴ ἀνδρίζου, † πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν ὁ οἶνος. † Κάμι-
νος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ, οὕτως οἶνος καρδίας ἐν μάχῃ
32 ὑπερηφάνων. † Ἐπίσον ζωῆς οἶνος (θ) ἀνθρώπῳ, † ἐὰν πίνῃς
33 αὐτὸν μέτρῳ αὐτοῦ. † Τίς ζωὴ ἐλαττουμένῳ (ι) οἴνῳ; † Καὶ αὐτὸς
34 ἔκτισται εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις. † Ἀγαλλίαμα καρδίας καὶ εὐ-
36 φροσύνη ψυχῆς † οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης.

MS. A. (ε) ἀπληστεύου, μήποτε προσκόψῃς. (ζ) ἐσχάτου (η) λόγοις ( ) ἡ μαρτυρία (θ) ἀνθρώποις, (ι) οἴνου;

Memento quoniam malum est oculus nequam: 14
Nequius oculo quid creatum est? Ideò ab omni 15
facie lachrymatur. Quocunque aspexerit, Ne 16
extendas manum: Et ne comprimaris cum eo 17
in catino. Intellige quæ sunt proximi, ex te ipso: 18
& in omni re cogita. Comede, ut homo, quæ tibi 19
sunt apposita: & non devores; ne odio habearis.
Cessa prior, causâ disciplinæ: & noli esse insa- 20
tiabilis, ne fortè offendas. Et, si in medio mul- 21
torum sedisti; prior illis ne extendas manum
tuam. Quàm sufficiens est homini erudito exi- 22
guum: & in lecto suo non laborat asthmate. So- 24
mnus sanitatis in intestino moderato: surrexit
prior; & anima ipsius cum ipso. Labor vigiliæ, 23
& (d) choleræ, & tortura cum viro insatiabili.
Et si coactus fueris in epulis; surge (e) in medio 25
pomorum, & requiesces. Audi me, fili, & ne 26
spernas me: & in novissimo invenies verba mea.
In omnibus operibus tuis esto velox: & omnis 27
infirmitas non occurret tibi. Splendidum in pa- 28
nibus benedicent (*) labia: & testimonium bo-
nitatis illius fidele. Nequissimo in pane obmur- 29
murabit civitas: et testimonium nequitiæ illius
certum. In vino noli fortem agere: multos enim 30
exterminavit vinum. Fornax probat aciem 31
ferri in tinctura: sic vinum (f) corda in conten-
tione superborum. (g) Æquale vitæ vinum ho- 32
mini; si bibas illud mensurâ suâ. Quæ vita ei, 33
qui minuitur vino? Et ipsum creatum est in 35
jucunditatem hominis. Exultatio cordis, et læti- 36
tia animæ, vinũ potatũ in tempore, quod satis sit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 11 [illegible]
12 13 [illegible]
14 15 [illegible]
17 18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]

Ubi non sunt peccata, contentus est Deus: 8
nam sapientia iniquorum noctu concredi-
tur. Vir sapiens multùm indagabit; & 9
qui idoneus est, omnia pervestigat. Qui 10
non expertus est, pauca novit: Qui verò 11
expertus est, accessionem facit sapien- 12
tiæ. Multa vidi postquam expertus sum,
multæque res super me transiêre. Multis 13
vicibus ad mortem usque perveni, & per
hæc evasi. Voluntatem colentium se facit 14
Dominus. Magna quippe res est sperare in 15
eo, salvat etenim. Colentis Deum beatus 17
est spiritus. Cuinam fidit, & quis est suffult- 18
tor ejus? Oculi Domini super omnes ser- 19
vos suos, protegit ac liberat, securitas est
maxima, protector ab osore, salvator ab
inimico, ereptor à flagello, & ne quis ca-
dat sustentator. Lætitia cordis, & lumen 20
oculorum, medicina vitæ, & benedictio-
nes: hæc omnia duplicata super justos ve-
nient. Oblationes iniquorum ex iniquita- 21
te sunt, nec sunt accepta munera ipsorum.
Non enim delectatur Deus oblationibus 22
peccatorum, neque propter copiam mune-
rum ipsorum parcet illis. Ut is qui ma- 23
ctat filium coram patre, sic ille qui munus
offert è *bonis* pauperum. Panis misericor- 24
diæ est vita pauperum, & qui eum dene-
gat ipsis, sanguinem fundit innocentem.
Qui proximum suum interficit, ejusdem opes 25
acquirit. Et qui sanguinem effundit in-
noxium, Deum defraudat. Qui fraudat 26
mercedem mercenarii, fraudat creatorem
suum; isque pœnam luet acerbam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

8 * في الموضع الخالي من الاثم فيه مسرة الله ورضاه. لان حكمة الاثمة بالليل تصدق وتظهر
9 10 11 * الحكيم يفحص جدا والبار يفتش الاشياء كلها *كل من لم يجرب فتضره الامور* والمجرب
12 13 استكثر العلم* ابصرت اشياء كثيرة وادركتها بالتجارب *ومرت في خصالا شتى ذقت فيها
14 15 17 الموت غير مرة * ونجوت من اجل التجربة * الرب يتبع مسرة اتقيائه * لان رجاوه قريب
18 19 وخلاصه عظيم *من يخاف الله طوبا لنفسه * لانه اتكل على الله واتخذه عمادا *عينا الرب
على جميع خلقه * يحمي وينقذ * وهو الرجاء العظيم * وهو ستر من المبغض* وهو مخلص
20 من العداوة * ومنقذ من الوجع * ودعامة من الصرعة *فرح القلب * وضوء نور الابصار *
21 وشفا الحياة والبركات جميع هذه تحل باضعاف على الاتقياء* وذبائح الفجار من الحرام والمحظور
22 23 ليس تقبل عن ذنوبهم * ليس لله مسرة في ذبائح الفجار * ولا يغفر لهم بكثرة قرابينهم * مثل
24 الولد الفاجر امام ابيه كذلك من يقرب القربان من اموال المساكين *طعام العار مثل عيش
25 26 المساكين * والذي يمنعه منهم فقد سفك دما زكيا * من قتل صاحبه ورثه ماله * والذي
يسفك دم الابرار يسخط خالقه * والذي يظلم اخاه الاجير انما يظلم ربه * ويثاب اشر ثواب *

In loco ab iniquitate libero adest volun- 8
tas & beneplacitum Dei. Nam sapientia
iniquorũ noctu comprobatur ac patescit.
Sapiens diligenter exquirit, & justus 9
omnia scrutatur. Quicunq; non est expe- 10
rientiâ edoctus, premitur negotiis: At qui 11
experitur, multam acquirit scientiam.
Multas res vidi, quas et experientiâ sum 12
assecutus. Et varia transierunt super me 13
negotia, in quibus mortem gustavi diver-
sis vicibus: at propter experientiã evasi.
Sequitur Dominus voluntatem religioso- 14
rum suorũ. Spes enim ejus proxima est, & 15
salus ipsius maxima. Timentis Deum bea- 17
ta est anima: Quia Deo fidit, eumque ad- 18
hibet adminiculum. Oculi Domini super 19
omnes creaturas suas, ipseque protegit ac
liberat, & ipse est spes suprema, idemq; est
tegumentũ ab osore, idem denique est sal-
vator ab inimicitia, ereptor à dolore, &
fulcimentũ à casu. Lætitia cordis, & cla- 20
ritas lucis oculorum, salubritas vitæ, ac
benedictiones: hæc omnia duplicata
supervenient religiosis. Victimæ verò sce- 21
lestorum ex illicito & scelere partæ non
accipiantur pro criminibus eorũ. Nullam 22
habet Deus oblectationẽ in sacrificiis sce-
lerosorũ, nec parcet illis ob multitudinem
oblationũ eorum. Ut filius sceleratus corã 23
patre suo, ita qui munus offert è bonis
pauperũ. Cibo opprobrii similis est victus 24
pauperum, quem qui recusaverit eis, san-
guinem effundit innocentem. Qui proxi- 25
mum suum occidit, hæredem facit eum
bonorum suorum. Et qui effundit sangui- 26
nem innocentium, irritat creatorem suum.
Et qui fraudat fratrem suum mercena-
rium, fraudat Dominum suum: compen-
sabitur autem mercede infelici.

Versio VULG. LAT.

27 Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario,
28 fratres sunt. Unus ædificans, & unus destruens : quid pro-
29 dest illis nisi labor? Unus orans, & unus maledicens :
30 cujus vocem exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo,
31 & iterùm tangit eum, quid proficit lavatio illius? Sic
homo qui jejunat in peccatis suis, & iterùm eadem faci-
ens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis ex-
audiet?

CAP. XXXV.

1 Cap. 32. Qui conservat legem, multiplicat oblationem. Sa-
2 crificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab
3 omni iniquitate. Et propitiationem litare sacrificii super in-
justitias, & deprecatio pro peccatis, recedere ab injusti-
4 tia. Retribuet gratiam, qui offert similaginem : & qui
5 facit misericordiam, offert sacrificium. Beneplacitum est
Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis
6 recedere ab injustitia. Non apparebis ante conspectum
7 Domini vacuus. Hæc enim omnia propter mandatum
8 Dei fiunt. Oblatio justi impinguat altare, & odor sua-
9 vitatis est in conspectu Altissimi. Sacrificium justi rece-
ptum est, & memoriam ejus non obliviscetur Dominus.
10 Bono animo gloriam redde Deo : & non minuas primi-
11 tias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum
12 tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da
Altissimo secundùm datum ejus, & in bono oculo ad in-
13 ventionem facito manuum tuarum : Quoniam Dominus
retribuens est, & septies tantum reddet tibi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

38 39 †Πικρία ψυχῆς οἶνος (*)πινόμενος πολὺς, †Ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀν-
40 τιπτώματι. †Πληθύνει μέθη θυμὸν ἄφρονος εἰς (κ)πρόσκομμα,
41 †ἐλαττῶν ἰσχὺν καὶ προσποιῶν τραύματα. †Ἐν συμποσίῳ οἴνου
μὴ ἐλέγξῃς τὸν πλησίον, †καὶ μὴ (λ) ἐξουδενώσῃς αὐτὸν ἐν εὐ-
42 φροσύνῃ αὐτοῦ. †Λόγον ὀνειδισμοῦ μὴ εἴπῃς αὐτῷ, †καὶ μὴ αὐτὸν
θλίψῃς ἐν ἀπαιτήσει.

MS. A. (*)γινόμενος (κ) πρόσκομμα, (λ) ἐξουθενώσῃς

ΠΕΡΙ ἩΓΟΥΜΕΝΩΝ.

Κεφ. λβ'. ΚΕΦ. λε'.

1 †Ἡγούμενόν σε κατέστησαν; μὴ ἐπαίρου, †γίνου ἐν αὐτοῖς ὡς
2 εἷς ἐξ αὐτῶν. †Φρόντισον αὐτῶν, καὶ (α) οὕτω κάθισον, †καὶ πᾶσαν
3 τὴν χρείαν σου ποιήσας (β) ἀνάπεσε, †Ἵνα εὐφρανθῇς δι' αὐτοὺς,
4 †καὶ εὐκοσμίας χάριν λάβῃς (γ) στέφανον. †Λάλησον πρεσβύτερε,
5 πρέπει γάρ σοι, †Ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ, καὶ μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά.
6 †Ὅπου ἀκρόαμα, μὴ ἐκχέῃς λαλιὰν, †καὶ ἀκαίρως μὴ σοφίζου.
7 †Σφραγὶς ἄνθρακος ἐπὶ κόσμῳ χρυσῷ, †σύγκριμα μουσικῶν
8 ἐν (*)συμποσίῳ οἴνου. †Ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ σφραγὶς σμα-
10 ράγδου, †μέλος μουσικῶν ἐφ' ἡδεῖ οἴνῳ. †Λάλησον νεανίσκε εἰ
11 χρεία σου, †μόλις δὶς ἐὰν ἐπερωτηθῇς. †Κεφαλαίωσον λόγον,
12 Ἐν ὀλίγοις πολλὰ, †γίνου (δ) ὡς γινώσκων καὶ ἅμα σιωπῶν.
13 †Ἐν μέσῳ μεγιστάνων μὴ ἐξισάζου, †καὶ ἑτέρου λέγοντος μὴ πολλὰ
14 ἀδολέσχει. †Πρὸ βροντῆς κατασπεύδει ἀστραπὴ, †καὶ πρὸ αἰσχυντηροῦ
15 προελεύσεται χάρις. †Ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου καὶ μὴ οὐράγει, †ἀπότρεχε
εἰς οἶκον καὶ μὴ (ε) ῥαθύμει. †Ἐκεῖ παῖζε,

MS. A. (α) οὕτως (β) ἀνάπεσον, (γ) τὸν στέφανον. (*)συμποσίῳ (δ) γινώσκων (ε) ἀθύμει.

Amaritudo animæ vinum potatum multum: In irritatione, & contentione. Multiplicat ebrietas furorem imprudentis, in offensionem, minorans virtutem, & faciens vulnera. In compotatione vini non arguas proximum, & non despicias eum in jocunditate illius. Verbum improperii ne dicas illi : & non premas illum (b) in repetendo.

CAP. XXXV.

DE RECTORIBUS.

Cap. 32. Rectorem (a) te posuerunt? noli extolli: esto in illis, quasi unus ex ipsis : Curam illorum habe, & sic conside: & omni curâ tuâ explicitâ recumbe : Ut læteris propter illos, & ornamenti gratiâ accipias coronam. Loquere, major natu, (decet enim te) In diligenti scientia : & non impedias musica. Ubi est (b) acroama ; non effundas sermonem : & importunè noli sapientiam ostentare. Sigillum carbunculi in ornamento aureo, concentus musicorum in compotatione vini. In fabricatione aurea sigillum smaragdi, modulatio musicorum in vino jocundo. Adolescens, loquere, cùm necessitas tuî fuerit, vix, Si bis interrogatus fueris. In summam collige sermonem, In paucis multa : esto quasi sciens, & simul tacens. In medio magnatorum non agas æqualem : & (c) alio dicente ne multa garrias. Ante tonitruum festinat coruscatio : & ante verecundum præibit gratia. In hora exurge, & non sis ultimus. Recurre in domum, & ne torpeas. Ibi lude,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

27 28 * ܚܕ ܒܢܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܣܬܪ. ܡܢܐ ܐܘܬܪܘ. ܐܠܐ ܥܡܠܐ ܣܪܝܩܐ. * ܚܕ ܡܒܪܟ. ܘܐܚܪܢܐ ܡܨܚܐ.
29 ܒܩܠܐ ܕܡܢ ܡܢܗܘܢ ܫܡܥ ܐܠܗܐ. * ܕܡܣܬܚܐ ܡܢ ܡܝܬܐ. ܘܬܘܒ ܩܪܒ ܠܗ. ܡܢܐ
30 ܐܘܬܪ ܡܢ ܣܚܝܘܬܗ. * ܗܟܢܐ ܒܪܢܫܐ ܕܨܐܡ ܡܢ ܚܛܗܘܗܝ. ܘܬܘܒ ܗܦܟ ܥܒܕ ܠܗܘܢ. ܨܠܘܬܗ
ܡܢܘ ܢܫܡܥ. ܐܘ ܡܢܐ ܐܘܬܪ ܒܨܘܡܗ. * ܫܠܡܘ * ܦܨܚܐ *
1 2 * ܐܢ ܥܒܕܬ ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ. ܐܣܓܝܬ ܦܘܠܚܢܐ. * ܘܕܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ. ܛܘܒܘܗܝ
3 ܠܪܘܚܗ. ܛܒܐ ܣܘܥܠܐ ܛܒܐ. ܡܢ ܕܡܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ. ܘܕܥܒܕ ܙܕܩܬܐ. ܢܛܘܪ ܢܡܘܣܐ ܗܘ.
4 5 * ܘܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܡܣܛܐ ܡܢ ܟܠ ܒܝܫ. ܘܟܠܐ ܢܦܫܟ. ܕܠܐ ܬܥܒܕ ܛܢܦܘܬܐ. * ܠܐ ܬܬܚܙܐ
6 7 ܩܕܡܘܗܝ ܣܦܝܩܐ. * ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܢܛܘܪ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ. * ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ
8 ܕܙܕܝܩܐ. ܨܠܘܬܐ ܕܦܘܡܗܘܢ. ܘܥܒܕܝܗܘܢ. ܫܡܝܐ ܦܪܩܝܢ. * ܩܘܪܒܢܗ ܕܓܒܪܐ ܛܒܐ
9 ܡܩܒܠ. ܘܕܘܟܪܢܗܘܢ ܕܙܕܝܩܐ. ܠܐ ܢܬܛܥܐ ܠܥܠܡ. * ܒܥܝܢܐ ܛܒܬܐ. ܗܒ ܠܡܣܟܢܐ.
10 ܘܠܐ ܬܬܡܢܥ ܒܡܘܗܒܬܟ. * ܒܟܠ ܡܘܗܒܬܟ. ܢܗܘܘܢ ܢܗܝܪܝܢ ܐܦܝܟ. ܘܒܚܕܘܬܐ. ܐܘܙܦ
12 11 ܠܡܢ ܕܠܐ ܦܪܥ ܠܟ. * ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܦܪܘܥܐ ܗܘ. ܘܪܒܘ ܪܒܘܢ. ܗܘ ܦܪܥ ܠܟ. * ܗܒ
ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܝܗܒ ܠܟ. ܒܥܝܢܐ ܛܒܬܐ. ܘܒܐܝܕܐ ܪܘܝܚܬܐ. ܡܢ ܕܝܗܒ ܠܡܣܟܢܐ.
ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܡܘܙܦ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܦܪܘܥܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܗܘ.

Cùm quod unus extruit, destruit alter, quid præter inanem laborem acquirunt? Cùm unus benedicit, alter maledicit, utrius vocem exaudiet Deus? Qui ablutus à cadavere mortuo rursus idem tetigerit, quod emolumentum percipit è lotione sua? Item qui à peccatis jejunat, eademque rursus committit, hujus orationem quis audiat? aut quid profecit jejunando?

CAP. XXXV.

Si feceris quod scriptum est in lege, abundè operaris. Præceptum enim servantis beatus est spiritus. Optima collocat beneficia (i. *arctè devincit*) qui munus offert; & qui facit eleemosynam, observator est legis. Placere Deo est ab omni malo deflectere: & desiste pro viribus tuis ab agendo quicquid est abominandum. Ne appareas coram ipso vacuus : Quoniam quicunque quod bonum est egerit, est observator mandati. Oblationes justorum oratio est oris eorum, & opera ipsorum cœlos findunt. Munus probi hominis erit acceptum, & memoria justorum nullâ unquam oblivione delebitur. Oculo bono da pauperi, & ne vacilles in donis tuis. In omnibus donis tuis splendidus esto vultus tuus, & cum alacritate commoda illi qui tibi non est redditurus. Deus enim repensator est, & myriades myriadum ipse tibi rependet. Da Deo prout tibi dedit, oculo videlicet benigno, & manu amplâ. Qui dat pauperi, Deo quidem fœneratur : nam quis est remunerator, nisi ipse?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

27 28 * واحد يبني واخر يخرب * ماذا اعتنا الا العنا بالباطل * واحد يبارك واخر يلعن * دعا
29 من منهما يسمع الله * الذي يغتسل من الميت ثم يرجع يدنوا منه * ماذا ينتفع من
30 غسله * والذي يتوب من الخطا ثم يفعله من تري يسمع صلوته ودعاه * ام تري
انتفع بتوبته وصومه * * الفصل الخامس والثلثون *
1 2 * ان انت اتممت ما كتب في السنة * فقد اكثرت العمل * والذي يحفظ الوصية طوبا
3 لروحه * يذخر لنفسه ذكرا صالحا من قرب لله قربانا * ومن صدق على الفقير * فهو
4 5 حافظ السنة * صانع مسرة الرب هو الذي يعدل عن كل سو * امنع نفسك ان ترتكب
6 7 القبيح * لا تري امام الله فارغ الكفين * لان من فعل الخير هو حافظ الوصية * قرابين
8 الابرار صلواتهم الطاهرة * واعمالهم تفتح لهم ابواب السما * عطية الصالح تقبل * ولا ينسا
9 10 ذكر الاتقيا ابدا * صدق بنية صالحة علي الفقير * ولا تعبس وجهك اذا صدقت * في
12 جميع ما تعطي يكون وجهك مضيا منيرا * واقرض من لا يرد عليك بالفرح * لان الله
11 هو المثيب * ويضعف لك ما اعطيت اضعاف كثيرة * اعطي ما اعطاك الله بعين طيبة
وبيد سخية * لان من اعطا المسكين انما هو يقرض الله ومن المثيب غيره *

Uno ædificante, altero destruente, quid acquirunt ambo, nisi vanum laborem? Uno benedicente, altero maledicente, utrius precationem exaudiet Deus? Qui lotus à mortuo iterum tangit illum, quam utilitatem percipit è lotione sua? Et qui à peccato regressus denuo patrat illud, quis quæso exaudiet orationem & deprecationem ejus? aut quid quæso proderit ei conversio & expiatio ipsius?

CAP. XXXV.

Si tu perficias quod scriptum est in lege, satis feceris : Etenim ejus qui servat mandatum, beatus est spiritus. Bonam recondit sibi memoriam qui munus offert Deo; & qui eleemosynam erogat pauperi, observator est legis. Executor voluntatis Domini est ille qui declinat ab omni malo. Cohibe te ipsum à perpetrandis obscœnitatibus. Ne appareas coram Deo vacuis volis : Nam qui benefecerit, ipse est observator mandati. Oblationes justorum sunt puræ eorundem orationes, & opera eorum aperiunt ipsis januas cœli. Donum probi viri erit acceptum, & memoria piorum nunquam oblivioni tradetur. Eleemosynam bono animo da pauperi, & ne tristem induas vultum cùm dederis eleemosynam. Quicquid donaturus es, hilaris & splendidus sit vultus tuus; & ei qui tibi minimè redditurus est, alacriter fœnerare, Deus enim est remunerator, & tibi quod dederis, abundantissimè duplicabit. Da quod tibi largitus est Deus oculo benigno & manu liberali : nam qui dat pauperi, Deo quidem fœneratur : quis autem est remunerator præter eum?

Versio VULG. LAT.

14 Noli offerre munera prava ; non enim suscipiet illa.
15 Et noli inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus
16 judex est, & non est apud illum gloria personæ. Non acci-
piet Dominus personam in pauperem, & deprecationem
17 læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli ; nec viduam,
18 si effundit loquelam gemitûs. Nónne lachrymæ viduæ ad
maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem
19 eas? A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, & Do-
20 minus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat
Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius us-
21 que ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se, nubes
penetrabit : & donec propinquet non consolabitur : &
22 non discedet donec Altissimus aspiciat. Et Dominus non
elongabit, sed judicabit justos, & faciet judicium : & For-
tissimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dor-
23 sum ipsorum : Et Gentibus reddet vindictam, donec tol-
lat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contri-
24 bulet : Donec reddat hominibus secundùm actus suos, &
25 secundùm opera Adæ, & secundùm præsumptionem illius :
26 Donec judicet judicium plebis suæ, & oblectabit justos
misericordiâ suâ. Speciosa misericordia Dei, in tempore
tribulationis, quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis.

CAP. XXXVI.

Cap. 33. 1 Miserere nostri, Deus omnium, & respice nos, &
2 ostende nobis lucem miserationum tuarum : Et immitte ti-
morem tuum super Gentes, quæ non exquisierunt te, ut cog-
noscant quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua.
3 Alleva manum tuam super Gentes alienas, ut videant po-
4 tentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctifica-
tus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in
5 eis, Ut cognoscant te, sicut & nos cognovimus, quoniam non
6 est Deus præter te, Dñe. Innova signa, & immuta mirabilia.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 Καὶ ποίει τὰ ἐνθυμήματά σου, † καὶ μὴ (ζ) ἁμάρτῃς λόγῳ ὑπερηφάνῳ.
17 † Καὶ ἐπὶ τούτοις εὐλόγησον τὸν ποιήσαντά σε, καὶ μεθύσκοντά
18 σε ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. † Ὁ φοβούμενος κύριον ἐκδέξεται παι-
19 δείαν, † καὶ οἱ ὀρθρίζοντες εὑρήσουσιν εὐδοκίαν. † Ὁ ζητῶν νόμον
ἐμπλησθήσεται αὐτοῦ, † καὶ ὁ ὑποκρινόμενος σκανδαλισθήσεται ἐν
20 αὐτῷ. † Οἱ φοβούμενοι κύριον εὑρήσουσι κρίμα, † καὶ δικαιώματα
21 ὡς φῶς ἐξάψουσιν. † Ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς ἐκκλίνει ἐλεγμόν,
22 † καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ εὑρήσει σύγκριμα. † Ἀνὴρ βουλῆς οὐ μὴ
23 παρίδῃ διανόημα, † ἀλλότριος καὶ ὑπερήφανος οὐ καταπτήξει φό-
24 βον, † Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἄνευ βουλῆς. † Ἄνευ βουλῆς
25 (η) μηθὲν ποιήσῃς, † καὶ ἐν τῷ ποιῆσαί σε μὴ μεταμελοῦ. † Ἐν ὁδῷ
ἀντιπτώματος μὴ πορεύου, † καὶ μὴ προσκόψῃς ἐν λιθώδεσιν.
26 † (θ) μὴ πιστεύσῃς ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπῳ, † Καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου
27 φύλαξαι. † Ἐν παντὶ ἔργῳ πίστευε τῇ ψυχῇ σου, † καὶ γὰρ τοῦτό
28 ἐστι τήρησις (ι) ἐντολῶν. † Ὁ πιστεύων νόμῳ προσέχει ἐντολαῖς,
† καὶ ὁ πεποιθὼς κυρίῳ οὐκ ἐλαττωθήσεται.

MS. A. (ζ) ἀμβλύσῃς (η) μηδὲν (θ) καὶ μὴ (ι) ἐντολῆς.

Κεφ. ΚΕΦ. λϛʹ.

1 λγʹ. † Τῷ φοβουμένῳ κύριον οὐκ ἀπαντήσει κακόν, † ἀλλ' ἐν πειρα-
2 σμῷ καὶ πάλιν ἐξελεῖται. † Ἀνὴρ σοφὸς οὐ μισήσει νόμον, † ὁ δὲ ὑπο-
3 κρινόμενος ἐν αὐτῷ, ὡς ἐν καταιγίδι πλοῖον. † Ἄνθρωπος συνετὸς
4 ἐμπιστεύσει νόμῳ, † καὶ ὁ νόμος αὐτῷ πιστὸς Ὡς ἐρώτημα (α) δικαίων.
† ἑτοίμασον λόγον, καὶ οὕτως ἀκουσθήσῃ, † σύνδησον παιδείαν καὶ ἀπο-
5 κρίθητι. † Τροχὸς ἁμάξης σπλάγχνα μωροῦ, † καὶ ὡς ἄξων στρε-
6 φόμενος ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ. † Ἵππος εἰς (β) ὀχείαν ὡς φίλος
7 μωκός, † ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου (γ) χρεμετίζει. † Διατί
8 ἡμέρα ἡμέρας ὑπερέχει, † καὶ πᾶν φῶς ἡμέρας ἐνιαυτοῦ ἀφ' ἡλίου;
9 † Ἐν γνώσει κυρίου διεχωρίσθησαν, † Καὶ ἠλλοίωσε καιροὺς καὶ ἑορτάς.

MS.A. (α) δήλων. (β) ὀχεῖον (γ) χρεμετίσει.

Et fac cogitata tua : & ne pecces verbo superbo. 16
Et super his benedicito eum qui fecit te, & ine- 17
briantem te de bonis suis. Qui timet Dominum; excipiet (d) doctrinam: & qui manè vigilant; 18
invenient benedictionem. Qui quærit legem; re- 19
plebitur eâ: & qui simulat; scandalizabitur in
ea. Qui timent Dominum; invenient judicium: 20
& justificationes quasi lumen accendent. Homo 21
peccator vitat correptionem : & secundùm vo-
luntatem suam inveniet (e) comparationem. Vir 22
consilii non despiciet considerationem: alienus, &
superbus non pertimescet timorem, Etiam post- 23
quàm fecit secum sine consilio. Sine consilio ni- 24
hil facias : & in faciendo te non pœnitebit. In 25
via ruinæ non eas : & non offendes in lapidosis.
Non credas te viæ (f) non exploratæ. Et à filiis 26
tuis cave. In omni opere crede animæ tuæ : hoc 27
est enim observatio mandatorum. Qui credit 28
(g) legi ; attendit mandatis : & qui confidit
(h) in Domino ; non minorabitur.

Cap. CAP. XXXVI.

33. Timenti Dominum non occurret malum, 1
sed in tentatione; & iterum liberabit illum. Vir 2
sapiens non odiet legem : qui autem simulat in
ea; quasi in procella, (a) navis. Homo sensatus 3
credet legi, & lex ei fidelis, Sicut interrogatio
(b) justorum. Para verbum, & sic audiêris : 4
colliga doctrinam, & responde. Rota carri præ-
cordia fatui : & quasi axis qui versatur, cogi- 5
tatus illius. Equus ad admissuram, amicus 6
subsannator: sub omni supersedente hinnit. Quarè 7
dies diem superat, & omne lumen diei anni à
Sole? A Domini scientia separati sunt: Et im- 8 9
mutavit tempora, & dies festos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

13 * ܠܐ ܬܬܡܗܡܗ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܩܒܠ. ܘܠܐ ܬܬܟܠ ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܕܐܢܘܣܝܐ ܀ * ܡܛܠ
14
15 ܕܐܠܗܐ ܕܝܢܐ ܗܘ. ܘܠܝܬ ܩܕܡܘܗܝ ܡܣܒ ܒܐܦܐ. * ܥܐܠܐ ܩܕܡܘܗܝ ܨܠܘܬܗ
16 ܕܡܣܟܢܐ. ܘܒܥܘܬܐ ܕܡܟܝܟܝ ܪܘܚܐ ܫܡܥ. * ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܚܬܐ ܕܝܬܡܐ. ܘܨܠܘܬܐ
17 ܕܐܪܡܠܬܐ ܫܡܥ. * ܡܪܝܪܘܬܐ ܕܢܦܫܗ ܕܡܣܟܢܐ ܗܘ ܫܡܥ. * ܘܨܠܘܬܐ ܕܡܣܟܢܐ ܥܢܢܐ
18
19 ܡܪܟܢܐ. * ܨܠܘܬܗܘܢ ܕܡܣܟܢܐ ܥܢܢܐ ܦܣܩܐ. ܘܩܕܡ ܡܪܐ ܪܒܘܬܐ ܥܐܠܐ.
20 ܠܐ ܥܒܪܐ. ܥܕܡܐ ܕܢܥܒܕ ܒܥܬܐ ܥܠܘܗܝ. ܘܕܝܢܐ ܕܩܘܫܬܐ ܢܥܒܕ. * ܘܐܦ ܡܪܝܐ ܠܐ ܢܫܬܠܐ. ܘܠܐ
21 ܢܫܒܘܩ. ܥܕܡܐ ܕܢܬܒܥ ܥܒܕܝܗܘܢ ܕܥܘܠܐ. * ܘܡܥܡܡܐ ܢܬܦܪܥ
22 ܦܘܪܥܢܐ. ܥܕܡܐ ܕܢܥܩܪ ܚܝܠܗܘܢ ܕܪܫܝܥܐ. * ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܥܘܠܐ ܡܦܣܩܘ ܢܦܣܘܩ.
23 ܥܕܡܐ ܕܢܦܪܘܥ ܠܒܢܝܢܫܐ ܐܝܟ ܥܒܕܝܗܘܢ. ܘܠܚܛܝܐ ܐܝܟ ܡܚܫܒܬܗܘܢ. * ܥܕܡܐ ܕܢܕܘܢ
24 ܕܝܢܐ ܕܥܡܗ. ܘܢܚܕܐ ܐܢܘܢ ܒܦܘܪܥܢܗ. * ܘܢܒܗܬ ܣܢܐܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ. ܐܝܟ ܥܢܢܐ
1 ܕܡܛܪܐ. ܒܙܒܢܐ ܕܡܬܒܥܐ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܘ * ܦܪܘܩ ܐܠܗܐ ܠܟܠܢ.
2
3 * ܘܐܝܬܐ ܪܘܓܙܟ ܥܠ ܥܡܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥܘܟ. * ܐܪܝܡ ܐܝܕܟ ܥܠ ܥܡܐ ܢܘܟܪܝܐ ܀ ܕܢܚܙܘܢ
4 ܓܢܒܪܘܬܟ. * ܐܝܟ ܕܒܚܙܝܗܘܢ ܐܬܩܕܫܬ ܒܢ ܀ ܗܟܢܐ ܒܚܙܝܢ ܐܬܩܕܫ ܒܗܘܢ.
5
6 * ܕܢܕܥܘܢ ܐܝܟ ܕܝܕܥܢ ܀ ܕܠܝܬ ܐܠܗܐ ܒܪ ܡܢܟ. * ܚܕܬ ܐܬܘܬܐ ܘܫܢܐ ܬܕܡܪܬܐ.

Ne cuncteris, quia non accipiet. Et oblati- 13
onibus rapinæ ne confidas, Quia Deus ju- 14
dex est, nec est apud eum ratio personæ. In- 15
greditur in conspectum illius oratio paupe-
ris, & precationem afflictorum spiritu ex- 16
audit. Non destituit gemitum pupillorum,
& orationem viduarum audit. Amaritudi- 17
tudines animæ pauperis ipse exaudit. Et o- 18
ratio pauperum nubes inclinat. Oratio pau- 19
perum transcendit nubes, & in conspectum
Domini majestatis ingreditur, nec præterit
donec de illa perquisitionem faciat, justum-
que judicium exerceat. Imò etiam Domi- 20
nus non connivebit, neque dimittet, donec
ulciscatur actiones impiorum. Gentes et- 21
iam supplicio multabit, donec destruat robur
scelestorum. Principes impios omninò præ- 22
cîdet, donec reddat scelerosis quod eis debe-
tur, & facinorosis cogitationes eorum. Do- 23
nec populi sui judicium decernat, eosque læ-
tificet retributione suâ, Et erubescat osor 24
in tempore afflictionis : veluti nubes pluviæ
tempore quo requiritur.

CAP. XXXVI.

Libera nos omnes Deus, Et adduc furo- 1
rem tuum in gentes quæ te non noverunt. 2
Attolle manum tuam in gentem alienam, ut 3
potentiam tuam cognoscant. Ut inspectanti- 4
bus illis sanctificat[9] es in nobis, ita spectanti-
bus nobis sanctificare in eis : Ut cognoscant 5
quemadmodum cognovimus, non esse Deum
præter te. Ede nova signa, & miracula 6
variato.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

13
14 * فلا تبادر اذن * فانه لا يقبل * لا تثق بقربان قربته من الغصب والظلم * فان الله ينصف
15 بالعدل * وليس عنده محاباة * تصل الي الله صلوة المساكين * ويسمع صوت مضيم النفس *
16
17 * ولا يغفل عن زفير الايتام * ويستجيب دعاء الارامل * ويسمع صياح المسكين الفقير *
18
19 * وصلوة المساكين تنزل السحاب * وتدخل امام رب العظمة * ولا تعبر بين يديه حتي يفحص
20 عنها * ويحكم فيها بالحق * والرب ايضا لا يدع * ولا يصفح * ولا يبطل * حتي ينتقم من الفجار ويثيبهم
21
22 باعمالهم * ويعطف بالانتقام علي الامم * حتي يذل قوم الخطاة * ويقطع سلطان اهل الفجور
23 قطعا * حتي يجزي الاشرار بما قدموا وصانعي الشر بما في قلوبهم * حتي يقضي قضاء شعبه *
24 ويسرهم بثوابه وجزائه * ويخزي الشنآن من حين الشدة والبلاء * مثل سحاب المطر حين يحتاج اليه *
1
2 * الفصل السادس والثلثون * يا الله كذلك خلصنا باجمعنا * وانزل
3 العقوبة والنكال علي الشعوب الذين لم يعرفوك * ارفع يدك علي الامة الغريبة حتي تعرف
4
5 عزتك * كما تطهرت فينا بمشهدهم * كذلك يا رب بمشهدنا فتطهر فيهم ليعرفوا كما عرفنا
6 انه لا اله غيرك * جدد الايات * وغير الاعاجيب *

Ne cuncteris igitur, quoniam alioqui *non* 13
est accepturus. Ne fidas oblationi quam
ex rapina & oppressione obtuleris: Quo- 14
niam Deus justè judicat, nec est apud il-
lum assentatio. Pervenit ad Deum ora- 15
tio pauperis, & audit vocem ejus qui op-
presso est animo. Nec gemitum orphano- 16
rum negligit, precesque viduarum exau-
dit, Et pauperis ac inopis clamorem au- 17
dit. Oratio autem pauperis nubes de- 18
scendere facit, Et intrat in conspectum 19
Domini majestatis, nec transit coram eo,
donec illum examinet, justùmque reddat
ipsi judicium. Dominus præterea non 20
deseret, neque deponet, neque desistet, do-
nec ulciscatur à flagitiosis, & rependat
eis pro ipsorum factis. Deinde se con- 21
vertet cum ultione ad gentes, ut cœtum
peccatorum deprimat: Et sceleros orum po- 22
testatem penitùs abscindet, donec pudore
suffundat malignos pro his operibus *quæ*
præmiserint, & operantes iniquitatem
pro his quæ habuerint in cordibus suis.
Donec decernat judicium populi sui, & 23
suo eos præmio ac mercede exhilaret,
Osor autem ab instanti angustiâ & ca- 24
lamitatis confundatur : veluti nubes plu-
viæ cum necessaria est,

CAP. XXXVI.

Sic O Deus, libera nos omnes ; Et im- 1 2
mitte punitionem atque supplicium in po-
pulos qui te minimè noverunt. Eleva 3
manum tuam in gentem peregrinam, ut
cognoscat robur tuum. Quemadmodùm 4
sanctificatus es in nobis in conspectu eo-
rum, ita O Domine, in conspectu nostro
sanctificeris in iis : Ut sciant quemad- 5
modum cognovimus, non esse Deum præter
te. Renova signa, & commuta miracula: 6

Versio VULG. LAT.

7
8 Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem,
9 & effunde iram. Tolle adversarium, & afflige inimicum.
10 Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia
11 tua. In ira flammæ devoretur qui salvatur : & qui pessi-
12 mant plebem tuam, inveniant perditionem. Contere caput
principum inimicorum, dicentium ; Non est alius præter
13 nos. Congrega omnes tribus Jacob : ut cognoscant quia
non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua : *Cap.* 36.
14 & hæreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, su-
per quam invocatũ est nomen tuũ; & Israel, quem coæquâsti
15 primogenito tuo. Miserere civitati sanctificationis tuæ Je-
16 rusalem, civitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus
17 verbis tuis, & gloriâ tuâ populum tuum. Da testimonium
his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædicationes,
18 quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedẽ
sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur : & ex-
19 audi orationes servorum tuorum Secundùm benedictionem
Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam justitiæ, & sci-
ant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector
20 seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus
21 cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum
22 verba mendacia. Cor pravum dabit tristitiam, & homo pe-
23 ritus resistet illi. Omnem masculum excipiet mulier : &
24 est filia melior filiâ. Species mulieris exhilarat faciem viri
sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit
25 desiderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis &
misericordiæ : non est vir illius secundùm filios hominum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10 † Ἀπ' αὐτῶν ἀνύψωσε καὶ ἡγίασε, † καὶ ἐξ αὐτῶν ἔθηκεν εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν. † καὶ ἄνθρωποι πάντες ἀπὸ ἐδάφους, † καὶ ἐκ γῆς
11 ἐκτίσθη Ἀδάμ. † Ἐν πλήθει ἐπιστήμης κύριος διεχώρισεν αὐτούς,
12 † καὶ ἠλλοίωσεν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. † Ἐξ αὐτῶν (δ) εὐλόγησε καὶ ἀνύψωσεν, † καὶ ἐξ αὐτῶν ἡγίασεν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἤγγισεν· † ἀπ' αὐτῶν κατηράσατο, (ε) καὶ ἐταπείνωσεν, † καὶ ἀνέστρεψεν αὐτοὺς (ζ) ἀπὸ
13 στάσεως αὐτῶν. † Ὡς πηλὸς κεραμέως ἐν χειρὶ αὐτοῦ, † Πᾶσαι
14 αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ· † οὕτως ἄνθρωποι ἐν χειρὶ τοῦ
15 ποιήσαντος αὐτούς, † ἀποδοῦναι αὐτοῖς κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ. † Ἀπέναντι τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθόν, † καὶ ἀπέναντι τοῦ θανάτου ἡ ζωή, † οὕτως ἀπέναντι εὐσεβοῦς ἁμαρτωλός. † Καὶ οὕτως ἔμβλεψον εἰς πάντα τὰ
16 ἔργα τοῦ ὑψίστου, † δύο δύο ἐν κατέναντι τοῦ ἑνός. † Κἀγὼ ἔσχατος
13 ἠγρύπνησα, Κεφ. λϛ'. Καὶ κατεκληρονόμησα αὐτοὺς καθὼς ἀπ'
14 ἀρχῆς. † Ἐλέησον λαὸν κύριε κεκλημένον ἐπ' ὀνόματί σου, † καὶ
15 Ἰσραὴλ ὃν πρωτογόνῳ ὡμοίωσας. † Οἰκτείρησον πόλιν ἁγιάσμα-
16 τός σου † Ἱερουσαλήμ, (η) πόλιν καταπαύματός σου. † Πλῆσον
17 Σιὼν ἆραι τὰ λόγιά σου, † καὶ ἀπὸ τῆς δόξης σου τὸν λαόν σου. † Δὸς μαρτύριον τοῖς ἐν ἀρχῇ κτίσμασί σου, † καὶ ἔγειρον προφητείας
18 τὰς ἐπ' ὀνόματί σου, † Δὸς μισθὸν τοῖς ὑπομένουσί σε, † καὶ οἱ προφῆταί σου (θ) ἐμπιστευθήτωσαν. † Εἰσάκουσον κύριε δεήσεως
19 τῶν ἱκετῶν σου, Κατὰ τὴν εὐλογίαν Ἀαρὼν περὶ τοῦ λαοῦ σου, † καὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς, † (ι) ὅτι σὺ κύριος εἶ ὁ θεὸς τῶν
20 αἰώνων. † Πᾶν βρῶμα φάγεται κοιλία, † ἔστι δὲ βρῶμα βρώματος
21 κάλλιον. † (κ) Φάρυγξ γεύεται βρώματα θήρας, † οὕτως καρδία
22 συνετὴ λόγους ψευδεῖς. † Καρδία στρεβλὴ δώσει λύπην, † καὶ
23 ἄνθρωπος πολύπειρος ἀνταποδώσει αὐτῷ. † Πάντα ἄρρενα ἐπιδέξεται γυνή, † ἔστι δὲ θυγάτηρ θυγατρὸς
24 κρείσσων. † Κάλλος γυναικὸς ἱλαρύνει πρόσωπον, † καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀνθρώπου ὑπεράγει.
25 † Εἰ ἔστιν ἐπὶ γλώσσης αὐτῆς ἔλεος καὶ πραΰτης, † οὐκ ἔστιν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καθ' υἱοὺς ἀνθρώπων.

MS.A. (δ) ηὐλόγησεν (ε) καὶ πρὸς αὐτὸν ἤγγισεν, καὶ ἀνέστρεψεν (ζ) ἀπὸ ἀποστάσεως (η) τόπον (θ) ἐμπιστευθήτωσαν. (ι) ὅτι κύριος (κ)* Βάρυγξ

Ex ipsis exaltavit, & sanctificavit, & ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines de solo : & ex terra creatus est Adam. In multitudine scientiæ Dominus separavit eos, & immutavit vias illorum. Ex ipsis benedixit, & exaltavit ; & ex ipsis sanctificavit, & ad se applicavit. Ex ipsis maledixit, & humiliavit ; & evertit illos à statione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu ejus : Omnes viæ ejus secundùm beneplacitum ejus. Sic homines in manu illius qui fecit eos, ad reddendum illis secundùm judicium suum. Contra malum bonum est, & contra mortem vita : sic contra pium peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi, (c) duo, duo, unum contra unum. Et (d) ego novissimus evigilavi. CAP. 36. (e) Et hæreditavi eos, sicut ab initio. Miserere plebi, Domine, vocatæ in nomine tuo ; & Israel, quem primogenito assimilâsti. Miserere civitati sanctificationis tuæ Hierusalem, civitati requiei tuæ. Reple Sion ad extollenda eloquia tua, & à gloria tua populum tuum. Da testimonium iis qui ab initio (f) creaturæ tuæ sunt : & suscita prophetias, quæ in nomine tuo. Da mercedem sustinentibus te : & prophetæ tui fideles inveniantur. Exaudi, Domine, orationem (g) supplicum tuorum, Secundùm benedictionem Aaron de populo tuo. Et scient omnes qui super terram ; quia tu Dominus es Deus seculorum. Omnem escam manducabit venter: est autem cibus cibo melior. Fauces gustant cibos venationis: sic cor sensatum verba mendacia. Cor pravum dabit tristitiam : & homo peritus retribuet ei. Omnem masculum excipiet mulier : est autem filia melior filiâ. Species mulieris exhilarat faciem, & super omnem concupiscentiam hominis superducit. Si est in lingua ejus misericordia, & (h) mansuetudo; non est vir illius secundùm filios hominum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 8 * ܐܥܫܢ ܐܝܕܐ ܘܕܪܥܐ ܕܝܡܝܢܐ. * ܐܥܝܪ ܚܡܬܐ ܘܐܫܘܕ ܚܡܬܐ. * ܐܒܕ ܣܢܐܐ ܘܒܥܠܕܒܒܐ
9 10 ܒܛܠ. * ܐܝܬܐ ܩܨܐ ܘܩܪܒ ܙܒܢܐ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܕܐܡܪ ܠܟ. ܡܢܐ ܥܒܕ ܐܢܬ.
11 12 * ܒܢܘܪܐ ܘܒܚܡܬܐ ܐܘܒܕ ܣܢܐܐ. ܘܟܠ ܪܘܪܒܢܐ ܘܫܠܝܛܢܐ ܕܥܡܡܐ. * ܒܛܠ ܬܓܐ
13 ܕܣܢܐܐ ܕܐܡܪ. ܕܠܝܬ ܐܟܘܬܝ. * ܟܢܫ ܫܒܛܐ ܕܝܥܩܘܒ. ܘܢܐܪܬܘܢ. ܐܝܟ
14 ܕܐܡܪܬ ܡܢ ܝܘܡܬܐ ܩܕܡܝܐ. * ܚܘܣ ܥܠ ܥܡܟ. ܕܐܬܩܪܝ ܫܡܟ ܥܠܘܗܝ. ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ.
15 ܕܐܟܢܝܬ ܒܘܟܪܟ. * ܪܚܡ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܘܕܫܟ. ܐܘܪܫܠܡ ܐܬܪܐ ܕܢܝܚܘܬܟ.
16 17 * ܡܠܝ ܨܗܝܘܢ ܡܢ ܪܒܘܬܟ. ܘܡܢ ܐܝܩܪܟ ܗܝܟܠܟ. * ܐܩܝܡ ܣܗܕܘܬܐ ܕܥܒܕܝܟ.
18 ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܢܐܬܝܢ ܢܒܝܘܬܐ ܕܢܒܝܝܟ. ܐܝܠܝܢ ܕܒܫܡܟ ܡܠܠܘ. * ܘܗܒ ܐܦ ܐܓܪܐ
19 ܠܡܢ ܕܡܣܟܐ ܠܟ. ܘܢܒܝܝܟ ܢܬܗܝܡܢܘܢ. * ܘܨܠܘܬܐ ܕܥܒܕܝܟ ܫܡܥ. ܐܝܟ
ܨܒܝܢܐ ܕܥܡܟ. ܘܢܕܥܘܢ ܟܠܗܘܢ ܕܒܣܘܦܝ ܐܪܥܐ. ܕܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܥܠܡ
20 ܥܠܡܝܢ. * ܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܡܩܒܠܐ ܢܦܫܐ. ܒܪܡ ܐܝܬ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܡܢ ܡܐܟܘܠܬܐ
21 ܒܣܝܡܐ. * ܦܘܡܐ ܛܥܡ ܛܥܡܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ. ܘܠܒܐ ܕܚܟܝܡܐ. ܡܠܐ ܕܥܘܠܐ
23 24 * ܠܒܐ ܥܩܡܐ. ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܘܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ. ܡܣܬܟܠ ܒܗܠܝܢ. * ܫܘܦܪܐ
ܕܐܢܬܬܐ ܡܢܗܪ ܐܦܝܗ. ܘܥܠ ܟܠ ܪܓܬܐ ܕܥܝܢܐ ܗܘ ܡܝܬܪ.

* Corrobora manum & brachium dexterum. Excita furorem, & iram effunde. Profliga osorem, & inimicum abroga. Profer finem, & advenire fac tempus; quia non est qui tibi dicat, Quid agis ? Irâ & igne perde osorem & omnes magnates ac principes gentium. Abole diadema hostis dicentis, Non est meî similis. Congrega omnes tribus Jacobi, fiantque hæredes prout ab antiquis diebus asseruisti. Hilaris esto erga populum tuum super quem invocatum est nomen tuum, erga Israelem quem vocâsti primogenitum tuum. Urbem sanctitatis tuæ miserere, Jerusalem locum tuæ quietis. Imple Sionem magnificentiâ tuâ, & honore tuo templum tuum. Affirma testimonia servorum tuorum ut ab initio, & adveniant vaticinia prophetarum tuorum qui nomine tuo sunt locuti. Des etiam mercedem te expectanti, & prophetarum tuorum fides comprobetur. Et orationem servorum tuorum audias secundùm voluntatem populi tui ; ut sciant omnes qui sunt in extremis terræ partibus, te esse Deum in seculum seculorum. Quemvis cibum excipit animus, est tamen cibus cibo jucundior. Os gustat cibi saporem, & cor sapientum verba iniquorum. Cordis *dissimulatione* tecti plurima est cura, & vir prudens hæc intelligit. Pulchritudo mulieris commendat ejus faciem, & cuilibet oculorum concupiscentiæ hæc prævalet.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

7 8 * وتسند اليد والذراع اليمين * أهج السخط والغضب أظهر * أهزم العدو واكسر الجاهد *
9 10 * العدا وولع لهم العقوبة لان ليس احد يقدر ان يقول ماذا انت صانع * بالنار والغضب
11 12 احرق العدو * وجميع من لم يعرفك من جميع الشعوب واشرافهم * ابطل تاج العدو القايل
13 14 ليس مثلي * واجمع جميع اسباط يعقوب * وليرثوا كما قلت في الايام القديمة * وافرح
15 بشعبك الذي دعي اسمك عليه * وباسرايل الذي سميته بكرك * ارحم مدينتك الطاهر
16 17 اورسليم مكان محلك * املا صهيون من عظمتك * وليفض هيكلك كرامتك * وبيت
18 شهادات عبيدك كالمرة الاولي * واقم نبوات انبياءك الذين تنبوا باسمك * واعط الثواب من
19 رجاك * وليصدق انبياءك * واسمع صلوة عبيدك كمسرة شعبك * ليعرف جميع من في
20 اقاصي الارض انك انت الله العزيز الدايم الي ابد الابد * والنفس تقبل جميع الاطعمة *
21 ولكن رب طعام هو اطيب والذ من غيره * الفم يذوق طعم الطعام * وقلوب الحكماء
22 تذوق كلام الايمة * القلب الخفي هو كثير الهموم * والعاقل هو يبصر هذه الاشياء كلها *
24 * جمال المراة يمدح وجهها * وعلي جميع شهوات العين فانها تستعر *

Et confortetur manus brachiúmq; dexterum. Provoca iram, & furorem declara, Hostémque effuga, & profliga adversarium, Nos quidem *concordiâ liga, eis autem supplicium alliga ; quia nemo est qui dicere possit, Quid facis ? Igne & irâ combure inimicum & omnes qui te non agnoscunt, tam populos omnes, quàm nobiles eorum. Cessare fac tiaram inimici dictitantis, Non est meî similis. Congrega omnes tribus Jacobi, ut sint hæredes ut dixisti pristinis diebus. Et oblectare populo tuo super quem invocatum est nomen tuum, & Israele quem nuncupâsti primogenitum tuum. Miserere urbis tuæ sanctæ Jerusalem, loci habitationis tuæ. Imple Sionem majestate tuâ, & templum tuum gloriâ tuâ redundet. Confirma testimonia servorum tuorum ut primâ vice, et tuere prædictiones prophetarum tuorum qui nomen tuũ prænuntiârunt. Et redde præmium te expectanti, sintque veridici prophetæ tui. Et exaudi preces servorum tuorum pro voto populi tui ; ut cognoscant omnes qui sunt in extremitatibus terræ, te esse Deum fortissimum perduraturum in secula seculorum. Omnes quidem escas recipit animus, attamen sunt quædam escæ aliis delicatiores ac suaviores. Os gustat saporem escæ, & corda sapientum gustant sermones iniquorum. Cor occultum curis abundat, prudens autem has res omnes inspicit. Pulchritudo mulieris laudat vultum ipsius, omnésque oculi concupiscentias ipsa quidem superat.*

Versio VULG. LAT.

26 Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem : ad-
27 jutorium secundùm illum est, & columna ut requies. Ubi
non est sepes, diripietur possessio : & ubi non est mulier,
28 ingemiscit egens. Quis credit ei, qui non habet nidum, &
deflectens ubicunque obscuraverit, quasi succinctus latro
exiliens de civitate in civitatem ?

CAP. XXXVII.

1 Omnis amicus dicet ; Et ego amicitiam copulavi : sed est
amicus solo nomine amicus. Nónne tristitia inest usque ad
2 mortem ? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conver-
3 tentur. O præsumptio nequissima, undè creata es cooperire
4 aridam malitiâ, & dolositate illius ? Sodalis amico conju-
cundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis
5 adversarius erit. Sodalis amico condolet causâ ventris, &
6 contra hostem accipiet scutum. Non obliviscaris amici tui
in animo tuo, & non immemor sis illius in opibus tuis.
7 Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, & à zelantibus
8 te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consili-
9 um, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serva
animam tuam : priùs scito quæ sit illius necessitas : & ipse
10 enim animo suo cogitabit : Ne fortè mittat sudem in ter-
11 ram, & dicat tibi ; Bona est via tua : & stet è contrario vi-
12 dere quid tibi eveniat. Cum viro irreligioso tracta de san-
ctitate, & cum injusto de justitia, & cum muliere de ea quæ
æmulatur : cum timido de bello, cum negotiatore de tra-
jectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de
gratiis agendis,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

26 † Ὁ κτώμενος γυναῖκα ἐνάρχεται κτήσεως, † βοηθὸν κατ' αὐτὸν καὶ
27 στύλον (λ) ἀναπαύσεων. † Οὗ οὐκ ἔστι φραγμὸς διαρπαγήσεται κτῆμα,
28 † καὶ οὗ οὐκ ἔστι γυνὴ στενάξει πλανώμενος. † Τίς γὰρ πιστεύσει εὐζώνῳ
λῃστῇ (μ) † σφαλλομένῳ ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ; † οὕτως ἀνθρώπῳ
μὴ ἔχοντι νοσσιὰν † καὶ καταλύοντι οὗ ἐὰν ὀψίσῃ.
MS. A. (λ) ἀναπαύσεως. (μ) ἀφαλλομένῳ

ΚΕΦ. λζ'.

1 † Πᾶς φίλος ἐρεῖ, Ἐφιλίασα (α) αὐτῷ κἀγώ· † ἀλλ' ἔστι φίλος
2 ὀνόματι μόνον φίλος. † οὐχὶ λύπη ἔνι ἕως θανάτου, † Ἑταῖρος
3 καὶ φίλος τρεπόμενος εἰς (β) ἔχθραν ; † Ὦ πονηρὸν ἐνθύμημα,
4 πόθεν ἐνεκυλίσθης † καλύψαι τὴν ξηρὰν ἐν δολιότητι ; † Ἑταῖρος
φίλου ἐν εὐφροσύνῃ ἥδεται, † καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.
5 † Ἑταῖρος φίλῳ συμπονεῖ χάριν γαστρός, (γ) † ἔναντι πολέμου
6 λήψεται ἀσπίδα. † Μὴ (δ) ἐπιλάθῃ φίλου ἐν τῇ ψυχῇ σου, † καὶ μὴ
8 ἀμνημονήσῃς (ε) αὐτοῦ ἐν χρήμασί σου. † Πᾶς σύμβουλος ἐξαίρει
9 βουλήν, † ἀλλ' ἔστι συμβουλεύων εἰς ἑαυτόν. † Ἀπὸ συμβούλου φύλαξον
τὴν ψυχήν σου, † καὶ γνῶθι πρότερον τίς αὐτοῦ χρεία· † καὶ γὰρ
10 αὐτὸς ἑαυτῷ βουλεύσεται· † Μήποτε βάλῃ ἐπὶ σοὶ κλῆρον, † καὶ
11 εἴπῃ σοι, Καλὴ ἡ ὁδός σου, † καὶ στήσεται ἐξ ἐναντίας ἰδεῖν τὸ
7 συμβησόμενόν σοι. † Μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε, † καὶ ἀπὸ
12 τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν. † Μετὰ γυναικὸς περὶ (ζ) ἀντιζήλου
αὐτῆς, † καὶ μετὰ δειλοῦ περὶ πολέμου· † μετὰ ἐμπόρου περὶ μεταβολίας,
† καὶ μετὰ ἀγοράζοντος περὶ πράσεως· † μετὰ βασκάνου περὶ εὐχαριστίας,
MS. A. (α) κἀγώ· (β) ἐχθρόν ; (γ) ἀπέναντι (δ) ἐπιλάθου
(ε) αὐτῷ (ζ) τῆς ἀντιζήλου

Qui possidet mulierem ; inchoat possessionem, ad- 26
jutricem secundùm se, & columnam requietis.
Ubi non est sepes ; diripietur possessio : & ubi 27
non est mulier ; ingemiscet errans. Quis enim 28
credet succincto latroni (i) erranti de civitate
in civitatem ? sic homini non habenti nidum, &
deflectenti, ubicunque obscuraverit.

CAP. XXXVII.

Omnis amicus dicet ; Et ego cum illo amici- 1
tiam copulavi : sed est amicus solo nomine amicus.
Nónne tristitia (a) inest usque ad mortē, Sodalis & 2
amicus convertens se ad inimicitiam ? O præsum- 3
ptio nequissima, undè devoluta es cooperire ari-
dam in dolositate ? Sodalis amico (b) conjo- 4
cundatur in oblectatione : & in tempore tribu-
lationis contrarius erit. Sodalis amico (c) con- 5
dolet causâ ventris : contra (d) bellum accipiet
scutum. Ne obliviscaris amici in animo tuo : 6
& non immemor sis illius in opibus (e) tuis.
Omnis consiliarius extollit consilium : sed est, 8
qui consulit sibi ipsi. A consiliario serva ani- 9
mam tuam : & scito priùs, quæ sit illius neces-
sitas : etenim ipse sibi consulet : Ne fortè mit- 10
tat super te sortem, & dicat tibi ; Bona est via 11
tua : & stabit è contrario videre, quid tibi eve-
niat. Noli consiliari cum eo, qui te suspectum 7
habet, & à zelantibus te absconde consilium :
Cū muliere de æmula ejus, & cū timido de bello : 12
cū negotiatore de permutatione, & cum empto-
re de venditione : cū invido de gratiis reddendis,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 * ܒܪܝܫ ܩܢܝܢܟ. ܩܢܝ ܐܢܬܬܐ ܛܒܬܐ. ܥܕܪܐ ܗܝ ܓܝܪ ܐܟܘܬܟ. ܘܐܣܛܘܢܐ ܠܘܩܒܠܟ.
27 * ܐܝܟܐ ܕܠܝܬ ܣܝܓܐ. ܢܬܒܥܪܘܢ ܟܪܡܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܠܝܬ ܐܢܬܬܐ. ܓܠܐ ܘܡܬܒܕܪ. * ܡܢܘ ܓܝܪ
28 ܢܗܝܡܢ ܠܛܠܝܐ ܕܕܡܐ ܠܛܒܝܐ. ܕܫܘܪ ܡܢ ܡܕܝܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܗܟܢܐ ܠܓܒܪܐ ܕ
ܠܝܬ ܠܗ ܐܢܬܬܐ. ܟܠ ܐܝܟܐ ܕܡܬܦܓܥ ܢܡܘܬ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܠܙ *
1 * ܘܐܦ ܗܘ ܪܚܡܐ ܐܡܪ ܠܪܚܡܗ. ܪܚܡ ܐܢܐ. ܒܪܡ ܐܝܬ ܪܚܡܐ ܕܫܡܗ ܪܚܡܐ. ܘܠܐ ܡܛܐ ܠܡܘܬܐ ܥܕܡܐ.
2 * ܪܚܡܐ ܕܫܪܪܐ. ܐܝܟ ܢܦܫܟ ܢܗܘܐ ܠܟ. * ܒܥܠܕܒܒܐ ܘܒܝܫܐ ܠܡܢܐ ܐܬܒܪܝܘ. ܐܠܐ ܠܡܡܠܝܘ
3
4 ܐܪܥܐ ܒܥܒܕܐ ܕܥܘܠܐ. * ܒܝܫ ܪܚܡܐ ܕܩܪܝܒ ܠܦܬܘܪܐ. ܘܒܥܕܢ ܒܝܫܬܐ ܩܐܡ ܡܢ ܠܩܘܒܠܐ.
5 * ܛܒ ܪܚܡܐ ܕܡܬܟܬܫ ܠܘܩܒܠ ܒܥܠܕܒܒܐ. ܘܐܚܝܕ ܬܪܣܐ. * ܠܐ ܬܫܒܚ ܪܚܡܟ
6 ܒܦܪܨܘܦܗ. ܘܠܐ ܬܫܠܛܝܘܗܝ ܒܒܝܬܟ. * ܟܠ ܡܠܟܐ ܚܙܝ. ܒܪܡ ܐܝܬ ܡܠܟܐ ܕܬܪܝܨ 8
9 ܥܒܝܕ. * ܡܢ ܡܠܟܐ ܥܘܠܐ ܐܙܕܗܪ ܠܟ. ܘܕܥ ܠܘܩܕܡ. ܡܢܐ ܣܢܝܩ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘ
10 ܒܢܦܫܗ ܡܬܪܥܐ. * ܕܠܡܐ ܢܪܡܐ ܥܠܝܟ ܢܟܠܐ. ܘܢܐܡܪ. ܡܐ ܬܪܝܨ ܗܘ
11 ܐܘܪܚܟ. ܘܢܩܘܡ ܡܢ ܠܩܘܒܠ. ܘܢܚܙܐ ܨܥܪܟ. * ܠܐ ܬܬܡܠܟ ܥܡ ܣܢܐܟ. ܘܡܢܗ
12 ܟܣܐ ܪܐܙܟ. * ܥܡ ܐܢܬܬܐ ܠܐ ܬܓܘܪ ܒܗ. ܘܥܡ ܒܥܠܕܒܒܐ ܠܐ ܬܬܚܪܐ. ܘܥܡ ܬܓܪܐ
ܥܠ ܬܐܓܘܪܬܗ. ܘܥܡ ܙܒܘܢܐ ܥܠ ܙܒܢܗ. ܐܘ ܥܡ ܥܘܠܐ ܥܠ ܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܘܥܡ
ܐܢܫ ܕܠܝܬ ܠܗ ܪܚܡܐ. ܥܠ ܥܒܕ ܪܚܡܐ.

Inter præcipuas possessiones tuas posside 26
uxorē bonam; adjumentū est enim tibi simile,
& columna ex adversio tuî. Ubi non adest 27
sepes, racemabuntur vineæ : & ubi non adest
uxor, *omnia* detecta sunt ac dilapidata. Quis 28
enim credat adolescenti capreolo simili, ab
urbe in urbem saltanti ? Ita vir qui non ha-
bet uxorem, quocunque inciderit, morietur.

CAP. XXXVII.

Is etiam amico suo dicit, Equidem amo : 1
verùm est amicus nomine tenus amicus, qui
non pervenit ad mortem usque. Verus ami- 2
cus, ut anima tua sit tibi. Inimicus & scele- 3
ratus quorsum creati sunt, nisi ad implendam
terram operibus facinorosis ? Malus est ami- 4
cus qui ad mensam proximus est, tempore
autem calamitatis stat procul. Bonus est ami- 5
cus qui arrepto scuto pugnat adversùs inimi-
cum. Ne laudes amicum præsentem, neve po- 6
testatem ei tribuas in domum tuam. Omnem 8
consiliarium vide ; sed est consilium rectè fa-
ctum. A consiliario iniquo cave tibi, & 9
nosce priùs quid requirat, (nam ipse quoque
aliquid animo suo cogitat) Neque dolo ma- 10
lo te circumveniat, dicátque ; Quam rectum
est tuum institutum, atque *interim* stans ex
adverso spectet ignominiam tuam. Ne con- 11
silium ineas cum osore tuo, eundémque cela
secretum tuum : *Neque* cum muliere, ne ad- 12
ulterium cum illa committas ; neque cum ini-
mico, ne rixeris ; cum mercatore de merci-
bus ejus, cum emptore de venditione sua,
aut cum scelerato de bene agendo, & cum
eo qui nullam habet misericordiam, de præ-
standa misericordia.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * في بدي مالك اقتني امراة صالحة * لانها عون مثلك واسطوانة مقابلك * حيث لا تكون
27 الحيطان سرق عنب الكرم * كذلك بيت ليس فيه امراة وانه ضايع مبدد * من يطمان الي
28 الشاب الاعزب الذي ليس له امراة حيث ما ادركه الموت مات غريبا * الفصل السابع والثلثون *
1 * والصديق يقول اني احببت ولكن في الناس من يري صديقه وصاحبه * ولا يثبت في الشدة
2 الي الموت ولا يدوم حبه * فاما صديق الحق فانزله مثل نفسك * لماذا خلق الله العدو والخبيث
3
4 الا لملا الارض من فعال الاثم * بيس الصديق الذي يحضر المايدة وعند الشدة ينحا * نعم
5
6 الصديق الذي بيده الترس يجاهد العدو * لا تمدح صديقك بمشهده ولا تسلطه علي بيتك *
8 * اسمع من كل من يشير عليك لان رب مشورة علي الصواب * احذر مشورة الفاجر وكن اولا ماذا
9
10 يطلب له * انه ايضا يفكر في نفسه * تحفظ لعله يمكر بك مكر سوء * ويقول لك نعم رايك
11
12 وفي اخر ذلك يقوم حذاك ويضحك منك * لا تستشير عدوك في شي * اكتم سرك * اكتم
سرك عن المراة ليلا تفجر بها * ومن عدوك ليلا يقاتلك * ومن التجار علي تجاراتهم * ومن
البايع لبيعه * ولا تضيع المعروف بسبب الاثمة * ولا ترحم من ليس له رحمة *

Initio opum tuarum posside uxorem bo- 26
nam, cum ipsa sit simile tibi subsidium
& columna è regione tuî. Ubi non sunt 27
parietes, uva vineæ diripitur : eodem
modo, domus in qua non est uxor, perit ac
dissipatur. Ecquis fidat juveni cælibi 28
uxore carenti, qui ubicunque mors appre-
henderit eum, moritur inquilinus :

CAP. XXXVII.

Amico etiam suo inquit ; Equidem 1
diligo : sed est inter homines, qui videtur
esse amicus & familiaris ejus, tamen in
adversitate ad mortem usque non persistit,
nec constans est amicitia illius. Amicum 2
verò fidum ut animam tuam reputa. Ad 3
quid creavit Deus inimicum improbum,
nisi ut repleat terram operibus iniquis ?
Malus est amicus qui adest mensæ, & in 4
adversitate se subtrahit. Bonus est ami- 5
cus qui scutum manu tenens inimicum
oppugnat. Ne laudes amicum tuum in 6
præsentia sua, neque des illi potestatem
in domum tuam. Audi omnem consilium 8
tibi dantem, aliquod enim consilium erit
rectum. Cave à consilio scelerati, & 9
certior fias priùs quid sibi quærat ; nam
ipse etiam curam habet suiipsius. Cave 10
ne te decipiat dolo malo, dicátque tibi,
Recta est opinio tua ; ad extremum au-
tem constituat se ex adverso tuî, téque
rideat. Ne consilium petas ab inimico 11
tuo ulla in re ; cela eum arcanum tuum.
Cela mulierem secretum tuum, ne com- 12
mittas adulterium cum ipsa ; & inimi-
cum tuum, ne adversùs te contendat ; &
mercatores quoad merces eorum ; & ven-
ditorem circa venditionem ejus : & be-
neficium ne perdas (male colloces) *mo-*
re iniquorum ; neque miserearis ejus cui
non est misericordia.

Verſio VULG. LAT.

13 Cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum
14 operario agrario de omni opere, Cum operario annuali de
conſummatione anni, cum ſervo pigro de multa opera-
15 tione : non attendas his in omni conſilio. Sed cum viro
ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoveris obſervantem
16 timorem Dei, Cujus anima eſt ſecundùm animam tuam : &
17 qui, cùm titubaveris in tenebris, condolebit tibi. Cor boni
conſilii ſtatue tecum : non eſt enim tibi aliud pluris illo.
18 Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem
19 circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Et in
his omnibus deprecare Altiſſimum, ut dirigat in veritate vi-
20 am tuam. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, &
21 ante omnem actum conſilium ſtabile. Verbum nequam im-
mutabit cor : ex quo partes quatuor oriuntur, bonum &
malum, vita & mors : & dominatrix illorum eſt aſſidua lin-
gua. Eſt vir aſtutus multorum eruditor, & animæ ſuæ inuti-
22 lis eſt. Vir peritus multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt.
23 Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt : in omni re defrauda-
24 bitur. Non eſt illi data à Domino gratia : omni enim
25 ſapientiâ defraudatus eſt. Eſt ſapiens, animæ ſuæ ſapiens :
26 & fructus ſenſûs illius laudabilis. Vir ſapiens plebem ſuam
27 erudit, & fructus ſenſûs illius fideles ſunt. Vir ſapiens im-
28 plebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt. Vi-
ta viri in numero dierum : dies autem Iſrael innumerabiles
29 ſunt. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen
30 illius erit vivens in æternum. Fili, in vita tua tenta animam
31 tuam : & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem : Non
enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ
omne genus placet.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

13 † Καὶ μετὰ ἀνελεήμονος περὶ χρηστοηθείας· † μετὰ ὀκνηροῦ περὶ παντὸς
14 ἔργου, † Καὶ μετὰ μισθίου (η) ἐφεστίου περὶ συντελείας, † οἰκέτῃ ἀργῷ
περὶ πολλῆς ἐργασίας· † μὴ ἔπεχε ἐπὶ τούτοις περὶ πάσης συμ-
15 βουλίας. † Ἀλλ' ἢ μετὰ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐνδελέχιζε, † ὃν ἂν ἐπι-
16 γνῷς συντηροῦντα ἐντολάς· † Ὃς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ κατὰ τὴν ψυχήν
17 σου, † καὶ ἐὰν πταίσῃς, συναλγήσει σοι. † Καὶ βουλὴν καρδίας
18 στῆσον, † οὐ γάρ ἐστί σοι πιστότερος αὐτῆς. † Ψυχὴ γὰρ ἀνδρὸς ἀπαγ-
γέλλειν ἐνίοτε εἴωθεν, † ἢ ἑπτὰ σκοποὶ ἐπὶ μετεώρου καθήμενοι
19 ἐπὶ σκοπῆς. † Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δεήθητι ὑψίστου, † ἵνα εὐ-
20 θύνῃ ἐν ἀληθείᾳ τὴν ὁδόν σου. † Ἀρχὴ παντὸς ἔργου λόγος, † καὶ πρὸ
21 πάσης πράξεως βουλή. Ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας. † (ζ) τέσσαρα
μέρη ἀνατέλλει, † ἀγαθὸν καὶ κακόν, ζωὴ καὶ θάνατος, † καὶ (θ) κυ-
22 ριεύουσα ἐνδελεχῶς αὐτῶν γλῶσσά ἐστι. † Ἔστιν ἀνὴρ πανοῦργος
(ι) καὶ πολλῶν παιδευτής, καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ (κ) ἄχρηστός ἐστιν.
23 † Ἔστι σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός, οὗτος πάσης τροφῆς καθυστε-
24 ρήσει. † Οὐ γὰρ ἐδόθη αὐτῷ παρὰ κυρίου χάρις, † ὅτι πάσης σο-
25 φίας ἐστερήθη. † Ἔστι σοφὸς τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ, † καὶ οἱ καρποὶ τῆς
26 συνέσεως αὐτοῦ ἐπὶ στόματος πιστοί. † Ἀνὴρ σοφὸς τὸν ἑαυτοῦ λαὸν
27 παιδεύσει, † καὶ οἱ καρποὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ πιστοί. † Ἀνὴρ σοφὸς
(λ) πλησθήσεται εὐλογίας, † καὶ μακαριοῦσιν αὐτὸν πάντες οἱ ὁρῶν-
28 τες. † Ζωὴ ἀνδρὸς ἐν ἀριθμῷ ἡμερῶν, † καὶ αἱ ἡμέραι τοῦ Ἰσραὴλ
29 ἀναρίθμητοι. † Ὁ σοφὸς ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ κληρονομήσει πίστιν,
30 καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ (μ) ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. † Τέκνον, (ν) ἐν τῇ
ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου, † καὶ ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ, καὶ μὴ
31 δῷς αὐτῇ. † Οὐ γὰρ πάντα πᾶσι συμφέρει, † καὶ οὐ πάσῃ ψυχὴ ἐν
παντὶ εὐδοκεῖ.

MS. A. (η) ἐπαιτίου (ζ) πέντε &c. (θ) ἡ κυριεύουσα ἐνδελεχῶς αὐτῶν (ι) πολλῶν (κ) ἐστιν ἄχρηστος. (λ) ἐμπλησθήσεται εὐλογίας, μακαριοῦσιν (μ) ζήσεται (ν) ἐν ζωῇ

Cum Tranſlatione LATINA.

Et cum immiſericorde de beneficentia : cum pi- 13
gro de omni opere, Et cum mercenario (f) dome-
ſtico de conſummatione ; ſervo pigro de multa 14
operatione. Non attendas his de omni conſilio. Sed 15
cum viro ſancto aſſiduus eſto, quem cognoveris
obſervantem mandata : Qui in anima ſua eſt 16
ſecundùm animam tuam : &, ſi cecideris, con-
dolebit tibi. Et conſilium cordis ſtatue : non eſt 17
enim tibi fidelior ipſo. Anima enim viri annun- 18
tiare interdum conſuevit magìs, quàm ſeptem
circumſpectores ſedentes in excelſo ſuper ſpe-
culam. Et in his omnibus deprecare Altiſſimum; 19
ut dirigat in veritate viam tuam. Principium 20
omnis operis, verbum : & ante omnem actum,
conſilium. Veſtigium mutationis (g) cordis. Qua- 21
tuor partes oriuntur, bonum & malum, vita &
mors : & dominatrix aſſiduè illorum eſt lingua.
Eſt vir aſtutus, & multorum eruditor ; & ani- 22
mæ propriæ inutilis eſt. Eſt, qui ſapientiam 23
oſtentat in ſermonibus odibilis : hic omni (h)
alimento defraudabitur. Non eſt enim data illi à 24
Domino gratia : omni enim ſapientiâ defrauda-
tus eſt. Eſt ſapiens animæ ſuæ : & fructus ſen- 25
ſûs illius in ore fideles. Vir ſapiens plebem ſuam 26
erudiet : et fruct⁹ ſenſûs illius (i) fideles ſunt. Vir 27
ſapiens implebitur benedictione : et beatificabunt
illum omnes qui vident. Vita viri in numero 28
dierum : dies autem Iſrael innumerabiles ſunt.
Sapiens in populo ſuo hæreditabit (k) fidem : & 29
nomen ejus vivet in æternum. Fili, in vita tua 30
tenta animam tuam : & vide, quid malum ei, &
non des ei : Non enim omnia omnibus expedi- 31
unt : & non omni animæ omnia placent.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

13 14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
27 [illegible]
29 30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]

Cum mercenario in opera ſua perfido, & 13
cum mercenario iniquo, ſecretum ne com-
ponas. Servo dominos ſuos fraudare ten- 14
tanti ne ſis conſiliarius. Cum hominibus 15
juſtis cohabita, quoniam hi verentur peccare
coram Deo, Et cor eorum convenit cum 16
corde tuo, & cùm *horum aliquis* injuriâ te
affecerit, ſeipſum afficit injuriâ ; cùm bene-
ficium tibi præſtiterit, ſibi ipſi præſtat bene-
ficium. Fides enim ejus ſervat ipſum, & ipſe 17
quoque æquè fidelis eſt ac tu. Cor hominis 18
jucunditatem percipit ex inſtituto ſuo majo-
rem quàm ex divitiis mundi inutilibus. Cæ- 19
terùm ad hæc omnia Deum precare, ut ipſe
dirigat inſtitutum tuum fideliter coram ho-
minibus, & coram quavis re. Dominus cre- 21
avit omnia, bonum ac malum, vitam ac mor-
tem : & qui dominus eſt linguæ ſuæ, eripie-
tur à malo. Et quiſquis opinione ſuâ ſapiens 22
eſt, hic eſt inſipiens. Eſt enim ſapiens qui 23
narrationibus ſuis fiat exoſus, omníque ho-
nore privet ſeipſum. Eſt etiam ſapiens, qui 24
ſemper ſapiens eſt, fructus ſapientum ſunt
pro ipſis. Eſt rurſum ſapiens qui ſibimet ſit 25
ſapiens, & fructus actionum iſtius ex ejuſdem
vultûs aſpectu *deprehenduntur*. Qui ſibi ſa- 27
piens eſt, ſaturabitur delitiis, & omnes eum
ſpectantes laudabunt illum. Sapiens in po- 29
pulo conſequetur gloriam, & nomen ejus
permanebit in vitam æternam. Fili mi, dum 30
vivis, proba animam tuam ; & vide, quod
noxium ei eſt, ne indulgeas illi. Non enim 31
quilibet cibus confert, nec quævis anima
exiguo contenta eſt.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

13 14 والاجير العاجز في عمله * والاجير الفاجر لا تساررهما في السر * والعبد الذي يريد ظلم
15 اربابه * اياك ان تكون له موامرا * ولتكون سكناك مع قوم صدق * ويتقون الاثم ويخافون
16 الله * وقلوبهم سليمة مثل قلبك * وان اضر بك احد فانما يضر بنفسه * وان احسن
17 18 اليك فانما يحسن الي نفسه * لان امانته بالله تجعله علي هذا * لانه مومن بالله مثلك * فان
19 الانسان يفرح في طريقه افضل من فرح غنا الدنيا الذي لا يدوم * مع هذه الاشياء كلها
21 فادمن الصلوة امام الله * لكي يسهل طريقك بالحق والقسط بين الناس وجميع الامور * الرب
22 خلق الخير والشر * والحيوة والموت * ومن ملك لسانه نجي من الشر * ومن اعجبه عقله فهو
23 24 جاهل * في الناس من هو حكيم يمقت لكثرة كلامه * ويخس من نفسه الكرامة * ورب حكيم
25 هو ثابت علي عمل كل خير * اثمار الحكماء لانفسهم ولغيرهم * وربما حكيم حكمته لنفسه * وثمار
27 29 اعماله تعرف من وجهه * العاقل يكتسب الكرامة ويمدحه جميع من يعرفه * فاما عاقل القوم
30 يرث الكرامة * واسمه ثابت الي الحياة الدايمة * يا بني جرب نفسك في حياتك * وانظر ما لا ينفع
31 به من الطعام * فاياك ان تطيعها * فان الاطعمة ليس ينفع جميعها * والقليل يقنع النفس *

Cum mercenario in opera ſua ignavo, & 13
mercenario ſceleſto ne conſilium ineas in
malo : Et ſervo dominos ſuos fraudare 14
cupienti, cave ne ſis conſiliarius. Sit 15
autem familiaritas tua cum hominibus
fidis, iniquitatem metuentibus, timenti-
bus Deum, Quorum corda ſincera ſint 16
ſicut cor tuum, quorum ſi quis tibi nocue-
rit, ſibi nocere ; ſi benefecerit tibi, ſibi-
met benefacere arbitretur ; *Eo quòd fi-* 17
des ipſius in Deũ talis eum efficiat con-
ditionis, quòd ſcilicet *in Deum credat* 18
ſicut tu. Nam delectari hominem in via
ſua, præſtantius eſt quàm delectari cadu-
cis mundi divitiis. Cum his rebus omni- 19
bus, aſſiduus eſto orationi coram Deo, ut
planam reddat viam tuam in veritate
& æquitate inter homines quibuſvis in
negotiis. Dominus creavit bonum & 21
malum, vitam & mortem : & qui regit
linguam ſuam, effugiet malum. Is autem 22
cui proprium arridet judicium, ſtultus
eſt. Inter homines eſt qui ſapiat, odio ta- 23
men *habeatur ob multitudinem verborũ*
ſuorum, ſuumque dejiciat honorem. Eſt 24
etiam ſapiens aliquis conſtans in exer-
citio bonorum omnium. Fructus ſapien-
tum ſibi cùm aliis proſunt. *Eſt & ali-* 25
quis ſapiens, cujus ſapientia eidem eſt
utilis; *& fructus operum iſtius, ab ejuſ-*
dem vultu cognoſcuntur. Prudens glo- 27
riam adipiſcetur, & celebrabunt eum
quotquot illum noverint. Prudens autem 29
in populo gloriam acquiret, & nomen e-
jus firmum erit in vitam æternam. O fi- 30
mi, experire appetitum tuum in vita
tua, & conſidera quinam cibus ſit ei
minimè conducens, et cave ne acquieſcas 31
illi. Nam cibi non conducunt omnes :
exigua res ſatisfacit appetitui.

Versio VULG. LAT.

32 Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas
33 super omnem escam: In multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usque ad choleram.
34 Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adjiciet vitam.

CAP. XXXVIII.

1 Honora medicum propter necessitatem: etenim illum
2 creavit Altissimus. A Deo est enim omnis medela, & à
3 rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit ca-
4 put illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non
5 abhorrebit illa. Nónne à ligno indulcata est aqua amara?
6 Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit homini-
7 bus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmenta suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis, & non
8 consummabuntur opera ejus. Pax enim Dei super faciem
9 terræ. Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora
10 Dominum, & ipse curabit te. Averte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da suavita-
11 tem & memoriam similaginis, & impingua oblationem, &
12 da locum medico: Etenim illum Dominus creavit: & non
13 discedat à te, quia opera ejus sunt necessaria. Est enim
14 tempus quando in manus illorum incurras: Ipsi verò Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, & sani-
15 tatem, propter conversationem illorum. Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

32 † Μὴ ἀπληστεῦε ἐν πάσῃ τρυφῇ, † καὶ μὴ ἐκχυθῇς ἐπὶ ἐδεσμάτων.
33 † Ἐν πολλοῖς γὰρ βρώμασιν ἔσαι (ξ) πόνος, † καὶ ἡ ἀπληστία ἐγγιεῖ
34 ἕως χολέρας. (ο) † Δι' ἀπληστίαν πολλοὶ ἐτελεύτησαν, † ὁ δὲ προσέχων προσθήσει ζωήν. MS. A. (ξ) νόσος, (ο) Διὰ

ΚΕΦ. λη'.

1 † Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας (α) τιμαῖς αὐτοῦ, † καὶ γὰρ αὐτὸν
2 ἔκτισε κύριος. † Παρὰ γὰρ ὑψίστου ἐστὶν ἴασις, † καὶ παρὰ βασιλέως λήψεται δόμα. † Ἐπιστήμη ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ,
4 † καὶ ἔναντι μεγιστάνων θαυμασθήσεται. † Κύριος ἔκτισεν ἐκ
5 γῆς φάρμακα, καὶ ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθιεῖ αὐτοῖς. † Οὐκ ἀπὸ
6 ξύλου ἐγλυκάνθη ὕδωρ, † Εἰς τὸ γνωσθῆναι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ; † Καὶ αὐτὸς ἔδωκεν (β) ἀνθρώποις ἐπιστήμην † ἐνδοξάζεσθαι ἐν τοῖς
7 θαυμασίοις αὐτοῦ. † Ἐν αὐτοῖς ἐθεράπευσεν καὶ ἦρε (γ) τὸν πόνον αὐτοῦ. † μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα, † καὶ οὐ μὴ (δ) συντελέσῃ
8 ἔργα αὐτοῦ, † Καὶ εἰρήνη παρ' αὐτοῦ ἐστιν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.
9 † Τέκνον, ἐν (ε) ἀρρωστήματί σου μὴ παράβλεπε, † ἀλλ' εὖξαι
10 κυρίῳ, καὶ αὐτὸς ἰάσεταί σε. † Ἀπόστησον πλημμέλειαν, καὶ εὔθυνον
11 χεῖρας, † καὶ ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον καρδίαν. † Δὸς εὐωδίαν, καὶ μνημόσυνον σεμιδάλεως, † καὶ λίπανον προσφορὰν,
12 ὡς μὴ ὑπάρχων. † καὶ ἰατρῷ δὸς τόπον, Καὶ γὰρ αὐτὸν ἔκτισεν
13 κύριος· † καὶ μὴ ἀποστήτω σου, καὶ γὰρ αὐτοῦ χρεία. † Ἔστι καιρὸς ὅτε
14 καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν εὐωδία. † Καὶ γὰρ αὐτοὶ κυρίου δεηθήσονται, † ἵνα εὐοδώσῃ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν † καὶ ἴασιν χάριν ἐμβιώσεως.
15 † Ὁ ἁμαρτάνων ἔναντι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, † ἐμπέσοι εἰς χεῖρας (ζ) ἰατροῦ.

MS. A. (α) αὐτοῦ, τιμαῖς αὐτοῦ, (β) ἀνθρώπῳ (γ) πᾶν πόνον (δ) συντελεσθῇ (ε) ἀρρωστήμασιν (ζ) αὐτοῦ.

Cum Translatione LATINA.

Noli esse insatiabilis in omnibus delitiis: & 32
non te effundas super epulas. In multis enim 33
escis erit (ξ) labor: & insatiabilitas appropinquabit usque ad choleram. Propter edacitatem 34
multi obierunt: qui autem attendit, adjiciet vitam.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum ad necessitates, honoribus 1
illius: nam & illum creavit Dominus. Ab Altis- 2
simo enim est medela: & à rege accipiet (a) donationem. Scientia medici exaltabit caput illi- 3
us: & in conspectu magnatorum suspicietur. Do- 4
minus creavit de terra medicamenta: & vir prudens non abhorrebit illa. Nónne à ligno in- 5
dulcata est aqua, Ut cognosceretur (b) virtus il- 6
lius? & ipse dedit hominibus scientiam, ut glorificaretur in mirabilibus suis: In his cura- 7
vit, & abstulit dolorem ejus. Unguentarius in his faciet misturam: & (c) non consummabit opera sua: Et pax ab illo est super faciem terræ. 8
Fili, in infirmitate tua non despicias, sed ora 9
Dominum, & ipse curabit te. Amove (d) deli- 10
ctum, & dirige manus: & ab omni peccato munda cor. Da suavitatem odoris, & memoria- 11
le similaginis, & impingua oblationem, (e) quasi non sis. Et da locum medico: Nam & illum Do- 12
minus creavit: & non discedat à te: nam & ipso opus est. Est tempus, cùm & in manibus eo- 13
rum (f) suavitas odoris. Nam & ipsi Dominum 14
deprecabuntur, ut dirigat ipsis requiem, & sanationem propter restituendam valetudinem.
Qui peccat contra eum, qui fecit eum; (g) inci- 15
dat in manus medici.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

32 * ܠܐ ܬܣܓܐ ܠܗ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܒܣܝܡܬܐ. ܘܠܐ ܬܪܓܓ ܥܝܢܟ ܥܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܣܓܝܐܬܐ.
33 * ܡܛܠ ܕܡܢ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܗܘܐ ܟܘܪܗܢܐ. ܘܕܡܣܓܐ ܠܡܐܟܠ ܡܬܟܪܗ.
34 * ܣܓܝܐܐ ܓܝܪ ܕܡܝܬܘ ܡܛܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܘܕܡܙܕܗܪ ܡܘܣܦ ܚܝܐ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܠܚ *

1 2 * ܝܩܪ ܐܣܝܐ ܥܕܠܐ ܬܣܬܢܩ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܗ ܐܠܗܐ ܒܪܝܗ. * ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
3 ܡܬܚܟܡ ܐܣܝܐ. ܘܡܢ ܡܠܟܐ ܢܣܒ ܡܘܗܒܬܐ. * ܡܢ ܠܘܬ ܕܝܢܗ ܕܐܣܝܐ ܢܬܪܘܪܒ.
4 ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܢܬܩܝܡ. * ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܒܪܐ ܣܡܡܢܐ. ܘܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܠܐ ܢܫܛܐ
5 6 ܒܗܘܢ. * ܒܩܝܣܐ ܓܝܪ ܐܬܒܣܡܘ ܡܝܐ ܡܪܝܪܐ. ܡܛܠ ܕܬܬܝܕܥ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ. * ܕܝܗܒ
7 ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܚܟܡܬܐ. ܕܢܫܬܒܚ ܒܓܒܪܘܬܗ. * ܒܗܘܢ ܐܣܝܐ ܡܢܝܚ ܡܢ ܟܐܒܐ.
8 * ܘܐܦ ܒܣܡܐ ܡܬܩܢ ܒܣܡܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܒܛܠ ܥܒܕܐ ܘܚܟܡܬܐ ܡܢ ܐܦܝ ܐܪܥܐ.
9 10 * ܒܪܝ ܐܦ ܒܟܘܪܗܢܟ ܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܕܗܘ ܡܐܣܐ. * ܐܥܒܪ ܥܘܠܐ ܘܢܟܠܐ. ܘܡܢ ܟܠ
12 13 ܚܛܗܐ ܕܟܐ ܠܒܟ. * ܘܐܦ ܠܐܣܝܐ ܗܒ ܐܬܪܐ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܒܗ ܐܝܬ ܗܢܝܢܐ. * ܡܛܠ
14 ܕܐܝܬ ܙܒܢܐ ܕܒܐܝܕܗ ܡܨܠܚܐ ܐܣܝܘܬܐ. * ܕܢܨܠܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܢܬܠ ܒܐܝܕܗ ܚܘܠܡܢܐ. ܘܐܣܝܘܬܐ
15 ܒܐܝܕܗ ܘܚܝܐ. * ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܚܛܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܡܫܬܠܡ ܠܐܝܕܝ ܐܣܝܐ.

* Ne multos illi suppedites cibos delicatos, 32
nec avidus sit oculus tuus multi cibi. Nam 33
ex multitudine cibi generatur morbus, & qui multum comedit, ægrotabit. Multi enim 34
mortui sunt ob nimiam edacitatem: at qui cautus est, vitam prorogat.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum antequàm sit tibi ne- 1
cessarius; nam ipsum quoque Deus creavit.
Dono Dei sapit medicus, & à rege munus 2
accipiet. Ob judicium suum exaltabitur me- 3
dicus, & ante reges sistetur. Deus è terra 4
creavit medicamenta, & vir sapiens non contemnet illa. Per lignum enim dulces factæ 5
sunt aquæ amaræ, quatenus innotesceret potentia Dei, Qui sapientiam dedit hominibus; 6
ut per præclara sua facinora glorificetur. Per 7
ea medicus recreat à doloribus, Et phar- 8
macopola parat pharmaca; ad hoc ut non deficiat opus ac sapientia de superficie terræ. Fili mi, in morbo quoque tuo 9
Deum precare, quoniam ipse sanat. Mis- 10
sam fac iniquitatem & falsitatem, & ab omnibus peccatis munda cor tuum: Ac tum me- 12
dico da locum, quòd etiam in ipso sit utilitas.
Occurrit enim aliquando ut per ipsum 13
prosperè succedat curatio. Orabit enim 14
Deum restituétque per eum sanitatem, ac per eundem adveniet curatio cum vita.
Nam qui peccat coram Deo, traditur in 15
manus medici.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

32 33 * ولا تكثر عليها الالوان من الطعام * ولا تكون عينك رغيبة الى الطعام * لان من كثر
34 الطعام يمرض الرجل * والذي يكثر من الطعام يسقم * كثير من الناس ماتوا برغبته *
والذي يحفظ من نفسه يكسب الصحة في جسمه * * الفصل الثامن الثلثون *

1 2 * اكرم المتطبب قبل ان تحتاج اليه * لانه ايضا الله خلقه * وانه ليوتي الفهم من قبل
3 الله * وياخذ الجوائز من الملوك * فاما يمدح الطبيب لدقة بصره * ويقام في خدمة الملوك
4 5 الارضيين * نبت الادوية من الارض * ويعرفها الرجل العاقل * ولا يتهاون بها * واما عذب
6 الماء المر بخشبة من واحده * لكي تعرف قدرة الله * الذي ينحل الناس الحكمة *
7 ليمدحوا اعاجيبه * وبها المتطبب يشفي الناس من الامراض باذن الله * والعطار
9 بها يخلط الادوية بفضل العقل * يا بني ادعوا الله في مرضك * لان هو الشافي *
10 12 * واصرف الاثم والزور * ونقي قلبك وطهره من جميع الخطايا * واسمع من الطبيب
13 ايضا واقبل علاجه * لان فيه منافع شتى * وربما اجرى الله على يديه الشفا والعافية *
14 * لانه يتضرع قدام الله * ويصلي بين يديه * ويرزق البرو على يديه * ويجري الصحة
15 والعافية بوساطته * لان من اثم قدام الله * يقع في يد المتطبب *

Neve multiplices ei genera ciborum, neque 32
sit oculus tuus avidus ciborum. Nam 33
præ nimio cibo ægrotat homo, & qui indulget edacitati, morbo laborabit. Ho- 34
mines multi mortui sunt ob ejus (cibi) aviditatem: qui verò servaverit seipsum, acquiret sanitatem in corpore suo.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum antequàm egeas illo, 1
quod ipsum quoque Deus creaverit. Et 2
quidem intelligentiam a Deo consequitur, & munera à regibus accipiet. Etenim 3
laudatur medicus propter acumen ingenii sui, & in ministerio regum terrenorum collocatus. E terra nascuntur phar- 4
maca, & vir prudens novit illa, nec aspernatur. Et verò aqua amara per li- 5
gnum dulcis aliquando reddita fuit, ut cognosceretur potentia Dei, Qui sapien- 6
tiam concedit hominibus, ut laudent ejus miracula. Per ea quoque medicus 7
homines curat à morbis, annuente Deo: Et aromatopola his pharmaca tempe- 8
rat excellenti prudentiâ. O fili mi, in 9
morbo tuo Deum invoca, quoniam ipse est qui sanat. Et scelus ac falsitatem pro- 10
trude, córque tuum emunda & peccatis omnibus expurga. Deinde etiam medi- 12
co obtempera, & ejus pharmacum recipe, quod varia in eo insint emolumenta: Et curationem ac sanitatem per eum eve- 13
nire Deus aliquando permittat. Suppli- 14
cat enim Deo cùmque deprecatur, atque ita conceditur per ipsum curatio, evenitque valetudo & sanitas eo internuntio. Nam 15
qui coram Deo delinquit, in medici manus incidit.

Versio VULG. LAT.

16 Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus in-
cipe plorare, & secundùm judicium contege corpus illius,
17 & non despicias sepulturam illius. Propter delaturam au-
tem amarè fer luctum illius uno die, & consolare propter
18 tristitiam, Et fac luctum secundùm meritum ejus uno die,
19 vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat
mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervi-
20 cem. In abductione permanet tristitia: & substantia in-
21 opis secundùm cor ejus. Ne dederis in tristitia cor tuum,
22 sed repelle eam à te: & memento novissimorum, Noli ob-
livisci: neque enim est conversio, & huic nihil proderis,
23 & teipsum pessimabis. Memor esto judicii mei: sic enim
24 erit & tuum: mihi heri, & tibi hodié. In requie mortui
requiescere fac memoriam ejus, & consolare illum in exitu
25 spiritûs sui. Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui
minoratur actu, sapientiam percipiet: quâ sapientiâ re-
26 plebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo,
stimulo boves agitat, & conversatur in operibus eorum.
27 & enarratio ejus in filiis taurorum. Cor suum dabit ad
28 versandos sulcos, & vigilia ejus in sagina vaccarum. Sic
omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem transf-
igit. qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas ejus variat
picturam, cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vi-
gilia sua perficiet opus.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 † Τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα, † καὶ ὡς δεινὰ πάσχων ἔν-
αρξε θρήνου· † κατὰ δὲ τὴν κρίσιν αὐτοῦ περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ, † καὶ
17 μὴ ὑπερίδῃς τὴν ταφὴν αὐτοῦ. Πίκρανον κλαυθμὸν, καὶ θέρμανον
18 κοπετὸν, † Καὶ ποίησον τὸ πένθος κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ † ἡμέραν
μίαν καὶ δύο χάριν διαβολῆς, † καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα. † Ἀπὸ
19 λύπης γὰρ ἐκβαίνει θάνατος, † καὶ λύπη καρδίας κάμψει ἰσχύν.
20 † Ἐν (ζ) ἀπαγωγῇ παραβαίνει καὶ λύπη, † καὶ βίος πτωχοῦ κατὰ καρ-
21 δίας. † Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν καρδίαν σου, † ἀπόστησον αὐτὴν
22 μνησθεὶς τὰ ἔσχατα. † Μὴ ἐπιλάθῃ, οὐ γάρ ἐστιν ἐπάνοδος, † καὶ
23 τοῦτον οὐκ ὠφελήσεις, καὶ σεαυτὸν κακώσεις. † Μνήσθητι τὸ κρίμα
24 (η) αὐτοῦ, ὅτι οὕτως καὶ τὸ σόν· † ἐμοὶ χθὲς, καὶ σοὶ σήμερον. † Ἐν
ἀναπαύσει νεκροῦ κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, † καὶ παρα-
25 κλήθητι ἐν αὐτῷ ἐν ἐξόδῳ πνεύματος αὐτοῦ. † Σοφία γραμμα-
τέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς † καὶ ὁ ἐλασσούμενος πράξει αὐτοῦ σοφισθή-
26 σεται. † (θ) τί σοφισθήσεται) Ὁ κρατῶν ἀρότρου. † (θ) καὶ καυχώμενος ἐν
δόρατι κέντρου, † βόας ἐλαύνων καὶ ἀναστρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτῶν,
27 † καὶ ἡ διήγησις αὐτοῦ ἐν υἱοῖς ταύρων; † Καρδίαν αὐτοῦ δώσει
ἐκδοῦναι αὔλακας, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ εἰς χορτάσματα δαμά-
28 λεων. † Οὕτως πᾶς τέκτων καὶ ἀρχιτέκτων, † ὅστις νύκτωρ ὡς
(ι) ἡμέρα διάγει· † οἱ γλύφοντες γλύμματα σφραγίδων, † καὶ
ἡ (κ) ὑπομονὴ αὐτοῦ ἀλλοιῶσαι ποικιλίαν· † καρδίαν αὐτοῦ δώσει
εἰς (λ) τὸ ὁμοιῶσαι ζωγραφίαν, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ τελέσαι ἔργον.

MS. A. (ζ) ἐπαγωγῇ παραμένει (η) μου, ὅτι οὕτως καὶ τὸ σόν· ἐμοὶ ἐχθὲς, (θ) *πῶς σοφισθήσεται) (θ) καυχώμενος (ι) ἡμέρας (κ) ἐπιμονὴ (λ) ὁμοιῶσαι

Fili, super mortuum deduc lachrymas: & quasi 16
dira passus, incipe ploratum. Et secundùm judi-
cium ejus contege corpus illius: & non despicias
sepulturam illius. Amarum fac ploratum: & 17
calefac planctum, Et fac luctum secundùm di-
gnitatem ejus uno die, vel duobus, propter detra- 18
ctionem: & admitte consolationem propter tri-
stitiam. Ex tristitia enim provenit mors: & 19
tristitia cordis flectet virtutem. In abductione*
transit & tristitia: & vita pauperis (h) secun- 20
dùm corda. Ne dederis in tristitiam cor tuum: 21
repelle eam memor novissimorum: Noli obli- 22
visci. Non est enim reditus: & huic non proderis,
& teipsum pessimabis. Memento judicii (i) ejus; 23
quoniam sic, ut etiam tuum: mihi heri, & tibi
hodie. In requie mortui quiescere fac memoriam 24
ejus, & consolationem accipe in eo in exitu spi-
ritûs illius. Sapientia scribæ in opportunitate 25
otii: & qui minoratur actu suo; (k) sapientiam
percipiet. Quomodò sapientiâ replebitur, Qui te- 26
net aratrum, & gloriatur in hasta stimuli, boves
agitat, et conversatur in operibus eorum, et e-
narratio ejus in filiis taurorum? Cor suum da- 27
bit ad versandos sulcos, et vigilia ejus in sagina
vaccarum. Sic omnis faber, et architectus, qui 28
noctem, tanquam diem, transigit: qui sculpunt
sculpturas signaculorum, et (l) assiduitas ejus im-
mutare varietatem? Cor suum dabit ad assimi-
landam picturam: et vigilia ejus, perficere opus.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

16 [illegible]
17
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
[illegible]

* Fili mi, super mortuo multas effunde lachrymas, dole, & cane lamentum: & prout eum decet, collige corpus ejus, nec sepulturam ejus negligas. Vinum & refectio *dentur* hominibus lugentibus. Funus autem debito modo celebra die uno vel duobus, propter homines: deinde consolationem admitte vitæ causâ: Quoniam tristitia afflictionem parit. Sic enim cor mœrens ac dolens quàm mors pauperes infringit curâ, & afflictionem affert. Nam vita pauperis est ad maledictionem cordis. Ne dedas cor tuum juramento: memento afflictionis, & missa fac peccata. Et divitiis ne fidas, quia nulla spes est in eis: qualis enim est avis cœli quæ volat & quiescit, tales sunt divitiæ coram hominibus; tibi delectationem, alii incommodum afferunt. Et memento rem esse tibi definitam: illi herì, tibi verò hodié: Et quemadmodum desiit mortuus, ita desiisse memoriam ejus: consolationẽ igitur, egressâ animâ ejus, admitte. Sapientia scribæ ampliorem conciliat ei sapientiam: & qui non studet vanitatibus, hic sapiens evadet. Quomodo enim sapiens evadat aratri vomerem tenens, qui tauros agit, taurósq; stimulat? cujus confabulationes sunt cum taurorum progenie? Cujus animus intentus est jugero sementis suæ? cujus vigiliæ in opera sua conficienda *occupantur*? Pari modo cuncti simul artifices agitantur, & noctu diuque hæc eadem meditantur, opus cælaturarum, gemmarum, atque margaritarum: & quidem curæ illorum ad artis suæ exercitium sunt requisitæ.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

16 *يا بني اكثر الدموع على الميت وارثا له ونح عليه وادفن جسده كما يجب عليك ولا تتهاون
17
18 في دفنه * وهيء الطعام والشراب للذين يلتامون عليه * وليكن حزنك عليه بقدر ما يجب
19 يوما او يومين * من اجل الناس * وعزي لمن يخلف من بعده * لان الحزن يولد الكرب *
20 وكذلك القلب الشديد الهم والغم يكسر المسكين * فالغم اشد من الموت ويهيج الحزن
21 والكآبة كحياة المسكين * اذا دام الحزن كان لعنة * ولا تبذل نفسك للايمان * اذكر العقاب
22 واصرف الذنوب * ولا تتكل على المال * لانه لا رجاء عليه * لانه مثل طائر السماء الذي
23 يطير وينزل * كذلك المال بين يدي الناس * يفرحك الواحد ويحزنك الآخر * واذكر
24 انه لا ينزل الى الابد * لك اليوم واصاحبك غدا * كما بطل الميت كذلك بطل ذكره تعزا
25 على الميت مع خروج نفسه * حكمة الكاتب تزيده عقلا * ومن لم يعتاد الاباطيل يتفقه
26 الحكمة * فماذا يتحكم الاكار الماسك حربة الفدان * وانما عقله وذهنه مع الثيران *
27 وحديثه مع العجاجيل * وانما قلبه في القمح الذي هو قياس بذره * وسهره في الفراغ
28 من عمله وخدمته * كذلك فرغ كل صانع الى اعماله والليل والنهار يفكرون في صناعاتهم *
الصاغة والنقاشون واصحاب اللؤلؤ * انما حسابهم بصناعاتهم واعمالهم *

O fili mi, super mortuo copiosas effunde lachrymas, luge illum, ac lamentare; ejúsque corpus pro tuo debito, sepeli; nec negligito sepulturam ejus. Et cibum ac potum præpara iis qui eum lamentantur. Sit autem tristitia tua super eum pro debiti ratione, uno aut altero die propter homines: tum successorem ejus consolare: Quoniam tristitia mœrorem gignit. Atque ita cor vehementi mærore ac tristitia affectum, frangit pauperem (acerbior est enim morte mæror) & tristitiam ac dolorem excitat vitæ pauperis: quandiu durat mæstitia, tandiu erit in maledictionem. Ne dedas teipsum juramento. memento punitionis, & amove scelera. Et divitiis ne confidas, quia nulla spes est in eis. Ut enim volucre cœli, quod volitat & rursum quiescit; ita divitiæ inter manus hominũ: aliæ te exhilarant, aliæ contristant. Memento etiam eas non semper ibidem manere, sed apud te hodie, cras apud socium tuum. Ut desiit mortuus, ita desiit ejus memoria. Consolationem percipe super mortuo. cùm egressa fuerit anima ipsius. Sapientia scribæ auget illi judicium: & qui non assuescit vanitatibus, acutæ erit sapientiæ. Quonam pacto sapiat arator hastile tenens aratri? mens enim & animus ejus cum bobus, ejúsque sermo cum vitulis est. quidem illius in frumento quod est mensura sementis ejus, versatur; & vigiliæ ipsius in opere officióque suo absolvendo. Similiter omnium artificum mens circa opificia ipsorum, & nocte dieque de suis artibus cogitant: & aurifabrorum atque sculptorum, unionúmque et cum supputatio circa proprias cujusque artes & opificia versatur:

Versio VULG. LAT.

29 Sic faber ferrarius sedens juxta incudem, & considerans
opus ferri: Vapor ignis uret carnes ejus, & in calore
30 fornacis concertatur: Vox mallei innovat aurem ejus, &
31 contra similitudinem vasis oculus ejus: Cor suum dabit
in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in
32 perfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, con-
vertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est
semper propter opus suum, & in numero est omnis ope-
33 ratio ejus. In brachio suo formabit lutum, & ante pe-
34 des suos curvabit virtutem suam. Cor suum dabit ut con-
summet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem.
35 Omnes hi in manibus suis speraverunt, & unusquisque
36 in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non ædificatur
37 civitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in
38 ecclesiam non transilient. Super sellam judicis non sede-
bunt, & testamentum judicii non intelligent, neque pa-
làm facient disciplinam & judicium, & in parabolis non
39 invenientur: Sed creaturam ævi confirmabunt, & depre-
catio illorum in operatione artis, accommodantes animam
suam, & conquirentes in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

1 SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, &
2 in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominato-
rum conservabit, & in versutias parabolarum simul in-
troibit.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

29 † Οὕτως χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος, † καὶ καταμαν-
θάνων (μ) ἀργῷ σιδήρῳ. † ἀτμὶς πυρὸς (ν) πήξει σάρκας αὐτοῦ,
30 † καὶ ἐν θέρμῃ καμίνου διαμαχήσεται. † Φωνὴ σφύρης καινιεῖ τὸ
οὖς αὐτοῦ, † καὶ κατέναντι ὁμοιώματος σκεύους οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ.
31 † Καρδίαν αὐτοῦ δώσει εἰς συντέλειαν ἔργων, † καὶ ἡ ἀγρυπνία
32 αὐτοῦ κοσμῆσαι ἐπὶ συντελείας. † (d) Οὕτω κεραμεὺς καθήμενος
ἐν ἔργῳ αὐτοῦ, † καὶ συστρέφων ἐν ποσὶν αὐτοῦ τροχὸν, † ὃς ἐν με-
ρίμνῃ κεῖται διαπαντὸς ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, † καὶ ἐναρίθμιος πᾶσα
33 ἡ ἐργασία αὐτοῦ. † Ἐν βραχίονι αὐτοῦ τυπώσει πηλὸν, † καὶ πρὸ
34 ποδῶν κάμψει ἰσχὺν αὐτοῦ· † Καρδίαν ἐπιδώσει συντελέσαι τὸ χρῖ-
35 σμα, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ καθαρίσαι κάμινον. † Πάντες οὗτοι
εἰς χεῖρας (a) αὐτῶν ἐνεπίστευσαν, † καὶ ἕκαστος ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ σο-
36 φίζεται. † Ἄνευ αὐτῶν οὐκ (ξ) οἰκισθήσεται πόλις, † Καὶ οὐ παροική-
37 σουσιν, οὐδὲ περιπατήσουσιν· † καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπεραλοῦνται·
38 Ἐπὶ δίφρον (ο) δικαστοῦ οὐ καθιοῦνται, † καὶ διαθήκην κρίματος
οὐ διανοηθήσονται, † οὐδὲ μὴ ἐκφανῶσιν (π) δικαιοσύνην καὶ κρίμα·
39 † καὶ ἐν παραβολαῖς οὐχ εὑρεθήσονται. † Ἀλλὰ κτίσμα αἰῶνος στη-
ρίσουσι· † καὶ ἡ δέησις αὐτῶν ἐν ἐργασίᾳ τέχνης. † πλὴν τοῦ (ρ) ἐπι-
δόντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ (σ) διανοουμένου ἐν νόμῳ ὑψίστου.

MS. A. (μ) ἔργον σιδήρου. (ν) τήξει (d) Οὕτως (a) ἑαυτῶν, (ξ) οἰκήσεται (ο) δικαστοῦ οὐ * καθιοῦνται, (π) παιδείαν (ρ) ἐπιδιδόντος. (σ) διανοουμένῳ

ΚΕΦ. λθ'.

1 † ΣΟφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει, † καὶ ἐν προφητείαις
2 ἀσχοληθήσεται. † (α) Διηγήσεις ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει,
† καὶ ἐν στροφαῖς παραβολῶν συνεισελεύσεται.

MS. A. (α) Διήγησιν

Cum Translatione LATINA.

Sic faber ferrarius sedens juxta incudem, & 29
(m) addiscens pigro ferro. Vapor ignis (n) du-
rabit carnes ejus, et in calore fornacis concer-
tabit. Vox (o) mallei innovabit aurem ejus: 30
& contra similitudinem vasis oculi ejus. Cor 31
suum dabit in consummationem operum: &
vigilia ejus, ornare in perfectionem. Sic figu- 32
lus sedens ad opus suum, & convertens pedi-
bus suis rotam, qui in solicitudine positus est
semper in opus suum, & in numero omnis
operatio ejus. In brachio suo formabit lu- 33
tum: & ante pedes curvabit virtutem suam.
Cor suum dabit, ut consummet linitionem: et 34
vigilia ejus, mundare fornacem. Omnes hi 35
in manibus suis speraverunt: et unusquisque in
arte sua sapiens est. Sine ipsis non ædificabitur 36
civitas: Nec inhabitabunt, nec (p) inambula- 37
bunt. Et in Ecclesia non transilient, Super sellam 38
judicis non sedebunt, & testamentum ju-
dicii non intelligent: neque palàm facient ju- 39
stitiam, et judicium: et in parabolis non inve-
nientur. (q) Sed creaturam ævi confirmabunt.
Et deprecatio eorum in operatione artis. (r) Tan-
tummodò accommodantis animam suam, & con-
quirentis in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exquiret [sa- 1
piens,] & in prophetiis vacabit. Narrationes 2
virorum nominatorum conservabit: & in versu-
tias parabolarum simul introibit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

29 ܒܟܘܪܐ ܠܐ ܒܥܘܪܐ. ܘܡܬܩܠܢܘܬܐ ܕܡܬܩܠܐ ܡܬܒܩܐ ܠܗ. ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܦܩܥܐ *
30 ܒܣܪܗ. ܘܒܚܘܡܐ ܕܢܘܪܐ ܝܩܕ. * ܒܡܠܬܐ ܕܡܬܚܫܒ ܒܪܥܝܢܗ. ܡܘܫܛ ܐܝܕܗ. ܘܠܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܗ
32 ܥܝܢܘܗܝ ܚܝܪܢ. * ܘܐܦ ܦܚܪܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܓܝܓܠܐ. ܘܡܢܝܕ ܒܪܓܠܗ ܡܐܢܐ. ܘܥܝܢܘܗܝ
33 ܒܟܠܗ ܡܐܢܐ ܕܥܒܕܗ. * ܘܕܪܥܘܗܝ ܡܫܥܢܝܢ ܛܝܢܐ. ܘܥܕ ܠܐ ܡܐܬ. ܟܦܝܦ
34 ܘܓܗܝܢ. * ܘܢܦܫܗ ܥܠ ܫܘܠܡܐ ܕܥܒܕܗ. ܘܫܗܪܗ ܒܟܘܪܐ ܠܡܬܩܢܘ. * ܟܠܗܘܢ
35 ܗܠܝܢ. ܡܛܠ ܣܘܢܩܢܗܘܢ. ܘܟܠ ܚܕ ܒܥܒܕܐ ܕܐܘܡܢܘܬܗܘܢ. ܡܬܚܦܛܝܢ.
36 * ܘܕܠܐ ܗܠܝܢ. ܠܐ ܡܬܬܩܢܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܥܡܪܝܢ. ܠܐ ܟܦܢܝܢ. ܒܪܡ ܒܡܠܟܐ
37 ܕܥܡܐ. ܠܐ ܢܬܒܘܢ. ܘܒܟܢܘܫܬܐ ܠܐ ܢܬܥܠܘܢ. * ܘܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܕܝܢܐ. ܠܐ ܢܬܒܘܢ.
38 ܘܢܡܘܣܐ ܘܕܝܢܐ. ܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ. * ܠܐ ܢܕܪܟܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܡܬܠܐ ܕܚܟܝܡܐ
ܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܥܒܕܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܘܢ ܚܪܝܦܝܢ. ܘܝܨܦܗܘܢ. ܒܥܒܕܐ
ܕܐܘܡܢܘܬܗܘܢ.
* ܫܠܡ * ܠܚ *

1 * ܒܪܡ ܗܘ ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ ܠܕܚܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܣܬܟܠ ܒܢܡܘܣܐ ܕܚܝܐ. ܗܘ
2 ܚܟܡܬܐ ܕܩܕܡܝܐ ܢܒܥܐ. ܘܠܘܬ ܢܒܝܐ ܩܕܡܝܐ ܢܬܦܢܐ. * ܫܘܥܝܬܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܢܠܦ. ܘܒܥܘܡܩܐ ܢܬܒܩܐ.

* Furno assidere, & instrumenta ponderis in- 29
telligere, *dum* flãmæ ignis carnem ejus rum-
punt, & ignis æstu comburitur. Ad rem men- 30
te conceptam manum admovet, & ad operis
sui idæam oculi ejus sunt intenti. Similiter 32
etiam figulus rotæ assidens, & instrumentum
suâ plantâ agitans, oculos in totius operis
sui vasa *intendit*. Et brachia ejus lutum sub- 33
igunt; & antequam moriatur, curvus est atq;
inflexus Et animus ejus in opere perficiundo 34
versatur, & vigiliæ ejus in fornace sua fabri-
canda. Hi omnes, sui commodi causâ, & sin- 35
guli in propriæ artis exercitio industriam
collocant. Et sine his non colitur urbs: & 36
ubi habitant, non patiuntur famem. Verùm
ad consilium populi minimè sedebunt, & in
concione haud eminebunt, Nec in tribunali 37
judicii sedebunt, neq; statuta aut judicia in-
telligent: Disciplinam sapientiæ minimè per- 38
cipient, nec proverbia sapientum intelligent.
Nam in negotiis secularibus hi sunt per-
spicaces, & de arte sua exercenda cura il-
lorum est.

CAP. XXXIX.

IS autem qui cultui divino, & legi vitæ in- 1
telligendæ se dedit, simili majorum omnium
sapientiâ perquiret, & ad priscos prophe-
tas se convertet. Omnium mundi hominum 2
narrationes addiscet, & profunda quæque
considerabit:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

29 * يبغي الجلوس على الكور * ويفكرون في مثاقيل الميزان * ووهج النيران يكلع جسد
30 الحداد. ويحرق ويلتهب بحر النار * وعلى ما يدل عقله كذلك يضرب بيده * وفي صورة
32 عمله يثبت عينيه * كذلك وصاحب الفخار الجالس على البكرة يدير البكرة برجله *
33 وعيناه تلحظ ما تعمل يده * ويفقع الطين بذراعه * وهو من قبل موته منحني منكب *
34 35 * وانما قلبه كله ليفرغ من عمله الذي بيده * ويسهر لينال القوت * جميع هولاء الصنايع
كلهم انما حرصهم لما يصلحهم في معاشهم * وكل رجل منهم يتعلم * ويلتمس احكام عمله الذي
36 يعمل * ولا تعمر المدينة ان لم يكونوا فيها * ولا يجوعون حيث ما كانوا. لكنهم لا يجلسون
37 في راس الشعب * ولا يرتفعون في الجماعة * ولا يجلسون على كرسي القضاء * ولا يفهمون
38 العهود والاحكام * ولا يدركون معاني الحكمة * ولا يعتبرون بامثال الحكماء * لانهم ذهنهم
نافذ ماضي في صنايع الدنيا * وهمهم في صناعاتهم *

* الفصل التاسع والثلثون *

1 * فاما من يبذل نفسه ليسعى في مخافة الله وليفهم
سنة الحياة * فليطلب الحكمة كما طلبها جميع الاولين * ليطلع على كتب الانبياء
2 الماضيين * وليفهم احاديث قدماء اهل الدنيا * وليتفكر في الامور الماضية *

Solerter assident camino, libræque ponde- 29
ra meditantur. Ignium vapor fabri
ferrarii corpus disrumpit, & ignis æstu
aduritur atque inflammatur. Et prout in- 30
dicat ipsi mens ejus, ita manu suâ per-
cutit, & in operis sui figura oculos defi-
git. Sic etiam figulus, rotæ assidens ro- 32
tam pede versat, oculique ejus intuentur
quod manus ejus operatur, Et brachio suo 33
lutum crepitare facit; & est ante mortem
suam inflexus & incurvus: Totus deni- 34
que animus ejus est ad absolvendum opus
quod præ manibus habet, & vigiliæ ejus
ad acquirendum alimentum. Omnes hu- 35
jusmodi artes exercentium studium in
his quæ ad proprium ipsorum victum, po-
situm est: & quilibet eorum addiscit &
quærit res ad opus quod exercet pertinen-
tes Nec floret urbs, nisi adsint in ea; & 36
ubicunque fuerint, minimè esuriunt. At-
tamen præcipuas in populo sedes non obti-
nebunt, nec provehentur in cœtu, Nec su- 37
per tribunale judicii sedebunt, & testa-
menta ac jura non intelligent, Sapientiæ 38
sensus non assequentur, nec animadver-
tent proverbia sapientum: quoniam inge-
nium eorum penetrans est & acutum in
artibus mundi, & studium illorum in opi-
ficiis suis.

CAP. XXXIX.

AT verò qui animum suum addixerit 1
ad instituendam vitam in timore Dei, &
legem vitæ intelligendam, is quidem sapi-
entiam quæret quemadmodum quæsiverunt
eam prædecessores omnes, & præteritorum
prophetarum libris se convertet. Terri- 2
colarum prudentum dicta animo concipi-
et; & res præteritas meditabitur:

Versio VULG. LAT.

3 Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis para-
4 bolarum conversabitur. In medio magnatorum ministra-
5 bit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alie-
nigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala
6 in hominibus tentabit. Cor suum tradet ad vigilan-
dum diluculò ad Dominum, qui fecit illum, & in con-
7 spectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in ora-
8 tione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Domi-
nus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit il-
9 lum: Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ
10 suæ, & in oratione confitebitur Domino: Et ipse di-
riget consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis
11 suis consiliabitur. Ipse palàm faciet disciplinam doctri-
12 næ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Col-
laudabunt multi sapientiam ejus, & usque in seculum non
13 delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requi-
14 retur à generatione in generationem. Sapientiam ejus
15 enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si
permanserit, nomen derelinquet plus quàm mille: & si
16 requieverit, proderit illi. Adhuc consiliabor, ut enar-
17 rem: ut furore enim repletus sum. In voce dicit; Ob-
audite me, divini fructus, & quasi rosa plantata super
18 rivos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem sua-
19 vitatis habete. Florete flores, quasi lilium, & date odo-
rem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, &
benedicite Dominum in operibus suis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 †Ἀπόκρυφα παροιμιῶν ἐκζητήσει, † καὶ ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν
4 ἀναστραφήσεται. †Ἀναμέσον μεγιστάνων ὑπηρετήσει, †καὶ ἔναντι
5 ἡγουμένου ὀφθήσεται. †Ἐν γῇ ἀλλοτρίων ἐθνῶν διελεύσεται,
6 †ἀγαθὰ γὰρ καὶ κακὰ (β) ἐν ἀνθρώποις ἐπείρασε. †Τὴν καρδίαν
αὐτοῦ ἐπιδώσει ὀρθρίσαι πρὸς κύριον τὸν ποιήσαντα αὐτόν, †καὶ
7 ἔναντι ὑψίστου δεηθήσεται. †Καὶ ἀνοίξει (γ) τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν
8 προσευχῇ, †καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεηθήσεται. †Ἐὰν (δ) κύ-
ριος ὁ μέγας θελήσῃ, †πνεύματι συνέσεως (ε) ἐμπλησθήσεται.
9 †Αὐτὸς ἀνομβρήσει ῥήματα σοφίας αὐτοῦ, †καὶ ἐν προσευχῇ ἐξο-
10 μολογήσεται κυρίῳ. †Αὐτὸς κατευθυνεῖ βουλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπιστήμην,
11 †καὶ ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτοῦ διανοηθήσεται. †Αὐτὸς (ζ) ἐκφανεῖ
παιδείαν διδασκαλίας αὐτοῦ, †καὶ ἐν νόμῳ (η) διαθήκης κυρίου
12 καυχήσεται. †Αἰνέσουσιν τὴν σύνεσιν αὐτοῦ πολλοί, (θ) †ἕως τοῦ αἰῶνος
13 οὐκ ἐξαλειφθήσεται. †Οὐκ ἀποστήσεται τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, †καὶ
14 (ι) ὄνομα αὐτοῦ ζήσεται εἰς γενεὰς γενεῶν. †Τὴν σοφίαν αὐτοῦ
(κ) διηγήσονται ἔθνη, †καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ ἐξαγγελεῖ ἐκκλησία.
15 †Ἐὰν ἐμμείνῃ ὄνομα καταλείψει ἢ χίλιοι, †καὶ ἐὰν (λ) ἀναπαύσηται
16 ἐμποιεῖ αὐτῷ. †Ἔτι διανοηθεὶς (μ) ἐκδιηγήσομαι, †καὶ ὡς διχο-
17 μηνία ἐπληρώθην. †Εἰσακούσατέ μου υἱοὶ ὅσιοι, καὶ βλαστή-
18 σατε †ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος (ξ) ἀγροῦ. †Καὶ ὡς
19 λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμήν, †Καὶ ἀνθήσατε ἄνθος ὡς κρίνον.
†διάδοτε ὀσμὴν καὶ αἰνέσατε ᾆσμα. †εὐλογήσατε κύριον ἐπὶ
πᾶσι τοῖς (ν) ἔργοις.

MS. A. (β) ἀνθρώποις (γ) στόμα (δ) ὁ κύριος (ε) ἐμπλήσει αὐτόν. (ζ) ἐκφαίνει (η) κυρίου διαθήκης (θ) καὶ ἕως (ι) τὸ ὄνομα αὐτοῦ ζηλήσεται (κ) διηγήσεται (λ) παύσηται (μ) ἐκδιηγηθήσομαι, (ξ) ὑγροῦ. (ν) ἔργοις αὐτοῦ.

Occulta proverbiorum exquiret, & in aenigmatibus parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentavit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculò ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. Et aperiet os suum in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si Dominus magnus voluerit; spiritu intelligentiæ replebitur. Ipse tanquam imbres emittet verba sapientiæ suæ: & in oratione confitebitur Domino. Ipse dirigit consilium ejus, & scientiam, & in absconditis ejus meditabitur. Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi intelligentiam ejus: (a) usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria ejus: & nomen ejus vivet in generationes generationum. Sapientiam ejus enarrabunt gentes: & laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si permanserit; nomen derelinquet plusquàm mille: & si requieverit; acquirit sibi. Adhuc meditatus enarrabo; & tanquam plenilunium, repletus sum. Exaudite me, filii sancti, & germinate quasi rosa plantata super rivum (b) agri. Et quasi tbus odorem suavitatis emittite: Et florete florem, quasi lilium: diffundite odorem, & collaudate canticum. Benedicite Dominum in omnibus operibus:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 * ܡܬܠܐ ܕܚܟܡܬܐ ܢܐܠܦ. ܘܟܠ ܟܣܝܬܐ ܢܣܬܟܠ. * ܒܝܢܝ ܫܠܝܛܢܐ ܢܗܠܟ.
4
5 ܘܒܝܢܝ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪܒܢܐ ܢܫܡܫ. * ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܥܡܡܐ ܢܗܠܟ. ܛܒܬܐ ܘܒܝܫܬܐ ܒܥܠܡܐ
6 ܢܢܣܐ. * ܘܒܠܒܗ ܢܣܝܡ ܠܡܨܠܝܘ. ܘܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܢܒܥܐ ܪܚܡܐ. * ܢܦܬܚ
7
8 ܦܘܡܗ ܒܨܠܘܬܐ. ܘܥܠ ܚܛܗܘܗܝ ܢܒܥܐ ܛܒܬܐ. * ܘܒܪܘܚܐ ܕܣܘܟܠܐ ܢܬܪܕܐ.
9
10 * ܗܘ ܡܦܩ ܡܠܐ ܚܕ ܬܪܬܝܢ. ܘܥܠ ܡܚܫܒܬܗ ܢܫܒܚܘܢܗ. * ܗܘ ܢܣܬܟܠ ܡܠܐ ܘܚܟܡܬܐ.
11 ܘܢܣܬܟܠ ܒܟܣܝܬܐ. * ܗܘ ܢܦܩ ܚܟܡܬܐ ܕܡܪܕܘܬܐ. ܘܒܢܡܘܣܐ ܕܚܝܐ ܢܫܬܒܗܪ.
12
13 * ܘܡܢ ܚܟܡܬܗ ܢܐܠܦܘܢ ܣܓܝܐܐ. ܘܫܡܗ ܠܐ ܢܬܛܥܐ ܒܥܠܡܐ. * ܠܐ ܬܥܒܪ ܕܘܟܪܢܗ
14 ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܘܫܡܗ ܠܐ ܢܬܛܥܐ ܡܢ ܕܪ ܠܕܪ. * ܚܟܡܬܗ ܢܫܬܥܘܢ ܥܕܬܐ.
15 ܘܬܫܒܚܬܗ ܢܐܡܪ ܥܡܐ. * ܐܢ ܢܨܒܐ ܒܐܠܦ ܢܫܬܒܚ. ܘܐܢ ܢܫܬܘܩ ܒܥܡܐ ܙܥܘܪܐ.
16
17 * ܐܣܬܟܠܘ ܘܐܡܪ ܝܘܠܦܢܝ. ܐܝܟ ܣܗܪܐ ܒܝܘܡܐ ܕܬܪܥܣܪ. * ܫܡܥܘܢܝ ܙܕܝܩܐ.
18 ܘܢܦܪܥ ܒܣܪܟܘܢ ܐܝܟ ܫܘܫܢܐ. ܘܐܝܟ ܐܪܙܐ ܕܡܬܢܨܒܝܢ ܥܠ ܡܝܐ. * ܘܐܝܟ ܒܣܡܐ ܒܣܝܡܐ
19 ܢܪܝܚ ܪܝܚܟܘܢ. ܐܝܟ ܪܝܚܐ ܕܠܒܢܢ ܥܡ ܐܪܙܘܗܝ. ܘܐܝܟ ܥܩܪܐ ܕܫܘܫܢܬܐ ܕܡܠܟܐ. * ܐܪܝܡܘ
ܩܠܟܘܢ ܘܫܒܚܘ ܐܟܚܕܐ. ܘܐܘܕܘ ܠܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ. ܘܥܒܕܘܗܝ ܝܨܝܦܐ
ܒܬܫܒܚܬܐ. ܘܒܬܘܕܝܬܐ ܘܒܩܠܐ ܪܡܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܡܪܘ.

Proverbiorum sapientiam addiscet, & arcana quæque intelliget: Inter præsides ambulabit, intérque reges ac magnates ministrabit. Orbis urbes perambulabit, bonum & malum in orbe experietur. In corde suo orare proponet, & à Deo misericordiam postulabit: Os suum aperiet ad orandum, & pro peccatis suis bonum precabitur, Et in spiritu prudentiæ erudietur. Is sententias, pro una, duas producet, & de cogitatis ejus laudabunt illum. Is sententias atque sapientiam intelliget, & abstrusa percipiet. Is doctrinæ sapientiam proferet, & in lege vitæ gloriabitur: Et ab ejus sapientia multi discent, & nomen ejus oblivioni minimè tradetur in mundo. Non excidet ejus memoria in æternum usque, nec oblivione delebitur nomen ejus ab ævo in ævum. Sapientiam ejus celebrabunt Ecclesiæ, & laudes ejus dicet populus. Si voluerit, inter mille laudabitur; si verò silet, inter populum exiguum. Animadvertite, & dicam doctrinam meam, ceu luna die duodecimo. Audite me justi, & germinabit quasi lilia caro vestra, & quasi cedri secus aquas plantatæ; Et veluti aromata suavissima olebit odor vester, velut odor Libani cum cedris suis, ac velut radix lilii regii. Attollite vocem vestram, simulque laudes canite, & Deo pro cunctis operibus suis gratias agite: præclara ejus facta cum laudibus, gratiarum actione, & elatâ voce recensete, atque ita dicite;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

3 * وليعلم حكمة الامثال * وجميع ما غور من الكلام * وينال الامور الماضية * ويقف بين
4
5 يدي السلاطين * ويخدم الملوك والسلاطين * وليدخل المداين والبلدان وليلم جميع
6 ما يرى * ولا يخشى الشر * ويخلص لله تعالى قلبه بالصلوة * ويسأله الرحمة والمغفرة * ويفتح
7
8 فاه بالصلوة * ويطلب الخير والغفران لخطاياه وللموتى * ويتحكم بروح العلم * ويخرج
9
10 الامثال والحكمة * ويعرف له بحسن رايه * ويعرفه الامثال والحكمة ويطلع على السراير *
11 * ويبدع الحكمة والتدبير * ويمدح بسنة الحياة * ويتعلم اناس كثير من حكمته * ولا
12
13 ينقطع اسمه من بين الناس * ولا يبيد ذكره الى الابد * ولا يزول اسمه من حقب الى حقب *
14
15 * تقص في الجامع حكمته ويمدحه الشعب * ان شاء مدح من الف من الناس * وان سكت
16
17 فهو شعب يسير * افهموا فاقص عليكم علمي كالبدر في ليلة اثني عشر * اسمعوا مني
يا معشر الابرار * وها تحسن اجسادكم بحسن البهاء * وكحسن الصنوبر المغروس على جدول
18 الماء * وكمثل الطيب المرتفع يطيب ريحكم * مثل ريح لبنان باشجاره * ومثل اصل
19 سوسنة الملك * ارفعوا اصواتكم بالشكر جميعا * واحمدوا الله على جميع اعماله * عدوا
اعاجيبه بالتسبيح والشكر * وبصوت عالي قولوا هكذا :

Sapientiam parabolarum & abstrusa quæque sermonum addiscet, résque præteritas assequetur: Ante principes assistet, & regibus atque præsidibus ministrabit: Urbes regionésque penetrabit: quicquid viderit colliget, & malum non pertimescet. Cor suum Deo excelso per orationem integrè dedet, & misericordiam ac veniam ab eo petet: Os suum orando aperiet, & bonum ac indulgentiã tam peccatis suis quàm defunctis precabitur: Spiritu scientiæ sapientiam acquiret, Et parabolas atque sapientiam proferet; & de recta sua mente laudabitur, Deque proverbiorum & sapientiæ notitia: mysteria deprehendet, Et sapientiam regendique normam declarabit, ac de lege vitæ gloriabitur. Ab ejus sapientia plures homines discent, nec deficiet nomen ejus ab hominibus: Memoria ejus nunquam peribit, nec fama ejus excidet à generatione in generationem. Narrabitur in cœtibus sapientia ejus, & laudabit eum populus. Si velit, in hominum millibus laudabitur; sin autem sileat, ipse parvus est populus. Intelligite, & narrabo vobis scientiam meam veluti plenilunium nocte duodecimâ. Audite me ô cœtus Sanctorum, ac per illam pulchrescent corpora venustate splendidissimâ, & tanquam pulcherrimæ abietes secus aquæ rivum plantatæ: Et tanquam thus eminentissimum redolebit odor vester, sicut odor Libani cum arboribus ejus, & sicut radix lilii regii. Attollite simul voces vestras cum gratiarum actione, Deúmque de omnibus operibus suis celebrate, miracula ejus cum laude & gratiarum actione recensete, & altâ voce dicite;

Versio VULG. LAT.

20 Date nomini ejus magnificentiam, & confitemini illi in
voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & ci-
21 tharis, & sic dicetis in confessione; Opera Domini uni-
22 versa bona valdé. In verbo ejus stetit aqua sicut conge-
ries: & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum:
23 Quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est mino-
24 ratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo, &
25 non est quidquam absconditum ab oculis ejus. A seculo
usque in seculum respicit, & nihil est mirabile in con-
26 spectu ejus. Non est dicere; Quid est hoc, aut quid est
27 istud: omnia enim in tempore suo quærentur. Benedictio
28 illius quasi fluvius inundavit. Quomodò cataclysmus ari-
dam inebriavit; sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt
29 eum, hæreditabit. Quomodò convertit aquas in siccita-
tem, & siccata est terra: & viæ illius viis illorum di-
30 rectæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira ejus. Bona
bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala.
31 Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & fer-
rum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus uvæ,
32 & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona, sic
33 & impiis & peccatoribus in mala convertentur. Sunt spi-
ritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo con-
34 firmaverunt tormenta sua. In tempore consummationis
effundent virtutem: & furorem ejus, qui fecit illos,
placabunt.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

20 † Δότε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μεγαλωσύνην, † καὶ ἐξομολογήσασθε ἐν
αἰνέσει αὐτοῦ, † ἐν ᾠδαῖς χειλέων καὶ ἐν κινύραις· † καὶ οὕτως ἐρεῖτε
21 ἐν ἐξομολογήσει, † Τὰ ἔργα κυρίου πάντα ὅτι καλὰ σφόδρα, † καὶ
πᾶν πρόσταγμα ἐν καιρῷ αὐτοῦ (ξ) ἔσται, † πάντα γὰρ ἐν καιρῷ αὐτοῦ
22 ζητηθήσεται. † Ἐν λόγῳ αὐτοῦ ἔστη ὡς θημωνία ὕδωρ, καὶ ἐν ῥή-
23 ματι στόματος αὐτοῦ ἀποδοχεῖα ὑδάτων. † Ἐν προστάγματι αὐτοῦ
πᾶσα ἡ εὐδοκία, † καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον
24 αὐτοῦ. † Ἔργα πάσης σαρκὸς ἐνώπιον αὐτοῦ, † καὶ οὐκ ἔστι
25 κρυβῆναι ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. † Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος εἰς
τὸν αἰῶνα ἐπέβλεψε, † καὶ (ο) οὐθέν ἐστι (π) θαυμάσιον ἐναντίον αὐτοῦ.
26 † Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; † πάντα γὰρ εἰς (ρ) χρείας αὐ-
27 τῶν ἔκτισται. † Ἡ εὐλογία αὐτοῦ ὡς ποταμὸς ἐπεκάλυψεν,
28 Καὶ ὡς κατακλυσμὸς ξηρὰν ἐμέθυσεν. † οὕτως ὀργὴν αὐτοῦ
29 ἔθνη κληρονομήσει, (σ) † Ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην. † Αἱ
ὁδοὶ αὐτοῦ τοῖς ὁσίοις εὐθεῖαι, † οὕτως τοῖς ἀνόμοις προσκόμματα.
30 † Ἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς ἔκτισται ἀπ' ἀρχῆς, † οὕτως τοῖς ἁμαρτω-
31 λοῖς κακά. † Ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου, † ὕδωρ,
(τ) πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ (υ) ἅλα, καὶ σεμίδαλις † πυροῦ, καὶ μέλι,
32 καὶ γάλα, † αἷμα σταφυλῆς, καὶ ἔλαιον, καὶ ἱμάτιον. † Ταῦτα πάντα τοῖς
εὐσεβέσιν εἰς ἀγαθά, οὕτως τοῖς ἁμαρτωλοῖς τραπήσεται εἰς κακά.
33 † Ἔστι πνεύματα ἃ εἰς ἐκδίκησιν ἔκτισται, † καὶ ἐν θυμῷ αὐτῶν
34 ἐστερέωσαν μάστιγας αὐτῶν. † (φ) Καὶ ἐν καιρῷ συντελείας ἰσχὺν ἐκ-
χέουσι, † καὶ τὸν θυμὸν τοῦ ποιήσαντος αὐτοὺς κοπάσουσιν.

Cum Translatione LATINA.

Date nomini ejus magnificentiam, et confite- 20
mini in laudatione ejus, in canticis labiorum, &
in citharis. Et sic dicetis in confessione; Opera 21
Domini universa (c) quia bona valde: & omne
præceptum in tempore suo erit, (d) omnia enim in
tempore suo quærentur. In verbo ejus stetit aqua, 22
sicut congeries, & in sermone oris illius, excepto-
ria aquarum. In præcepto ipsius omne beneplaci- 23
tum: & non est qui minuat salutare illius. Ope- 24
ra omnis carnis coram illo: & non est abs-
condi ab oculis ejus. A seculo in seculum re- 25
spexit: et nihil est admirabile in conspectu illius.
Non est dicere; Quid est hoc? ad quid hoc? (e) 26
Omnia enim ad usus ipsorum creata sunt. Bene- 27
dictio illius, quasi fluvius inundavit, Et quo- 28
modò cataclysmus, aridam inebriavit. Sic iram
suam, gentes hæreditare faciet, Sicut convertit 29
aquas in salsuginem. Viæ illius sanctis directæ:
sic iniquis offensiones. Bona bonis creata sunt ab 30
initio: sic peccatoribus mala. Principium omnis 31
rei necessariæ ad vitam hominis, aqua, ignis, &
ferrum, & sal, & fligo tritici, & mel, & lac, san-
guis uvæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia 32
sanctis in bona: sic peccatoribus in mala conver-
tentur. Sunt spiritus, qui ad vindictam creati 33
sunt: & in furore suo confirmaverunt flagella
(f) sua. Et in tempore consummationis effundunt 34
virtutem: et furorem ejus, qui fecit illos sedabunt.

MS.A. (ξ) ἔσται, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Τί τοῦτο, εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ ἐν καιρῷ (ο) οὐδέν (π) θαυμαστὸν (ρ) χρείαν (σ) Αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ τοῖς ὁσίοις εὐθεῖαι, οὕτως τοῖς ἀνόμοις προσκόμματα, Ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην. Ἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς (τ) καὶ πῦρ, (υ) ἅλας, καὶ σεμίδαλις, πυρός, (φ) Ἐν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

20 * ܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܐܟܚܕܐ ܫܦܝܪܝܢ. ܘܟܠܗܘܢ ܠܚܫܚܬܗܘܢ ܐܬܒܪܝܘ. ܘܠܝܬ ܠܡܐܡܪ ܕܠܡܢܐ
ܗܢܐ ܘܠܡܢܐ ܗܢܐ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܒܦܘܚܡܐ ܥܒܝܕܝܢ. ܘܠܝܬ ܠܡܐܡܪ ܕܗܢܐ ܒܝܫ
21 ܘܗܢܐ ܛܒ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܒܙܒܢܗܘܢ ܡܬܚܝܠܝܢ. * ܒܡܐܡܪܗ ܡܕܢܚ ܫܡܫܐ.
22 ܘܒܡܐܡܪܗ ܗܘ ܡܥܪܒ ܠܗ. * ܒܥܓܠ ܨܒܝܢܗ ܡܬܥܒܕ. ܘܠܝܬ ܕܡܥܟܒ ܠܦܘܩܕܢܗ.
23 25 * ܥܒ̈ܕܐ ܕܟܠ ܒܣܪ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܠܝܬ ܕܛܫܐ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ. * ܠܝܬ ܒܨܝܪ
26 ܘܣܓܝ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܠܝܬ ܕܥܫܝܢ ܘܩܫܐ ܒܚܙܬܗ. * ܒܘܪܟܬܗ ܐܝܟ ܢܗܪܐ ܪܕܝܐ. ܘܐܝܟ
27 28 ܢܗܪܐ ܥܠܡܐ ܡܪܘܐ. * ܗܟܢܐ ܪܘܓܙܗ ܥܡ̈ܡܐ ܕܐܢ. ܘܗܦܟ ܐܪܥܐ ܫܩܝܬܗܘܢ ܠܡܠܚܐ.
29 * ܐܘܪ̈ܚܬܗܘܢ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܬܪ̈ܝܨܢ ܩܕܡ ܐܦܘܗܝ. ܐܦ ܠܪ̈ܫܝܥܐ ܗܦܟܢ ܗܠܝܢ. * ܛܒܬܐ ܡܢ
30 ܒܪܫܝܬ ܠܛܒ̈ܐ ܐܬܒܪܝܬ. ܘܐܦ ܠܪ̈ܫܝܥܐ. ܐܢ ܛܒ ܘܐܢ ܒܝܫ. * ܪܝܫ ܟܠܗܝܢ ܨܒ̈ܘܬܐ
ܕܡܫܬܒܩܢ ܠܚܝ̈ܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܡܝ̈ܐ ܘܢܘܪܐ. ܘܦܪܙܠܐ ܘܡܠܚܐ. ܘܚܛܐ ܘܬܪܒܐ. ܘܚܠܒܐ
31 ܘܕܒܫܐ. ܘܥܢܒ̈ܐ ܘܚܡܪܐ ܘܡܫܚܐ. ܘܟܣܝܬܐ ܘܠܒܘܫܐ. * ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܠܛܒ̈ܐ
32 ܡܘܬܪܢ. ܘܠܪ̈ܫܝܥܐ ܠܠܘܛܬܐ ܡܬܗܦܟܢ. * ܐܝܬ ܪ̈ܘܚܐ ܕܠܬܒ̈ܥܬܐ ܐܬܒܪܝܘ. ܘܒܪܘܓܙܗܘܢ
ܛܘܪ̈ܐ ܥܩܪܝܢ. ܘܒܙܒܢܐ ܕܪܘܓܙܐ ܚܝܠܗܘܢ ܡܚܘܝܢ. ܘܪܘܚܗ ܕܒܪܝܗܘܢ ܡܢܝܚܝܢ.
33 34 * ܢܘܪܐ ܘܒܪܕܐ. ܘܟܐܦ̈ܐ ܕܡܘܬܐ. ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܠܕܝܢܐ ܐܬܒܪܝܘ. * ܚܝܘܬܐ ܒܝܫܬܐ ܘܥܩܪ̈ܒܐ
ܘܚܘ̈ܘܬܐ. ܣܝܦܐ ܕܬܒܥܬܐ ܠܡܘܒܕܘ ܪ̈ܫܝܥܐ.

Omnia simul opera Dei sunt decora, & 20
omnia suis creata sunt functionibus, nec est
cur dicamus, Ad quid hoc? & quorsum hoc
est? nam omnia convenienter sunt facta, nec
est cur dicamus, Hoc malum, & hoc bonum
est; omnia enim suo tempore vigebunt.
Dicto suo solem oriri facit, dictóque suo 21
ipse occumbere facit eundem. Alacriter fit 22
voluntas ejus, nec est qui præceptum ejus re-
tardet. Opera omnium carneorum sunt in 23
conspectu ipsius, nec est quod præsentiam
ejus lateat. Non est paucum & multum co- 25
ram ipso, nec forte ac durum in conspectu
ejus. Benedictio ejus fluminis instar emanat, 26
& fluminis instar secula irrigat. Eodem mo- 27
do ira ejus populos judicat, & terram eorum
irriguam in salem convertit. Viæ justorum 28
rectæ sunt coram ipsius facie, & hæc rursum
ad impios est conversa. Bonum ab initio 29
creatum est bonis, & sceleratis etiam sivè
bonum sive malum. Præcipuum rerum omni- 30
um quæ relinquuntur ad vitá humanam, sunt
aqua, & ignis, ferrum, sal, frumentum, adeps,
lac, mel, uvæ, vinum, oleum tegumentum,
ac vestimentum: Hæc omnia bonis profici- 31
unt, malis autem in maledictionem vertun-
tur. Sunt spiritus qui ad ultiones creati 32
sunt, suóque furore montes eradicant, tem-
pore iræ potentiam suam ostendunt, & spi-
ritum ejus qui creavit ipsos, sedant. Ignis, 33
grando, & lapides exitiales; hæc omnia ad
judicium creata sunt: Bestiæ feroces, scor- 34
piones, atque serpentes sunt gladius vin-
dictæ ad perdendos impios.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

20 * جميع اعمال الله حسنة جميلة * وكلها خلقت لما ينبغي ويحتاج اليه * ولا يقدر احد يقول
لماذا خلق هذا افضل من هذا * لان جميع الاشياء خلقت بقدر مقدور ولن يقدر احد يقول
21 هذا انفع من هذا * لان كل واحد منها ينفع في وقت يحتاج اليه * تطلع الشمس بامره * وتغيب
22 23 بامره * بالفرح والسرور تطلع * وتتبع مسرته * ولا تخالف لشي من امره * اعمال كل ذوي لحم
25 بين يديه * ولا يخفى عليه خافية * وليس بين يديه شيا اكثر ولا اقل * ولا اقوى ولا اشد *
26 27 * وان بركته تفيض على العالمين مثل النهر * كذلك غضبه يعاقب الشعوب * ويصير ارض
28 29 سقويهم مالحة سبخة * سبل الابرار مستقيمة بين يديه * ويجزي المنافقين باعمالهم * الخير في
قديم الدهر خلق للابرار * والمنافقون يجزون بما قدموا * خيرا كان او شرا * اصل ما ينبغي
30 لحياة الناس * الماء والنار والحديد والملح والحنطة والشحم واللحم واللبن * والعسل والعنب *
31 والخمر * والدهن * والكسوة * وجميع هذه الاشياء تنفع الابرار وتصير لعنة على الاشرار *
32 * من الرياح ما خلقت لتقلع الاشجار وتقلع الجبال بشدتها * وعند السخط تظهر قوتها
33 34 وتتم مسرة خالقها * النار والبرد وحجارة الموت * جميع هذه الانواع خلقت للانتقام * الجوارح
والعقارب والاحناش حربة للانتقام * لتهلكهم وتنتقم منهم *

Omnia Dei opera bona sunt ac pulchra, et 20
omnia ad id quod congruũ ac necessarium
est, creata sunt; nec quisquã dicere potest,
Quare hoc illo præstantius creatum est?
nam res omnes præfinitâ mensurâ creatæ
sunt, nec quisquã dicere potest, Hæc est u-
tilior illâ: quoniã unaquæque earum, quo
tempore opus fuerit, utilis est. Ejus imperio 21
sol oritur, ejusdemque jussu occidit: Cum 22
lætitia & exultatione exoritur, ejusque
voluntati obsequitur, nec ejus mandato ul-
latenus contradicit. Actiones omniũ carne 23
præditorũ corã eo sunt, nec ullũ latet eum
secretum: Nec est in conspectu ipsius quic- 25
quam amplius aut minus, nec fortius aut
durius. Et verò benedictio ejus tanquam 26
fluvius creaturas inundat: Pariterque ira 27
ipsius animadvertit in populos, & gratis-
simam eis tellurem, salsam reddit ac pa-
ludosam. Semitæ justorum rectæ sunt corã 28
eo, scelerosos autem suisipsorũ factis re-
munerabitur. Bonũ ab initio seculi crea- 29
tum fuit justis, impii verò his quæ præ-
miserint, sive bona fuerint sive mala, com-
pensabuntur. Summa eorum quæ necessa- 30
ria sunt humanæ vitæ, sunt aqua, ignis,
ferrum, sal, frumentum, adeps, caro, lac,
mel, uvæ, vinum, oleum, & indumentum:
Et hæc omnia sanctis prosunt, improbis 31
autem cedunt in maledictionem. Ventorũ 32
quidam creati sunt ad disrumpendas ar-
bores montesque suo impetu evellendos: &
indignationis tempore vim suã ostendunt,
& creatoris sui voluntatem explent.
Ignis, grando, et lapides funesti, omnes in- 33
quam hujusmodi species, ad ultionem
creatæ sunt. Feræ bestiæ, scorpiones, ac 34
serpentes, in lanceam ad vindictam, ut
perimant eos, & ulciscantur ab eis.

Versio VULG. LAT.

35 Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam
36 creata sunt: Bestiarum dentes, & scorpii, & serpentes,
37 & rhomphæa vindicans in exterminium impios. In man-
datis ejus epulabuntur, & super terram in necessitatem piæ-
parabuntur, & in temporibus suis non præterient ver-
38 bum. Propterea ab initio confirmatus sum, & consilia-
39 tus sum, & cogitavi, & scripta dimisi. Omnia opera
Domini bona, & omne opus horâ suâ subministrabit.
40 Non est dicere; Hoc illo nequius est: omnia enim in
41 tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde &
ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

CAP. XL.

1 Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & ju-
gum grave super filios Adam, à die exitûs de ventre ma-
tris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.
2 Cogitationes eorum, & timores cordis, adinventio expecta-
3 tionis, & dies finitionis: A residente super sedem glorio-
4 sam, usque ad humiliatum in terra & cinere: Ab eo qui
utitur hyacintho, & portat coronam, usque ad eum qui
operitur lino crudo: furor, zelus, tumultus, fluctuatio, &
5 timor mortis, iracundia perseverans, & contentio, Et in
tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scien-
6 tiam ejus. Modicum tanquam nihil in requie, & ab eo in
7 somnis, quasi in die respectûs. Conturbatus est in visu
cordis sui, tanquam qui evaserit in die belli. In tempo-
re salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem:
8 Cum omni carne, ab homine usque ad pecus, & super
peccatores septuplum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

35 Πῦρ καὶ χάλαζα καὶ λιμὸς καὶ θάνατος, † πάντα ταῦτα εἰς ἐκδί-
36 κησιν ἔκτισται. † Θηρίων ὀδόντες καὶ σκορπίοι καὶ ἔχεις † καὶ ῥομ-
37 φαία ἐκδικοῦσα εἰς ὄλεθρον ἀσεβεῖς, † Ἐν τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ εὐ-
φρανθήσονται, † καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰς (φ) χρείας ἑτοιμασθήσονται,
38 † καὶ ἐν (χ) τοῖς καιροῖς αὐτῶν οὐ παραβήσονται λόγον. † Διὰ τοῦτο
39 ἐξ ἀρχῆς ἐστηρίχθην, † καὶ διενοήθην, καὶ ἐν γραφῇ ἀφῆκα. † Τὰ
ἔργα κυρίου πάντα ἀγαθά, † καὶ πᾶσαν χρείαν ἐν ὥρᾳ αὐτῆς χορη-
40 γήσει. † Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Τοῦτο τούτου πονηρότερον, † πάντα
41 γὰρ ἐν καιρῷ (ψ) εὐδοκιμηθήσεται. † Καὶ νῦν ἐν πάσῃ καρδίᾳ καὶ
στόματι ὑμνήσατε, † καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα κυρίου.

MS. A. (φ) χεῖρας (χ) καιροῖς (ψ) εὐδοκιμήσεται.

ΚΕΦ. μʹ.

1 † Ἀσχολία μεγάλη ἔκτισται παντὶ ἀνθρώπῳ, † καὶ ζυγὸς βαρὺς
ἐπὶ υἱοὺς Ἀδάμ, † ἀφ' ἡμέρας ἐξόδου ἐκ γαστρὸς μητρὸς αὐτῶν
2 † ἕως ἡμέρας ἐπὶ (α) ταφῇ εἰς μητέρα πάντων. † Τοὺς διαλο-
γισμοὺς αὐτῶν καὶ φόβον (β) καρδίας, † ἐπίνοια προσδοκίας, ἡμέρα
3 τελευτῆς. † Ἀπὸ καθημένου ἐπὶ θρόνου (γ) ἐν δόξῃ, † καὶ ἕως
4 τεταπεινωμένου ἐν γῇ καὶ σποδῷ· † Ἀπὸ φοροῦντος (δ) ὑάκινθον
καὶ στέφανον, † καὶ ἕως περιβαλλομένου ὠμόλινον· Θυμὸς καὶ ζῆλος
καὶ ταραχὴ καὶ σάλος † καὶ φόβος θανάτου καὶ (ε) μηνίαμα καὶ ἔρις,
5 † Καὶ ἐν καιρῷ ἀναπαύσεως ἐπὶ κοίτης † ὕπνος νυκτὸς ἀλλοιοῖ
6 γνῶσιν αὐτοῦ. † Ὀλίγον ὡς οὐδὲν ἐν ἀναπαύσει, † καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐν
7 ὕπνοις ὡς ἐν ἡμέρᾳ σκοπιᾶς. † Τεθορυβημένος ἐν ὁράσει καρδίας
αὐτοῦ, † ὡς ἐκπεφευγὼς ἀπὸ προσώπου πολέμου. † ἐν καιρῷ σωτηρίας
8 αὐτοῦ ἐξηγέρθη, † καὶ ἀποθαυμάζων εἰς οὐδένα φόβον. † Μετὰ πάσης
σαρκὸς ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, † καὶ ἐπὶ ἁμαρτωλῶν ἑπταπλάσια.

MS. A. (α) ταφῆς (β) * καρδίαν (γ) ἐνδόξου, ὡς τεταπεινωμένου (δ) ὑακίνθινον (ε) μήνιμα

Ignis, et grando, et fames, et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes, et scorpii, et viperæ; et romphæa vindicans in exterminiū impios, In (g) mandato ejus lætabuntur: et super terram in (h) necessitates præparabuntur: et in temporibus suis non præterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum, et meditatus sum, et in scriptura reliqui. Omnia opera Domini bona: et omnem usum in tempore ejus subministrabunt. Et non est dicere; Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore comprobabuntur. Et nunc in omni corde et ore collaudate, et benedicite nomen Domini.

CAP. XL.

Occupatio magna creata est omni homini, & jugum grave super filios Adam, à die exitûs de ventre matris eorum, usque in diem (a) in sepultura in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timorem cordis, consideratio expectationis, dies finitionis. A residente super thronum in gloria, & usque ad humiliatum in terra, & cinere: Ab eo qui portat hyacinthum, & coronam, & usque ad eum qui operitur lino crudo: Furor, & zelus, & tumultus, & fluctuatio, & timor mortis, & iracundia perseverans, et contentio, Et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat cognitionem ejus. Modicum tanquam nihil in requie; & ab eo in somnis, quasi in die speculæ, Conturbatus est in visu cordis sui; tanquam qui evasit à facie belli: in tempore salutis suæ exurrexit, et admirans ad nullum terrorem. Cum omni carne ab homine usque ad pecus: et super peccatores septupla,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

35 36 * ܒܙܒܢܐ ܕܦܩܕ ܠܗܘܢ ܡܬܦܨܚܝܢ. * ܘܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܗܘܢ ܠܐ ܡܥܒܪܝܢ ܡܠܬܗ.
37 * ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ ܐܬܒܪܝܘ. ܐܣܬܟܠܘ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܕܒܟܬܒܐ ܟܬܝܒܢ ܟܠܗܝܢ
38 39 ܗܠܝܢ. * ܘܥܒܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܛܒܝܢ. ܘܟܠ ܨܒܘ ܠܥܕܢܗ ܡܬܒܪܝܐ. * ܘܠܝܬ
ܠܡܐܡܪ ܕܗܢܐ ܒܝܫ ܡܢ ܗܢܐ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܒܐܘܨܪܐ ܟܢܝܫܝܢ. ܘܒܥܕܢܗܘܢ
40 ܡܬܥܫܢܝܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܟܠܗ ܠܒܟܘܢ ܒܪܟܘ ܠܐܠܗܐ. ܘܫܒܚܘ ܠܫܡܗ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܡ *

* ܨܒܘܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܒܪܐ ܐܠܗܐ. ܘܥܢܝܢܐ ܩܫܝܐ. ܥܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܢܦܩܝܢ ܡܢ
ܟܪܣܐ ܕܐܡܗܘܢ. ܥܕܡܐ ܕܢܗܦܟܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܚܝܐ. * ܫܘܒܚܗܘܢ ܘܡܚܫܒܬܐ ܕܠܒܗܘܢ.
3 ܘܣܘܦܐ ܕܡܠܝܗܘܢ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܡܘܬܗܘܢ. * ܡܢ ܝܬܒܝ ܟܘܪܣܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܥܕܡܐ
4 ܠܝܬܒܝ ܥܠ ܥܦܪܐ ܘܩܛܡܐ. * ܘܡܢ ܕܩܛܝܪܝܢ ܬܓܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܒܝܫܝܢ ܠܒܘܫܐ
5 ܕܡܣܟܢܘܬܐ. * ܪܘܓܙܐ ܘܥܩܬܐ ܘܛܢܢܐ ܘܕܚܠܬܐ. ܘܕܚܠܬ ܡܘܬܐ. ܚܪܝܢܐ ܘܥܫܝܢܘܬܐ. ܘܟܕ
7 ܫܠܝܢ ܥܠ ܡܫܟܒܝܗܘܢ. ܒܫܢܬܐ ܕܠܠܝܐ ܡܙܝܥܝܢ ܠܗܘܢ. * ܕܡܫܬܐܠ ܒܚܙܘܐ ܕܠܠܝܐ.
8 ܕܡܐ ܠܓܒܪܐ ܕܥܪܩ ܡܢ ܩܕܡ ܪܕܘܦܐ. * ܘܐܢ ܐܝܬ ܒܢܦܫܗ ܪܓܬܐ. ܟܕ ܡܬܬܥܝܪ ܡܫܟܚ ܠܗ ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܕܡ.

Quo tempore præcipit illis, gestiunt; Et cunctis diebus suis verbum ejus minimè retractant, Quoniam ab initio creata fuerunt. Intelligite filii hominum, quòd in libro scripta sint hæc omnia; Cuncta Dei opera sunt optima, & res quælibet ad oportunum tempus creata; Nec sit dicere, Hoc illo pejus est: nam omnia sunt in horreis collecta, & oportuno tempore vigebunt. Itaque toto animo vestro Deum benedicite & nomen ejus celebrate.

CAP. XL.

Negotia ingentia variásq; res arduas creavit Deus adversùs homines: ex quo *enim* die egrediuntur ex utero matris suæ, quousq; perveniant ad terram viventium, Gloria eorum, & cogitatio cordis ipsorum, & finis sermonum eorum ad diem obitûs usque; (Ab his qui sedent in thronis regiis, usque ad eos qui humi, & in cinere sedent: A diademate cinctis, usq; ad eos qui sunt vestimento paupertatis induti;) Sunt indignatio, mœror, & æmulatio, timor, & mortis formido, contentio & pervicacia, *quæ* etiam dum super lectis suis quiescunt in somno nocturno, excitant eos. Qui visionem nocturnam consultat, similis est homini persecutorem fugienti. Si quam habeat in animo voluptatem, experrectus deprehendit se nihil habere,

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

35 36 * وَإِذَا أُمِرَتْ بِهَلَاكِهِمْ تَفْرَحْ * وَلَا تُخَالِفُ قَوْلَهُ جَمِيعَ أَيَّامِ ٱلْخَلِيقَةِ * لِأَنَّهَا خُلِقَتْ مِنَ ٱلْبَدْءِ
37 38 لِأَكْلِ مَسَرَّتِهِ * افْهَمُوا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ أَنَّ جَمِيعَ هٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ مَكْتُوبَةٌ فِي كِتَابِ ٱللّٰهِ * وَجَمِيعُ
39 أَعْمَالِهِ حَسَنَةٌ صَالِحَةٌ * وَخَلَقَ كُلَّ شَيْءٍ لِحِينِهِ * وَلَمْ يَقْدِرْ أَحَدٌ أَنْ يَقُولَ * هٰذَا نَافِعٌ وَهٰذَا
40 ضَارٌّ * لِأَنَّهَا كُلَّهَا مَعَ عَمَلِهَا مَخْزُونَةٌ عِنْدَ ٱللّٰهِ * وَإِذَا أُمِرَتْ ظَهَرَتْ * أَمَّا ٱلْآنَ فَاشْكُرُوا
ٱللّٰهَ مِنْ قُلُوبِكُمْ * وَسَبِّحُوا لِاسْمِهِ *

* ٱلْفَصْلُ ٱلْأَرْبَعُونَ *

1 * لَقَدْ خَلَقَ أَشْيَاءَ كَثِيرَةً وَأَجْنَاسًا كَثِيرَةً * وَأَوْجَبَ عَلَى ٱلنَّاسِ مُنْذُ تَوَلَّدُوا مِنْ
2 بُطُونِ أُمَّهَاتِهِمْ * وَإِلَى أَنْ يَرْجِعُوا إِلَى أَرْضِ ٱلْحَيَاةِ * تَسْبِيحَهُمْ وَثَبَاتَ قُلُوبِهِمْ وَآخِرَ أَيَّامِهِمْ
3 وَكَلَامَهُمْ إِلَى ٱلْمَمَاتِ * تَعَلَّمَهَا مِنَ ٱلْجَالِسِينَ عَلَى مَنَابِرِ ٱلْمُلُوكِ إِلَى ٱلَّذِينَ يَقْعُدُونَ عَلَى
4 5 ٱلتُّرَابِ وَٱلرَّمَادِ * وَمِنْ عَاقِدِينَ ٱلتَّاجَ إِلَى ٱلَّذِينَ يَلْبَسُونَ لِبَاسَ ٱلْمَسْكَنَةِ * وَٱلْغَضَبُ
وَٱلْحُزْنُ * وَٱلْغَيْنُ * وَٱلْفَرَحُ * وَمَخَافَةُ ٱلْمَوْتِ * وَٱلْمُشَاجَرَةُ * وَٱلْمُقَاوَمَةُ * وَفِي ٱلْوَقْتِ ٱلَّذِي
7 يَسْتَرِيحُونَ عَلَى أَسِرَّتِهِمْ فِي نَوْمِ ٱللَّيْلِ * يُفْزِعُهُمْ وَيُرَفِّقُ نَوْمَهُمْ * ٱلَّذِي يُؤْمِنُ بِرُؤْيَا ٱللَّيْلِ
8 وَيُسَاوِرُهَا * يُشْبِهُ ٱلْهَارِبَ مِنْ بَيْنِ يَدَيِ ٱلْعَدُوِّ * وَإِنْ كَانَ فِي قَلْبِهِ فِكْرٌ بِهٰذَا * يَنْتَبِهُ
وَيَرَى أَنَّهُ لَمْ يَكْسِبْ شَيْئًا *

Cúmque eos perimere jubentur, gaudent; Nec resistunt ejus dicto cunctis diebus creaturæ: Quoniam ab initio creata sunt ad exequendam ipsius voluntatem. Intelligite ô homines, res istas omnes scriptas esse in libro Dei, Et omnia opera ejus pulchra esse ac bona, & res singulas oportuno tempore creatas esse; Neminémque dicere posse, Hoc utile, illud verò anxium est: hæc enim omnia cum efficacitate sua recondita sunt apud Deum, & quandocumque jubentur, apparent. Nunc autem Deo gratias agite ex cordibus vestris, & laudate nomen ejus.

CAP. XL.

Res quidem multas, multáque genera creavit, ac imposuit hominibus ex quo nati sunt ex utero matrum suarum quoad revertantur in terram vitæ. Jactantiam eorum, animorum firmitatem, terminum dierum verborúmque ipsorum ad mortem usque, Deprehendes è sedentibus super solia regalia usque ad eos qui sedent super pulverem ac cinerem, Et ex iis qui tiaram nectunt usque ad eos qui veste paupertatis induuntur. Et ira, tristitia, invidia, gaudium, timor mortis, altercatio, & rixa (etiam tempore quo super lectis suis quiescunt in sopore nocturno) terrent eos, somnúmque somnum extenuant. Qui nocturnis visionibus fidem adhibet, eásque consultat, similis est fugienti à conspectu inimici. Et si quam habeat in corde de his de rebus cogitationem, evigilans videt se nihil acquisisse.

Versio VULG. LAT.

9 Ad hæc mors, sanguis, contentio, & rhomphæa, op-
10 pressiones, fames, & contritio, & flagella: Super iniquos
creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est catacly-
11 smus. Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur, &
12 omnes aquæ in mare revertentur. Omne munus, & iniqui-
13 tas delebitur, & fides in seculum stabit. Substantiæ injusto-
rum sicut fluvius siccabuntur, & sicut tonitruũ magnum in
14 pluvia personabunt. In aperiendo manus suas lætabitur:
15 sic prævaricatores in consummatione tabescent. Nepo-
tes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices im-
16 mundæ super cacumen petræ sonant. Super omnem aquam
viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum evel-
17 letur. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & mi-
18 sericordia in seculum permanet. Vita sibi sufficientis
operarii condulcabitur, & in ea invenies thesaurum.
19 Filii, & ædificatio civitatis confirmabit nomen, & su-
20 per hæc mulier immaculata computabitur. Vinum &
musica lætificant cor: & super utraque dilectio sapien-
21 tiæ. Tibiæ & psalterium suavem faciunt melodiam, &
22 super utraque lingua suavis. Gratiam & speciem de-
siderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes.
23 Amicus & sodalis in tempore convenientes, & super
24 utrosque mulier cum viro. Fratres in adjutorium in
tempore tribulationis, & super eos misericordia libe-
25 rabit. Aurum & argentum est constitutio pedum: &
super utrumque consilium beneplacitum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 Πρὸς ταῦτα. †Θάνατος καὶ αἷμα καὶ ἔρις καὶ ῥομφαία, ἐπαγωγαὶ,
10 λιμὸς καὶ σύντριμμα καὶ μάστιξ, †Ἐπὶ τοὺς ἀνόμους ἐκτίσθη(ε) ταῦτα
11 πάντα, †καὶ δι' αὐτοὺς ἐγένετο ὁ κατακλυσμός. †Πάντα ὅσα ἀπὸ γῆς
εἰς γῆν(ζ) ἀναστρέφει, †καὶ ἀπὸ ὑδάτων εἰς θάλασσαν ἀνακάμπτει.
12 †Πᾶν δῶρον καὶ ἀδικία ἐξαλειφθήσεται, †καὶ πίστις εἰς τὸν αἰῶνα
13 στήσεται. †Χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται, †καὶ ὡς
14 βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετῷ ἐξηχήσει. †Ἐν τῷ ἀνοῖξαι αὐτὸν χεῖρας,
εὐφρανθήσεται, †οὕτως οἱ παραβαίνοντες εἰς συντέλειαν (η) ἐκλεί-
15 ψουσιν. †Ἔκγονα ἀσεβῶν οὐ πληθυνεῖ κλάδους, †καὶ ῥίζαι ἀκά-
16 θαρτοι ἐπ' ἀκροτόμου πέτρας. †(θ) Ἄχει ἐπὶ παντὸς ὕδατος καὶ
17 (ι) χείλους ποταμοῦ †πρὸ παντὸς χόρτου ἐκτιλήσεται. †Χάρις ὡς
παράδεισος ἐν εὐλογίαις, †καὶ ἐλεημοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα διαμενεῖ.
18 †Ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται, †καὶ ὑπὲρ (κ) ἀμφότερα
19 ὁ εὑρίσκων θησαυρόν. †Τέκνα καὶ οἰκοδομὴ πόλεως στηρίζουσιν
20 ὄνομα, †καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα γυνὴ ἄμωμος λογίζεται. †Οἶνος
καὶ μουσικὰ εὐφραίνουσι καρδίαν, †καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα ἀγάπησις
21 σοφίας. †Αὐλὸς καὶ ψαλτήριον ἡδύνουσι (λ) μέλη, †καὶ ὑπὲρ
22 ἀμφότερα γλῶσσα ἡδεῖα. †Χάριν καὶ κάλλος ἐπιθυμήσει (μ) ὁ ὀφθαλ-
23 μός σου, †καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην σπόρου. †Φίλος καὶ ἑταῖρος
εἰς καιρὸν ἀπαντῶντες, †καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα γυνὴ (ν) μετὰ ἀνδρός.
24 †Ἀδελφοὶ καὶ βοήθεια εἰς καιρὸν θλίψεως, †καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα
25 ἐλεημοσύνη (ν) ῥύσεται. †Χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐπιστήσουσι πόδα,
†καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα βουλὴ εὐδοκιμεῖται.

MS. A. (ε) πάντα ταῦτα, (ζ) ἀναστρέψει, (η) ἐκθλίψουσιν. (θ) Ἄχι (ι) χεῖλος (κ)* ἀμφοτέρας δείκνων (λ) μέλη, (μ) ὀφθαλμὸς, καὶ ὑπὲρ (ν) μετ' (ν) ῥύεται.

Ad hæc, mors, & sanguis, & contentio, & rom- 9
phæa, oppressiones, fames & contritio, & flagel-
lum: Super peccatores creata sunt hæc omnia: & 10
propter illos factus est cataclysmus. Omnia, quæ 11
de terra sunt, in terram revertuntur, & ab aquis
in mare reflectunt. Omne munus et iniquitas de- 12
lebitur: & fides in seculum stabit. Substantiæ in- 13
justorum sicut fluvius exiccabuntur: &, sicut
tonitruum magnum in pluvia personabit: In ape- 14
riendo ipsam manus, lætabitur: sic præva-
ricatores in consummationem deficient. Nepotes 15
impiorum non (b) multiplicant ramos: et radices
immundæ super duram petram. (c) Achi super 16
omnem aquam, & oram fluminis, ante omne fœ-
num evelletur. Gratia, sicut paradisus, in bene- 17
dictionibus: & misericordia in seculum perma-
net. Vita sufficientis sibi operarii condulcabi- 18
tur, & super utraque, qui invenit thesaurum.
Filii, & ædificatio civitatis confirmant nomen: 19
& super utraque mulier immaculata computa-
tur. Vinum, & musica lætificant cor, & super 20
utraque dilectio sapientiæ. Tibia, & psalterium 21
jucundam faciunt melodiam, & super utraque
lingua suavis. Gratiam & speciem desiderabit 22
oculus (d) tuus: & super utraq; viriditatem sa-
tionis. Amicus, & sodalis in tempore occurren- 23
tes: & super utraque, mulier cum viro. Fratres 24
et adjutorium in tempore tribulationis: & super
utraq; eleemosyna liberabit. Aurũ, et argentũ sta- 25
tuent pedem: & super utraq; consiliũ benè placet.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܒܣܪܐ ܨܦܬܗܘܢ ܥܡܗܘܢ. ܘܥܘܬܪܐ ܡܢܕ ܫܢܬܗܘܢ. * ܟܠ
10 ܡܕܡ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܠܐܪܥܐ ܗܦܟ. ܘܡܕܡ ܕܡܢ ܪܘܡܐ ܠܪܘܡܐ. * ܟܠ ܡܢ ܕܚܛܐ ܘܡܛܥܐ
11 ܢܒܛܠ. * ܘܛܘܒܢܐ ܕܥܠܡܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܬܩܝܡܘܢ. * ܢܟܣܐ ܕܥܘܠܐ ܐܝܟ ܢܚܠܐ
12 ܢܬܢܓܕܘܢ. ܘܐܝܟ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܥܢܢ̈ܐ ܩܠܝܠܬܐ. ܗܟܢܐ ܢܫܠܘܢ ܘܢܥܒܪܘܢ.
13 ܢܬܢܓܕܘܢ. * ܘܢܨܒܬܐ ܠܐܢܫܐ ܪܫܝܥܐ ܠܐ ܢܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܥܩܪܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ ܐܝܟ ܫܒܠܐ
15 ܕܥܠ ܫܢܐ ܕܟܐܦܐ. * ܘܐܝܟ ܚܠܚܠܐ ܕܥܠ ܓܐܦܐ ܕܢܚܠܐ. ܕܩܕܡ ܟܠ
16 ܬܘܢ ܝܒܫ. * ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܟܐ̈ܢܐ ܒܙܒܢܗܘܢ ܡܬܒܪܟܝܢ. ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ ܠܥܠܡ
17 ܡܬܩܝܡܝܢ. * ܘܕܡܬܩܪܒ ܠܘܬܗܘܢ. ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܡܫܟܚ ܣܝܡܬܐ. * ܪܒܘܬܐ ܘܐܝܩܪܐ
18 ܡܩܝܡܝܢ ܫܡܐ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܡܢ ܕܡܫܟܚ ܚܟܡܬܐ. ܒܢܝܢܐ ܘܢܨܒܬܐ. ܡܚܕܬܝܢ
19 ܫܡܐ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܐܢܬܬܐ ܚܟܝܡܬܐ. * ܚܡܪܐ ܥܬܝܩܐ ܡܚܕܐ ܠܒܐ. ܘܛܒ
20 ܡܢܗ ܪܚܡܬܐ ܕܪܚܡܐ. * ܙܡܪܐ ܘܩܝܬܪܐ ܡܒܣܡܝܢ ܙܡܪܐ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܠܫܢܐ
21 ܕܟܝܐ. * ܪܓܬܐ ܘܫܘܦܪܐ ܕܥܝܢ̈ܐ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܫܒ̈ܠܐ ܕܚܩܠܐ. * ܪܚܡܐ ܘܚܒܪܐ
22 ܒܙܒܢܗܘܢ ܡܬܒܪܟܝܢ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܐܢܬܬܐ ܛܒܬܐ. * ܐܚܐ ܘܡܥܕܪܢܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ. ܘܡܢ
23 24 ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܙܕܩܬܐ ܡܦܨܝܐ. * ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܡܩܝܡܝܢ ܪ̈ܓܠܐ. ܘܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ. ܡܠܟܐ ܛܒܐ.
25

Omnes mortales curam suam secum por- 9
tant, & divitiæ somnum eorum expellunt
Quicquid è terra est, in terram revertitur: 10
& quicquid ex alto, in altum. Quicunque 11
peccat ac decipit, deficiet: At *hujus* mun- 12
di fœlices, ipsi quoque persistent. Opes 13
ex injustitia *partæ*, quasi torrens exhauri-
entur, & quasi flumina levissimis plena nu-
bibus ablatæ deficient. Surculus impiis 15
hominibus non erit, quia radix scelestorum
similis est spicæ super rupis promontorio e-
natæ. Et similis algæ super torrentis an- 16
tibus enatæ, quæ ante omnem herbam are-
scit. Opera verò piorum oportunè bene- 17
dicentur, & opera justorum in perpetuum
consistent: Et qui accedit ad ipsos, si- 18
milis est homini thesaurum invenienti. Ma- 19
jestas & honor nomen erigunt; sed utro-
que magis qui nanciscitur sapientiam. Ædi-
ficium & plantatio famam renovant; sed
plus utroque uxor prudens. Vinum vetus 20
cor exhilarat; hoc autem melior est amor
amici. Tibia & fides suavem reddunt can- 21
tum; præ utroque verò lingua pura. De- 22
cor & pulchritudo sunt appetitus oculorum;
utrumque verò *superant* agri spicæ. Ami- 23
cus & socius tempestivè benedicuntur; sed
utroque magis uxor bona. Frater & adjutor, 24
tempore calamitatis; sed plus utroque li-
berat eleemosyna. Aurum & argentum 25
stabiliunt pedem; at *firmiùs* utroque con-
silium bonum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9 * حرص كل ذي لحم معهم * والهم يطير نومهم * كلما خلق من الارض الي الارض
10 يرجع * وما كان من السماء الي السماء يرتفع * وكل من اثم وكذب * يتبدد ويبطل *
11 * الابرار ذكرهم دايم الي الابد * اموال جمعت من الحرام تستباح مثل الاودية * ومثل
12 الانهار التي تمتلي من السحاب المعتمة * كذلك يفنا مالهم كانهم لم يتمتعوا بها
13 قط * وليس للرجل السوء فداء * لان اصل الخاطيين مثل السنبلة النابتة على ظهر
15 الجبل * وكشبه البقلة التي تنبت على شاطي الوادي * التي تيبس قبل جميع البقول *
16 * واعمال الابرار في حينها تبرك * واعمال الصديقين تثبت الي الابد * والذي يدنوا منها
17 18 مثل انسان يجد الدفين * الكرامة والادب يثبتها الاسم * وافضل منها من اراد الحكمة * الاعراس
19 والبناء يجدد الاسم * وافضل منها الامراة العاقلة * الخمر العتيق يفرح القلب * وافضل منه اخوة
20 الصديق * الزمر والعود يلهبان القلب ويطيبان الغناء * وافضل منهما اللسان الذكي * البهاء
21 22 والحسن شهوة العينين * ومن كليهما الحقل * والصديق والصاحب في كل ساعة يتبركا *
23 ومن كليهما المراة الصالحة * الاخ والعون الصالح في ساعة الشدة * وافضل منهما تنقذ
24 الصدقة * الذهب والفضة يثبتا الرجل * وافضل من كليهما المشورة الصالحة *
25

Solicitudo omnium carne præditorum co- 9
mitatur illos, & cura abigit somnum
ipsorum. Quicquid de terra creatum est, 10
in terram redit: & quod è cœlo est, ad
cœlum ascendit. Et quisquis deliquerit 11
ac mentitus fuerit, dissipabitur & abole-
bitur. Justorum memoria manet in æter- 12
num. Pecuniæ ex illicitis collectæ, ceu 13
torrentes evellentur: & tanquam flu-
mina caliginosis referta nubibus, ita de-
ficiet eorum pecunia, ac si nunquam fu-
issent eâ fruiti. Præterea homini scele- 15
rato non erit successio, quia radix pecca-
torum est veluti spica super montis su-
perficie nascens, Et velut olus quod 16
secus torrentis ripam natum, ante
omnes herbas arescit. At opera sancto- 17
rum suo tempore benedicentur, & opera
justorum manebunt in æternum: Et qui 18
accesserit ad ea, similis est homini thesau-
saurum invenienti. Honorem & mode- 19
stiam fama confirmat, at his præstantior
est qui sapientiam expetit. Plantatio &
ædificium nomen renovant; sed his po-
tior est uxor cordata. Vinum vetus 20
lætificat animum; sed magis quàm ipsum
amicitia vera. Fistula & fides cor ac- 21
cendunt, & musicam reddunt jucundam;
utroque verò præstantior est lingua pura.
Nitor & pulchritudo sunt desiderium o- 22
culorum; sed utroque magis ager allicit.
Item, amicus & socius singulis horis 23
benedicuntur, plus autem utroque uxor
bona. Frater & auxilium bonum, tem- 24
pore angustiæ: sed utroque meliùs libe-
rat eleemosyna. Aurum & argentum
confirmant pedem; at meliùs utroque con- 25
silium bonum.

Versio VULG. LAT.

26 Facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Do-
27 mini. Non est in timore Domini minoratio, & non
28 est in eo inquirere adjutorium. Timor Domini sicut pa-
radisus benedictionis, & super omnem gloriam ope-
29 ruerunt illum. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas:
30 melius est enim mori, quàm indigere. Vir respiciens
in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victûs:
31 alit enim animam suam cibis alienis. Vir autem discipli-
32 natus & eruditus custodiet se. In ore imprudentis con-
culcabitur inopia, & in ventre ejus ignis ardebit.

CAP. XLI.

1 O Mors, quàm amara est memoria tua, homini pacem
2 habenti in substantiis suis; Viro quieto, & cujus viæ
directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere ci-
3 bum! O mors, bonum est judicium tuum homini in-
4 digenti, & qui minoratur viribus, Defecto ætate,
& cui de omnibus cura est, & incredibili, qui per-
5 dit patientiam! Noli metuere judicium mortis. Me-
mento quæ ante te fuerunt, & quæ superventura sunt
6 tibi: hoc judicium à Domino omni carni. Et quid
7 superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem,
sive centum, sive mille anni. Non est enim in inferno
8 accusatio vitæ. Filii abominationum fiunt filii pecca-
9 torum, & qui conversantur secus domos impiorum. Fi-
liorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine il-
lorum assiduitas opprobrii.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

26 † Χρήματα καὶ ἰσχὺς (ξ) ἀνυψώσουσι καρδίαν, † καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα
27 φόβος κυρίου. † Οὐκ ἔστι (ο) φόβῳ κυρίου ἐλάττωσις, † καὶ οὐκ ἔστιν ἐπι-
28 ζητῆσαι ἐν αὐτῷ βοήθειαν. † Φόβος κυρίου ὡς παράδεισος εὐ-
29 λογίας, † καὶ ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν (π) ἐκάλυψαν αὐτόν. † Τέκνον,
ζωὴν ἐπαιτήσεως μὴ βιώσῃς, † κρεῖσσον ἀποθανεῖν ἢ ἐπαιτεῖν.
30 † Ἀνὴρ βλέπων εἰς τράπεζαν ἀλλοτρίαν, † οὐκ ἔστιν αὐτοῦ ὁ βίος ἐν
λογισμῷ ζωῆς, † ἀλισγήσει (ρ) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν ἐδέσμασιν
31 ἀλλοτρίοις. † Ἀνὴρ δὲ ἐπιστήμων καὶ πεπαιδευμένος φυλάξεται.
32 † Ἐν στόματι ἀναιδοῦς γλυκανθήσεται ἐπαίτησις, † καὶ ἐν κοιλίᾳ αὐ-
τοῦ πῦρ καήσεται.

MS. A. (ξ) ἀνυψοῦσιν (ο) ἐν φόβῳ (π) ἐκάλυψεν (ρ) ψυχὴν

ΚΕΦ. μα΄.

1 † Ὦ Θάνατε, ὡς πικρόν σου τὸ μνημόσυνόν ἐστιν † ἀνθρώπῳ
2 εἰρηνεύοντι ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, † Ἀνδρὶ ἀπερισπάστῳ, καὶ
εὐοδουμένῳ ἐν πᾶσι, † καὶ ἔτι ἰσχύοντι ἐπιδέξασθαι τροφήν;
3 † Ὦ θάνατε, καλόν σου τὸ κρίμα ἐστὶν † ἀνθρώπῳ (ᵈ) ἐπιδεομένῳ καὶ
4 ἐλασσουμένῳ ἰσχύϊ, † Ἐσχατογήρῳ, καὶ περισπωμένῳ περὶ πάντων,
5 † καὶ ἀπειθοῦντι, καὶ ἀπολωλεκότι ὑπομονήν. † Μὴ εὐλαβοῦ κρίμα
θανάτου· † μνήσθητι προτέρων σου καὶ ἐσχάτων, † τοῦτο (α) τὸ κρίμα
6 παρὰ κυρίου πάσῃ σαρκί. † Καὶ τί ἀπαναίνῃ ἐν εὐδοκίᾳ ὑψίστου;
7 † εἴτε δέκα, εἴτε ἑκατὸν, εἴτε χίλια ἔτη· † Οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου
8 ἐλεγμὸς ζωῆς. † Τέκνα (β) βδελυκτὰ γίνεται τέκνα ἁμαρτωλῶν,
9 † καὶ συναναστρεφόμενα παροικίαις ἀσεβῶν. † Τέκνων ἁμαρτωλῶν
ἀπολεῖται κληρονομία, † καὶ μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν (γ) ἐνδελεχιεῖ
ὄνειδος.

MS. A. (ᵈ) ἐπιδεομένῳ (α) κρίμα (β) βδελυρὰ (γ) * ἐνδελεχεῖ

Cum Translatione LATINA.

Facultates & fortitudo exaltabunt cor: & super utraque, timor Domini. Non est (o) timori 26, 27
Domini minoratio: & non est in eo inquirere
adjutorium. Timor Domini, sicut paradisus be- 28
nedictionis: & super omnem gloriam (ſ) operu-
erunt illum. Fili, vitam mendicationis ne vi- 29
vas: melius est mori, quàm mendicare. Vir 30
respiciens in mensam alienam, non est vita ejus
in computatione vitæ: contaminabit animam
suam in cibis alienis. Vir autem sciens & di- 31
sciplinatus custodiet se. In ore impudentis con- 32
dulcabitur mendicatio: & in ventre ejus ignis
ardebit.

CAP. XLI.

O Mors, quàm amara est memoria tua homi- 1
ni pacem habenti in substantiis suis, Viro quieto, 2
& prosperè agenti in omnibus, & adhuc valenti
accipere cibum. O mors, bonum est judicium tuum 3
homini indigenti, & qui minoratur viribus,
Defecto ætate, et cui cura est de omnibus, et diffi- 4
denti, & qui perdidit patientiam. Noli metuere 5
judicium mortis. Memento priorum te, & no-
vissimorum: Hoc judicium à Domino omni car-
ni. Et quid renues in beneplacito Altissimi? Si- 6
ve decem, sive centum, sive mille anni: Non est 7
in inferno accusatio vitæ. Filii abominabiles 8
fiunt filii peccatorum, & (a) qui conversantur
parœciis impiorum. Filiorum peccatorum peri- 9
et hæreditas: & cum semine illorum, erit assi-
duitas improperii.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 * ܚܝܠܐ ܘܥܘܫܢܐ ܡܪܝܡܝܢ ܠܒܐ. ܘܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. * ܠܝܬ ܒܕܚܠܬܗ
27 ܕܐܠܗܐ ܚܘܣܪܢܐ. ܘܠܝܬ ܠܡܒܥܐ ܠܘܬܗ ܡܥܕܪܢܐ. ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠ ܡܝܬܪܐ.
28 * ܐܚܘܕܝܗ̇ ܒܪܝ. ܘܠܐ ܬܫܒܩܝܗ̇. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܕܦܚܡܐ ܠܗ̇. ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ
29 ܒܥܕܢܗ̇ ܡܬܒܪܟܐ. ܘܥܠ ܟܠ ܐܝܩܪ ܗܝ ܡܫܬܒܚܐ. * ܒܪܝ. ܡܢ ܕܫܐܠ ܠܟ
30 ܠܐ ܬܟܠܝܘܗܝ. ܠܐ ܬܗܘܐ ܩܠܝܠ ܠܡܩܛܠ. ܐܠܐ ܗܘܝ ܩܠܝܠ ܠܡܢܛܪܘ. * ܓܒܪܐ ܕܣܒܪ ܠܗ
ܦܬܘܪܐ ܢܘܟܪܝܐ. ܠܐ ܐܢܫ ܢܚܫܒܝܘܗܝ ܐܝܟ ܕܚܝܐ ܗܘ. ܣܢܐ ܢܦܫܗ ܡܢ ܕܪܚܡ
31 ܦܘܢܩܐ. * ܘܠܓܒܪܐ ܕܝܕܥ ܗܠܝܢ. ܟܐܒܐ ܐܝܟ ܕܡܥܝܐ. * ܒܦܘܡܗ ܕܚܨܝܦܐ
32 ܒܣܝܡܐ ܫܐܠܬܗ. ܘܐܝܟ ܢܘܪܐ ܝܩܕܐ ܒܓܘܗ.
* ܩܦܠܐܘܢ * ܡܐ *
1 * ܐܘ ܡܘܬܐ. ܡܐ ܡܪܝܪ ܐܢܬ. ܠܓܒܪܐ ܥܬܝܪܐ ܕܝܬܒ ܫܠܝܐ ܒܩܢܝܢܘܗܝ. * ܠܓܒܪܐ ܕܚܣܝܢ
2 ܘܡܨܠܚ ܒܟܠ ܙܒܢ. ܘܥܕܟܝܠ ܐܝܬ ܒܗ ܚܝܠܐ ܠܡܬܦܢܩܘ ܒܦܘܢܩܐ. * ܐܘ ܡܘܬܐ. ܛܒ
3 ܫܦܝܪ ܐܢܬ ܠܓܒܪܐ ܕܬܒܝܪ ܘܚܣܝܪ ܢܦܫܐ. * ܠܓܒܪܐ ܣܒܐ ܕܡܬܢܩܦ ܒܟܠܙܒܢ.
4 ܘܚܣܝܪ ܡܐܟܘܠܬܐ. ܘܠܝܬ ܒܗ ܚܝܠܐ ܠܡܦܠܚ. * ܠܐ ܬܕܚܠ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ
5 ܡܢܬܟ. ܐܬܕܟܪ ܕܩܕܡܝܐ ܘܐܚܪܝܐ ܠܘܬܟ ܐܢܘܢ. ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ ܣܘܦܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈
8 ܐܢܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. * ܙܪܥܐ ܡܣܠܝܐ ܒܢܝ̈ ܚܛܝܐ. ܘܫܪܒܬܐ ܕܘܝܬܐ ܒܢܝ̈ ܥܘܠܐ
9 ܕܪ̈ܫܝܥܐ. * ܡܢ ܒܪܐ ܥܘܠܐ ܢܦܠ ܫܘܠܛܢܐ. ܘܥܡ ܙܪܥܗ ܢܥܡܪ ܚܘܣܪܢܐ.

Robur & potentia erigunt animum; at plus 26
utroque religio Dei. Non est in religione 27
Dei defectus, nec est quòd cum ipsa quæras
adjutorem: Religio Dei res omnes superat.
Apprehende illam fili mi, nec dimittas eam; 28
quia nihil est ei comparandum. Religio Dei
tempestivè benedicitur, & supra quemlibet
honorem ipsa commendatur. Fili mi, abs 29
Oravit enim ad Dominum Deum, qui dedit victoriam in manum ejus ad occidendum gigantem rectè pugnandi arte instructum, ut populi sui Israelis caput attolleret. Et iccircò laudaverunt eum mulieres ob cædem ducis. Parùm dimicavit, hostésque profligavit ac perdidit è circunjectis sibi regionibus, & vindictam sumpsit à Philistæis, quorum vires ad hodiernum usque diem confractæ sunt. Ac propterea carminibus honorificis & voce gratiarum actionis ac laudis plena cecinit. Creatorem suum toto corde dilexit, Omnibúsque diebus suis laudes ejus coram altari assiduè narrabat ac recitabat: Maximaque scripsit cantica ex anno in annum. Quare dimisit etiã illi Deus peccata ipsius, verbum ejus in æternum extulit, deditque ei dignitatem regiam super Israeli. Post eum constituit regem potentissimum, pacatè commorantem Salomonem. Quàm prudens fuisti inde à pueritia tua ô Salomon! exuberavit enim in te sapientia quasi flumen: Reges gloriâ superâsti: Memoria tua ad ultimos penitissimarum insularum terminos pervenit, quæ sermones tuos cupiunt audire, & doctrinam tuam exoptant, Dum interpretaris in libro sapientiã. Prophetiâ populos ad admirationem excitâsti, Et vocatus es in nomine Dei, cujus est honor & majestas quæ attributa est Israeli, et per quã cognominatus est. Aurum summâ copia acervâsti, & argentum pulveris instar. Vires tuas dedisti mulieribus, & earum ditioni corpus tuum subdidisti.

Versio VULG. LAT.

23 Ut faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim impera-
24 re imperium durum. Deus autem non derelinquet miseri-
cordiã suam, & non corrumpet nec delebit opera sua,neq;
perdet à stirpe nepotes electi sui : & semen ejus, qui dili-
25 git Dominum,non corrumpet. Dedit autem reliquum Ja-
26 cob, & David de ipsa stirpe. Et finem habuit Salomon
27 cum patribus suis. Et dereliquit post se de semine suo,
28 gentis stultitiam, Et imminutum à prudentia Roboam,qui
29 avertit gentem consilio suo : Et Jeroboam filium Nabat,
qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim,
30 & plurima redundaverunt peccata ipsorum. Valdè aver-
31 terunt illos à terra sua. Et quæsivit omnes nequitias, usq;
dum perveniret ad illos defensio, & ab omnibus pecca-
tis liberavit eos.

CAP. XLVIII.

1 ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsi-
2 us quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, &
irritantes illum invidiâ suâ pauci facti sunt : non enim po-
3 terant sustinere præcepta Domini. Verbo Domini conti-
4 nuit cœlum,& dejecit de cœlo ignem ter. Sic amplifica-
tus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter
5 sic gloriari tibi ? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sor-
6 te mortis in verbo Domini Dei. Qui dejecisti reges ad
perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, &
7 gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina judicium, & in
8 Horeb judicia defensionis. Qui ungis reges ad pœniten-
tiam, & prophetas facis successores post te.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

23 † Γενέωζ δίχα τυραννίδα, † καὶ ἐξ Ἐφραὶμ ἄρξαι βασιλείαν
24 ἀπειθῆ. † Ὁ δὲ κύριος οὐ μὴ (μ)καταλίπη τὸ ἔλεος αὐτοῦ, † καὶ οὐ μὴ
(θ) διαφθαρῇ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ· † οὐδὲ μὴ ἐξαλείψη (ι) ἐκλε-
κτοῦ ἔκγονα, † καὶ σπέρμα τοῦ ἀγαπήσαντος αὐτὸν οὐ μὴ ἐξάρῃ.
25 † Καὶ τῷ Ἰακὼβ ἔδωκε κατάλειμμα, † καὶ τῷ Δαυὶδ ἐξ αὐτοῦ ῥί-
26 ζαν. † Καὶ ἀνεπαύσατο Σαλωμὼν μετὰ τῶν πατέρων(κ), † Καὶ κατέ-
27 λιπε (λ) μετ' αὐτὸν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, † λαοῦ ἀφροσύνην
28 Καὶ ἐλαττούμενον συνέσει, † Ῥοβοάμ, ὃς ἀπέστησε (μ) λαὸν ἐκ
29 βουλῆς αὐτοῦ· † Καὶ Ἱεροβοὰμ υἱὸν Ναβὰτ, ὃς ἐξήμαρτε τὸν
Ἰσραὴλ, † καὶ ἔδωκε τῷ Ἐφραὶμ ὁδὸν ἁμαρτίας. † καὶ ἐπλη-
30 θύνθησαν αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν σφόδρα, † ἀποστῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ
31 τῆς γῆς αὐτῶν. Καὶ πᾶσαν πονηρίαν ἐξεζήτησαν, † (ν) ἕως
ἐκδίκησις ἔλθῃ ἐπ' αὐτούς.

MS. A.(μ) ἐγκαταλείπη (θ) διαφθείρη (ι) ἐκλεκτοῦ αὐτοῦ ἔκγονα, καὶ τὸ σπέρμα (κ) αὐτοῦ, (λ) μεθ' (μ) τὸν λαὸν (ν) ὡς

ΚΕΦ. μη'.

1 † ΚΑὶ ἀνέστη Ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ, † καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς
2 λαμπὰς ἐκαίετο. Ὃς ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς λιμὸν, † καὶ τῷ ζήλῳ
3 αὐτοῦ (α) ὠλιγοποίησεν αὐτούς. † Ἐν λόγῳ κυρίου ἀνέσχεν οὐρανὸν,
4 † κατήγαγεν οὕτως τρὶς πῦρ. † Ὡς ἐδοξάσθης Ἠλία (β) ἐν τοῖς
5 θαυμασίοις σου; † καὶ τίς ὅμοιός σοι (γ) καυχᾶσθαι; Ὁ ἐγείρας
6 † νεκρὸν ἐκ θανάτου καὶ ἐξ ᾅδου ἐν λόγῳ ὑψίστου· † Ὁ καταγαγὼν
7 βασιλεῖς εἰς ἀπώλειαν, † καὶ δεδοξασμένους ἀπὸ κλίνης αὐτῶν· † (δ) Ὁ
8 ἀκούων ἐν Σινᾶ ἐλεγμὸν, † καὶ ἐν Χωρὴβ κρίματα ἐκδικήσεως· † Ὁ
χρίων βασιλεῖς εἰς ἀνταπόδομα, † καὶ προφήτας διαδόχους μετ' αὐτόν·

MS. A. (α) ὀλιγοποίησεν (β) ἐν θαυμασίοις (γ) καυχήσεται; (δ) Ἀκούων

Ut fieret imperium bipertitum, & ex Ephræm in- 23
ciperet regnum inobediens. Dominus autem non 24
dereliquet misericordiam suam, & non (h) cor-
rumpet opera sua: nec delebit electi nepotes : &
semen ejus, qui ipsum dilexit, non tollet. Et de- 25
dit reliquias Jacob, & Davidi ex ipso radicem. 26
Et requievit Solomon cum patribus : Et reliquit 27
post se de semine suo,gentis stultitiam, Et immi- 28
nutum prudentiâ Roboam, qui avertit gentem
consilio suo : Et Hieroboam filium Nabat, qui 29
peccare fecit Israel, & dedit viam peccati ipsi
Ephræm. Et redundaverunt peccata ipsorum
Valdè : ut averteret eos à terra. Et quæsive- 30
runt omnem nequitiam ; donec vindicta veniret 31
super eos.

CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta quasi ignis : & 1
verbum illius quasi facula ardebat. Qui in- 2
duxit in illos famem : & zelo suo paucos fecit
eos. In verbo Domini continuit cœlum: de- 3
duxit sic (a) ter ignem. Quàm glorificatus 4
fuisti, Elias, in mirabilibus tuis : & quis si-
milis tibi, ut glorietur ? Qui suscitâsti cada- 5
ver à morte, & ab inferis, in verbo Altissimi.
Qui dejecisti reges in perniciem, & gloriosos de 6
lecto suo. Qui audis in Sina correptionem,& in 7
Choreb judicia vindictæ. Qui ungis reges in re- 8
tributionē,& prophetas successores post te ipsum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 * ܘܝܗܒܬ ܡܘܡܐ ܠܐܝܩܪܟ. ܘܛܢܦܬ ܥܪܣܟ. ܠܡܝܬܝܘ ܚܘܒܐ ܥܠ ܒܢܝ̈ ܒܢܝ̈ܟ
ܕܢܬܬܢܚܘܢ ܥܠ ܡܫܟܒܝܗܘܢ. ܠܡܦܠܓܘ ܠܬܪܬܝܢ ܡܠܟܘ̈ܬܐ. ܘܡܢ ܕܒܝܬ ܐܦܪܝܡ
24 ܡܠܟܘܬܐ ܚܢܦܬܐ. * ܠܐ ܫܒܩ ܐܠܗܐ ܛܝܒܘܬܗ. ܘܠܐ ܢܪܡܐ ܡܠܘ̈ܗܝ. ܠܐ ܐܪܥܐ.
25 26 * ܘܠܐ ܢܘܒܕ ܙܪܥܐ ܕܪܚܡܘ̈ܗܝ. ܘܒܢܝ̈ ܙܕܝܩܘ̈ܗܝ ܠܐ ܢܣܘܦ. * ܘܢܬܠ ܠܝܥܩܘܒ ܦܘܪܩܢܐ.
27 28 ܘܠܕܘܝܕ ܡܠܟܘܬܐ ܪܒܬܐ. * ܘܫܟܒ ܫܠܝܡܘܢ. * ܘܩܡ ܒܬܪܗ ܥܬܝܪ ܣܟܠܘܬܐ.
29 ܘܚܣܝܪ ܚܟܡܬܐ ܪܚܒܥܡ. ܕܒܪ ܒܡܠܟܗ ܠܥܡܗ. * ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܕܘܟܪܢܐ.
ܠܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ. ܕܚܛܐ ܘܐܚܛܝ ܠܐܝܣܪܝܠ. ܘܝܗܒ ܠܒܝܬ ܐܦܪܝܡ ܬܘܩܠܬܐ.
30 31 * ܠܡܓܠܝܘ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ. * ܘܐܣܓܝ ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܛܒ. ܘܥܠ ܟܠ ܒܝܫܬܐ ܐܬܡܠܟܘ.
1 * ܩܦܠܐܘܢ * ܡܚ * ܥܕܡܐ ܕܩܡ ܢܒܝܐ ܕܕܡܐ ܠܢܘܪܐ. ܘܡܠܘ̈ܗܝ ܐܝܟ ܬܢܘܪܐ
2 3 ܝܩܝܕܐ ܕܡܫܠܗܒ. * ܘܐܝܬܝ ܥܠܝܗܘܢ ܟܦܢܐ. ܘܒܛܢܢܗ ܦܪܥ ܐܢܘܢ. * ܒܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ
ܟܠܐ ܫܡܝܐ. ܘܐܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܘܪܐ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ. ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܘܥܠ ܐ̈ܢܫܐ ܪ̈ܫܝܥܐ.
4 5 * ܡܐ ܕܚܝܠ ܐܝܬܝܟ ܐܠܝܐ. ܘܡܢ ܕܐܟܘܬܟ ܗܘ ܡܫܬܒܚ. * ܕܐܚܝܬ ܡܝܬܐ ܡܢ ܫܝܘܠ. ܐܝܟ
6 7 ܨܒܝܢܗ ܕܡܪܝܐ. * ܡܚܬܬ ܐܝܩܝܪ̈ܐ ܡܢ ܟܘܪ̈ܣܘܬܗܘܢ. * ܘܐܫܡܥܬ ܒܢܣܝܘܢܟ
8 ܡܟܣܢܘܬܗܘܢ. * ܕܡܫܚ ܡܠܟ̈ܐ. ܠܡܥܒܕ ܛܒ̈ܬܐ. ܘܢܒܝܐ ܕܗܘܐ ܒܬܪܟ.

Intulisti labem gloriæ tuæ, & lectum tuum 23
stuprâsti, ad inducendã iniquitatem super fi-
lios filiorum tuorum, ut ingemiscerent super
cubili suo, ut in duo regna dividerentur, &
ex Aphremiticis regnum ethnicum *oriretur*.
Non tamen omisit Deus gratiam suam,neque 24
projiciet verba sua super terram, Neque dis- 25
perdet semen dilectorum suorum, & justo-
rum suorum filios minimè consumet : Sed 26
dabit Jacobo salutem,& Davidi regnû maxi-
mum. Occumbente autem Salomone, Sur- 27 28
rexit post ipsum stultitiâ locuples, inops sa-
pientiâ Rehabham, *qui* consilio suo rexit po-
pulum suum. Et Jorobham Nabati filio nulla 29
sit memoria,quia peccavit,ac peccare fecit Is-
raelem, & exhibuit Aphremiticis offendicu-
lum,Adeò ut expulerit eos è patria ipsorum : 30
Multiplicavit admodùm peccata eorum, & 31
de omnibus sceleribus consilium inivit.

CAP. XLVIII.

DOnec surrexit propheta igni similis, cu- 1
jus sermo tanquam fornax inflammatus ar-
debat ; Et famem super eos adduxit, zeloque 2
suo disrupit illos. Verbo Domini cœlum in- 3
hibuit,& ignẽ de cœlo ter deduxit; super al-
tare *scilicet*, & super homines impios. Quàm 4
formidabilis es Elia ! & quisquis tuî similis
est, is est laudandus. Qui mortuum è sepul- 5
chro vitæ restituisti secundùm voluntatem
Domini. Qui gloriosos de thronis suis de- 6
turbâsti, Et in tentatione tua sentire fecisti 7
eos increpationem ipsorum. Qui unxisti re- 8
ges ad beneficia præstanda, & prophetam
qui tibi successit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

23 * وجعلت عيبا في كرامتك * والسيئة لمضجعك فصار ذلك عقوبة على بني بنيك * ليتنفسوا
صعداء على مضاجعهم * ليفترق ملك بني اسرائيل فيصير فرقتين * من آل افرام ملك عابد
24 25 الاصنام * ولكن الله لم يدع فضله * ولم يسقط كلمته وعهده على الارض * ولا يهلك ذرية
26 27 احبابه * ولا يسحق اصل ابراره * ليري آل يعقوب النجاة * وآل داود ملكا عظيما * وتوفي
28 29 سليمن * وقام ابنه بعده كثير الجهل ناقص العقل رحبعم * دبر قومه برايه * ولا ابقا الله
30 ذكرا ليوربعام ابن ناباط الذي اخطا واخطا اسرائيل * ونصب عثرة لآل افرام * ليجليهم عن
31 مواطنهم * لكثرة خطاياهم وجورهم جدا * واشار عليهم بجميع الشر *
1 * الفصل الثامن والاربعون * حتى بعث الله تعالى نبيا مشبها بالنار * وكلمته
2 3 تتوقد مثل الاتون الذي يسجر * وبعث عليهم القحط * وبشدة غيرته لله ارهبهم * باذن
الله منع السماء من القطر * وانزل النار من السماء ثلثة مرار على المذبح وعلى القوم المنافقين *
4 5 6 * ما اشد هيبتك يا ايليا * ومن كان مثلك هو يمدح * لانك اقمت الميت من القبر باذن
7 8 الله ومسرته * وكببت الجبابرة عن كراسيهم * واسمعت بتجربتك تبكيتهم * ومسحت الملوك
ليهزموا في البلاد * والنبي الذي قام من بعدك *

Maculam honori tuo inussisti, & contu- 23
meliam cubili tuo : cessitque id in pœnam
adversùs filios filiorum tuorum, ut pro-
fundo gemitu suspirarent super cubilibus
suis, ut discinderetur regnum filiorum Is-
rael, fierétque bipertitum, & ex Aphre-
mi progenie regnum adorans idola. Ni- 24
hilominus Deus gratiam suam nequa-
quam dereliquit, nec verbum ac fœdus
ejus decidit in terram, Nec perdet proge- 25
niem dilectorum suorum, nec sanctorum
suorum stirpem conteret : Ut ostendat fa- 25
miliæ Jacobi salutem, & familiæ Davi-
dis regnum maximum. Defunctus est au- 27
tem Salomon, Successitque illi filius ejus 28
abundans stultitiâ,carens prudentiâ,Ra-
babham, qui populum suum suopte judi-
cio gubernavit.Nec ullam Deus relinquat 29
memoriam Jorabhamo Nabati filio, qui
peccavit, & in peccatum induxit Israe-
lem, & offensaculum erexit genti Aphre-
miticæ;Ut eos propriis è regionibus pelle- 30
ret,Ob multitudinem peccatorum & sce-
lerum eorum innumeram. Suo demum
consilio adegit illos ad omnia flagitia:

CAP. XLVIII.

DOnec misit Deus excelsus prophetam 1
igni similem, cujus verbum ardebat vel-
uti caminus accensus: Immisitque in eos 2
siccitatem, suóque ardente in Deum zelo
terruit illos. Permissu Dei stillare cœlum 3
vetuit, ignémque de cœlo ter descendere
fecit,super altare, & super homines im-
pios. Quàm vehemens est terror 4
tuus ô Elia ! & qui tibi par est, ipse
laudabitur. Tu enim permissu ac volun- 5
tate divinâ mortuum è sepulchro susci-
tâsti: Gigantes è sedibus suis evertisti: 6
In tentatione tua redargutionem eorum 7
sentire fecisti: Reges unxisti ad debellan- 8
dum impios in regionibus, & prophetam
qui post te surrexit:

Versio VULG. LAT.

9 Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igne-
10 orum. Qui scriptus es in judiciis temporum lenire ira-
cundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & re-
11 stituere tribus Jacob. Beati sunt, qui te viderunt, & in
12 amicitia tua decorati sunt. Nam nos vitâ vivimus tantùm,
13 post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias
quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est
spiritus ejus: in diebus suis non pertimuit principem, &
14 potentiâ nemo vicit illum. Nec superavit illum verbum
15 aliquod, & mortuum prophetavit corpus ejus. In vita sua
16 fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. In omni-
bus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à pec-
catis suis, usq; dum ejecti sunt de terra sua, & dispersi sunt
17 in omnem terram: Et relicta est gens perpauca, & prin-
18 ceps in domo David. Quidam ipsorum fecerunt quod
placeret Deo: alii autem multa commiserunt peccata.
19 Ezechias munivit civitatem suam, & induxit in medium
ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificavit ad aquam
20 puteum. In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit
Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit
manum suam in Sion, & superbus factus est potentiâ suâ.
21 Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt
22 quasi parturientes mulieres. Et invocaverunt Dominum
misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad
cœlum: & sanct⁹ Dominus Deus audivit citò vocem ipso-
23 rum. Non est commemoratus peccatorum illorum, neq; de-
dit illos inimicis suis, sed purgavit eos in manu Isaiæ sancti
24 prophetæ. Dejecit castra Assyriorum, & contrivit illos An-
25 gelus Domini. Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, &
fortiter ivit in via David patris sui, quam mandavit illi
Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 † Ὁ ἀναληφθεὶς ἐν (ε) λαίλαπι πυρὸς † ἐν ἅρματι ἵππων πυρίνων·
10 † Ὁ καταγραφεὶς (ζ) ἐν ἐλεγμοῖς εἰς καιροὺς, † κοπάσαι ὀργὴν
πρὸ θυμοῦ, † (η) καὶ ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, † καὶ κατα-
11 στῆσαι φυλὰς Ἰακώβ. † Μακάριοι οἱ ἰδόντες σε, † καὶ οἱ ἐν
12 ἀγαπήσει κεκοσμημένοι· † Καὶ γὰρ ἡμεῖς (θ) ζωῇ ζησόμεθα. † Ἠλίας,
13 ὃς ἐν λαίλαπι ἐσκεπάσθη· † καὶ Ἐλισαιὲ (ι) ἐνεπλήσθη πνεύματος
αὐτοῦ· † καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ὑπὸ ἄρχοντος, † καὶ οὐ κατ-
14 εδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς. † Πᾶς λόγος οὐχ ὑπερῆρεν αὐτὸν, † καὶ
15 ἐν κοιμήσει ἐπροφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ. † Καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἐποίησε
16 τέρατα, † καὶ ἐν τελευτῇ θαυμάσια τὰ ἔργα αὐτοῦ. † Ἐν πᾶσι τού-
τοις οὐ μετενόησεν ὁ λαὸς, † καὶ οὐκ ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν,
† ἕως ἐπρονομεύθησαν ἀπὸ (κ) τῆς γῆς αὐτῶν, † καὶ ἐσκορπίσθησαν
17 ἐν πάσῃ τῇ γῇ. † Καὶ κατελείφθη ὁ λαὸς ὀλιγοστὸς, † καὶ ἄρχων
18 (λ) τῷ οἴκῳ Δαυίδ. † Τινὲς μὲν αὐτῶν ἐποίησαν τὸ ἀρεστὸν,
19 † τινὲς δὲ ἐπλήθυναν ἁμαρτίας. † Ἐζεκίας ὠχύρωσε τὴν πόλιν αὐ-
τοῦ, † καὶ εἰσήγαγεν εἰς μέσον (μ) αὐτῶν τὸν Γώγ· † ὤρυξε σιδήρῳ
20 ἀκρότομον, † καὶ ᾠκοδόμησε κρήνας εἰς ὕδατα. † Ἐν ἡμέραις αὐτοῦ
ἀνέβη Σενναχηρὶμ, καὶ ἀπέστειλε Ῥαψάκην, καὶ ἀπῆρεν· † καὶ ἐπῆ-
ρεν (ν) ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν, † καὶ ἐμεγαλαύχησεν ὑπερηφανίᾳ αὐ-
21 τοῦ. † Τότε ἐσαλεύθησαν καρδίαι καὶ (ξ) χεῖρες αὐτῶν, † καὶ ὠδίνησαν
22 ὡς αἱ τίκτουσαι. † Καὶ ἐπεκαλέσαντο τὸν κύριον τὸν ἐλεήμονα, † ἐκ-
πετάσαντες τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς αὐτόν· † καὶ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ
23 ταχὺ ἐπήκουσεν αὐτῶν, † Καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἡσαΐου.
24 † Ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἀσσυρίων, † καὶ ἐξέτριψεν αὐτοὺς
25 ὁ ἄγγελος αὐτοῦ. † Ἐποίησε γὰρ Ἐζεκίας τὸ ἀρεστὸν κυρίῳ, † καὶ ἐνί-
σχυσεν ἐν ὁδοῖς Δαυίδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, † ἃς ἐνετείλατο Ἡσαΐας ὁ
προφήτης † ὁ μέγας, καὶ πιστὸς ἐν ὁράσει αὐτοῦ.

MS. A. (ε) λαμπάδι (ζ) ἐλεγμὸς (η) ἐπιστρέψαι (θ) ζωῆς (ι) ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου· (κ) γῆς αὐτῶν, καὶ διεσκορπίσθησαν (λ) ἐν τῷ οἴκῳ (μ) αὐτῆς ὕδωρ· (ν) χεῖρα (ξ) αἱ χεῖρες

Qui assumptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui descriptus es in correptionibus ad tempora lenire iram (b) ante furorem, & conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Jacob. Beati, qui te viderunt, et qui (c) in amicitia decorati sunt. Nam & nos vitâ vivemus. Elias, qui in turbine tectus est: Et Elisæus impletus est spiritu illius. Et in diebus suis non est commotus à principe: & non subjugavit eũ quisquam. Non superavit illũ aliquod verbũ; et in dormitione prophetavit corpus ejus. Et in vitâ suâ fecit monstra: & in morte mirabilia opera ejus. In omnibus his non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis; usq; dum direpti sunt de terrâ suâ, et dispersi sunt in omnem terram. Et relicta est gens perpauca, & princeps (d) domui David. Quidã sanè ipsorum fecerunt quod placeret: quidam autem multa commiserunt peccata. Ezecias munivit civitatem suam: & induxit in medio (e) ipsorum Gog. Fodit ferro rupem, & ædificavit puteos ad aquas. In diebus ipsius ascendit (f) Nacherim; & misit Rapsacem: & (g) promovit. Et (h) promovit manũ ejus in Sion: & jactavit se in superbia sua. Tunc commota sunt corda, et manus ipsorum: & doluerunt, quasi parturientes. Et invocaverunt Dominum misericordem, expandentes manus suas ad eum. Et Sanctus de cœlo citò exaudivit eos, Et redemit eos in manu Esaiæ. Percussit castra Assyriorum: & contrivit eos angelus ejus. Nam fecit Ezecias, quod placuit Domino, & fortiter fuit in viis David patris sui, quas mandavit Esaias propheta magnus, & fidelis in visione ipsius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܐܬܕܒܪܬ ܒܥܠܥܠܐ ܠܥܠ. ܒܪܟܫܐ ܕܢܘܪܐ ܠܫܡܝܐ. * ܘܗܘ ܥܬܝܕ ܕܐܬܐ. ܩܕܡ ܕܢܐܬܐ
10
11 ܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܠܡܦܢܝܘ ܒܢܝܐ ܠܘܬ ܐܒܗܝܗܘܢ. ܘܠܡܣܒܪܘ ܠܫܒܛܐ ܕܝܥܩܘܒ. * ܛܘܒܘܗܝ
12
13 ܠܡܢ ܕܚܙܟ ܘܡܝܬ. * ܘܠܐ ܡܐܬ ܐܠܐ ܚܝܐ ܚܝܐ. * ܐܠܝܐ ܒܐܘܨܪܐ ܐܬܕܒܪ ܠܫܡܝܐ.
ܘܦܠܓܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܐܚܕ ܐܠܝܫܥ. ܘܣܓܝܐܬܐ ܢܣܝܘܢܐ ܘܐܬܘܬܐ ܡܠܠ ܦܘܡܗ. ܘܒܝܘܡܘܗܝ
14
15 ܠܐ ܐܙܕܥ ܡܢ ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܫܠܛ ܒܗ ܟܠ ܒܣܪ. * ܘܟܠ ܡܕܡ ܠܐ ܐܬܟܣܝ ܡܢܗ. * ܒܚܝܘܗܝ
16 ܥܒܕ ܬܡܗܐ. ܘܒܡܘܬܗ ܐܚܝ ܡܝܬܐ. * ܘܒܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ. ܠܐ ܬܒ ܥܡܐ. ܘܠܐ
ܦܫܘ ܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܒܝܫܐ. ܥܕܡܐ ܕܐܫܬܒܝܘ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ. ܘܐܬܒܕܪܘ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ.
17
18 * ܘܐܫܬܚܪ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܝܗܘܕܐ ܙܥܘܪܐ. ܠܡܪܗ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ. * ܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܕܥܒܕܘ
19 ܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܝܬ ܕܐܣܓܝܘ ܚܛܗܐ. * ܚܙܩܝܐ ܚܣܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܥܠ ܠܓܘܗ ܡܝܐ.
20 * ܒܝܘܡܘܗܝ ܣܠܩ ܣܢܚܪܝܒ. ܘܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܪܒ ܫܩܐ. ܘܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܨܗܝܘܢ.
22
23 ܘܐܬܪܘܪܒ ܒܓܘܕܦܐ ܥܠ ܐܠܗܐ. * ܘܦܪܣ ܚܙܩܝܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܝܕܘܗܝ. * ܘܐܠܗܐ
24 ܡܚܕܐ ܫܡܥ ܨܠܘܬܗ. ܘܦܪܩ ܐܢܘܢ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. * ܘܡܚܐ ܡܫܪܝܬܗ ܕܐܬܘܪܝܐ.
25 ܡܚܘܬܐ ܪܒܬܐ. * ܥܒܕ ܓܝܪ ܚܙܩܝܐ ܕܫܦܝܪ. ܘܗܠܟ ܒܐܘܪܚܬܗ ܕܕܘܝܕ ܐܒܘܗܝ
ܕܦܩܕܗ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܡܫܒܚܐ ܕܢܒܝܐ.

Turbine raptus es sublimè, equis igneis in cœlum. Idémque venturus es antequam veniat dies Domini, ad reducendum filios ad parentes, & annuntiandum tribubus Jacobi. Beatus qui te viso, mortuus est: Verùm non moritur, imò vitâ vivit. Eliâ in horrea recepto in cœlum, duplicatam adeptus est prophetiam Elisæus, cujus os multas tentationes & signa locutum est: nullo vitæ suæ tempore hominem extimuit, nec ullus mortalium dominatus est ei, Nec ulla res latuit ipsum. Prodigia fecit in vita sua, & in morte suâ mortuum vivificavit. Ob hæc tamen omnia non resipuit populus, neque destiterunt ab operibus suis malignis, donec è patria sua captivi sunt abducti, & in omnes urbes dispersi. Remansitq; solus Juda parvus dominio domui Davidis. Quidam eorum pœnitentiam egerunt, alii verò peccata multiplicârunt. Hezechia munivit urbem, & aquas in medium ejus induxit. In diebus ejus ascendit Sanherib, & misit contra eos Rab-socke, (i. *magnorum crurum hominem*) manum suam extulit in Sionem, & audacter blasphemavit in Deum. Expandit autem Hezechia coram Domino manus suas, Et Deus illicò audivit orationem ejus, & liberavit eos per Esaiam prophetam: Et profligatis Assyrii castris, plagâ magnâ percussit illos. Nam fecit Hezechia quod bonum erat, & ambulavit in itineribus Davidis, quæ præceperat ei Esaia propheta gloriosissimus prophetarum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9
10 * واختطفتك الريح العاصف الى الفردوس بخيول النار * وانك لمزمع ان تأتي امام الرب العزيز قبل
11 يومه * لترد قلوب الابناء على ابايهم * وتبشر اسباط يعقوب * فطوبى لمن عاينك ومات * ولعمري ما
12
13 كان يموت * بل كان يحيي ويصعد * ايليا رفع الى خزاين السماء * فنال اليسع نبوة مضاعفة
وعجايب كثيرة وتجارب شتى نطق بها * ما ذهل باحد قط * ولا خاف احدا قط * ولم يتسلط
14
15 عليه ذو لحم ودم * ولم يخف عليه شي من امور الدنيا * لقد اكثر من العجايب في حياته *
16 واحيا ميتا وهو ميت * وفي جميع هذه العجايب لم تتوب بنوا اسراييل * فلم يدعوا افعالهم
17 الخبيثة * حتى سبيوا عن بلادهم وفرقوا في جميع الافاق * وبقي سبط يهودا وحده سلطان قليل
18
19 لآل داوود * فمنهم من تاب ورجع عن اثمه * ومنهم من زاد على خطاياه * حزقيا حصن المدينة
20 وبنيها واجرى الماء في جوفها * على عهده حاصرهم سنحاريب الملك * وبعث اليهم رئيسا في
22 جلفته * ورفع يده على صهيون وافترى على الله بمرحه * وذلك ان حزقيا بسط يده قدام
23
24 الرب * فستجاب الله دعاءه وشيكا * فخلصهم على يدي اشعياء النبي * وهزم عساكر الاردي *
25 وضرب فيهم ضربة منكرة * لان حزقيا سعى في رضوان الله تعالى * وسلك في طرق داوود
ابيه الذي كان يوصيه بها اشعياء النبي الممدوح في الانبياء *

Te ventus vehemens rapuit in paradisum equis igneis: Tu denique præcessurus es Dominũ potentissimum ante diem ipsius, ut corda filiorum ad parentes suos reducas, & Jacobi tribubus annuntias. Beatus qui te vidit, ac mortuus est: Et quidem non mori, sed vivere & in cœlum ascendere debuisset. Eliâ in cælestes cellas evecto, obtinuit Elisæus prophetiam duplicatam. Is multa miracula, variásque tentationes ore suo pronuntiavit: nullius unquam stupore dejectus est, neminem unquã metuit, nemo unquam carne præditus dominatus est illi, Nec ullum hujus mundi negotium latuit eum, Multa patravit miracula in vita sua; dumque esset mortuus, mortuũ vivificavit. Ob tantam talium miraculorum turbam non egerunt pœnitentiam filii Israel, nec à sceleratis operibus suis destiterunt, donec è patria sua captivi sunt abducti, et in climata quæq; dispersi, Solâ tribu Juda exiguo principatu manente familiæ Davidicæ. Inter hos quidam resipiscentes retraxerunt se ab iniquitate sua, & inter eosdem nonnulli aggravârunt scelera sua. Hezechias urbem liberavit ac munivit, & aquam fluere fecit in medium ejus. Hujus tempore Sanherib rex obsedit illos, misitque ad eos ducem sui vicarium, manum suã levavit super Sion, stulteque superbiens blasphemavit in Deũ. Nam Hezechias extendit manũ suã corã Domino, Et ejus precationem protinus exaudivit Deus, & liberavit eos per manus Esaiæ prophetæ. Exercitus principis Jordani profligavit, & plagâ acerbâ percussit illos: Quia Hezechia secundum exactam Dei voluntatem se gessit, & ambulavit in viis David patris sui, quas mandabat illi Esaia propheta summè laudatus inter prophetas.

Versio VULG. LAT.

26 In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi vi-
27 tam. Spiritu magno vidit ultima, & consolatus est lu-
28 gentes in Sion. Usque in sempiternum Ostendit fu-
tura, & abscondita antequàm evenirent.

CAP. XLIX.

1 MEmoria Josiæ in compositionem odoris facta opus
2 pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus
3 memoria, & ut musica in convivio vini. Ipse est di-
rectus divinitùs in pœnitentiam gentis, & tulit abo-
4 minationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor
ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.
5 Præter David, & Ezechiam, & Josiam, omnes pecca-
6 tum commiserunt: Nam reliquerunt legem Altissimi
7 reges Juda, & contempserunt timorem Dei. Dederunt
enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ
8 genti. Incenderunt electam sanctitatis civitatem, &
9 desertas fecerunt vias ipsius in manu Jeremiæ. Nam
malè tractaverunt illum, qui à ventre matris consecra-
tus est propheta, evertere, & eruere, & perdere, &
10 iterùm ædificare, & renovare. Ezechiel qui vidit con-
spectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.
11 Nam commemoratus est inimicorum in imbre, bene-
12 facere illis qui ostenderunt rectas vias. Et duodecim
prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corro-
boraverunt Jacob, & redemerunt se in fide virtutis.
13 Quomodò amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi
signum in dextera manu;

Versio GRÆCA LXX. Interp.

26 † Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος, † καὶ προσέθηκε ζωὴν
27 βασιλεῖ. † Πνεύματι μεγάλῳ εἶδε τὰ ἔσχατα, † καὶ παρεκάλεσε τοὺς
28 πενθοῦντας ἐν Σιών. † ἕως τοῦ αἰῶνος ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα,
† καὶ τὰ ἀπόκρυφα πρὶν ἢ παραγενέσθαι αὐτά.

ΚΕΦ. μθʹ.

1 † ΜΝημόσυνον Ἰωσίου εἰς σύνθεσιν θυμιάματος, † ἐσκευασμένον
2 (α) ἔργῳ μυρεψοῦ. † Ἐν παντὶ στόματι ὡς μέλι γλυκανθήσεται, † καὶ
3 ὡς μουσικὰ ἐν συμποσίῳ οἴνου. † Αὐτὸς (β) κατευθύνθη ἐν ἐπιστροφῇ
4 λαοῦ, † καὶ ἐξῆρε βδελύγματα ἀνομίας. † Κατεύθυνε πρὸς κύριον
τὴν (γ) καρδίαν αὐτοῦ, † ἐν ἡμέραις ἀνόμων κατίσχυσε τὴν εὐσέβειαν.
5 † Πάρεξ Δαυὶδ, καὶ Ἐζεκίου, καὶ Ἰωσίου, † πάντες (δ) πλημμέλειαν
6 ἐπλημμέλησαν. † Κατέλιπον γὰρ τὸν νόμον τοῦ ὑψίστου, † οἱ βασιλεῖς
7 Ἰούδα ἐξέλιπον. † Ἔδωκαν γὰρ τὸ κέρας αὐτῶν ἑτέροις, † καὶ τὴν δόξαν
8 αὐτῶν ἔθνει ἀλλοτρίῳ. † Ἐνεπύρισαν ἐκλεκτὴν πόλιν ἁγιάσματος, † καὶ ἠρή-
9 μωσαν τὰς ὁδοὺς αὐτῆς † ἐν χειρὶ (*) Ἱερεμίου. Ἐκάκωσαν γὰρ αὐτὸν, † καὶ αὐτὸς
ἐν μήτρᾳ ἡγιάσθη προφήτης † ἐκριζοῦν καὶ κακοῦν καὶ ἀπολλύειν, † ὡσαύ-
10 τως οἰκοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν. † Ἰεζεκιὴλ ὃς εἶδεν ὅρασιν δόξης,
11 † ἣν ὑπέδειξεν αὐτῷ ἐπὶ ἅρματος χερουβίμ. † Καὶ γὰρ ἐμνήσθη τῶν
12 ἐχθρῶν ἐν ὄμβρῳ, † καὶ ἀγαθῶσαι τοὺς εὐθύνοντας ὁδούς. † Καὶ τῶν
δώδεκα προφητῶν τὰ ὀστᾶ † ἀναθάλοι ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν. † (ε) παρ-
εκάλεσε γὰρ τὸν Ἰακὼβ, † καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν πίστει ἐλπίδος.
13 † Πῶς μεγαλύνωμεν τὸν Ζοροβάβελ, † καὶ αὐτὸς ὡς σφραγὶς ἐπὶ
δεξιᾶς χειρός.

MS. A. (α) ἔργον * μυρεψοῦ, (β) κατηυθύνθη (γ) ὁδὸν (δ) πλημμέλειαν (*) Ἱερεμίου. (ε) παρεκάλεσαν γὰρ τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἐλυτρώσαντο

Cum Translatione LATINA.

In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi 26
vitam. Spiritu magno vidit ultima, & consola- 27
tus est lugentes in Sion. Usque in sempiternum
Ostendit futura, & abscondita, antequàm ipsa 28
evenirent.

CAP. XLIX.

MEmoria Josiæ in compositionem incensi, 1
facta opere unguentarii. In omni ore, quasi mel, 2
indulcabitur, & ut musica in convivio vini.
Ipse directus est in conversione populi, & abstulit 3
abominationes iniquitatis. Direxit ad Dominum 4
cor suum: in diebus iniquorum corroboravit
pietatem. Præter David, & Ezeciam, & Jo- 5
siam, omnes delictum deliquerunt. Nam reli- 6
querunt legem Altissimi, reges Juda defecerunt.
(a) Dederunt enim cornu suum aliis, & glo- 7
riam suam alienæ genti. Incenderunt electam 8
sanctitatis civitatem, & desertas fecerunt vias
ipsius in manu Hieremiæ. Nam malè tractave- 9
rant illum: & ipse in utero consecratus est pro-
pheta, eradicare, & affligere, & perdere, simi-
liter ædificare, & plantare. Jezeciel, qui vidit 10
conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru
Cherubim. Nam commemoratus est inimicorum 11
in imbre, (b) & benefacere illis qui dirigunt
vias. Et duodecim prophetarum (c) ossa pullu- 12
lent de loco suo. Consolatus est autem Jacob, &
redemit eos in fide spei. Quomodò amplificemus 13
Zorobabel? Nam & ipse quasi signaculum in
dextra manu.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 * ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܗ ܩܡ ܫܡܫܐ. ܘܐܬܬܘܣܦ ܥܠ ܫܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ. * ܘܒܪܘܚܐ
27 ܕܓܢܒܪܘܬܐ ܚܙܐ ܚܕܬܬܐ. ܘܒܝܐܣ ܠܐܒܝܠܐ ܕܨܗܝܘܢ. * ܘܥܕ ܒܥܠܡܐ ܗܘܐ. ܚܙܐ ܐܬܘܬܐ
28 ܘܢܣܝܘܢܐ. ܥܕܠܐ ܢܗܘܘܢ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܡܛ *

1 * ܫܡܗ ܕܝܘܫܝܐ. ܐܝܟ ܦܝܪܡܐ ܕܒܣܡܐ ܕܡܚܠܛ ܒܟܠ ܙܢܝܢ ܒܣܡܐ. * ܐܝܟ ܕܒܫܐ
2 ܒܚܟܐ ܚܠܐ ܕܘܟܪܢܗ. ܘܐܝܟ ܬܫܒܘܚܬܐ ܥܠ ܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ. * ܡܛܠ ܕܐܬܢܛܪ ܡܢ
3 ܢܣܝܘܢܐ. ܘܒܛܠ ܥܒܕܐ ܕܛܠܝܘܬܗ. * ܘܐܫܠܡ ܠܐܠܗܐ ܠܒܗ. ܘܒܝܘܡܝ ܥܘܠܐ ܥܒܕ
4 ܩܘܫܬܐ. * ܒܠܚܘܕ ܡܢ ܕܘܝܕ ܘܚܙܩܝܐ ܘܝܘܫܝܐ. ܟܠܗܘܢ ܚܒܠܘ. * ܘܫܒܩܘ
5 ܡܠܟܐ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܢܡܘܣܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ. * ܘܝܗܒܘ ܚܝܠܗܘܢ ܠܐܚܪܢܐ.
6 ܘܐܝܩܪܗܘܢ ܠܥܡܐ ܢܘܟܪܝܐ. * ܩܪܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܚܪܒܘ. ܘܐܚܪܒܘ ܚܘܪܒܝܗ ܒܝܘܡܘܗܝ
7 ܕܐܪܡܝܐ. * ܕܗܘܐ ܢܒܝܐ ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܗ. * ܘܚܙܩܝܐܝܠ ܚܙܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܪܟܒܬܐ
8 ܘܚܙܐ ܚܙܘܐ. * ܘܥܠ ܐܝܘܒ ܐܡܪ ܕܟܠܗܘܢ ܐܘܪܚܬܗ ܙܕܝܩܘܬܐ ܗܘܝ. * ܘܐܦ ܠܬܪܥܣܪ
9 ܢܒܝܐ. ܢܦܪܥܘܢ ܓܪܡܝܗܘܢ ܡܢ ܬܚܬܝܗܘܢ. ܕܐܣܝܘ ܠܝܣܪܝܠ. ܘܐܫܬܘܕܝܘ ܠܗܘܢ
10 ܕܢܬܦܪܩܘܢ. * ܡܢܐ ܢܫܒܚ ܠܙܪܘܒܒܠ. ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܥܙܩܬܐ ܥܠ ܐܝܕܐ ܕܝܡܝܢܐ.
11
12
13

Ipsius enim operâ sol stetit, & aucta fuit 26
vita regis. Spiritu fortitudinis nova vidit, 27
& mœstos Sionis consolatus est. Et dum 28
esset in mundo, signa ac tentationes prævi-
dit antequam evenirent.

CAP. XLIX.

NOmen Josiæ simile est thuribulo aroma- 1
tario multigenis odoramentis permixto. Ut 2
mel palato, dulcis est memoria ejus, & ut
canticum in convivio vinoso. Tectus enim 3
fuit à tentationibus, & abolevit opera juve-
nilia. Tradidit Deo cor suum, & in diebus 4
scelerum operatus est veritatem. Præter 5
solum Davidem, Hezechiam, & Josiam cor-
ruptelis indulserunt omnes, Et reges do- 6
mûs Judæ legem dereliquerunt ad finem
usque: Dederúntque aliis robur suum, & 7
gloriam suam genti alienæ: Urbem sanctis- 8
simam funditùs everterunt, & ruinas ejus
desolaverunt in diebus Jeremiæ, Qui fuit 9
propheta ab utero matris suæ. Hezechiel 10
etiam speciem currûs ostendit, & visionem
vidit: Et de Jobo asseruit omnes vias ejus 11
fuisse justitiam: Duodecim quoque Pro- 12
phetarum ossa sub ipsis splendescant: nam
Israelitas sanârunt, eisque polliciti sunt eos
esse salvandos. Quid laudibus Zorobabe- 13
lem prosequamur, qui fuit sicut annulus
super manu dextera:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * لان بيده قامت الشمس * ومد في عمر الملك * وبروح التطهير ابصر الامور العتيدة *
27 وبعث الى الذين يحزنون على صهيون * وغذاهم واسقاهم بالخير * واذا كان في الدنيا ابصر
28 الآيات والعجايب قبل كونها * الفصل التاسع والاربعون * اسم يوسيا مثل
1 بخور البخور التي فيها من كل رائحة طيبة * وذكره في الفم احلا من العسل في الحنك *
2 ومن التسبيح على الشراب ذكره * لان الرب ستره من البلايا لبره * واصرف اعمال الصبا *
3 واخلص قلبه لله تعالى وسلم لامره * في زمان كثير الاثم كان بارا واتا احسانا * فمن
4 كان من الملوك سوا داود وحزقيا ويوسيا فعصوا وافسدوا واسوا * ورفضوا لسنة الله ملوك
5 يهودا حتى المنتهي * ودفعوا عزهم لغيرهم * وكرامتهم لشعب غريب * وهدمت مدينة التطهير
6 بايامهم * وكثرت خرابها * واوحشت في ايام ارمياء * الذي كان من بطن امه نبيا *
7 * وحزقيال ابصر شبه مركب * وابان هذه الرويا * وقال عن ايوب الصديق ايضا ان طرقه
8 كانت بالبر والتقوي * فاما النبيون الاثنا عشر * فلتكن عظامهم بهية ولحمهم * لانهم
9 سعوا آل اسرائيل * واوعدوهم بالخلاص * بماذا نمدح زربابل الذي كان جماله كشبه
10 الخاتم على اليد اليمني *
11
12
13

Ejus enim operâ sol stetit, & regis æta- 26
tem protraxit. Per Spiritum purifican- 27
tem res futuras prævidit: & missus ad
eos qui de Sion mœrebant, cibo ac potu
recreavit illos. Et dum esset in mundo, 28
prævidit signa ac prodigia antequàm ex-
titissent.

CAP. XLIX.

JOsiæ nomen est velut acerra thuraria 1
quolibet suavi suffitu referta, Ejúsque 2
memoria in ore dulcior est quàm mel in
palato, & quàm canticum inter potandum
memoria ipsius. Dominus enim protexit 3
illum à tentationibus propter innocenti-
am ejus. Missas fecit actiones pueriles,
Cor suum Deo altissimo integrè commisit, 4
ejúsque præcepto se tradidit, in tempore
sceleribus abundante fuit innoxius, re-
ctéque se gessit. Quotquot igitur extite- 5
runt reges præter Davidem, Hezekiam,
& Josiam, rebellârunt, corrupti sunt, &
iniquè egerunt: Et reges Judæ legem Dei
ad finem usque rejecerunt, Et dederunt 6
alienis potentiam suam, gloriámque suam 7
genti peregrinæ. Et eversa est civitas
sancta in diebus eorum, multiplicatæ sunt 8
ruinæ ejus, & desolata est diebus Jere-
miæ, Qui consecratus fuerat ex utero 9
matris suæ propheta. Hezekiel currûs fi- 10
guram aspexit, & visionem istam patefe-
cit: Dixit etiam de Job justo, quod viæ 11
ejus innoxiæ fuerint ac piæ. Cæterùm 12
duodecim Prophetarum ossa & caro ful-
gida sunto, quòd sanârint Israelitas, &
salutem promiserint eis. Quibus verbis 13
laudabimus Zorobabelem, cujus decus fu-
it tanquam annulus manui dexteræ im-
positus;

Versio VULG. LAT.

14 Sic & Jesum filium Josedec? qui in diebus suis ædificaverunt domum, & exaltaverunt templum sanctum Domi-
15 no, paratum in gloriam sempiternam. Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.
16 Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse re-
17 ceptus est à terra. Neque ut Joseph; qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, sta-
18 bilimentum populi: Et ossa ipsius visitata sunt, & post
19 mortem prophetaverunt. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt; & super omnem animam in origine Adam.

CAP. L.

1 Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum.
2 Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædifi-
3 catio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra
4 modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à
5 perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: & ingressum
6 domûs & atrii amplificavit. Quasi stella matutina in me-
7 dio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet. Et
8 quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ,
9 & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis efful-
10 gens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 † Οὕτως Ἰησοῦς υἱὸς Ἰωσεδέκ· † οἳ ἐν ἡμέραις αὐτῶν ᾠκοδόμησαν (ζ) οἶκον, † καὶ ἀνύψωσαν λαὸν ἅγιον κυρίῳ † ἡτοιμασμένον εἰς δόξαν
15 αἰῶνος. † Καὶ Νεεμίου ἐπὶ πολὺ τὸ μνημόσυνον, † τοῦ ἐγείραντος ἡμῖν τείχη πεπτωκότα, † καὶ στήσαντος πύλας καὶ μοχλοὺς, † καὶ
16 ἀνεγείραντος τὰ οἰκόπεδα ἡμῶν. †(η) Οὐδὲ εἷς ἐκτίσθη (θ) οἷος Ἐνὼχ τοιοῦτος ἐπὶ τῆς γῆς, † καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς
17 γῆς. † Οὐδὲ ὡς Ἰωσὴφ (ι) ἐγεννήθη ἀνὴρ, † ἡγούμενος ἀδελφῶν,
18 Στήριγμα λαοῦ, † καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐπεσκέπησαν. † Σὴμ καὶ Σὴθ ἐν
19 ἀνθρώποις ἐδοξάσθησαν, † καὶ ὑπὲρ πᾶν ζῶον ἐν τῇ κτίσει Ἀδάμ.

MS. A. (ζ) πύργον, ἀνύψωσαν ναὸν ἅγιον (η) Οὐδ' (θ) ἐπὶ τῆς γῆς τοιοῦτος οἷος Ἐνὼχ, καὶ αὐτὸς μετετέθη ἀπὸ (ι) ἐγεννήθη

ΚΕΦ. ν'.

1 † Σίμων Ὀνίου υἱὸς (α) ἱερεὺς ὁ μέγας, † ὃς ἐν ζωῇ αὐτοῦ (β) ὑπέρ-
2 ραψεν οἶκον, † καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἐστερέωσε (γ) τὸν ναόν· † Καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐθεμελιώθη ὕψος διπλῆς, † ἀνάλημμα ὑψηλὸν περι-
3 βόλου ἱεροῦ. † Ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἠλαττώθη (δ) ἀποδοχεῖον ὑδάτων,
4 † (ε) χαλκὸς ὡσεὶ θαλάσσης τὸ περίμετρον. † Ὁ φροντίζων τοῦ λαοῦ
5 αὐτοῦ ἀπὸ πτώσεως, † Καὶ ἐνισχύσας πόλιν ἐμπολιορκῆσαι, † (ϛ) ὡς ἐδοξάσθη ἐν περιστροφῇ λαοῦ, † ἐν ἐξόδῳ οἴκου καταπετάσματος;
6 † Ὡς ἀστὴρ ἑωθινὸς ἐν μέσῳ νεφέλης, † ὡς σελήνη πλήρης ἐν ἡμέ-
7 ραις, † Ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ναὸν ὑψίστου, † (ζ) Καὶ ὡς τόξον
8 φωτίζον ἐν νεφέλαις δόξης, † ὡς ἄνθος ῥόδων ἐν ἡμέραις νέων, † (η) ὡς κρίνα ἐπ' ἐξόδων ὕδατος, † ὡς βλαστὸς Λιβάνου ἐν
9 ἡμέραις θέρους, † Ὡς πῦρ καὶ λίβανος ἐπὶ πυρείου, † Ὡς σκεῦος
10 χρυσίου ὁλοσφύρητον † κεκοσμημένον παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ,

MS. A. (α) ὁ ἱερεὺς (β) ὑπέρραψεν (γ) ναόν· (δ) ἀποδοχεῖα (ε) λάκκος· (ϛ) ὃς (ζ) Ὡς τόξον (η) ὡσεὶ κρίνα ἐπ' ἐξόδῳ

Sic Jesus filius Josedec. Qui in diebus suis ædificaverunt domum, & exaltaverunt (d) populum sanctum Domino paratum in gloriam sempiternam. Et (e) Neemiæ memoria in multum tempus: qui erexit nobis muros eversos, & stare fecit portas, & seras, & erexit sola domorum nostrarum. Nemo creatus est, qualis Enoch, talis in terra: nam & ipse assumptus est à terra. Neque, sicut Joseph, natus est vir, princeps fratrum, stabilimentum populi. Et ossa ipsius visitata sunt. Sem & Seth apud homines gloriam adepti sunt. Et super omne animal in creatione Adam.

CAP. L.

SIMON Oniæ filius Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum. Et ab ipso fundata est altitudo (a) duplicis, reparatio excelsa ambitûs templi. In diebus ipsius imminutum est (b) receptaculū aquarum, (c) æs quasi maris perimetrum. Curā gerens populi sui à casu, Et fortificans civitatem (d) ad obsidendum. (e) Quàm glorificatus est in conversatione populi, in egressu domûs velamenti? Quasi stella matutina in medio nubis, quasi Luna plena in diebus. Quasi Sol refulgens super templum Altissimi, Et quasi arcus refulgens inter nubes gloriæ, quasi flos rosarum in diebus vernis, quasi lilia super transitus aquæ, quasi germen Libani in diebus æstatis. Quasi ignis, & thus super focum, Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 ܘܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܝܘܨܕܩ ܕܒܡܬܒܥܢܘܬܗܘܢ ܐܩܝܡܘ ܡܕܒܚܐ. ܘܒܢܘ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ
15 ܕܡܛܝܒ ܠܐܝܩܪܐ ܕܥܠܡ. * ܢܚܡܝܐ ܣܓܝ ܕܘܟܪܢܗ. ܕܐܩܝܡ ܚܘܪܒܝܢ. ܘܒܢܐ
16 ܡܦܘܠܬܢ. ܘܥܒܕ ܬܪܥܝܢ ܘܡܘܟܠܝܢ. * ܙܥܘܪܝܢ ܐܬܒܪܝܘ ܥܠ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܚܢܘܟ.
17
18 * ܘܐܦܠܐ ܐܝܟ ܝܘܣܦ ܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܢܬܬܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܒܫܠܡܐ ܐܬܩܒܪ ܓܘܫܡܗ. * ܫܝܬ ܘܫܝܡ
19
ܘܐܢܘܫ ܒܓܒܪܐ ܐܬܒܪܝܘ. ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ ܬܫܒܘܚܬܗ ܕܐܕܡ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܢ *

1 * ܪܒ ܐܚܘܗܝ. ܘܟܠܝܠܐ ܕܥܡܗ. ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܢܬܢܝܐ ܟܗܢܐ ܪܒܐ. ܕܒܝܘܡܘܗܝ
2 ܐܬܒܢܝ ܒܝܬܐ. ܘܐܬܚܝܠ ܗܝܟܠܐ. * ܘܐܬܬܫܝܡ ܫܘܪܐ ܘܡܛܠܬܐ. ܘܐܬܒܢܝܬ ܐܣܛܘܐ.
3
4 * ܘܐܬܚܦܪ ܡܥܝܢܐ. * ܘܦܪܩ ܠܥܡܗ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ. * ܡܐ ܫܦܝܪ ܗܘܐ ܒܡܦܩܗ
6
ܡܢ ܗܝܟܠܐ: ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܡܢ ܒܝܬ ܦܪܣܐ. ܐܝܟ ܟܘܟܒ ܢܓܗܐ ܒܝܢܝ
7
8 ܥܢܢܐ. ܘܐܝܟ ܣܗܪܐ ܒܝܘܡܝ ܢܝܣܢ. * ܘܐܝܟ ܫܡܫܐ ܕܕܢܚ ܥܠ ܐܦܕܢܐ. * ܘܐܝܟ
ܩܫܬܐ ܒܥܢܢܐ. ܘܐܝܟ ܫܒܠܐ ܕܚܩܠܐ. ܘܐܝܟ ܫܘܫܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܒܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ. ܘܐܝܟ
9
10 ܐܪܙܐ ܕܠܒܢܢ ܒܝܘܡܝ ܩܛܦܐ. * ܘܐܝܟ ܪܝܚܐ ܕܠܒܘܢܬܐ ܥܠ ܓܘܡܪܐ. * ܘܐܝܟ ܛܘܩܐ
ܕܕܗܒܐ ܕܡܨܒܬ ܒܚܫܚܐ. ܘܡܨܒܬ ܒܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ.

* Et Jesum Jozedeki filium, qui cohortatione suâ erexerunt altare, sacrúmque templum quod ad sempiternam gloriam futurum est, extruxêre? Nehemiæ frequens sit memoria, qui ruinas nostras erexit, collapsa nostra reædificavit, & portas seràsque nostras effecit. Pauci super terram creati sunt Henocho similes. Et nulla mater Josepho similem genuit: Unde & corpus ejus in pace conditum est. Seth, Sem, & Enos inter homines creati fuerunt. Porrò super hæc omnia, laudes Adam.

CAP. L.

* MAximus fratrum suorum, populíque sui corona Simeon Nathaniæ filius, sacerdos magnus, cujus diebus ædificata fuit ædes, templum munitum, Mœnia collocata, & antes, ambitus extructus. Fons effossus, Ejusque populus ab hostibus ereptus. Quàm gratiosus erat quum egrederetur è templo, de sub tentoriolo appareret quasi stella matutina inter nubes, & perinde ac luna diebus Nisan, Veluti sol irradians ædes, Ut arcus in nubibus, ut aristæ agri, ut rosa regia in scatebris aquarum, & ut arbores Libani diebus vindemiæ. Ut odor thuris acerris impositi; Quasi torques aureus eleganter distinctus, optimísque lapidibus ornatus,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14 * ويسوع ابن صادوق ايضا اللذين جددا المذبح * واقاماه لعقبهما * وبنا الهيكل الطاهر
15 المزمع للكرامة الدائمة * فاما نحميا فليكثر ذكره * لانه بنا وعمر الامكنة الوحشة * وجدد
16
17 ابوابنا واغلاقنا * اقل في الناس من يشبه اخنوخ * ولم يولد في النساء مثل يوسف لحسن
18
19 صبره * ولذلك وفاه الله تعالى * ودفن جسده بكرامة وسلم * واما شيث وسيم وانوس في
اوايل خلق الله العالي * وعلى جميع الناس مما ذكرنا مدحه ابينا آدم *

* الفصل الخمسون *

1 * اكبر من اخوته واكليل شعبه شمعون بر نثنيا الكاهن الاكبر * ان في ايامه بني البيت *
2
3 وعمر الهيكل العظيم * واسس السور * وسرف السرف * وبنيت الرواقات * وحفر الينبوع *
4
6 * وخلص شعبه من الاعداء * ما احسن خروجه من الهيكل * اذا نظرته تحت الستر مثل
7 الكوكب الصبح بين السحاب * ومثل البدر ايام نيسان * ومثل الشمس الطالعة على
8 القصور * ومثل القوس في السحاب * ومثل سنبل الحقل * وسوسنة الملك على ينابيع الماء *
9
10 ومثل شجر لبنان في ايام القطاف * ومثل ريح اللبان على الجامر * ومثل القلادة المذهبة *
المحسنة النظام * المزخرفة في الجوهر الفايق *

* Itidémque Jesum Sadoki filium, qui ambo renovârunt & erexerunt altare posteris suis, templúmque sanctum ad perpetuam gloriam futurum ædificârunt. At vero Nehemiæ multiplex sit memoria, quòd loca desolata ædificiis populóque instaurârit, & portas vectésque nostros renovârit. Paucissimi sunt inter homines, qui cum Enocho comparentur. Nec natus est in mulieribus par Josepho, laude patientiæ: Atque ideo tutatus est eum Deus altissimus, & corpus ejus honorificè & in pace sepultum est. Verùm Seth, Sem, & Enos sunt è præcipuis excelsi Dei creaturis. At omnes homines quos memoravimus, superat laus parentis nostri Adæ.

CAP. L.

* MAximus fratrum suorum, & populi sui diadema Simeon Bar Nathania, sacerdos maximus. Hujus quidem temporibus extructa fuit ædes, templum maximum convaluit, Fundati sunt muri, antes aptati, porticus extructæ, Et fons effossus. Hic etiam populum suum liberavit ab inimicis. Quàm speciosus erat exitus ejus è templo, dum cum sub velo vidisses tanquam stellam micantem inter nubes, & veluti plenilunium diebus Nisan, Ut solem super palatia exorientem, & sicut arcum in nubibus, Velut aristas agri, sicut lilium regium secus fontes aquæ, & sicut arbores Libani diebus vindemiæ, Ut odorem thuris acerris impositi, Et ut torquem auratum, concinnè dispositum, gemmísque præstantissimis decoratum,

Versio VULG. LAT.

11 Quasi oliva pullulans, & cypressus in altitudinem se ex-
tollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum
12 in consummationem virtutis. In ascensu altaris sancti,
gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem
13 partes de manu sacerdotum, & ipse stans juxta aram.
Et circa illum corona fratrum : quasi plantatio cedri in
14 monte Libano. Sic circa illum steterunt quasi rami pal-
15 mæ, & omnes filii Aaron in gloria sua. Oblatio autem
Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga
Israël : & consummatione fungens in ara, amplificare
16 oblationem excelsi regis, Porrexit manum suam in li-
17 batione, & libavit de sanguine uvæ. Effudit in fun-
damento altaris odorem divinum excelso princi-
18 pi. Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis pro-
ductilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem ma-
19 gnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis popu-
lus simul properaverunt, & ceciderunt in faciem super
terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces
20 omnipotenti Deo excelso. Et amplificaverunt psallen-
tes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus
21 suavitatis plenus. Et rogavit populus Dominum ex-
celsum in prece, usquedum perfectus est honor Domini,
22 & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas
extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare
23 gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari: Et
iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.
24 Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni
terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit
25 nobiscum secundùm suam misericordiam : Det nobis ju-
cunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israël
26 per dies sempiternos ; Credere Israël nobiscum esse Dei
misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

11 † Ὡς ἐλαία ἀναθάλλουσα καρποὺς, † καὶ ὡς κυπάρισσος ὑψουμένη ἐν
νεφέλαις. † ἐν τῷ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν στολὴν δόξης, † καὶ ἐνδιδύ-
12 σκεσθαι αὐτὸν συντέλειαν (θ) καυχήματος, † Ἐν ἀναβάσει θυσια-
στηρίου ἁγίου † ἐδόξασε περιβολὴν ἁγιάσματος. † Ἐν δὲ τῷ
13 δέχεσθαι μέλη ἐκ χειρῶν ἱερέων, † καὶ αὐτὸς (ι) ἑστὼς
παρ' ἐσχάρᾳ βωμοῦ, † κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν,
14 † ὡς βλάστημα (κ) κέδρου ἐν τῷ Λιβάνῳ· † Καὶ ἐκύκλωσαν αὐ-
τὸν ὡς στελέχη φοινίκων, † καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν ἐν δόξῃ
15 αὐτῶν· † Καὶ προσφορὰ κυρίου ἐν χερσὶν αὐτῶν † ἔναντι πάσης ἐκ-
κλησίας Ἰσραήλ. † Καὶ συντέλειαν λειτουργῶν ἐπὶ βωμῶν, † κο-
16 σμῆσαι προσφορὰν ὑψίστου παντοκράτορος, † Ἐξέτεινεν ἐπὶ σπον-
17 δείου χεῖρα αὐτοῦ, † καὶ ἔσπεισεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς· † Ἐξέχεεν
εἰς θεμέλια θυσιαστηρίου † ὀσμὴν εὐωδίας ὑψίστῳ παμβασιλεῖ.
18 † Τότε ἀνέκραγον (λ) υἱοὶ Ἀαρὼν, † ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς ἤχησαν·
† ἀκουστὴν ἐποίησαν φωνὴν μεγάλην † εἰς μνημόσυνον ἔναντι ὑψίστου.
19 † Τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ (μ) κατέσπευσε, † καὶ ἔπεσαν ἐπὶ πρόσω-
πον ἐπὶ τὴν γῆν, † προσκυνῆσαι (ν) τῷ κυρίῳ αὐτῶν παντοκράτορι
20 θεῷ τῷ ὑψίστῳ. † Καὶ ᾔνεσαν οἱ (ξ) ψαλμῳδοὶ ἐν φωναῖς αὐτῶν,
21 † ἐν πλείστῳ οἴκῳ (ο) ἐγλυκάνθη μέλος. † Καὶ ἐδεήθη ὁ λαὸς
κυρίου ὑψίστου † ἐν προσευχῇ κατέναντι ἐλεήμονος, † ἕως συντελεσθῇ
22 κόσμος κυρίου, † καὶ τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ ἐτελείωσαν. † (π) Τότε
καταβὰς ἐπῆρε χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἐκκλησίαν υἱῶν Ἰσ-
ραήλ, † δοῦναι εὐλογίαν κυρίῳ ἐκ χειλέων αὐτοῦ, † καὶ ἐν ὀνόματι
23 αὐτοῦ (ρ) καυχᾶσθαι. † Καὶ ἐδευτέρωσεν ἐν προσκυνήσει † ἐπι-
24 δέξασθαι τὴν εὐλογίαν παρὰ ὑψίστου. † Καὶ νῦν εὐλογήσατε τῷ
θεῷ (σ) πάντες † τῷ μεγαλοποιοῦντι πάντη, † τῷ ὑψοῦντα ἡμέρας
25 ἡμῶν ἐκ μήτρας, † καὶ ποιοῦντα μεθ' ἡμῶν κατὰ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. † Δῴη
ἡμῖν εὐφροσύνην καρδίας, † καὶ γενέσθαι εἰρήνην ἐν ἡμέραις ἡμῶν
26 † ἐν Ἰσραὴλ κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος, † Ἐμπιστεῦσαι μεθ' ἡμῶν
τὸ ἔλεος αὐτοῦ, † καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ λυτρωσάσθω ἡμᾶς.

MS.A. (θ) * καύματος, (ι) ἑστηκὼς (κ) κέδρων (λ) οἱ υἱοὶ (μ) κατέσπευσε, (ν) κυρίῳ παντοκράτορι θεῷ ὑψίστῳ. (ξ) ψαλτῳδοὶ (ο) ἐμεγαλύνθη (π) Τότε ἐπῆρεν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ ἐκκλησίαν (ρ) καυχήσασθαι. (σ) πάντων ·· μεγάλα ποιοῦντι

Quasi oliva pullulans fructus, & quasi cypres- 11
sus exaltata in nubibus. In accipiendo ipsũ stolã
gloriæ, & induendo ipsum *consummationem glo-*
riationis, In ascensu altaris sancti gloriam dedit 12
amictui sanctitatis. In accipiendo autem mem- 13
bra de manibus sacerdotum & ipse stans juxta
focum aræ, circa illum corona fratrum, quasi
plantatio cedri in Libano : Et circumdederunt 14
illum, quasi rami palmarum, & omnes filii Aaron
in gloria sua. Et oblatio Domini in manibus 15
ipsorum coram omni Ecclesia Israel. Et consum-
matione fungens super (f) aras ad ornandum ob-
lationem Excelsi omnipotentis, Porrexit manum 16
suam super libatorium, & libavit de sanguine
uvæ: Effudit ad fundamenta altaris odorem 17
suavitatis excelso omnium regi. Tunc exclama- 18
verunt filii Aaron, in tubis ductilibus sonue-
runt: auditam fecerunt vocem magnam in me-
moriam coram Altissimo. Tunc omnis populus si- 19
mul properavit, & ceciderunt in faciẽ super ter-
rã, adorare Dominum suum omnipotentem Deũ
excelsum. Et laudaverunt psallentes in vocibus 20
suis: in (g) magna domo dulce factum est melos.
Et rogavit populus Dominum excelsum in prece 21
ante misericordem, usque dum perfectus est honor
Domini, & ministeriũ ejus perfecerunt. Tunc de- 22
scendens manus suas extulit in omnem Ecclesiam
filiorum Israel, dare benedictionem Domino in la-
biis suis, & in nomine ipsius gloriari. Et (h) ite- 23
ravit in adoratione, ad ostendendum benedictio-
nem ab Altissimo. Et nunc benedicite Deum o- 24
mnes, qui magna facit ubique, qui exaltat dies
nostros ab utero ; & facit nobiscum secundùm
misericordiam suam. Det nobis jocunditatem 25
cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel
secundùm dies seculi, Fidelem faciendo nobis- 26
cum misericordiam suam : & in diebus (i) ejus
liberet nos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]

Tanquam oliva decora cujus rami sunt in- 11
gentes, & velut arbor olei suis instructa ra-
musculis, cùm indueret vestes sanctitatis,
seseque accingeret indumentis gloriæ, Cùm 12
ad laudem suscipiendam procederet cum de-
côre potentiæ sanctuarii, Cùm carnis 13
membra sumeret è manu fratrum suorum
super gradus existens, Et cingentibus il- 14
lum velut corona fratribus ejus, omnibus
Aharonis filiis cum gloria sua, Manibus 15
oblationes tenentibus in conspectu totius
populi Israelitici, donec absolveret mini-
sterium altaris & consecrationem, cum læti-
tia sanctitatis ! Extendit ad craterem ma- 16
num suam & vinum vetus accipiens, Effu- 17
dit ad latus altaris, in odorem gratissimum.
Et tunc clanxerunt filii Aharonis buccinis 18
coram universo populo Israelis, & vehemen-
tem edidere sonitum, ad benedicendum *De-*
um in conspectu totius populi. Et totus si- 19
mul populus prociderunt in facies suas su-
per terram, ad adorandum Deum, Dede- 20
runtque gratiarum actioni vocem suam, &
jucundati sunt simul in oratione : Cæterùm 24
popule terræ, laudate Deum qui præclara
facinora patravit in orbe, qui filios homi-
num creavit ex utero matris eorum, eos-
que pro sua voluntate gubernat, ad præ-
standum eis sapientiam cordis. Et sit pax 25
inter ipsos, & stabiliatur cum Simeone mi-
sericordia, & cum semine ipsius, tanquam
dies cœli.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 * ومثل شجر الزيتون الطويلة سحوقها * ومثل شجر الدهن الملتفة بقضبانها * في
12 لباسه ثياب التطهير * ورداءه رداء الكرامة * وفي خروجه يقبل المدحة * وفي عز بهاء
13 بيت الله المقدس * واخذه اعضاء لحم الذبائح من ايدي اخوته * وهو واقف في صدور
14 الصفوف * واخوته يحوطون به شبه الاكليل * جميع اولاد هارون بكراماتهم * والقرابين 15
بايديهم * يقابلونهما جميع بني اسرائيل * حتى يفرغوا من خدمة المذبح والبيت * ومن
16 17 طهارة القدس بالفرح العظيم * ومد يده الى القسط * واخذ خمرا عتيقا * وصبه على
18 المذبح لريح الراحة والكرامة * وعند ذلك نادى بنو هارون بالقرن تجاه الشعب اسرائيل
19 واسمعوا بصوت رفيع ليمجدوا الرب امام الشعب * وخروا على الارض على وجوههم
24 وسجدوا جميع الشعب * ورفعوا اصواتهم بالشكر * وبهجوا جميعا بالصلوة * فسبحوا
شعب الارض للرب الذي صنع العجائب * انه خالق الناس من بطون امهاتهم * ويسوسهم
25 برحمته ومسرته * ويؤتيهم الحكمة والعقل * ويجري السلام بينهم * ويثبت الرافة والرحمة
مع شمعون وذريته كثبات ايام السماء

Ut oleam arborem proceris vigentem 11
ramis, & ut arborem olei suis crebram
surculis, dum indueretur vestibus sancti-
ficationis, dum accingeretur amictu
gloriæ, Dum egrederetur ad accipiendam 12
laudem, & majestate decoris sacratissi-
mæ domûs Dei fulgeret, *Dum accipe-* 13
ret membra carnis victimarum de ma-
nibus fratrum suorum antestans ordini-
bus, Et fratribus eum veluti corona 14
cingentibus, omnibus inquam *filiis Ha-*
ronis cum magnificentiis suis, Mani- 15
bus oblationes gestantibus, stantibus ex
amborum adverso cunctis Israelitis, do-
nec altaris ædisque ministerium, &
sanctuarii mundationem summâ cum
lætitia absolverent. Et manum suam 16
porrexit ad craterem, vinumque vetus
accipiens, Effudit illud super altare 17
in odorem quietis & honoris. Tum et- 18
iam filii Haronis buccinâ clanxêre co-
ram populo Israele, altámque edidêre
vocem glorificandi causâ Domini co-
ram populo : Et humi procumbentes 19
super facies suas adoraverunt univer-
sus populus, vocésque suas cum gratia-
rum actione attollentes, simul oblectati
sunt in oratione. Laudaverunt igitur 24
populus terræ Dominum qui prodigia
fecit, quòd homines creet ex uteris ma-
trum suarum, misericorditer, & ad ar-
bitrium suum regat eos, sapientiam at-
que prudentiam concedat eis, Pacém- 25
que inter eos immittat, & clementiam
atque misericordiam erga Simeonem ac
progeniem ejus confirmet, quâ firmita-
te perduraturi sunt dies cœli

Versio VULG. LAT.

27 Duas gentes odit anima mea : tertia autem non est gens,
28 quam oderim : Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim,
29 & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de
30 corde suo. Beatus, qui in istis versatur bonis : qui
31 ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit : quia lux Dei, vestigium ejus est.

CAP. LI.

1 ORatio Jesu filii Sirach : Confitebor tibi, Domine rex,
2 & collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor & protector factus es
3 mihi, Et liberâsti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, &
4 in conspectu astantium factus es mihi adjutor. Et liberâsti me secundùm multitudinem misericordiæ nominis
5 tui à rugientibus, præparatis ad escam. De manibus quærentium animam meam, & de portis tribu-
6 lationum, quæ circumdederunt me : A pressura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum
7 æstuatus : De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, &
16 fractum inutile efficitur, tales sunt & dii illorum. Con-
stitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere à
17 pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offen-
dit, circumseptæ sunt januæ; aut sicut ad sepulchrum
adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clau-
18 suris & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas ac-
cendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre
19 possunt: sunt autem sicut trabes in domo. Corda verò
eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt, dum
comedunt eos, & vestimentum ipsorum, & non senti-
20 unt. Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.
21 Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant no-
ctuæ, & hirundines, & aves etiam similiter & cattæ. Un-
22 de sciatis quia non sunt dii. Ne ergò timueritis eos.
23 Aurum etiam quod habent, ad speciem est. Nisi ali-
quis exterserit æruginem, non fulgebunt: neque enim
24 dum conflarentur, sentiebant. Ex omni pretio empta
25 sunt, in quibus spiritus non inest ipsis. Sine pedibus in
humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam ho-
26 minibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propter-
eà si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt:
neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum
stabit, sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς. ὥσπερ γὰρ σκεῦος ἀνθρώπου συντριβὲν
16 (μ) ἀχρεῖον γίνεται, τοιοῦτοι ὑπάρχουσιν οἱ θεοὶ αὐτῶν, Καθιδρυμένων αὐτῶν ἐν τοῖς (ν) οἴκοις. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν πλήρεις
17 εἰσὶ κονιορτοῦ ἀπὸ τῶν ποδῶν τῶν εἰσπορευομένων. Καὶ ὥσπερ τινὶ ἠδικηκότι βασιλέα, περιπεφραγμέναι εἰσὶν αἱ αὐλαί, (λ) ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγμένῳ, τοὺς οἴκους αὐτῶν ὀχυροῦσιν οἱ ἱερεῖς (ξ) θυρώμασί τε καὶ κλείθροις καὶ μοχλοῖς, ὅπως (ο) ὑπὸ τῶν λῃστῶν μὴ συληθῶσιν.
18 Λύχνους καίουσι, καὶ (π) πλείους ἢ ἑαυτοῖς, ὧν οὐδένα δύνανται ἰδεῖν.
19 ἔστι (ρ) μὲν ὥσπερ δοκὸς τῶν ἐκ τῆς οἰκίας, Τὰς δὲ καρδίας αὐτῶν φασὶν ἐκλείχεσθαι τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἑρπετῶν, κατεσθιόντων αὐτούς τε καὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτῶν οὐκ αἰσθάνονται·
20 Μεμελανωμένοι τὸ πρόσωπον αὐτῶν
21 ἀπὸ τοῦ καπνοῦ τοῦ ἐκ τῆς (σ) οἰκίας. Ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν ἐφίπτανται (τ) νυκτερίδες, χελιδόνες, καὶ τὰ ὄρνεα,
22 ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ αἴλουροι. Ὅθεν γνώσεσθε ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί· μὴ
23 οὖν (υ) φοβεῖσθε αὐτά. Τὸ γὰρ χρυσίον ὃ περίκειται εἰς κάλλος, ἐὰν μή τις ἐκμάξῃ τὸν ἰόν, οὐ μὴ στίλψωσιν, οὐδὲ γὰρ ὅτε ἐχωνεύοντο,
24 ᾐσθάνοντο. Ἐκ πάσης τιμῆς ἠγορασμένα ἐστίν, ἐν οἷς οὐκ ἔστι πνεῦμα.
25 Ἄνευ ποδῶν ἐπ' ὤμοις (φ) φέρονται, ἐνδεικνύμενοι τὴν ἑαυτῶν ἀτιμίαν τοῖς ἀνθρώποις. (χ) αἰσχύνονταί τε καὶ οἱ θεραπεύοντες αὐτά,
26 Διὰ τό, (ψ) εἴποτε ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, (ω) μὴ δι' αὐτῶν ἀνίστασθαι, (α) μήτε ἐάν τις αὐτὸ ὀρθὸν στήσῃ, δι' ἑαυτοῦ κινηθήσεται, (β) μήτε ἐὰν κλιθῇ, οὐ μὴ ὀρθωθῇ, (γ) ἀλλ' ὥσπερ νεκροῖς τὰ δῶρα αὐτοῖς παρατίθεται.

15 *Non ergò timeatis eos. Sicut enim vas hominis contritum efficitur inutile; tales sunt dii illorum,*
16 *Constitutis illis in domibus. Oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.*
17 *Et sicut alicui, qui regem offendit, circunsepta sunt atria; sicut ad mortem abducto, domos eorum muniunt sacerdotes & ostiis, & claustris, & seris, ne à latronibus expolientur.*
18 *Lucernas accendunt, & plures, quàm sibi ipsis: ex quibus nullam videre possunt. Est quidem, sicut trabs earum, quæ è domo:*
19 *Corda verò eorum dicunt elingi ab iis qui de terra sunt, serpentibus: dum comedunt et eos et vestimentũ eorũ, non sentiũt:*
20 *Nigri facti faciem suam à fumo, qui è domo fit.*
21 *Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ, hirundines, & aves, similiter autem & catti.*
22 *Unde scietis, quia non sunt dii. Ne ergò timueritis ea.*
23 *Aurum enim quo circundati sunt ad speciem, nisi aliquis extcrserit æruginem; non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant.*
24 *Ex omni pretio empta sunt; in quibus non est spiritus.*
25 *Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus: confunduntùrque etiam, qui colunt ea,*
26 *Propterea quòd, si fortè ceciderint in terram; à semetipsis non consurgunt: neque si quis illud statuerit rectum, per seipsum movebitur: neque, si inclinatum fuerit, dirigetur: sed sicut mortuis munera ipsis apponuntur.*

MS. A. (μ) ἄχρηστον (ν) κήποις. (λ) ἢ ὡς (ξ) αὐτῶν (ο) μὴ ὑπὸ τῶν λῃστῶν συληθῶσιν. (π) πλείονας αὐτοῖς, ὧν οὐ δύνανται (ρ) δὲ (σ) γῆς καιομένου. (τ) χελιδόνες, καὶ νυκτερίδες, (υ) φοβηθῆτε (φ) αἴρονται, (χ) αἰσχύνονται δὲ (ψ) μήποτε (ω) δι' ἑαυτῶν (α) μήποτε ἐάν τις αὐτὸν (β) μήποτε (γ) ἀλλὰ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 * ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܡܢܗܘܢ. ܐܝܟ ܓܝܪ ܡܐܢܐ ܕܦܚܪܐ ܕܟܕ ܡܬܬܒܪ ܠܟܠܡ ܠܐ ܚܫܚ. ܗܟܢܐ
16 ܐܝܟ ܐܠܗܝܗܘܢ. * ܐܬܬܣܝܡ ܒܗܘܢ ܒܒܬܐ. ܘܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܡܠܝܢ ܒܥܦܪܐ ܡܢ ܪܓܠ
17 ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܥܐܠܝܢ ܘܢܦܩܝܢ. * ܘܐܝܟ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܝܒܝܢ ܡܢ ܡܠܟܐ. ܠܡܘܬܐ
ܡܬܦܫܛܝܢ ܕܪ̈ܥܝܗܘܢ. ܐܝܟ ܡܫܬܟܚܝܢ ܒܡܘܬܐ. ܒ̈ܬܝܗܘܢ ܡܚܣܢܝܢ ܟܘܡܪ̈ܝܗܘܢ. ܘܐܚܕܝܢ
18 ܒܡܘܟ̈ܠܐ ܘܒܩܠܝܕܐ ܕܠܐ ܢܬܓܢܒܘܢ ܐܝܟ ܒܓܢ̈ܒܐ. * ܘܫܪ̈ܓܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢܗܪܝܢ ܠܗܘܢ.
19 ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܠܐ ܚܙܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܩܝ̈ܣܐ ܕܡܢ ܒܝܬܐ. * ܘܠܒܗܘܢ ܛܥܐ
20 ܘܛܥܐ. ܘܡܬܐܟܠܝܢ ܡܢ ܪܚܫܐ ܕܐܪܥܐ. ܘܡܬܒܠܥܝܢ ܗܢܘܢ ܘܡܐܢܝܗܘܢ. * ܘܠܐ
ܝܕܥܝܢ ܕܡܬܚܫܟܝܢ ܐܦ̈ܝܗܘܢ. ܘܐܘܟܡܝܢ ܡܢ ܬܢܢܐ ܕܣܠܩ ܡܢ ܒܝܬܐ ܥܠ ܦܓܪ̈ܝܗܘܢ.
21 * ܘܥܠ ܪܫܝܗܘܢ ܢܚܬܝܢ ܥܛܠܦ̈ܐ ܘܣܢܘܢܝ̈ܬܐ ܘܥܘܪ̈ܒܐ ܐܟܚܕܐ ܘܐܦ ܫܘܢܪ̈ܐ. * ܘܡܢ
22 ܗܠܝܢ ܡܬܝܕܥܝܢ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܡܢܗܘܢ. * ܕܗܒܐ ܓܝܪ ܕܡܥܛܦ ܠܗܘܢ
23 ܠܫܘܦܪܐ. ܐܢ ܗܘ ܕܐܢܫ ܠܐ ܢܡܫܘܚܝܘܗܝ ܡܢ ܚܠܘܕܐ ܠܐ ܢܨܡܚ. ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܡܐ ܕܡܬܢܬܟܝܢ
24 ܗܘܘ ܡܪܓܫܝܢ ܗܘܘ. * ܡܛܠ ܕܒܕܡܝ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܙܕܒܢܘ. ܘܪܘܚܐ ܠܝܬ ܒܗܘܢ. * ܘܥܠ
25 ܟܬܦ̈ܬܐ ܡܫܬܩܠܝܢ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܗܠܟܝܢ. ܘܡܚܘܝܢ ܒܗܬܬܗܘܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܢܒܗܬܘܢ ܕܝܢ
26 ܐܦ ܡܫܡܫܢܝܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܐܢ ܢܦܠܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܩܡ. ܘܐܦܠܐ ܐܢ ܐܢܫ
ܢܩܝܡ ܐܢܘܢ ܢܬܬܙܝܥܘܢ. ܘܐܦܠܐ ܐܢ ܢܬܪܟܢܘܢ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܬܬܪܨܘ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܝ̈ܬܐ ܣܝܡܝܢ
ܠܗܘܢ ܡܐܟܘ̈ܠܬܐ.

15 * Nolite ipsos timere. Ut enim vas figulinum cùm confractum fuerit, nulli usui servit, tales sunt dii eorum.
16 Collocatis ipsis in domibus, oculi pulvere oppleti sunt à pulvere pedum ingredientium & egredientium.
17 Utque à rege ad mortem damnatis, ita ipsis extensa sunt brachia. Ædes ipsorum obfirmant sacerdotes ipsorum, serisque & vectibus claudunt, ne furto tollantur à latronibus.
18 Multasque eis lucernas accendunt, quorum oculi nihil vident. Prorsus instar trabium sunt de domo *prominentium*.
19 Stultum est cor eorum & errat: Consumunturque à reptilibus terræ, & exeduntur tam ipsi quàm vestes eorum.
20 Non nôrunt denigrari sibi vultus, & atrorem contrahere à fumo qui de domo in corpora eorum ascendit.
21 Capitibus eorum insident vespertiliones & hirundines, corvique simul & catti.
22 Et ex his dignoscuntur, quia non sunt Dii, & nolite ipsos timere.
23 Aurum ipsis decoris causâ inductum, nisi quis ab ærugine mundet, non splendet: Neque enim cùm funderentur, sentiebant.
24 Quia magno empti sunt, nec est in ipsis spiritus.
25 Humeris portantur, quia non incedunt: Ostendantque pudorem suum hominibus: Confundentur autem & qui colunt eos,
26 Quia si in terram cadunt, surgere non possunt. Nec si quis eos erigat, movebuntur: nec si inclinati fuerint, seipsos erigere possunt. Tanquam mortuis autem cibos ipsis apponunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 * فلا تخافوها لانها تصير مثل اناء انسان مكسور غير صالح * هاولاء هم الهتهم * هم
16 منصوبون في البساتين * عيونهم هي مملوه غبارا من ارجل الداخلين اليها * وكمثل
17 لملك ماظالم ديار مسيج عليها * او كمثل لموت هاجم * تحصن الكهنه بيوتهم بابواب واقفال
18 ومتاريس * كي لا يسرقون من اللصوص * يوقدون لهم سرجا كثيره * وهم لا يستطيعون ان ينظروا
19 هي مثل سارية في البيت * يزعمون ان قلوبهم تبتلع الحشرات من الارض وتاكلها * وهم
20 لا يحسون بلباسهم * وجوههم مسوده من الدخان المتوقد من الارض على جسمهم * السونو
21 تلمسهم على راسهم والوطاويط * والطيور هكذا والقطوس * فلهذا تعلمون انها ليست الهة
22 فلا تخافوها * لان الذهب الذي توشت به للحسن * ان لم يمسح احد وسخها لا تبرق * لانها
24 ولا تحس اذا سبكوها * هي مشتراه بكل ثمن * ليس فيها روح * وبغير رجلين * يحملونها
26 على الاكتاف * يظهرون اهانتها للبشر * يخزى الذي يخدمونها * من اجل انها اذا سقطت
على الارض لا تقوم من ذاتها * وان اقامها احد مقومه لا تتحرك من ذاتها * وان هي
مالت فلا تستقيم * لكن كمثل الاموات توضع لها قرابينها *

15 * *Ne igitur metuatis eos; sicut enim, quasi vas alicujus hominis confractum, inutile: Hujusmodi sunt dii eorum.*
16 *Iidem erecti sunt in hortis, oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus ingredientium in illos:*
17 *Et veluti regem aliquem tyrannum, atrium circunsepit eos, aut veluti mortem rapidam: muniunt sacerdotes ædes eorum januis seris & vectibus, ne à furibus compilentur.*
18 *Accendunt eis lucernas multas, quum ipsi videre nequeant: sunt quasi trabs in domo.*
19 *Aiunt corda eorum deglutire insecta de terra, eáque comedere; cùm tamen ipsi minimè sentiant vestimenta sua.*
20 *Facies eorum denigratæ sunt fumo è terra accenso super corpus eorum.*
21 *Hirundines tangunt eos super capita eorum, vespertiliones, & volucres pariter ac martes.*
22 *Unde perspicuum vobis erit illos non esse Deos: ideò ne metuatis eos.*
23 *Nam auri quo sunt ornati ad pulchritudinem, nisi quis abstergat sordes, minimè fulgebunt: nam neque senserunt quum funderentur.*
24 *Empti sunt quocunque pretio, nullus inest eis spiritus:*
25 *Cumque sine pedibus existentes illos gestent humeris, produnt mortalibus ignominiam illorum.*
26 *Pudefiant qui ministrant illis, quia si quando in terram ceciderint, non exurgunt per se; neque si quis eos erectos statuerit, per se moventur; neque si inclinati fuerint, erigunt se: sed tanquam mortuis proponuntur eis oblationes eorum;*

Versio VULG. LAT.

27 Hoſtias illorum vendunt ſacerdotes ipſorum, & abu-
tuntur: ſimiliter & mulieres eorum decerpentes, neque
28 infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt: De ſa-
crificiis eorum fœtæ & menſtruatæ contingunt. Scien-
tes itaque ex his quia non ſunt dii, ne timeatis eos.
29 Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt
30 diis argenteis, & aureis, & ligneis: Et in domibus
eorum ſacerdotes ſedent, habentes tunicas ſciſſas, &
capita, & barbam raſam, quorum capita nuda ſunt.
31 Rugiunt autem clamantes contra deos ſuos, ſicut in
32 cœna mortui. Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes,
33 & veſtiunt uxores ſuas, & filios ſuos. Neque ſiquid
mali patiuntur ab aliquo, neque ſiquid boni, pote-
runt retribuere: neque regem conſtituere poſſunt,
34 neque auferre. Similiter neque dare divitias poſſunt,
neque malum retribuere. Siquis illis votum voverit,
35 & non reddiderit; neque hoc requirunt. Hominem à
morte non liberant, neque infirmum à potentiori eri-
36 piunt. Hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, de
37 neceſſitate hominem non liberabunt. Viduæ non mi-
38 ſerebuntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus
de monte ſimiles ſunt dii illorum, lignei, & lapidei, &
aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.
39 Quomodò ergò æſtimandum eſt, aut dicendum, illos eſſe
deos?

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

27 Τὰς δὲ θυσίας αὐτῶν ἀποδόμενοι οἱ ἱερεῖς αὐτῶν καταχρῶνται· ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ γυναῖκες (δ) ἀπ' αὐτῶν ταριχεύουσαι, οὔτε πτω-
28 χῷ οὔτε ἀδυνάτῳ (ε) μὴ μεταδῶσι. Τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἀποκαθημένη καὶ (ζ) λεχὼ ἅπτονται. γνόντες οὖν ἀπὸ τούτων ὅτι οὐκ εἰσὶ
29 θεοί, μὴ φοβηθῆτε αὐτούς. Πόθεν γὰρ (η) κληθείησαν θεοί; ὅτι
30 γυναῖκες παρατιθέασι θεοῖς ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς καὶ ξυλίνοις. Καὶ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν οἱ ἱερεῖς (θ) διφρεύουσιν, ἔχοντες τοὺς χιτῶνας διερρωγότας, καὶ τὰς κεφαλὰς καὶ τοὺς πώγωνας (ι) ἐξυρημένους, ὧν
31 αἱ κεφαλαὶ ἀκάλυπτοί εἰσιν. (κ) Ὠρύονται δὲ βοῶντες ἐναντίον
32 τῶν θεῶν αὐτῶν, ὥσπερ τινὲς ἐν (λ) περιδείπνῳ νεκροῦ. Ἀπὸ τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν ἀφελόμενοι οἱ ἱερεῖς, ἐνδύσουσι τὰς γυναῖκας αὐ-
33 τῶν καὶ τὰ παιδία. Οὔτε ἐὰν κακὸν πάθωσιν ὑπό τινος, οὔτε ἐὰν ἀγαθόν, δυνήσονται ἀνταποδοῦναι· οὔτε καταστῆσαι βασιλέα
34 δύνανται, οὔτε ἀφελέσθαι. Ὡσαύτως οὔτε πλοῦτον, οὔτε χαλκὸν οὐ μὴ δύνωνται διδόναι. ἐάν τις (μ) εὐχὴν αὐτοῖς εὐξάμενος μὴ
35 ἀποδῷ, οὐ μὴ ἐπιζητήσωσιν. Ἐκ θανάτου ἄνθρωπον οὐ μὴ ῥύσωνται,
36 οὔτε ἥττονα ἀπὸ ἰσχυροῦ (ν) μὴ ἐξέλωνται. Ἄνθρωπον τυφλὸν εἰς ὅρασιν οὐ μὴ (ο) περιστήσωσιν, ἐν ἀνάγκῃ ἄνθρωπον ὄντα οὐ μὴ ἐξέλωνται.
37 Χήραν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὔτε ὀρφανὸν εὖ ποιήσωσι. Τοῖς ἀπὸ τοῦ
38 ὄρους λίθοις ὡμοιωμένοι εἰσὶ τὰ ξύλινα, καὶ τὰ περίχρυσα, καὶ τὰ
39 περιάργυρα, οἱ δὲ θεραπεύοντες αὐτὰ καταισχυνθήσονται. Πῶς οὖν νομιστέον ἢ κλητέον (ξ) ὑπάρχειν αὐτοὺς θεούς;

MS.A. (δ) αὐτῶν ἀπ' (ε) μεταδιδόασιν. (ζ)* λοχῶ (η) κληθήσονται (θ) διαφθείρουσιν, (ι) ἐξυρημένοι, (κ) Ὀρύονται (λ)* παιδίπνῳ (μ) αὐτοῖς εὐχὴν (ν) οὐ μὴ (ο) περιστήσωσιν, (ξ) αὐτοὺς ὑπάρχειν θεούς;

Hoſtias autem illorum vendentes ſacerdotes, ipſis 27
abutuntur. Similiter autem & mulieres de eis
condientes, neq; mendicanti, neq; infirmo impar-
tiunt. Sacrificia eorum, menſtruata & puerpera 28
tangunt. Scientes itaque ex his, quia non ſunt
dii, ne timeatis eos. Unde enim vocentur dii? 29
quia mulieres apponunt diis argenteis, & au-
reis, & ligneis. Et in domibus eorum ſacerdotes 30
ſedent, habentes tunicas ſciſſas, & capita, &
barbas raſas: quorum capita nuda ſunt: Ru- 31
giunt autem clamantes ante deos ſuos, ſicut
aliqui in cœna mortui. De veſtimento eorum 32
auferentes ſacerdotes veſtient uxores ſuas, &
filios. Neque ſiquid mali patiantur ab aliquo, 33
neque ſi quid boni, poterunt retribuere: neque
conſtituere regem poſſunt, neque auferre. Simi- 34
liter neque divitias, neque æs dare poſſunt. Si
quis illis votum voverit, & non reddiderit, non
requirent: A morte hominem non liberabunt: 35
neque infirmiorem à potenti eripient: Homi- 36
nem cæcum ad viſum non reſtituent: de neceſ-
ſitate hominem non liberabunt: Viduæ non mi- 37
ſerebuntur: neque orphano benefacient: Lapi- 38
dibus de monte ſimiles ſunt, lignea, & inaurata,
& inargentata: qui autem colunt ea; confun-
dentur: Quomodò ergò æſtimandum eſt, aut 39
dicendum, illos eſſe deos?

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
[illegible]

Sacrificiáque quæ ipſis offeruntur edunt 27
ſacerdotes eorum, uxoreſque eorum ſe-
ipſis ingurgitant. Pauperibus & afflictis
de ſacrificiis ſuis nihil dant: Et mulier 28
in pollutione & immunditie ſua ad ipſos
accedit. Ex his itaque cognoſcite Deos
ipſos non eſſe, nec timete eos. Quo- 29
modo enim vocentur Dii. Quia ecce
mulieres ipſos aptant in deos aureos ar-
genteos & ligneos. Et in ſedibus eo- 30
rum ſedent ſacerdotes eorum ſciſſis ve-
ſtibus, ſectis capillis, tonſis barbis, ra-
ſis nudiſque capitibus, Gementes clamore
coram diis ſuis, ut faciunt homines in cœ- 31
na mortui. Déque veſtibus ipſorum ſu- 32
mentes ſacerdotes, uxores ſuas liberoſque
veſtiunt. Quòd ſi quis bonum ipſis aut 33
malum faciat, retribuere non poſſunt.
Regem etiam nec conſtituere poſſunt,
nec amovere: Nec cuiquam opes dare 34
aut argentum. Si quis votum ipſis vove-
at, nec ſolvat, non exigent ab eo. Nec 35
quenquam à morte liberant, nec infir-
mum à potente eripiunt. Homini cæ- 36
co viſum dare non poſſunt, nec affli-
ctum ex anguſtiis liberare. Viduæ non 37
miſerentur, nec pupillo benefaciunt, aut
pauperem paſcunt. Lapidibus in mon- 38
tem projectis ſimiles ſunt dii lapidei, li-
gnei, argentei, aurei. Qui miniſtrant 39
eis, confundentur; qui ipſos nulli eſſe
uſui nôrunt, & tamen homines eis ſedu-
cunt. Quomodo igitur cognoſcentur
quòd Dii ſunt?

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

27 * وكهنتها الذين يعطون لها الذبائح يستعملونها * هكذا ونساوهم منها يتلذذون * لا
28 لفقير ولا لعديم القوة يعطون من ذبائحهم * الحايض والجنب يلمسونها * فمن هنا
29 تعلمون انها ليست الهة * فلا تخافوها * لان من اين تدعي الهة * لان النساء يصنعون
30 لالهة الذهب والفضة والخشب * وفي بيوتهم الكهنة يفسدون * لها ثياب مخرقة *
31 محلقة الروس واللحي * روسها غير مغطاة * يعجون صارخين امام الهتهم مثل قوم
32 33 في جنازة ميت * تخرج الكهنة من ثيابها ويلبسونها لنسائهم ولاولادهم * لانها لا ان نالت
34 من احد شرا ولا خيرا تستطيع ان تكافي * ولا تقدر ان تقيم ملكا ولا ان تخلعه * هكذا
35 ولا غناء ولا نحاسا لا تقدر ان تعطي * ان نذر لها احد نذرا لا يفي ولا تطلب * ولا تنجي
36 انسانا من الموت * ولا تخلص دنيا من قوي * ولا تعيد انسانا اعمى الى النظر * ولا تخلص
37 38 انسانا كاينا في شدة * لا ترحم ارملة * ولا تحسن الى يتيم * هي مشبهة بحجارة من الجبل *
39 احساب موساه بالذهب وموساه بالفضة * الذين يخدمونها يخزون * كيف ينبغي ان نظنوا
وينبغي ان تدعوها الهة *

Et ſacerdotes eorum, qui offerunt eis 27
ſacrificia, utuntur illis: ita quoque
uxores eorum fruuntur illis, nihil pau-
peri aut impotenti tribuentes de ſacrifi-
ciis eorum, Quæ menſtruo laborans 28
& immundi attrectant. Ex his igitur
cognoſcetis hos non eſſe Deos: ne ergò
metuatis illos. Unde enim vocarentur 29
Dii, quandoquidem mulieres offerunt
diis aureis, argenteis, & ligneis; Et 30
in ædibus eorum ſacerdotes corruptelis
indulgent? veſtes habent ſciſſas, ca-
pita barbáſque raſas, retectis capiti-
bus. Mugiunt clamantes coram diis 31
ſuis ceu turba in funere mortui. De- 32
trahunt ſacerdotes veſtes illorum, ipſi
induunt uxores & liberos ſuos. Nam 33
ſive injurias acceperint à quopiam ſive
officia, non poſſunt rependere; neque
valent regem ullum conſtituere, neque
deponere: Similiter neque divitias 34
neque æs dare queunt: ſi quis votum
eis voverit, nec ſolvat, minimè repo-
ſcunt. Neminem à morte liberant, hu- 35
milem à potente non eripiunt: Homi- 36
nem cæcum ad viſum non reſtituunt,
neque ſervant hominem in calamitate
verſantem: Viduæ non miſerentur, 37
neque pupillo benefaciunt: Similes 38
ſunt lapidibus è monte erutis: ligna
ſunt auro concinnata, ornata argento:
qui miniſtrant eis, pudore ſuffundun-
tur. Quomodo hi exiſtimandi ſunt 39
vobis & vocandi Dii,

Versio VULG. LAT.

40 Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea : qui
cùm audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad
41 Bel, postulantes ab eo loqui : Quasi possint sentire qui
non habent motum, & ipsi cùm intellexerint, relin-
quent ea : sensum enim non habent ipsi dii illorum.
42 Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, suc-
43 cendentes ossa olivarum. Cùm autem aliqua ex ipsis
attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proxi-
mæ suæ exprobrat quòd ea non sit digna habita, sicut
44 ipsa, neque funis ejus diruptus sit. Omnia autem quæ
illis fiunt, falsa sunt. Quomodò æstimandum aut dicen-
45 dum est, illos esse deos? A fabris autem, & ab au-
rificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod
46 volunt esse sacerdotes. Artifices etiam ipsi, qui ea fa-
ciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergò
47 possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis esse dii? Reli-
48 querunt autem falsa, & opprobrium posteà futuris. Nam
cùm supervenerit illis prælium, & mala; cogitant
49 sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis. Quo-
modò ergò sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec
50 de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam
cùm sint lignea, inaurata, & inargentata, scietur posteà
quia falsa sunt, ab universis Gentibus, & regibus : quæ
manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum ho-
minum, & nullum Dei opus cum illis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

40 Ἔτι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Χαλδαίων ἀτιμαζόντων αὐτά; Οἳ ὅταν ἴδωσιν
ἐνεὸν (ν) μὴ δυνάμενον λαλῆσαι, προσενεγκάμενοι τὸν (ξ) Βῆλον,
41 ἀξιοῦσι φωνῆσαι, Ὡς δυνατοῦ ὄντος αὐτοῦ αἰσθέσθαι. καὶ οὐ δύνανται
42 αὐτοὶ (π) νοήσαντες καταλιπεῖν αὐτά, αἴσθησιν γὰρ οὐκ ἔχουσιν. Αἱ δὲ
γυναῖκες (ρ) περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται, (ς) θυμιῶσαι
43 τὰ πίτυρα. Ὅταν δέ τις αὐτῶν (σ) ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν
παραπορευομένων κοιμηθῇ (τ), τὴν πλησίον (υ) ὀνειδίζει, ὅτι οὐκ ἠξίωται
44 ὥσπερ καὶ αὐτή, (φ) οὔτε τὸ σχοινίον αὐτῆς διερράγη. Πάντα τὰ (χ) γινό-
μενα ἐν αὐτοῖς ἐστι ψευδῆ· πῶς οὖν νομιστέον ἢ κλητέον (ψ) ὡς θεοὺς
45 αὐτοὺς ὑπάρχειν; Ὑπὸ τεκτόνων καὶ χρυσοχόων κατεσκευασμένα
(ω) εἰσίν· οὐθὲν ἄλλο μὴ γένηται, ἢ ὃ (α) βούλονται οἱ τεχνῖται αὐτὰ γενέσθαι.
46 Αὐτοί τε οἱ κατασκευάζοντες αὐτά, οὐ μὴ γένωνται πολυχρόνιοι· (β)
47 πῶς τε δὴ μέλλει τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν κατασκευασθέντα (γ); Κατέλιπον
48 γὰρ ψευδῆ καὶ ὄνειδος τοῖς ἐπιγινομένοις. Ὅταν (δ) γὰρ ἐπέλθῃ ἐπ᾽
αὐτὰ πόλεμος καὶ κακά, βουλεύονται πρὸς ἑαυτοὺς οἱ ἱερεῖς, ποῦ συνα-
49 ποκρυβῶσι μετ᾽ αὐτῶν. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν αἰσθέσθαι ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί,
50 (ε) οἳ οὔτε σώζουσιν ἑαυτοὺς ἐκ πολέμου, οὔτε ἐκ κακῶν; Ὑπάρ-
χοντα γὰρ ξύλινα καὶ περίχρυσα καὶ περιάργυρα, γνωσθήσεται μετὰ
ταῦτα ὅτι (ζ) ἐστὶ ψευδῆ· τοῖς ἔθνεσι πᾶσι (η) τοῖς τε βασι-
λεῦσι φανερὸν ἔσται ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί, ἀλλ᾽ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων,
καὶ οὐδὲν (θ) θεοῦ ἔργον ἐν αὐτοῖς ἐστι.

MS. A. (ν) οὐ δυνάμενον (ξ) Βὴλ, ἀξιοῦσι τότε λαλῆσαι, Ὡς (π) τοῦτο νοήσαντες (ρ) περιθέμεναι (ς) θυμιῶντες (σ) ἀπελκυσθεὶς (τ) μετ᾽ αὐτῆς, (υ) αὐτῆς (φ) οὐδὲ (χ) γινόμενα παρ᾽ αὐτοῖς (ψ) ὥστε (ω) ἐστίν· οὐθὲν γὰρ ἄλλο οὐ μὴ γένωνται, (α) βούλονται. Αὐτοί τε οἱ (β) πῶς οὖν μέλλει (γ) εἶναι θεοί; (δ) γὰρ ἐπ᾽ αὐτοὺς πόλεμος καὶ (ε) οὔτε σώζουσιν αὐτοὺς ἐκ πολέμων, (ζ) εἰσὶν (η) τοῖς βασιλεῦσι φανερόν ἐστιν (θ) οὐκ ἔργον

Adhuc autem & ipsis Chaldæis inhonoranti- 40
bus ea? Qui, cùm viderint mutum non posse
loqui, offerentes, Belum postulant loqui: Quasi 41
potens ipse sit sentire : Et non possunt ipsi intelli-
gentes relinquere ea : sensum enim non habent.
Mulieres autem circundatæ funibus in viis 42
seden', adolentes furfura. Cùm autem aliqua 43
ex ipsis attracta ab aliquo transeuntium dor-
mierit; proximæ suæ exprobrat; quòd non sit
digna habita, sicut & ipsa, neque funis ejus
diruptus sit. Omnia, quæ fiunt in illis, falsa 44
sunt. Quomodò ergò æstimandum est, aut di-
cendum, illos esse ut deos? A fabris & auri- 45
ficibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id
quod volunt artifices ea esse. Et ipsi, qui fa- 46
bricant ea, non erunt longi temporis : quomodò
igitur futura sunt, quæ ab illis sunt (a) fabri-
cata? Reliquerunt enim falsa, & opprobrium 47
posteà futuris. Nam cùm supervenerit illis 48
bellum, & mala; cogitant secum ipsi sacerdo-
tes, ubi se abscondant cum illis. Quomodò ergò 49
non est sentire, quia non sunt dii? qui nec de
bello salvant semetipsos, neque de malis? Nam 50
cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata;
scietur posteà, quia falsa sunt : gentibus univer-
sis & regibus manifestum erit, quia non sunt
dii, sed opera manum hominum : & nullum
Dei opus in ipsis est.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

40 [illegible]
41 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
[illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Nam & Chaldæi, ecce spernunt eos, qui 40
cùm vident mutum qui loqui non potest,
admoventes eum vestibulo, Orant ut 41
loquatur & vocem efferat, quasi intelli-
gere posset, cùm ipsi intelligere neque-
ant relinquendos eos esse : intellectum
enim non habent. Mulieres autem fu- 42
nibus ornatæ sedent in viis, imponen-
tes pro thymiamate, furfures. Cùm igi- 43
tur attracta fuerit aliqua ipsarum à via-
tore ut cubet cum eo, exprobrat sociæ
suæ, dicens; Non es æstimata instar mei,
nec ruptus est funis tuus. Quin, quic- 44
quid ipsis fit, inane est : Quomodo igi-
tur testabuntur de eis quòd Dii sint? Aut
quomodo vocentur Dii, Qui manibus 45
fabrorum & aurificum facti sunt, nec
quicquam sunt? Nec ut volunt ipsi fa-
cti sunt, sed faciunt eos ut volunt arti-
fices ipsorum. Si igitur artifices eorum 46
longo tempore non durant, quomodo fi-
eri potest ut Dii sint quos illi fecerunt.
Reliquerunt enim mendacium & oppro- 47
brium post-genitis. Cùm enim in illos 48
venit gladius & malum, cogitant apud
se sacerdotes ipsorum quomodo secum
ipsos abscondant. Quomodo igitur non 49
intelligendum est, non esse ipsos Deos,
sed manuum humanarum opus? Neque
à bello se neque à malo liberant : Fa- 50
cti enim ex ligno, argentoque, & auro:
cognoscentur tandem omnibus Gentibus
quòd sint mendacium. Regibus autem
manifestò constabit quòd non sint Dii,
sed opus manuum humanarum, nec quic-
quam ex Dei operibus in eis est.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

40 * اذ الكلدانيون نفسهم يهينوها . الذين اذا نظروا اخرسا لا يستطيع ان يتكلم يقدمون
41 بيل * ويكرمونه ليتكلم حينئذ * اذ يظنون انه قادر بالحقيقة * فلا يستطيعون هاولاء
42 المتاملون هذا ان يتركوها لان ليس لها حاسة * والنساء يتوشحن بالحبال ويجلسن في الطرقات
43 ويبخرن بالنخال * واذا انجذب واحد من المارين من احداهن يرقد معها * وتعير رفيقتها
44 كيف لم تحظ مثل هذه ولا حبلها تمزق * كل الصابرات منهم هي كذب * كيف ينبغي
45 ان تظنوا وينبغي ان تدعوها الهة * من النجارين والصياغ هي مهيات * لانها ليس شي
46 اخر ولا تكون الا ما هاولاء يريدون * والذين يهيوها لا يصيرون طويلي الاعمار
47 فكيف المهياه منهم تكون الهة * لانهم تركوا الكذب والعار للمكونين * لانه 48
اذا قام عليهم حرب وشرور * تتشاور الكهنة في اياهم اين يختفون معهم * كيف لا 49
50 يكونون حيث هي * لانها ليست الهة تخلصهم من الحروب ولا من الشرور * لانها خشب
مموه بالذهب ومموه بالفضة * يعرف بعد هذا انها كذب في الامم * ولكل الملوك
هي ظاهرة انها ليست الهة * لكن اعمال ايادي البشر *

Cùm ipsi Chaldæi despiciant eos? qui 40
videntes mutum loqui minimè valentem,
adducunt Bilum, Eúmque honoribus af- 41
ficiunt, ut tunc loquatur; putantes eum
reverà id posse : Non tamen possunt hi,
talia considerantes, relinquere illos,
quòd nullum sensum habeant. Præterea 42
mulieres funibus accinctæ viis insident,
& furfurem adolent : Et cùm quis præ- 43
tereuntium à quapiam ipsarum allectus
concubuerit cum ea, exprobrat sodali
suæ quòd non peccaverit ut ipsa, neque
funiculus ejus diruptus fuerit : Quæ- 44
cunque fiunt ab eis, falsa sunt : quomo-
dò ergò censendi aut nominandi sunt
Dii? A fabris lignariis & aurificibus 45
isti sunt aptati, & aliud nihil sunt aut
erunt, nisi quòd illi volunt. Sanè qui 46
fabricant eos, haudquaquam futuri sunt
longævi : quomodò igitur ab ipsis fa-
bricata, essent Dii? Etenim relique- 47
runt mendacium & probrum creaturis :
Nam ingruente eis bello ac malis, con- 48
sultant sacerdotes apud se ubinam se
abdant cum eis; Quomodò non sit 49
morandum ubi sunt illi, cùm non sint
Dii qui liberent eos à bellis nec à ma-
lis, Quandoquidem ligna sunt auro or- 50
nata & concinnata argento. Notum
sit post hæc inter gentes eos esse fal-
sos; & omnibus regibus apertissima
res est hos non esse Deos, sed opificia
manuum humanarum;

Versio VULG. LAT.

51 Unde ergò notum est, quia non sunt dii, sed opera ma-
52 nuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est? Re-
gem regioni non suscitant, neque pluviam hominibus
53 dabunt. Judicium quoque non discernent, neque re-
giones liberabunt ab injuria : quia nihil possunt, sicut
54 corniculæ inter medium cœli & terræ. Etenim cùm
inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argen-
teorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fu-
gient, & liberabuntur : ipsi verò sicut trabes in me-
55 dio comburentur. Regi autem, & bello non resistent.
Quomodò ergò æstimandum est, aut recipiendum quia
56 dii sunt? Non à furibus, neque à latronibus se li-
berabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inar-
57 gentati : quibus hi qui fortiores sunt, Aurum, &
argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent
58 illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaque melius
est esse regem ostentantem virtutem suam; aut vas in
domo utile, in quo gloriabitur qui possidet illud; vel
ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt, quàm
59 falsi dii. Sol quidem, & Luna, ac sydera cùm sint splen-
60 dida, & emissa ad utilitates, obaudiunt. Similiter &
fulgur cùm apparuerit, perspicuum est : idipsum au-
61 tem & spiritus in omni regione spirat. Et nubes,
quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare uni-
versum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. cum Translatione LATINA.

51
52 Τίνι οὖν (ι) γνωστέον ἐστὶν ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί; Βασιλέα γὰρ χώρας
53 οὐ μὴ ἀναστήσωσιν, οὔτε ὑετὸν ἀνθρώποις οὐ μὴ δῶσι. Κρίσιν τε οὐ μὴ
διακρίνωσιν (κ) ἑαυτῶν, οὐδὲ μὴ ῥύσωνται (λ) ἀδίκημα, ἀδύνατοι
54 ὄντες· ὥσπερ (μ) γὰρ κορῶναι ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. Καὶ γὰρ ὅταν
ἐμπέσῃ εἰς οἰκίαν θεῶν ξυλίνων ἢ περιχρύσων ἢ (ʌ) περιαργύρων πῦρ,
οἱ μὲν ἱερεῖς αὐτῶν φεύξονται καὶ διασωθήσονται, αὐτοὶ δὲ ὥσπερ δοκοὶ
55 μέσοι κατακαυθήσονται. Βασιλεῖ (ν) δὲ καὶ πολεμίοις οὐ μὴ ἀντιστῶσι·
56 πῶς οὖν (ξ) ἐκδεκτέον ἢ νομιστέον ὅτι εἰσὶ θεοί; Οὔτε ἀπὸ κλεπτῶν, οὔτε
ἀπὸ λῃστῶν οὐ μὴ (ο) διασωθῶσι θεοὶ ξύλινοι, καὶ περιάργυροι, καὶ περί-
57 χρυσοι· ὧν οἱ ἰσχύοντες περιελοῦνται τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸν
ἱματισμὸν τὸν περικείμενον αὐτοῖς (π) ἀπελεύσονται ἔχοντες, οὔτε
58 ἑαυτοῖς οὐ μὴ βοηθήσωσιν. Ὥστε (ρ) κρεῖσσον εἶναι βασιλέα ἐπιδεικνύ-
μενον τὴν ἑαυτοῦ ἀνδρείαν, ἢ σκεῦος ἐν οἰκίᾳ χρήσιμον ἐφ' ᾧ (σ) κε-
χρήσεται ὁ κεκτημένος, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί· ἢ καὶ θύρα ἐν οἰκίᾳ
διασώζουσα τὰ ἐν αὐτῇ ὄντα, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί· καὶ ξύλινος στῦ-
59 λος ἐν βασιλείοις, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί. Ἥλιος μὲν γὰρ καὶ σελήνη καὶ
ἄστρα ὄντα λαμπρὰ, καὶ ἀποστελλόμενα ἐπὶ χρείας, εὐήκοά (τ) εἰσιν.
60 Ὡσαύτως καὶ ἀστραπὴ ὅταν ἐπιφανῇ, εὔοπτός ἐστι· (υ) τὸ δ' αὐτὸ καὶ
61 πνεῦμα ἐν πάσῃ χώρᾳ πνεῖ. Καὶ (φ) νεφέλαις ὅταν ἐπιταγῇ
ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιπορεύεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, συντελοῦσι τὸ
ταχθέν.

MS.A. (ι) γνωστὸν οὐκ ἔσται ὅτι (κ) αὐτῶν, (λ) ἀδικούμενον, (μ) αἱ κορῶναι αἱ ἀναμέσον (ʌ) περιαργύρων * οἱ (ν) τε (ξ) ἢ νομιστέον ἢ δεκτέον (ο) διασώσουσιν (π) καὶ ἀπελεύσονται ἔχοντες, οἱ δὲ ἑαυτοῖς (ρ) κρείσσων (σ) χρήσεται ὁ κτησάμενος, (τ) ἐστιν. (υ) τὸ αὐτὸ πνεῦμα (φ) νεφέλη

Quo ergò cognoscendum est, quia non sunt dii? 51
Regem enim regionis non suscitabunt : neque 52
pluviam hominibus dabunt : Judicium quo- 53
que non discernent (b) suiipsorum, neque eripient
injuriam, quia impotentes sunt : sicut enim
corniculæ inter medium cœli, & terræ. Etenim 54
si inciderit ignis in domum deorum ligneorum,
aut inauratorum, aut inargentatorum; sacer-
dotes quidem ipsorum fugient, & salvabuntur :
ipsi verò sicut trabes medii comburentur. Regi 55
autem, & hostibus non resistent. Quomodò ergò
recipiendum est, aut æstimandum, quia dii sunt?
Neque à furibus, neque à latronibus se libera- 56
bunt dii lignei, & inargentati, & inaurati :
quorum fortes (c) Circumauferent aurum & ar- 57
gentum, & vestimentum circumpositum illis, ab-
ibunt habentes : nec sibiipsis auxilium ferent.
Itaque melius est esse regem ostentantem virtu- 58
tem suam, aut vas in domo utile, in quo usum
habebit, qui possidet illud, quàm falsi dii : vel
etiam ostium in domo, quod salvat ea quæ in
ipsa sunt, quàm falsi dii : & lignea columna in
regiis, quàm falsi dii. Nam Sol quidem, & Luna, 59
ac sydera, cùm sint splendida, & emissa ad utili-
tates; obedientia sunt. Similiter & fulgur, cùm 60
apparuerit; perspicuum est. Idipsum autem &
spiritus in omni regione spirat. Et nubibus cùm 61
imperatum fuerit à Deo perambulare in uni-
versum orbem; perficiunt quod imperatum est.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

51 52 * ܗܐ ܠܟܠܢܫ ܝܕܝܥܐ ܗܝ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗܐ. * ܡܠܟܐ ܕܥܠ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܩܝܡܝܢ. ܘܠܐ
53 ܠܡܒܐܫܘ ܘܠܡܦܪܩܘ ܡܫܟܚܝܢ. ܘܡܛܪܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܠܐ ܝܗܒܝܢ. * ܕܝܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܕܐܢܝܢ
ܐܦܠܐ ܕܢܦܫܗܘܢ. ܐܦܠܐ ܠܡܬܥܠܒܢܐ ܢܦܫܗܘܢ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܦܪܩܘ ܡܢ ܕܥܫܝܢ ܡܢܗܘܢ. ܡܛܠ
54 ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. ܘܠܐ ܐܝܟ ܥܘܪܒܐ ܕܦܪܚܝܢ ܒܝܬ ܫܡܝܐ ܠܐܪܥܐ ܒܐܐܪ. * ܗܐ ܓܝܪ ܡܐ ܕܢܦܠܬ ܢܘܪܐ
ܒܒܝܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܟܗܢܝܗܘܢ ܢܦܩܝܢ ܥܪܩܝܢ ܐܝܟ ܕܢܦܨܘܢ ܢܦܫܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܝܟ
55 ܩܪܝܬܐ ܒܡܨܥܬܐ ܡܬܝܩܕܝܢ. * ܠܡܠܟܐ ܕܝܢ ܐܘ ܠܓܢܒܪܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܩܘܡܝܢ. ܐܝܟܢܐ
56 ܗܟܝܠ ܢܬܝܕܥܘܢ. ܐܘ ܢܬܗܝܡܢܘܢ ܕܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. * ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܗܐ ܡܢ ܓܢܒܐ. ܐܦܠܐ ܡܢ
57 ܠܣܛܝܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܦܨܘ ܢܦܫܗܘܢ. ܐܠܗܐ ܕܩܝܣܐ ܘܕܟܣܦܐ ܘܕܕܗܒܐ. * ܗܐ ܐܚܝܕܝܢ
ܘܥܫܝܢܐ ܢܣܒܝܢ ܕܗܒܐ ܘܟܣܦܐ ܘܠܒܘܫܐ ܕܥܠܝܗܘܢ. ܘܐܙܠܝܢ. ܘܐܦܠܐ
58 ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܥܕܪ ܠܢܦܫܗ. * ܡܝܬܪ ܗܘ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܕܡܚܘܐ ܓܢܒܪܘܬܗ.
ܘܡܐܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܫܚܬܐ ܒܒܝܬܐ. ܕܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܪܗ : ܡܢ
59 ܐܠܗܐ ܕܕܓܠܐ. * ܫܡܫܐ ܕܝܢ ܘܣܗܪܐ. ܘܟܘܟܒܐ ܢܗܝܪܐ ܕܒܫܡܝܐ
60 ܥܠ ܐܪܥܐ. ܡܫܬܕܪܝܢ ܠܐܘܪܚܬܗܘܢ ܘܡܫܬܡܥܝܢ. * ܐܦ ܒܪܩܐ ܡܐ ܕܢܦܩ ܫܦܝܪ ܗܘ
61 ܛܒ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܪܘܚܐ ܕܢܫܒܐ ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ. * ܘܥܢܢܐ ܡܐ ܕܐܬܦܩܕܘ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܢܐܙܠܘܢ
ܘܢܚܬܘܢ ܡܛܪܐ ܥܠ ܟܠܗ ܬܒܝܠ. ܐܙܠܝܢ ܘܡܫܡܠܝܢ ܡܕܡ ܕܦܩܝܕܝܢ.

Ecce omnib⁹ notũ est quòd non sint Dii. 51
Regem enim super terrã non constituunt, 52
malefacere aut salvare non possunt, plu-
viam hominibus non dant, Causam non 53
judicant, ne suam quidem, nec injuriã
affectum liberare possunt à potentiori,
utpote invalidi. Neque instar cor-
vorum inter cœlum & terram in aëre
volant. Ecce enim, cùm ceciderit ignis 54
in ædes deorum, sacerdotes ipsorum e-
gressi fugiunt ut servent seipsos, ipsi au-
tem tanquam trabes in medio comburen-
tur. Regi autem aut bellatori cuiquam 55
non resistunt. Quomodo igitur cogno-
scentur aut credentur Dii esse. Neque 56
enim, ecce à furibus neque à latronibus
seipsos servare possunt dii lignei, argen-
tei, & aurei. Fortes enim & potentes 57
ablato auro & argento vestibusque quæ
in eis sunt, discedunt, nec quisquam e-
orum opem sibi ferre potest. Præstat 58
igitur rex qui potentiam suam ostendit,
Et vas in domo utile, quo opus habet
Dominus, diis falsis. Sol autem & lu- 59
na, & stellæ lucentes in cœlis super ter-
ram, mittuntur in expeditiones suas, &
obsequuntur. Fulgura etiam quoties 60
splendent, decora sunt admodúm. Sic et-
iam & ventus omnem regionem per-
flans. Nubes etiam cum ire jubentur à 61
Deo, & pluviam in totum orbem terra-
rum inducere, euntes implent quod ipsis
præceptum est.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

51 52 * وليس فيها ولا عمل واحد يكون معروفا لواحد ما ٭ لانها ليست الهة * لانها لا تقيم
53 ملكا للمدينة ٭ ولا تعطي مطرا للبشر * ولا تفحص حكمهم ٭ ولا تنجي مظلوما ٭ اذ
54 هي عديمة القوة مثل الغربان التي بين السماء والارض * ولان اذا سقطت في بيت الالهة
الخشب او الذهب او الفضة نار ٭ اما كهنتها فيهربون ويخلصون ٭ واما هي فمثل الخشب تحترق ٭
55 56 * لا تقاوم ملكا ولا محاربين ٭ كيف ينبغي ان تظنوا او تدعوها انها الهة * وليست تخلص
57 من السراق ولا من اللصوص الهة خشب وفضة وذهب * الذين يقتدرون ينزعون ذهبها
58 وفضتها ولباسها الموضوع عليها ويذهبون ٭ فهي لا تعين ذواتها * لان الفاضل اذا صار ملكا
يظهر شجاعته ٭ لا الاناء المستعمل في البيت الذي يستعمله المقتني ٭ الا ان الالهة كاذبة ٭ هكذا
والباب في البيت يخلص من كان فيه ٭ الا ان الالهة كاذبة ٭ والعمود الخشبي في بيوت الملوك ٭
59 لكن الالهة كاذبة * لان اما الشمس والقمر والنجوم هم مهيدون ومرسلون للحاجة وسريعي
60 الاجابة * هكذا والبرق اذا ظهر هو حسن المنظر ٭ والريح نفسها في كل بلدة تهب * والسحابة
61 اذا امرت من قبل الله لتمر على كل المسكونة تكمل المأمور ٭

Nec ullam eis actionem inesse quæ nota 51
sit cuipiam. Nam neque Dii sunt : Non 52
enim creant urbi regem, neque pluviam
dant mortalibus, Neque causas eorum 53
percontantur, neque oppressum vindi-
cant; quum ipsi sint impotentes ceu
corvi qui cœlum inter ac terram pen-
dent. Etenim cùm inciderit in ædem 54
deorum ligneorum aut aureorum aut ar-
genteorum ignis, sacerdotes quidem fu-
gientes eripiunt sese, illi verò non se-
cus ac ligna comburuntur. Non resi- 55
stunt regi neque militibus : quomodò
ergo censendi aut vocandi sunt Dii?
Neque fures neque latrones effugiunt 56
dii lignei, argentei, & aurei; Cùm 57
illi valeant detrahere aurum argentum
ac vestes his impositas, & abire, nec
opem isti sibi ferre. Equidem cùm 58
præstans aliquis fit rex, ostendit forti-
tudinem suam; non autem vas domi
adhibitum quo utitur possessor : sed ni-
mirum hi dii falsi sunt. Ita quoque
janua in domo, servat eum qui intra il-
lam fuerit : at verò dii isti falsi sunt.
Etiam columna lignea in ædibus regiis
est; verùm hujusmodi dii falsi sunt.
Nam sol quidem ac luna stellæque 59
promptæ sunt, & ad negotium missa
statim obtemperant : Similiter etiam 60
fulgur, cùm apparet, pulchrum est :
& ventus ipse omnem regionem per-
flat : Et nubes quum à Deo jubentur 61
totum orbem permeare, exequuntur
mandatum :

Versio VULG. LAT.

62 Ignis etiam missus desupèr ut consumat montes, & sylvas,
facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus,
63 neque virtutibus uni eorum similia sunt. Unde neque ex-
istimandum est, neque dicendum, illos esse deos, quando
non possunt neque judicium judicare, neque quidquam
64 facere hominibus. Scientes itaque quia non sunt dii, ne
65 ergò timueritis eos. Neque enim regibus maledicent,
66 neque benedicent. Signa etiam in cœlo Gentibus non
ostendunt, neq; ut Sol lucebunt, neq, illuminabunt ut Lu-
67 na. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub
68 tectum, ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est
manifestum quia sunt dii: propter quod ne timeatis eos.
69 Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita
70 sunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem
modo & in horto spina alba, supra quam omnis avis se-
det. Similiter & mortuo projecto in tenebris, similes sunt
71 dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati. A purpura
quoque & murice, quæ supra illos tineant, scietis itaque
quia non sunt dii. Ipsi etiam postremò comeduntur, &
72 erunt opprobrium in regione. Melior est homo justus,
qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobiis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

62 (ʺ) Τό, τε πῦρ ἐξαποσταλὲν ἄνωθεν ἐξαναλῶσαι ὄρη καὶ δρυμοὺς, ποιεῖ
τὸ συνταχθέν. ταῦτα δὲ (χ) οὔτε ταῖς ἰδέαις, (ψ) οὔτε ταῖς δυνάμεσιν αὐ-
63 τῶν ἀφωμοιωμένα ἐστίν. Ὅθεν οὔτε νομιστέον, οὔτε (ω) κλητέον
ὑπάρχειν αὐτοὺς θεοὺς, οὐ δυναμένων ὄντων αὐτῶν οὔτε κρίσιν κρῖναι, οὔτε
64 εὖ (α) ποιῆσαι ἀνθρώποις. Γνόντες οὖν ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί, μὴ φο-
65 βηθῆτε αὐτούς. Οὔτε γὰρ βασιλεῦσιν οὐ μὴ (β) καταράσωνται,
66 οὔτε μὴ εὐλογήσωσιν. Σημεῖά τε ἐν ἔθνεσιν ἐν οὐρανῷ οὐ μὴ δείξω-
σιν, (γ) οὐδὲ ὡς ὁ ἥλιος λάμψουσιν, οὔτε φωτιοῦσιν ὡς ἡ σελήνη.
67 Τὰ θηρία (δ) αὐτῶν ἐστὶ κρείττω, ἃ δύναται ἐκφυγόντα εἰς σκέπην
68 (ε) αὐτὰ ὠφελῆσαι. Κατ' οὐδένα οὖν τρόπον (ζ) ἡμῖν ἐστι φανε-
69 ρὸν ὅτι εἰσὶ θεοί· διὸ μὴ φοβηθῆτε αὐτούς. Ὥσπερ γὰρ ἐν (ʺ) σικυηράτῳ
προβασκάνιον οὐδὲν (η) φυλάσσον, οὕτως οἱ θεοὶ αὐτῶν εἰσι ξύλινοι
70 καὶ περίχρυσοι καὶ περιάργυροι. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῇ ἐν κήπῳ
ῥάμνῳ, ἐφ' ἧς πᾶν ὄρνεον ἐπικάθηται, ὡσαύτως (θ) δὲ καὶ νεκρῷ ἐρ-
ριμμένῳ ἐν σκότει ἀφωμοίωνται οἱ θεοὶ αὐτῶν ξύλινοι καὶ περίχρυσοι
71 καὶ περιάργυροι. Ἀπό τε τῆς πορφύρας καὶ τῆς μαρμάρου τῆς ἐπ' (ι) αὐ-
72 τοὺς σηπομένης γνώσεσθε ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί· αὐτά τε ἐξ
ὕστερον βρωθήσονται (κ), καὶ ἔσται ὄνειδος ἐν τῇ χώρᾳ. Κρεῖσσον οὖν
ἄνθρωπος δίκαιος οὐκ ἔχων εἴδωλα, ἔσται γὰρ (λ) μακρὰν ἀπὸ
ὀνειδισμοῦ.

Ignis etiam missus desupèr, ut consumat mon- 62
tes, & sylvas, facit quod præceptum est. Hæc
autem neque speciebus, neque virtutibus ipsorum
assimilia sunt. Unde neque æstimandum est, neq; 63
dicendum illos esse deos: quando non possunt neq;
judicium judicare, neque benefacere hominibus.
Scientes itaque, quia non sunt dii; ne timue- 64
ritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque 65
benedicent. Signáque in gentibus in cœlo non 66
ostendent, neque ut Sol, lucebunt, neque illumi-
nabunt ut Luna. Bestiæ meliores sunt illis; quæ 67
possunt fugientes sub tectum prodesse sibi. Nullo 68
itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii:
propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cu- 69
cumerario (d) formido nihil custodiens; ita sunt
dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati.
Eodem modo & (e) spinæ, quæ in horto, supra 70
quam omnis avis sedet, similiter autem & mor-
tuo projecto in tenebris similes sunt dii illorum
lignei, & inaurati, & inargentati. A purpura 71
quoque, & murice, quæ super eos putrefit. cogno-
scentur, quia non sunt dii Et ipsa postremò com-
edentur: & erit opprobrium in regione. Melior 72
igitur homo justus, qui non habet idola: nam
erit longè ab opprobrio.

MS.A. (ʺ) Τὸ δὲ (χ) οὐδὲ (ψ) οὐδὲ (ω) ἐνδεχόμενον αὐτοὺς ὑπάρχειν (α) ποιεῖν (β) καταράσονται, οὔτε μὴ εὐλογήσουσιν. Σημεῖά τε ἐν ἱερῷ καὶ ἐν ἔθνεσιν (γ) οὔτε ὡς ὁ ἥλιος οὐ μὴ ἐκλάμψουσιν, οὔτε μὴ φωτιοῦσιν (δ) κρείσσων ἐστὶν αὐτῶν, (ε) αὐτὰ (ζ) ἐστὶν ἡμῖν (ʺ) σικυηράτῳ (η) φυλάσσον, (θ) καὶ νεκρῷ (ι) αὐτῶν σηπομένης γνώσεσθε (κ) ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἔσται ὄνειδος ἐν χώρᾳ. Κρείσσων (λ) αὐτοῖς μακρὰν

(†) Ἱερεμίας προφήτης, Βαρούχ, Θρῆνοι, καὶ Ἐπιστολή.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܐܦ ܢܘܪܐ ܕܡܫܬܕܪܐ ܡܢ ܠܥܠ. ܕܢܘܩܕ ܛܘܪܐ ܘܪܡܬܐ ܘܥܒܐ. ܥܒܕܐ ܡܕܡ ܕܐܬܦܩܕ ܠܗ. 62
* ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܦܠܐ ܒܕܡܘܬܐ ܐܦܠܐ ܒܚܝܠܐ. ܘܠܐ ܒܥܒܕܐ ܐܝܟ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܒܪܝܬܐ. ܡܛܠ 63
ܗܢܐ ܐܝܟܢܐ ܢܬܩܪܘܢ ܐܘ ܢܣܒܪܘܢ ܥܠܝܗܘܢ ܕܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܕܗܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܦܠܐ ܕܝܢܐ
ܢܕܘܢܘܢ. ܘܠܐ ܢܥܕܪܘܢ. ܘܠܐ ܢܒܐܫܘܢ. ܠܒܢܝܢܫܐ. * ܕܥܘ ܗܟܝܠ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗܐ. ܘܠܐ 64
ܬܕܚܠܘܢ ܡܢܗܘܢ. * ܠܐ ܓܝܪ ܕܢܒܪܟܘܢ ܠܡܠܟܐ ܡܫܟܚܝܢ. ܘܠܐ ܕܢܠܘܛܘܢ. * ܘܐܬܘܬܐ ܒܫܡܝܐ 65 66
ܠܥܡܡܐ ܠܐ ܢܚܘܘܢ. ܘܐܦܠܐ ܐܝܟ ܫܡܫܐ ܢܕܢܚܘܢ ܢܘܗܪܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܢܗܪܝܢ ܐܝܟ ܣܗܪܐ.
* ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ ܡܝܬܪܢ ܐܢܝܢ ܡܢܗܘܢ. ܕܡܫܟܚܢ ܡܥܪܩܢ ܕܢܛܪܢ ܘܥܕܪܢ ܠܢܦܫܗܝܢ. 67
* ܡܕܡ ܕܝܢ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܢ ܕܐܠܗܐ ܐܢܘܢ. ܡܛܠܗܢܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܡܢܗܘܢ. * ܐܝܟ ܓܢܬܐ 68 69
ܓܝܪ ܕܒܡܩܫܬܐ ܕܡܕܡ ܠܐ ܢܛܪܐ. ܗܟܢܐ ܐܢܘܢ ܐܦ ܐܠܗܝܗܘܢ ܩܝܣܐ ܘܕܣܐܡܐ ܘܕܕܗܒܐ. ܠܝܬ
ܒܗܘܢ ܝܘܬܪܢ. ܘܐܝܟ ܐܛܕܐ ܕܒܓܢܬܐ. ܕܟܠ ܦܪܚܬܐ ܫܪܝܐ ܥܠܘܗܝ. ܗܟܢܐ ܐܢܘܢ.
* ܘܡܬܕܡܝܢ ܠܡܝܬܐ ܕܫܕܐ ܒܚܫܘܟܐ. ܗܟܢܐ ܐܠܗܝܗܘܢ. ܕܩܝܣܐ. ܘܕܣܐܡܐ. ܘܕܕܗܒܐ. * ܡܢ 70 71
ܐܪܓܘܢܐ ܓܝܪ ܘܡܢ ܫܐܪܝܐ ܕܠܒܝܫܝܢ ܕܡܬܚܒܠܝܢ. ܕܥܘ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܠܗܐ. ܐܦ ܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܒܚܪܬܐ ܡܬܚܒܠܝܢ ܠܥܠܡ. ܘܗܘܝܢ ܚܣܕܐ ܒܐܪܥܐ. * ܛܘܒܘܗܝ ܕܝܢ ܠܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ 72
ܕܠܝܬ ܠܗ ܦܬܟܪܐ. ܕܪܚܝܩ ܗܘ ܡܢ ܚܣܕܐ ܘܡܣܟܐ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܐ.

* ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ * ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ *

Ignis etiam ab alto missus ut montes 62
incendat, collesque ac sylvas, quòd ipsi
præceptum est facit. Hi autem, nec 63
specie, nec viribus, nec opere, cuiquam
harum creaturarum similes sunt. Quare,
quomodo vocabuntur Dii? quomodo
putabunt de ipsis quòd Dii sint? Neque
neim causam judicare possunt, nec ho-
minibus malè aut benè facere. Sci- 64
tote igitur quòd Dii non sunt, & ipsos 65
timere nolite. Regibus enim benedice-
re equeunt, aut maledicere: Signáque 66
in cœlis non ostendunt Gentibus: Nec
solis instar lucem suam hominibus at- 67
tollunt, nec lucent instar lunæ. Præ-
stant eis feræ agrestes, fugientes enim
servare se possunt. Nihil itaque nobis 68
apparet quare Dii sint, propterea nolite
ipsos timere. Ut enim tugurium in cu- 69
cumerario quod nihil servat, sic in diis
eorum ligneis, argenteis, aureis nihil est
lucri. Utque rhamnus in horto cui omnis
volucris insidet, sic sunt illi. Etiam mor- 70
tuo in tenebras projecto similes sunt dii
eorum lapidei, argentei, aurei. De pur- 71
pura enim & serico induti sunt, utique
quæ corrumpuntur, scietis non esse ipsos
Deos; Nam ipsi tandem corrumpentur
in perpetuum, & opprobrio erunt in
terra. Beatus autem vir justus cui non 72
est idolum, qui longè est ab opprobrio,
& Dominum Deum expectat.

Finis Epistolæ Jeremiæ Prophetæ,
cujus oratio nobiscum sit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

62 63 * واما النار المرسلة من فوق لتبيد الجبال والغياض تصنع ما امرت به * وهن لا بالمناظر ولا
بقوى الشياطين مشبهة * لاجل هذا لا ينبغي ان تظنوها ولا ينبغي ان تختاروها الهة * اذ هي
64 65 عديمة القوة ولا تحكم حكما ولا تحسن للبشر * اعلموا ايضا انها ليست الهة * لا تخافوها * لانها
66 ولا للملوك لا تلعن ولا تبارك * ولا تظهر علامات في السماء ولا في الامم * ولا تضي مثل الشمس
67 68 ولا تنير مثل القمر * الوحوش هي افضل منها لان يمكنها ان تلتجي الى ظلها لنفعها * ولا بنوع
69 واحد يظهر لنا انها الهة * لاجل هذا لا تخافوها * وكما ان الخيال في المقثاة لا يحرس شيا * هكذا
والهتهم الخشب والذهب والفضة على هذا النوع * وكالشجر في البستان يجلس عليها كل
70 71 طير * هكذا والهتهم تشبه الميت المطروح في الظلمة * خشب وذهب وفضة * من البرفير
والمرمر المصفوف عليها تعلمون انها ليست الهة * ولانها اخيرا توكل منهم * وتصير للعار
72 في الكورة * الانسان الفاضل العدل ليس له الهة * انه يكون بعيدا من التعيير *

* تمت نبوة ارميا النبي * وباروخ * والمراثي *
والرسالة * * والمجد لله دايما *

Et ignis quidem supernè demissus ad mon- 62
tes sylvasque consumendas, perficit quod
jussum est ei: Isti verò neque spectaculis 63
neque virtutibus daemonum similes sunt.
Quamobrem neque putare debetis neque
arbitrari debetis eos esse Deos, quum sint
impotentes, neq; judicium exerceant, neq;
benefaciant hominibus. Scitote iterū eos 64
non esse Deos: ne metuatis eos. Nam neque 65
maledicunt regibus, neq; benedicunt: Non 66
edunt signa in cœlo neque in gentibus: non
lucent ut sol, neque ut luna splendent. Bel- 67
luæ sunt illis præstantiores. quia possunt
in suum commodum ad umbram illorum
confugere. Ne ullo quidem modo patet no- 68
bis illos esse Deos, iccircò ne metuatis il-
los. Et quemadmodum spectrū in cucume- 69
rario nihil defendit, ita quoque dii eorum
lignei aurei atque argentei, ejusdem sunt
modi: et qualis est arbor in horto, cui insi-
det quælibet avis; Tales sunt dii eorum, 70
similes mortuo in tenebris projecto: utpo-
te lignum, aurum, & argentum. A purpura 71
et marmore ipsis instrato cognoscetis ipsos
nequaquam esse Deos, & inde quòd ab il-
lis tandem comedendi sunt, & dedecori in
regione futuri. Homo virtute præditus 72
ac justus non habens deos, procul qui-
dem erit ab ignominia.

Prophetiæ Jeremiæ Prophetæ, Baruch, Lamentationum, & Epistolæ,

FINIS.

Laus Deo semper.

O

CA

HISTORIA
SUSANNÆ.
ORATIO AZARIÆ,
CUM
CANTICO TRIUM PUERORUM:
ET HISTORIA
BELI ET DRACONIS.

Versio VULG. LAT.

Quæ sequuntur usque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitans in Babylone, & nomen ejus Joa-
2 kim: Et accepit uxorem nomine Susannam, filiam Hel-
3 ciæ, pulchram nimis, & timentem Deum: Parentes enim
illius, cùm essent justi, erudierunt filiam suam secundùm
4 legem Moysi. Erat autem Joakim dives valdè, & erat
ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum conflue-
5 bant Judæi, eò quòd esset honorabilior omnium. Et
constituti sunt de populo duo senes judices in illo anno: de quibus locutus est Dominus; Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

†ΔΑΝΙΗΛ.

1 ΚΑὶ ἦν ἀνὴρ οἰκῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ὄνομα αὐτῷ Ἰωακείμ.
2 Καὶ ἔλαβε γυναῖκα ᾗ ὄνομα (α) Σωσάννα, θυγάτηρ Χελκίου, καλὴ
3 σφόδρα, καὶ φοβουμένη τὸν κύριον. Καὶ οἱ γονεῖς αὐτῆς δίκαιοι, καὶ
4 ἐδίδαξαν τὴν θυγατέρα αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον (β) Μωϋσῆ. Καὶ ἦν
Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα, καὶ ἦν αὐτῷ παράδεισος γειτνιῶν τῷ
οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πρὸς αὐτὸν προσήγοντο οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ εἶναι
5 αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων. Καὶ ἀπεδείχθησαν δύο πρεσβύτεροι
ἐκ τοῦ λαοῦ κριταὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ, περὶ ὧν ἐλάλησεν ὁ δεσπότης, Ὅτι ἐξῆλθεν ἀνομία ἐκ Βαβυλῶνος ἐκ πρεσβυτέρων κριτῶν, οἳ ἐδόκουν κυβερνᾶν τὸν λαόν.

MS. A. † Δανιήλ. (α) Σουσάννα, (β) Μωσῆ.

DANIEL.

ET erat vir habitans in Babylone: & nomen ejus Joacim. Et accepit uxorem nomine Susannam, filiam Chelciæ, pulchram nimis, & timentem Dominum. Et parentes ejus justi: & docuerunt filiam suam juxta legem Moysi. Erat autem Joacim dives valdè: & erat ei pomarium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant Judæi, eò quòd esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes de populo judices in anno illo: de (a) quibus locutus est Dominus; Quia egressa est iniquitas de Babylone à senibus judicibus, qui videbantur regere populum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

ܬܘܒ ܠܫܘܥܝܬܐ ܕܫܘܫܢ

1 * ܐܝܬ ܗܘܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܕܥܡܪ ܗܘܐ ܒܒܒܠ. ܘܫܡܗ ܝܘܝܩܝܡ. * ܘܢܣܒ ܠܗ ܐܢܬܬܐ
2 ܘܫܡܗ ܫܘܫܢ ܒܪܬܗ ܕܚܠܩܝܐ. ܘܫܦܝܪܐ ܗܘܬ ܛܒ. ܘܕܚܠܬ ܗܘܬ ܡܢ ܡܪܝܐ. * ܘܐܒܗ̈ܝܗ
3 ܟܠܗܘܢ ܙܕܝ̈ܩܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܠܦܘܗ ܠܒܪܬܗܘܢ ܟܠܗܝܢ ܦܘ̈ܩܕܢܐ ܕܡܘܫܐ. * ܘܒܥܠܗ
4 ܝܘܝܩܝܡ ܥܬܝܪ ܗܘܐ ܛܒ ܩܢܝܢܐ. ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܦܪܕܝܣܐ ܚܕܪ ܒܝܬܗ.
ܘܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝ̈ܐ. ܡܛܠ ܕܡܝܩܪ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ. * ܒܙܒܢܐ
5 ܗܘ ܩܡܘ ܬܪ̈ܝܢ ܩܫܝ̈ܫܐ. ܪ̈ܫܝ ܥܡܐ ܘܕܝ̈ܢܐ ܕܫܢܬܐ ܗܝ. ܕܥܠܝܗܘܢ ܐܡܪ
ܐܠܗܐ. ܕܡܢܗܘܢ ܢܦܩ ܪܘܫܥܐ. ܡܢ ܒܒܠ. ܡܢܗܘܢ ܡܢ ܩܫܝ̈ܫܐ. ܘܡܢ ܕܝ̈ܢܐ
ܗܢܘܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗܝܟܠܐ.

Sequitur Historia

SUSANNÆ.

VIr quidam erat qui habitabat Babylone nomine Joacim: Accepitque sibi uxorem Susannam nomine, Helcanæ filiam; pulchra admodùm erat, & Deum timebat: Cognatique ejus justi erant omnes, & docuerant filiam suam omnia præcepta Mosis. Et maritus ejus, Joacim divitias habebat benè multas, & Paradisum circa ædes suas. Conveniebantque ad eum omnes Judæi, quia honorabilior erat eis omnibus. Tempore eo surrexerunt duo Presbyteri, Principes populi, & Judices ejus anni, de quibus dixit Deus, quòd ab eis, nimirùm Presbyteris, Babylone, & Judicibus illis qui ministrant in Templo, egressa est impietas.

Versio SYRIACA altera cum Interpretatione LATINA.

* ܬܘܒ ܟܬܒܝܢ ܟܬܒܐ ܕܕܢܝܐܝܠ ܙܥܘܪܐ ܕܗܘ ܫܘܥܝܬܐ

ܕܫܘܫܢ ܡܦܩܬܐ ܚܪܩܠܝܬܐ*

1 * ܟܕ ܗܘܐ ܕܢܝܐܝܠ ܒܪ ܫܢ̈ܝܢ ܬܪܬܥܣܪܐ ܗܘܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܝܘܝܩܝܡ ܗܘܐ
2 ܕܢܣܝܒ ܗܘܐ ܐܢܬܬܐ ܕܫܡܗ ܫܘܫܢ. ܒܪܬܗ ܕܚܠܩܝܐ ܟܗܢܐ. ܕܫܦܝܪܐ ܗܘܬ
3 ܘܝܐܝܐ ܛܒ. ܘܚܟܝܡܬܐ ܘܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. * ܙܕܝ̈ܩܐ ܓܝܪ ܗܘܘ ܐܒܗ̈ܝܗ. ܘܐܠܦܘܗ
4 ܚܟܡܬܐ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ. * ܝܘܝܩܝܡ ܕܝܢ ܥܬܝܪ ܗܘܐ. ܘܓܢܬܐ ܗܘܬ ܠܗ
ܠܘܬ ܒܝܬܗ. ܘܠܘܬܗ ܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝ̈ܐ. ܡܛܠ ܕܡܝܩܪ ܗܘܐ ܛܒ. ܘܐܝܬ ܗܘܬ
ܟܢܘܫܬܐ ܒܒܝܬܗ. ܘܝܘܡܬܐ ܩܠܝܠܬܐ ܗܘܬ ܫܘܫܢ ܥܡ ܒܥܠܗ. ܘܫܪܟܐ
5 ܕܚܝܝܗ̈ ܒܐܪܡܠܘܬܐ ܗܘܬ ܥܡܪܐ. ܘܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ ܒܬܫܡܫܬܗ ܕܡܪܝܐ. * ܒܗ
ܕܝܢ ܒܙܒܢܐ : ܪ̈ܫܝ ܥܡܐ ܗܘܘ ܥܡܝܕ ܘܥܒܝܕ. ܗܢܘܢ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܡܪܝܐ. ܕܢܦܩ
ܪܘܫܥܐ ܡܢ ܒܒܠ. ܒܕܝ̈ܢܐ ܘܒܩܫܝ̈ܫܐ ܗܢܘܢ ܕܪ̈ܫܝ ܥܡܐ ܡܬܚܫܒܝܢ.

Scribimus prætereà librum DANIELIS parvuli: nempè, HISTORIAM

SUSANNÆ,

ex editione Heracliensi.

CUm esset Daniel annorum duodecim, vir erat nomine Joacim, Qui uxorem habebat nomine Susannam, filiam Helcanæ Sacerdotis, quæ formosa erat pulchráque admodùm, sapiens etiam & Dei metuens. Justi enim erant parentes ejus, & docuerant eam sapientiam secundùm legem Mosis. Joacim autem dives erat, hortumque juxta ædes habebat, & ad eum conveniebant Judæi, quia valdè honorabilis erat, eratque Synagoga in ædibus ejus. Paucos autem dies agebat Susanna cum marito suo, & reliquum ætatis suæ in viduitate degens, die noctéque in cultu Domini se exercebat. Tempore eo Principes populi erant Amid & Abid, de quibu Dominus dixit; Egredietur iniquitas Babylone, in Judices & Presbyteros, qui Principes populi censentur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* بِسْمِ ٱلْاَبِ وَٱلْاِبْنِ وَٱلرُّوحِ ٱلْقُدُسِ ٱلْاِلٰهِ ٱلْوَاحِدِ *

* نَبْتَدِي بِعَوْنِ ٱللهِ بِتَرْجَمَةِ نُبُوَّةِ دَانِيَالَ ٱلنَّبِيِّ *

صَلَاتُهُ مَعَنَا آمِينَ *

IN NOMINE PATRIS, & Filii, & Spiritûs sancti, unius Dei,

Incipimus juvante Deo interpretationem Prophetiæ DANIELIS Prophetæ cujus oratio nobis adsit, Amen.

* ٱلْاِصْحَاحُ ٱلْاَوَّلُ *

1 * وَكَانَ رَجُلٌ سَاكِنًا فِي بَابِلَ * وَٱسْمُهُ يُوَاقِيمُ * وَاخَذَ امْرَاةً اسْمُهَا سُوسَنَّهْ ابْنَةُ حِلْقِيَا حَسَنَةً
2
3 جِدًّا وَخَايِفَةً مِنَ ٱلرَّبِّ * وَابَوَاهَا صِدِّيقَانِ * وَعَلَّمَا ابْنَتَهُمَا كَنَامُوسِ مُوسِي * وَكَانَ يُوَاقِيمُ
4 غَنِيًّا جِدًّا * وَكَانَ لَهُ بُسْتَانٌ مُجَاوِرًا لِبَيْتِهِ * وَإِلَيْهِ يَجْتَمِعُ ٱلْيَهُودُ لِأَجْلِ انَّهُ كَانَ اشْرَفَ جَمِيعِهِمْ *
5 * فَظَهَرَ شَيْخَانِ مِنَ ٱلشَّعْبِ قَاضِيَانِ فِي تِلْكَ ٱلسَّنَةِ * مِنْ اجْلِهِمْ تَكَلَّمَ ٱلسَّيِّدُ انَّهُ خَرَجَ
ٱلْاِثْمُ مِنْ بَابِلَ مِنَ ٱلْمَشَايِخِ ٱلْحُكَّامِ ٱلَّذِينَ ظُنَّ بِهِمْ انَّهُمْ يُدَبِّرُوا ٱلشَّعْبَ *

Textus primus.

ERat vir quidem habitans in Babele, cujus nomen erat Joacim. Is duxit uxorem nomine Susannam filiam Helciæ, admodùm formosam & timentem Dominum. Parentes enim ejus cùm justi essent, instituerunt filiam suam juxta legem Mosaicam. Erat autem Joacim valdè dives, habebátque hortum domui suæ vicinum: & ad eum confluebant Judæi, quòd esset omnium nobilissimus. Itaque prodierunt è populo duo senes anno illo judices: (de quibus locutus est Dominus, quòd exorta est iniquitas de Babele è senatoribus judicibus qui populum recturi videbantur:)

Versio VULG. LAT.

6 Isti frequentabant domum Joakim, & veniebant ad
7 eos omnes qui habebant judicia. Cùm autem popu-
lus revertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna,
8 & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam
senes quotidiè ingredientem, & deambulantem: &
9 exarserunt in concupiscentiam ejus: Et everterunt
sensum suum, & declinaverunt oculos suos ut non vi-
derent cœlum, neque recordarentur judiciorum ju-
10 storum. Erant ergò ambo vulnerati amore ejus, nec
indicaverunt sibi vicissim dolorem suum: Eru-
11 bescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam
12 volentes concumbere cum ea: Et observabant quo-
tidiè solicitiùs videre eam. Dixítque alter ad alterum;
13 Eamus domum, quia hora prandii est. Et egressi re-
14 cesserunt à se. Cúmque revertissent, venerunt in u-
num: & sciscitantes ab invicèm causam, confessi
sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi sta-
tuerunt tempus, quando eam possent invenire solam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 Οὗτοι προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακείμ, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτοὺς
7 πάντες οἱ κρινόμενοι. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἀπέτρεχεν ὁ λαὸς μέσον
ἡμέρας, εἰσεπορεύετο (γ) Σωσάννα, καὶ περιεπάτει ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ
8 ἀνδρὸς αὐτῆς. Καὶ ἐθεώρουν αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι καθ' ἡμέραν
9 εἰσπορευομένην, καὶ περιπατοῦσαν, καὶ ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτῆς, Καὶ
διέστρεψαν τὸν ἑαυτῶν νοῦν, καὶ ἐξέκλιναν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ μὴ
10 βλέπειν εἰς τὸν οὐρανὸν, μηδὲ μνημονεύειν κριμάτων δικαίων. Καὶ ἦσαν
ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς, καὶ οὐκ (δ) ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις
11 τὴν ὀδύνην (ε) ἑαυτῶν· Ὅτι ᾐσχύνοντο (ζ) ἀναγγεῖλαι τὴν ἐπιθυμίαν
12 αὐτῶν, ὅτι ἤθελον συγγενέσθαι αὐτῇ. Καὶ παρετηροῦσαν φιλοτίμως
13 καθ' ἡμέραν ὁρᾶν αὐτήν. καὶ (η) εἶπαν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, Πορευθῶμεν δὴ εἰς οἶκον, ὅτι (θ) ἀρίστου ὥρα ἐστί. καὶ ἐξελθόντες
14 διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, Καὶ ἀνακάμψαντες ἦλθον ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ
ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν, ὡμολόγησαν τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν·
καὶ τότε κοινῇ συνετάξαντο καιρὸν, ὅτε αὐτὴν δυνήσονται εὑρεῖν
μόνην.

MS.A. (γ) Σουσάννα, (δ) ἀπήγγελλον (ε) αὐτῶν· (ζ) ἀπαγγεῖλαι (η) εἶπεν (θ) ὥρα ἀρίστου

Isti frequentabant domum Joacim & venie- 6
bant ad eos, omnes qui habebant judicia.
Cùm autem populus recessisset per meridiem; 7
ingrediebatur Sosanna, & deambulabat in po-
mario viri sui. Et videbant eam duo *senes quo-* 8
tidiè ingredientem, & deambulantem: & ex-
arserunt in concupiscentiam ejus, Et everte- 9
runt sensum suum, & declinaverunt oculos
suos, ut non viderent cœlum, neque meminissent
judiciorum justorum. Erant ergò ambo (b) vul- 10
nerati amore ejus: nec indicaverunt sibi vi-
cissim dolorem suum. Erubescebant enim in- 11
dicare concupiscentiam suam, volentes concum-
bere cum ea: Et observabant quotidiè solicitè 12
videre eam. Dixitque alter ad alterum; Ea- 13
mus domum, quia prandii hora est. Et egressi
recesserunt à se mutuó. Cúmque revertissent; 14
venerunt in unum: & sciscitantes ad invicèm
causam, confessi sunt concupiscentiam suam:
& tunc in commune statuerunt tempus, quando
eam possent invenire solam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hi assiduè ad domum Joacim accede- 6
bant, venientes enim quibus erant lites *ibi*
judicabantur. Discedente autem meri- 7
die populo, ibat Susanna cum ancillis
in hortum mariti sui. Et videbant eam 8
quotidie Presbyteri illi cùm ambularet,
& in hortum mariti sui iret: & concu-
piverunt eam, Et perversæ sunt mentes 9
ipsorum, declinâruntque oculos suos ne
in cœlum suspicerent, nec recordaren-
tur judiciorum justorum. Cupiebant- 10
que ambo esse cum ea more mulierum,
Sed non manifestârunt alter alteri vulnus 11
suum, quòd clàm cum ea esse cupiebant.
Cúmque ipsam quotidiè sedulò observa- 12
rent, ut viderent ipsam; Dixerunt al- 13
ter alteri; Discedamus hinc, quia pran-
dii tempus advenit: Et egressi simul 14
ut discederent, clam alter altero, reversi
ambo ignari, venientes occurrerunt al-
ter alteri ibidem. Pudoréque affecti de
eo quod inter se invicèm dolo fecissent,
sedentes revelârunt sibi invicèm cupidi-
tatem suam insanam & perniciosam quâ
verecundam illam concupiscebant. In-
déque observabant tempus quo mode-
stam illam solam invenirent, bonâque
memoriâ dignam dehonestarent.

Versio SYRIACA altera cum Interpretatione LATINA.

6 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Hi in domo Joacimi assidui erant, & 6
ad eos accedebant omnes quibus inter se
lites erant, & ibi judicabantur. Am- 8
bo hi principes populi amabant Su-
sannam, ignari invicém: tenebátque
eos cupido pulchritudinis ejus. Muta- 9
táque est mens eorum, nec recordari
poterant Dei, nec memores erant justi
Dei judicii, Sed speculabantur ipsam, cu- 11
pientes ipsam ignominiâ afficere. Et ob- 12
servabant assiduè ut eam solam viderent.
Contigit autem die quodam dimisso cœ-
tu, expectare eos ut viderent eam cùm in-
troiret in hortum, nec à se invicèm dis-
cedere. Dixeruntque *tandem* alter al- 13
ter alteri; Eamus, age, domum quisque
suam, est enim prandii tempus. Digres- 14
sique alter ab altero reversi sunt in loca
ubi anteà stabant, expectantes ut hor-
tum ingrederetur ad lavandum. Et reve-
lârunt cupiditatem suam, notamque fe-
cerunt alter alteri malitiam quæ in eis
erat.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * هولاء كانوا ملازمين في بيت يواقيم * ويأتي اليهم جميع المتحاكمين * وكان حين يذهب 7
الشعب وسط النهار تدخل سوسنه وتمشي في بستان رجلها * فنظراها الشيخان كل يوم داخلة 8
وماشية * فصاروا في شهوتها * فأعكسا عقلهما * وأمالا أعينهما * الا ينظرا الي السماء * ولا 9
يذكرا حكم الصديقين * وكانا كلاهما مشعوفين بها * ولم يخبرا بوجعهما بعضهما لبعض 10
11 * لانهما استحيا ان يخبرا بشهوتهما * لانهما ارادا ان يكونا معها * ويرصداها بعظم نفس كل 12
13 يوم لينظراها * فقال الاخر للاخر * نمض الي البيت ان وقت الغدا قد حضر * وخرجا وانفصلا 14
من بعضهما بعض * وعادا اتيا معا * واستفحصا بعضهما بعض السبب * فاعترفا بشهوتهما
وحينئذ اتفقا باشتراك على وقت لعلهما يقدران ان يجداها وحدها *

Hi frequentes erant in domo Joacimi, 6
& ad eos veniebant omnes litem ha-
bentes. Erat autem ut abscedente popu- 7
lo in meridie, ingrederetur Susanna de-
ambularétque in horto viri sui. Hanc 8
vident es illi duo senes quotidie in-
gredientem & deambulantem, ejus amo-
re capti, Perverterunt mentem suam, 9
& averterunt oculos suos, quò minùs
cœlum viderent, neque memores essent
judicii justorum. Cúmque essent am- 10
bo ejus amore dementati, neuter ta-
men dolorem suum alteri declarabat.
Erubescebant enim declarare libidinem 11
suam, quòd uterque appeteret concum-
bere cum ea. Et magnanimiter obser- 12
vabant eam singulis diebus, ut viderent
eam. Dixitque alter ad alterum;
Eamus domum, quia prandii tempus 13
jam instat. Cùm itaque egressi essent, 14
& alter ab altero discessisset; Iterum
tamen simul venerunt: quare causam
alter ab altero sciscitatus, tandem
fassi sunt libidinem suam. Et tunc
communi consensu convenerunt de tem-
pore, ut possent eam reperire solam.

Versio VULG. LAT.

15 Factum est autem, cùm observarent diem aptum, ingressa
est aliquando sicut herì & nudiustertiùs, cum duabus
solis puellis, voluitque lavari in pomario: æstus quippe
16 erat: Et non erat ibi quisquam, præter duos senes abs-
17 conditos, & contemplantes eam. Dixit ergò puellis;
Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarii clau-
18 dite, ut laver. Et fecerunt sicut præceperat: clause-
rúntque ostia pomarii, & egressæ sunt per posticum, ut
afferrent quæ jusserat: nesciebántque senes intùs esse abs-
19 conditos. Cùm autem egressæ essent puellæ, surrexerunt
20 duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt; Ecce
ostia pomarii clausa sunt, & nemo nos videt, & nos
in concupiscentia tuî sumus: quam ob rem assentire
21 nobis, & commiscere nobiscum. Quòd si nolueris, di-
cemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum ju-
venis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ παρατηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον, εἰσῆλθέ ποτε
καθὼς (δ) χθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας μετὰ δύο μόνων κορασίων, καὶ ἐπεθύ-
16 μησε λούσασθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, ὅτι καῦμα ἦν. Καὶ οὐκ ἦν οὐδεὶς ἐκεῖ
πλὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι κεκρυμμένοι, καὶ παρατηροῦντες αὐτήν.
17 Καὶ εἶπε τοῖς κορασίοις (ε), Ἐνέγκατε δή μοι ἔλαιον καὶ (ζ) σμήγ-
18 ματα, καὶ τὰς θύρας τοῦ παραδείσου κλείσατε, ὅπως λούσωμαι. Καὶ
(η) ἐποίησαν καθὼς εἶπε, καὶ ἀπέκλεισαν τὰς θύρας τοῦ (ι) παραδείσου,
καὶ ἐξῆλθαν κατὰ τὰς (θ) πλαγίας θύρας, ἐνέγκαι τὰ προστεταγμένα
αὐταῖς, καὶ οὐκ (ι) εἴδοσαν τοὺς πρεσβυτέρους, ὅτι ἦσαν κεκρυμμένοι.
19 Καὶ ἐγένετο ὡς (κ) ἐξήλθοσαν τὰ κοράσια, (λ) καὶ ἀνέστησαν οἱ δύο
20 πρεσβῦται, καὶ ἐπέδραμον αὐτῇ, καὶ εἶπον, Ἰδοὺ αἱ θύραι τοῦ παρα-
δείσου κέκλεινται, καὶ οὐδεὶς θεωρεῖ ἡμᾶς, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ σου ἐσμέν·
21 διὸ συγκατάθου ἡμῖν, καὶ γενοῦ μεθ' ἡμῶν. Εἰ δὲ μή, καταμαρτυ-
ρήσομέν σου, ὅτι ἦν μετὰ σοῦ νεανίσκος, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαπέστειλας
τὰ κοράσια ἀπὸ σοῦ.

MS.A. (δ) ἐχθὲς (ε) αὐτῆς, (ζ) σμῆγμα, (η) ἐποίησε, καὶ ἀπέκλεισε (ι) παραδείσου καθὼς εἶπε, καὶ ἐξῆλθον (θ) πλαγίους (ι) εἶδαν (κ) ἐξῆλθον (λ) ἀνέστησαν οἱ δύο πρεσβύτεροι,

Factum est autem, cùm observarent diem aptum, 15
(c) ingressa est aliquando, sicut herì, & nudius-
tertiùs, cum duabus solis puellis: voluitque
lavari in pomario: æstus quippe erat: Et non 16
erat ibi quisquam præter duos senes absconditos,
& contemplantes eam. Dixit ergò puellis; 17
Afferte mihi oleum, & smigmata: & ostia po-
marii claudite, ut laver. Et fecerunt sicut præ- 18
ceperat, clauserúntque ostia pomarii: & egressæ
sunt per posticum, ut afferrent quæ jusserat eis;
nesciebántque senes esse absconditos. Cùm 19
autem egressæ essent puellæ; surrexerunt duo
senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt;
Ecce ostia pomarii clausa sunt: & nemo nos 20
videt: & in concupiscentia tuî sumus. Quam-
obrèm assentire nobis, & commiscere nobiscum.
Quòd si nolueris; dicemus contra te testimo- 21
nium, quòd fuerit tecum juvenis, & ob hanc
causam emiseris puellas à te.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

15. ܘܗܘܐ * ܕܟܕ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ̇. ܚܙܐܘܗ̇ ܕܐܙܠܐ ܗܝ ܐܝܟ ܕܒܟܠܝܘܡ. ܐܝܟ ܕܐܬܡܠܝ ܘܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܡ ܬܡܠܝ.
ܗܝ ܐܝܟ ܗܘܐ ܥܒܕܐ ܗܘܬ ܥܡ ܬܪܬܝܢ ܥܠܝ̈ܡܬܗ̇ ܠܚܘܕܝܗ̇. ܘܪܓܝܓܐ ܗܘܬ ܠܡܣܚܐ ܒܦܪܕܝܣܐ. ܡܛܠ ܕܫܘܒܐ
16 ܗܘܐ. * ܘܐܙܠܘ ܗܢܘܢ ܩܫܝ̈ܫܐ. ܘܟܡܢܘ ܠܗ̇ ܒܦܪܕܝܣܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ
17 ܒܦܪܕܝܣܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܠܗܢܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܩܫܝ̈ܫܐ. * ܘܐܡܪܬ ܫܘܫܢ ܠܥܠܝ̈ܡܬܗ̇ ܕܙܠܝܢ ܐܝܬܝ̈ܢ ܠܝ
18. ܡܫܚܐ ܘܣܡܡܢܐ. ܘܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܐܚܘܕܝܢ ܥܕ ܕܐܣܚܐ. * ܘܥܒܕ̈ܝܢ ܐܝܟ ܕܦܩܕܬ ܐܢܝ̈ܢ.
ܘܐܚܕ̈ܝܢ ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܘܐܙܠܝ: ܕܢܝܬܝ̈ܢ ܡܕܡ ܕܐܬܦܩܕܝ. ܘܠܐ ܚܙܝ̈ ܠܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܠܩܫܝ̈ܫܐ
19. ܕܟܡܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ. * ܘܟܕ ܢܦܩܝ̈ ܥܠܝ̈ܡܬܗ̇ ܪܗܛܘ ܠܘܬܗ̇ ܗܢܘܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗ̇.
20 * ܗܐ ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܐܚܝ̈ܕܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܠܝܬ ܐܢܫ ܕܚܙܐ ܠܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܪܓܝܓܝܢܢ ܠܟܝ
21 ܕܡܟܝ ܥܡܢ. * ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܨܒܝܐ ܐܢܬܝ ܠܡܕܡܟ ܥܡܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܓܠܬܐ ܡܣܗܕܝܢܢ ܥܠܝܟܝ
ܫܩܪܐ: ܕܕܡܟܬܝ ܥܡ ܥܠܝܡܐ ܚܕ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܫܕܪܬܝ ܠܥܠܝ̈ܡܬܟܝ ܡܢ ܠܘܬܟܝ.

Contigitque observantes eos videre eam 15
euntem, sicut quotidie herì & nudiuster-
tiùs solebat, cum duabus ancillis studio
lavandi in horto, quia æstus erat. E- 16
untesque Presbyteri isti, absconderunt
se in horto: Nec quisquam alius in
horto erat præter hos duos Presbyteros.
Dixitque Susanna ancillis suis; Ite, af- 17
ferte mihi oleum & smegma, & fores
horti occludite dum lavo. Feceruntque 18
ut præceperat ipsis, occlusisque horti
foribus, iverunt ut afferrent quod præ-
ceptum ipsis fuerat, non videntes Pres-
byteros istos ibi absconditos. Egressis 19
autem ancillis ejus, currentes ad ipsam
Presbyteri isti, dixerunt ei; Ecce clau- 20
sæ sunt horti fores, nec quisquam est
qui nos videat: Quin, quia cupidita-
te tuî ferimur, dormi nobiscum. Quòd 21
si recusas dormire nobiscum, feremus
in te falsum testimonium, dormisse te-
cum juvenem quendam, & propterea
ancillas te tuas à te dimisisse.

Versio *SYRIACA* altera cum Interpretatione *LATINA*.

15 ܘܡܢ ܕܐܫܬܘܝܘ ܬܪܝܗܘܢ. ܒܚܕ ܪܥܝܢܐ. ܕܢܕܒܪܘܢ ܕܟܕ ܣܚܝܐ ܢܩܒܠܘܢܗ̇ ܒܛܗܪܐ. ܥܠܬ
ܗܘܬ ܫܘܫܢ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܠܡܣܚܘ. ܐܦ ܬܪܬܝܢ ܥܠܝ̈ܡܬܗ̇ ܥܡܗ̇. ܘܡܢ
16 ܪܓܬ ܕܬܚܘܬ ܠܡܣܚܝ. ܡܛܠ ܕܫܚܝܢܐ ܗܘܐ ܠܗ̇. * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܬܪܝܢ ܪ̈ܫܝ ܟܢܘܫܬܐ ܐܬܛܫܝܘ
17 ܗܘܘ ܬܡܢ ܠܡܒܙܚܘܬܗ̇. * ܘܐܡܪܬ ܫܘܫܢ ܠܥܠܝ̈ܡܬܗ̇. ܙܠܝܢ ܐܝܬܝܢ ܠܝ ܡܫܚܐ
18 ܘܐܫܠܐ. ܘܐܚܘܕܝܢ ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ. * ܘܢܦܩܝ̈ ܕܢܝܬܝ̈ܢ ܡܕܡ ܕܐܡܪܬ ܡܪܬܗܝܢ. * ܟܕ
19 ܢܦܩܝ̈ ܕܝܢ ܥܠܝ̈ܡܬܗ̇ ܩܡܘ ܗܢܘܢ، ܪ̈ܫܝ ܟܢܘܫܬܐ ܡܢ ܕܘܟܝܬܗܘܢ. ܘܪܗܛܘ ܠܘܬܗ̇.
20 ܘܐܡܪܘ ܠܗ̇. * ܗܐ ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܐܚܝܕ ܗܘ. ܘܠܝܬ ܐܢܫ ܕܚܙܐ ܠܢ. ܘܚܢܢ ܕܝܢ ܪܓܝܓܝܢ
21 ܠܟܝ. ܗܫܐ ܫܡܥܝ ܠܢ. ܘܗܘܝ ܥܡܢ. * ܘܐܢ ܠܐ ܡܫܬܡܥܐ ܐܢܬܝ ܠܢ: ܡܣܗܕܝܢܢ ܥܠܝܟܝ
ܒܥܡܐ. ܕܓܒܪܐ ܗܘܐ ܥܡܟܝ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܫܕܪܬܝ ܠܥܠܝ̈ܡܬܟܝ ܡܢ ܠܘܬܟܝ.

Cúmque ambo unâ mente consensissent 15
ut lavantem eam meridie opprimerent,
ingressa est Susanna secundùm morem
quem habebat lavandi, (duæ etiam an-
cillæ ejus cum ea erant,) cupiens descen-
dere lavatum; calore enim afficiebatur.
Duo autem isti Archisynagogi occultave- 16
rant se ibi ut eam dehonestarent. Tum 17
dixit Susanna ancillis suis; Ite, afferte
mihi oleum & saponariam, & occludite
portam horti. Egressæque sunt, ut eun- 18
tes afferrent quod dixerat domina earum.
Egressis illis, surrexerunt Archisynagogi 19
isti de locis suis, & currentes ad eam, di-
xerunt ei; Ecce, porta horti clausa est, 20
nec quisquam est qui nos videat, tenet
autem nos cupido tuî, audi nos jam, &
sis nobiscum. Quòd si non auscultas 21
nobis, testimonium de te feremus in po-
pulo, fuisse tecum quendam, propterea-
que te ancillas tuas à te dimisisse.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

15 * وكان لما ترصدا يوما موافقا • دخلت كالعادة كأمس وقبل أمس مع جاريتين وحدهن *
16 واشتهت أن تستحم في بستان رجلها • لأنه كان حر * ولم يكن هناك ولا واحد إلا
17 الشيخين مختفيين يترصدانها * فقالت لجاريتيها ايتوني بزيت وغسلة • واغلقا ابواب البستان
18 لكي أستحم * فصنعتا كما قالت • وأغلقتا أبواب البستان • وخرجتا من أبواب الجنبات
19 لتجيئا بما أمرتا به • ولم تنظرا الشيخين • لأنهما كانا مختفيين * وكان لما خرجتا الجاريتان *
20 وثب الشيخان وأسرعا نحوها وقالا * ها أبواب البستان مغلقة * ولا واحد ينظرنا • فنحن في
21 شهوتك • لأجل هذا وافقينا وكوني معنا * وإلا نشهد عليك انه كان معك شاب • فلأجل
هذا سرحت الجاريتين عنك •

Accidit autem ut cùm opportunum diem 15
observâssent, ingrederetur illa pro mo-
re, ut herì & nudiustertiùs, cum dua-
bus tantùm ancillis, cupere̍tque se la-
vare in horto viri sui: æstus quippe
erat: Et nemo ibi erat præter duos 16
illos senes latentes & observantes eam.
Dixit ergò duabus ancillis suis; Af- 17
ferte mihi oleum & smegma, & clau-
dite ostia horti, ut me lavem. Fece- 18
runt illæ prout dixit; & clausis fori-
bus horti, egressæ sunt per fores obli-
quas ut afferrent quod jussæ fuerant,
nec viderunt senes, quòd essent laten-
tes. Egressis verò duabus ancillis, 19
exilierunt illi duo senes, & accurren-
tes ad eam, dixerunt; En ostia horti 20
clausa sunt, & nemo nos vidit: nos
verò amore tuî tenemur: quapropter as-
sentire nobis, & esto nobiscum. Alio- 21
qui testabimur adversùm te, quòd ju-
venis tecum fuerit, eâque de causa di-
miseris ancillas à te.

Versio VULG. LAT.

22 Ingemuit Susanna, & ait; Angustiæ sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero,
23 non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspe-
24 ctu Domini. Et exclamavit voce magnâ Susanna: ex-
25 clamaverunt autem & senes adversùs eam. Et cucurrit
26 unus ad ostia pomarii, & aperuit. Cùm ergò audîssent clamorem famuli domûs in pomario, irruerunt per po-
27 sticum ut viderent quidnam esset. Postquàm autem senes locuti sunt, erubuerunt servi vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo hujuscemodi de Susanna.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 Καὶ ἀνεστέναξε (μ) Σωσάννα, καὶ εἶπε, Στενά μοι πάντοθεν· ἐάν τε γὰρ τοῦτο πράξω, θάνατός μοι ἐστίν· ἐάν τε μὴ πράξω, οὐκ ἐκφεύξο-
23 μαι τὰς χεῖρας ὑμῶν. (ν) Αἱρετώτερόν μοι ἐστὶ μὴ πράξασαν ἐμπεσεῖν εἰς τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἢ ἁμαρτεῖν (ξ) ἐνώπιον κυρίου.
24 Καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ (ο) Σωσάννα· ἐβόησαν δὲ καὶ οἱ δύο
25 (π) πρεσβῦται κατέναντι αὐτῆς. Καὶ δραμὼν ὁ εἷς, ἤνοιξε τὰς
26 θύρας τοῦ παραδείσου. Ὡς δὲ ἤκουσαν τὴν κραυγὴν ἐν τῷ παραδείσῳ οἱ (ʼ) ἐκ τῆς οἰκίας, εἰσεπήδησαν διὰ τῆς πλαγίας θύρας ἰδεῖν (ϛ) τὸ
27 συμβεβηκὸς αὐτῇ. Ἡνίκα δὲ εἶπαν οἱ (σ) πρεσβῦται τοὺς λόγους αὐτῶν, κατῃσχύνθησαν οἱ δοῦλοι σφόδρα, ὅτι πώποτε οὐκ ἐρρήθη λόγος τοιοῦτος περὶ (τ) Σωσάννης.

MS. A. (μ) Σουσάννα, (ν) Αἱρετόν (ξ) με ἐνωπίον (ο) Σουσάννα· (π) πρεσβύτεροι (ʼ) ἀπὸ τῆς (ϛ) τί τὸ (σ) πρεσβύτεροι (τ) Σουσάννας.

Et ingemuit Sosanna, & ait; Angustiæ mihi sunt undique: Si enim hoc egero; mors mihi est: si autem non egero; nequaquàm 22
effugiam manus vestras. Melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare 23
in conspectu Domini. Et exclamavit voce ma- 24
gnâ Sosanna. Clamaverunt autem & duo senes adversùs eam. Et cucurrit unus ad ostia po- 25
marii, & aperuit. At, cùm audîssent clamo- 26
rem in pomario famuli domûs; irruerunt per posticum, ut viderent quidnam accidisset ei.
Postquàm autem senes dixerunt sermones suos; 27
erubuerunt servi vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo hujusmodi de Sosanna.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 26 [illegible]

27 [illegible]

Et Susanna cogitavit, & dixit; Angu- 22
stiæ mihi sunt utrinque: Si hoc faciam, mors mihi à Deo imminet quia cubile mariti mei Joacim probro affeci: Si non faciam, mortem malam à manibus vestris accipiam, cum mala fama quæ nobilitatem meam non decet, pudoremque toti familiæ meæ relinquam, propter testimonium falsum virorum iniquorum, qui addunt fracturæ, maloque Israelis, cum ludibrio, inter gentes exteras. Sed expedit mihi per vos injuriâ 23
mori, quàm peccare coram Domino. Is ne quicquam obliviscitur, quòd ipsi credam, à vobis liberaturum me ipsum.
Clamavitque Susanna voce magnâ propter afflictionem suam per homines im- 24
pudicos: Clamârùntque Presbyteri ex adverso ejus. Currensque alter eorum aperuit fores horti. Audito autem so- 25
nitu hoc in horto, famuli Susannæ currentes ingressi sunt ut viderent quid ipsi
accidisset. Coactâque totâ familiâ Su- 26
sannæ, cœperunt Presbyteri isti testari in eam iniqua: Quòd cùm transiremus extra hortum, prospicientes ut intueremur illum, vidimus Susannam cum juvene quodam dormientem. Cucurrimusque ut prehenderemus eos: Juvenem autem illum prehendere non potuimus, quia validior nobis erat. Audiens au- 27
tem tota familia Susannæ verba Presbyterorum, confusi sunt de eo quod fecisse ipsam dixerant.

Versio *SYRIACA* altera cum Interpretatione *LATINA*.

22 [illegible]

23 [illegible]

24 [illegible]

25 26 [illegible]

27 [illegible]

Ingemuitque Susanna, & flens dixit eis; 22
Angustiæ me circundant undique: Nam si faciam voluntatem vestram, quemadmodum mihi dixistis, mors mihi à Deo imminet. Sed melius est mihi non face- 23
re voluntatem vestram, nec peccare in Deum. Clamavitque Susanna voce al- 24
tâ, Archisynagogi etiam isti exclamârunt cum eâ, ex adverso ejus. Currensque al- 25
ter eorum, aperuit portam horti. Au- 26
dientes autem domestici Susannæ vocem in horto, accurrerunt ad portam horti, ut viderent quare exclamaret Susanna.
Cùmque accurrissent ad vocem eorum 27
domestici ejus cum populo multo, quærebant tunc ab Archisynagogis, quid sibi vellet vox illa. Et addiderunt insuper peccatis suis, dicentes verbis impuris; Adulterium commisit Susanna, & cum adolescente ipsam in horto deprehendimus. Et pudefacti sunt servi ancillæque Susannæ, quia nihil tale de Susanna auditum fuerat. Injeceruntque vincula Susannæ, & in custodia fuit tres dies.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

22 * فتنهدت سوسنة وقالت * الضايقة بي من كل ناحية * ان انا فعلت هذا هو لي موت * وان
23 انا لم افعله لم افر من ايديكما * الاصلح لي ان لا اعمله لاوقع في ايديكما * من ان
24 25 اخطي امام الرب * وصرخت سوسنة بصوت عظيم * وصرخا الشيخان امامها * واسرع الواحد
26 وفتح ابواب البستان * ولما سمعوا الذين في البيت الصراخ في البستان حاضروا من ابواب
27 الجنبات * لينظروا ما عرض لها * وحين قالا الشيخان كلامهما * خزي العبيد جدا * لانه
ما قيل قط هذا الكلام عن سوسنة *

Ingemuit Susanna, & ait; Angustiæ me premunt undique: si ego hoc egero, erit mihi morti: si non egero, non effu- 22
giam manus vestras. Consultius mihi est hoc non agere, ut incidam in manus vestras, quàm peccare coram Domino. 23
Simúlque exclamavit Susanna voce magnâ: contra verò exclamaverunt & senes: 24
Et cucurrit alter eorum, & aperuit ostia horti. 25
Cùm ergò audissent qui domi erant clamorem in horto, accurrerunt per fores obliquas, visuri quidnam accidisset illi. 26
Ubi verò dixissent illi duo senes verba sua, erubuerunt servi vehementer: quia nunquam dictus fuerat hujusmodi sermo de Susanna. 27

Versio VULG. LAT.

28 Et facta est dies crastina. Cúmque venisset populus ad
Joakim virum ejus, venerunt & duo presbyteri pleni ini-
quâ cogitatione adversùs Susannam, ut interficerent eam.
29 Et dixerunt coram populo; Mittite ad Susannam filiam
30 Helciæ uxorem Joakim. Et statim miserunt. Et venit
31 cum parentibus, & filiis, & universis cognatis suis. Por-
32 rò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At ini-
qui illi jusserunt ut discooperiretur, (erat enim cooperta,)
33 ut vel sic satiarentur decore ejus. Flebant igitur sui, &
34 omnes qui noverant eam. Consurgentes autem duo
presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super
35 caput ejus. Quæ flens suspexit ad cœlum: erat enim cor
36 ejus fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri;
Cùm deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum
duabus puellis: & clausit ostia pomarii, & dimisit à se
puellas.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

28 καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, Ὡς συνῆλθεν ὁ λαὸς πρὸς τὸν ἄνδρα αὐ-
τῆς Ἰωακείμ, ἦλθον οἱ δύο (υ) πρεσβύται πλήρεις τῆς ἀνόμου
ἐννοίας κατὰ (φ) Σωσάννης, τοῦ θανατῶσαι αὐτήν, Καὶ εἶπαν
29 ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ, Ἀποστείλατε ἐπὶ (χ) Σωσάνναν θυγατέ-
30 ρα Χελκίου, ἥ ἐστι γυνὴ Ἰωακείμ. οἱ δὲ ἀπέστειλαν. Καὶ ἦλθεν
αὐτή, καὶ οἱ γονεῖς αὐτῆς, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ συγ-
31 γενεῖς αὐτῆς. Ἡ δὲ (ψ) Σωσάννα ἦν τρυφερὰ σφόδρα, καὶ καλὴ
32 τῷ εἴδει. Οἱ δὲ παράνομοι ἐκέλευσαν ἀποκαλυφθῆναι αὐτήν,
ἦν γὰρ κατακεκαλυμμένη, ὅπως ἐμπλησθῶσι τοῦ κάλλους αὐτῆς.
33 Ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ ἰδόντες αὐτήν. Ἀναστάν-
34 τες δὲ οἱ δύο (ω) πρεσβύται ἐν μέσῳ (ι) τοῦ λαοῦ, ἔθηκαν τὰς χεῖρας
35 ἐπὶ (α) τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. Ἡ δὲ κλαίουσα ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρα-
36 νόν, ὅτι ἦν ἡ καρδία αὐτῆς πεποιθυῖα ἐπὶ (β) κυρίῳ. Εἶπον δὲ
οἱ πρεσβύται, Περιπατούντων ἡμῶν ἐν τῷ παραδείσῳ μόνων,
εἰσῆλθεν αὕτη μετὰ δύο παιδισκῶν, καὶ (γ) ἀπέκλεισε τὰς θύρας τοῦ
παραδείσου, καὶ ἀπέλυσε τὰς παιδίσκας.

MS. A. (υ) πρεσβύτεροι (φ) Σουσάννας, (χ) Σουσάνναν (ψ) Σουσάννα (ω) πρεσβύτεροι (ι) τοῦ λαοῦ, (α) τῆς κεφαλῆς (β) τῷ κυρίῳ. Εἶπαν δὲ οἱ πρεσβύτεροι, (γ) ἀπέλυσεν τὰς παιδίσκας, καὶ ἀπέκλεισεν τὰς θύρας τοῦ παραδείσου. Καὶ ἦλθεν

*Et factum est die crastini, Cùm convenisset po- 28
pulus ad virum ejus Joacim; venerunt duo
presbyteri pleni iniquâ cogitatione adversùs
Sosannam, ut interficerent eam: Et dixerunt co- 29
ram populo; Mittite ad Sosannam filiam Chelciæ
uxorem Joacim. Illi verò miserunt. Et venit 30
cum parentibus, & filiis, & universis cognatis
suis. Porrò Sosanna erat delicata nimis, & 31
pulchra specie. At iniqui illi jusserunt, ut dis- 32
cooperiretur, (erat enim cooperta,) ut vel sic sa-
tiarentur de decore ejus. Flebant igitur sui, 33
& omnes qui noverant eam. Consurgentes 34
autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt
manus super caput ejus. Quæ flens suspexit 35
ad cœlum: Erat enim cor ejus fiduciam ha-
bens in Domino. Et dixerunt presbyteri; Cùm 36
deambularemus in pomario soli; ingressa est hæc
cum duabus puellis, & clausit ostia pomarii, &
dimisit puellas.*

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 [illegible] *
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
[illegible]
[illegible]

* Et factum est die crastino, coactus est totus 28
populus ad maritum ejus Joacim, ut quæ-
rerent de Susanna; ut si reverà immundi-
tiâ hanc fecisset, & lectum mariti sui Jo-
acim dehonestâsset, moreretur. Vene-
rúntque etiam duo isti Presbyteri, ut per
injuriam ipsam opprimerent. Dixerúntq; 29
coram populo; Arcessite Susannam fili-
am Helcanæ uxorem Joacim; Et arces-
siverunt ipsam. Venítque ipsa, & tota 30
familia ejus, omnésq; noti & amici ejus,
stetitque in medio totius cœtûs populi.
Erátq; fœmina aspectu valdè pulchra, 31
modestior autem omnibus fœminis, &
velata verecundè admodúm. Videntes 32
autem eam impii, jusserunt velo ipsam nu-
dari, ut saltem formâ ejus videndâ sati-
arentur. Flebántq; omnes qui videbant, 33
cum cognatis ejus omnibus. Circumfuso 34
autem cœtu magno, ingressi duo isti Pre-
sbyteri, testati sunt adversùs eam falsum,
manibúsque capiti Susannæ impositis,
dixerunt; Vidimus hanc cum juvene
quodam dormientem. Tum Susanna ama- 35
ro animo propter id quod sibi contige-
rat, sustulit in cœlum ad Dominum ocu-
los, quia cor ejus in Dominum repositum
erat. Dixerúntque Presbyteri illi duo; 36
Ambulantibus nobis herì extra hortum,
venit Susanna cum duabus ancillis suis,
& ingressæ sunt hortum, dimissísque an-
cillis occlusit fores horti.

Versio SYRIACA altera cum Interpretatione LATINA.

28 [illegible] *
[illegible]
29
30 [illegible]
33 [illegible]
32 [illegible]
[illegible]
34
36 [illegible] *
[illegible]
[illegible]

* Et post tres dies, coacto cœtu, positísque 28
subselliis, sederunt Judices iniqui ut judi-
carent Susannam, Venerúntque duo isti
Archisynagogi pleni irâ & zelo adversùs
Susannam ut occiderent eam. Et dixerunt 29
coram toto populo, miserúntque, Et ad- 30
duxerunt Susannam uxorem Joacimi, filiá
Helcanæ, & familiares & cognatos ejus
cum ea, Flebâtque Susanna magnoperè, 33
& flebat populus omnis qui intueba-
tur eam. Archisynagogi autem isti, præ- 32
cepti Dei transgressores, revelari caput
Susannæ jusserunt, quòd velatû erat, ut ex-
plerentur cupiditate formæ ejus. Stantésq; 34
ambo in medio populo, imposuerunt
manus capiti Susannæ, Dicentes; Ambu- 36
lantibus nobis inhorto, ingressa hæc, cum
duabus ancillis suis, dimisit eas à se.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 وكان في الغد لما اجتمع الشعب الي رجلها يواقيم * اتيا الشيخان ممتليان ضماير *
ردية على سوسنة ليميتاها * وقالا امام الشعب * ارسلوا الي سوسنة ابنة حلقيا التي هي امراة 29
يواقيم * فارسلوا * واتت هي وابواها * واولادها وجميع اقاربها * وكانت سوسنة منعمة جدا 30 31
وحسنة الشكل * واما مخالفا الناموس امرا ان تكشف * لانها كانت مبرقعة * كي يمتليا 32
من حسنها * فبكي الذين معها * وجميع الذين يعرفوها * فقاما الشيخان في وسط 33 34
الشعب * ووضعا ايديهما على راسها * فبكت ونظرت الي السماء * لان قلبها كان 35
متوكلا على الرب * فقالا الشيخان * بينما نحن ماشيان في البستان وحدنا * دخلت هذه 36
مع جاريتين * وسرحت الجاريتين * واغلقت ابواب البستان *

* *Porrò cùm postridie convenisset popu- 28
lus ad maritum ejus Joacimum, vene-
runt illi duo senes pleni cogitationibus
iniquis contra Susannam, ut eam morte
afficerent: Dixerúntque coram populo; 29
Accersite Susannam filiam Helciæ,
quæ est uxor Joacimi. Et cùm accer- 30
sissent eam, venit ipsa cum parentibus
suis, filiis suis, & omnibus affinibus
suis. Erat autem Susanna admodum 31
delicata, & formosissimæ speciei. At 32
illi duo refragatores legis jusserunt
eam retegi (erat enim velata) ut pul-
chritudine ejus satiarentur. Flevêre 33
tunc ii qui erant cum ea, & omnes
qui noverant eam. Sed exurgentes illi 34
duo senes in medio populi, imposuerunt
manus suas capiti illius. Flevit illa, 35
& in cœlum suspexit; cor enim ipsius
fictum erat Domino. Tum dixerunt illi 36
duo senes; Deambulantibus nobis in
horto solis, ingressa est hæc cum duabus
ancillis: deinde dimissis ancillis, oc-
clusit januas horti:*

Versio VULG. LAT.

37 Venítque ad eam adolescens, qui erat absconditus, &
38 concubuit cum ea. Porrò nos cùm essemus in angulo
pomarii, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, &
39 vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non
quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat, &
40 apertis ostiis exilivit: Hanc autem cùm apprehendis-
semus, interrogavimus, quisnam esset adolescens, &
41 noluit indicare nobis: hujus rei testes sumus. Credi-
dit eis multitudo, quasi senibus & judicibus populi, &
42 condemnaverunt eam ad mortem. Exclamavit autem
voce magnâ Susanna, & dixit; Deus æterne, qui abs-
conditorum es cognitor, qui nôsti omnia antequàm
43 fiant, Tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt
contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fece-
rim, quæ isti malitiosè composuerunt adversùm me.
44 Exaudivit autem Dominus vocem ejus.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

37 Καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὴν νεανίσκος ὃς ἦν κεκρυμμένος, καὶ ἀνέπεσε
38 μετ' αὐτῆς. Ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐν τῇ γωνίᾳ τοῦ παραδείσου, ἰδόντες
τὴν ἀνομίαν, ἐδράμομεν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἰδόντες συγγινομένους
39 αὐτοὺς, Ἐκείνου μὲν οὐκ ἠδυνήθημεν (δ) ἐγκρατεῖς γενέσθαι, διὰ τὸ
ἰσχύειν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἀνοίξαντα τὰς θύρας ἐκπεπηδηκέναι.
40 Ταύτης δὲ ἐπιλαβόμενοι, ἐπηρωτῶμεν τίς ἦν ὁ νεανίσκος· καὶ οὐκ
41 ἠθέλησεν (ε) ἀγγεῖλαι ἡμῖν. ταῦτα μαρτυροῦμεν. Καὶ ἐπίστευσεν
αὐτοῖς ἡ συναγωγὴ ὡς πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ καὶ κριταῖς· καὶ κατέ-
42 κριναν αὐτὴν ἀποθανεῖν. (ζ) Ἀνεβόησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ Σωσάννα,
καὶ εἶπεν, Ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ
43 πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, Σὺ ἐπίστασαι ὅτι ψευδῆ μου
κατεμαρτύρησαν· καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκω μὴ ποιήσασα μηδὲν ὧν
44 οὗτοι ἐπονηρεύσαντο κατ' ἐμοῦ. Καὶ (η) εἰσήκουσε κύριος τῆς φω-
νῆς αὐτῆς.

MS. A. (δ) περικρατεῖς (ε) ἀπαγγεῖλαι (ζ) Καὶ ἀνεβόησεν φωνῇ μεγάλῃ Σουσάννα, (η) ἐπήκουσεν ὁ θεὸς τῆς

Venitque ad eam adolescens, qui erat abscondi- 37
tus, & concubuit cum ea. Porrò nos cùm esse- 38
mus in angulo pomarii, videntes iniquitatem,
cucurrimus ad eos: & vidimus eos pariter com-
misceri. Et illum quidem non quivimus com- 39
prehendere, quia fortior nobis erat: & apertis
ostiis exiliit. Hanc autem cùm apprehendis- 40
semus; interrogavimus, quisnam esset adolescens:
& noluit indicare nobis. Hujus rei testes sumus.
Et credidit eis multitudo, quasi senibus populi, 41
& judicibus: & condemnaverunt eam ad
mortem. Exclamavit autem Sosanna voce 42
magnâ, & dixit; Deus æterne, qui abscondi-
torum es cognitor, qui nôsti omnia, antequàm
fiant, Tu scis, quoniam falsum contra me tu- 43
lerunt testimonium. Et ecce ego morior, cùm
nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè compo-
suerunt adversùm me. Exaudivit autem Domi- 44
nus vocem ejus.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

37 * ܘܐܬܐ ܠܘܬܗ̇ ܥܠܝܡܐ ܚܕ. ܗܘ ܕܡܛܫܐ ܗܘܐ ܬܡܢ ܘܕܡܟ ܥܡܗ̇. * ܚܢܢ ܕܝܢ ܟܕ ܥܠܠܢ ܗܘܝܢ
38 ܠܓܘ ܦܪܕܝܣܐ. ܘܚܙܝܢ ܥܘܠܐ ܘܪܗܛܢ ܠܘܬܗܘܢ ܘܐܫܟܚܢ ܐܢܘܢ ܟܕ ܕܡܟܝܢ. * ܠܗܘ
39 ܕܝܢ ܥܠܝܡܐ ܠܐ ܐܫܟܚܢ ܠܡܐܚܕܗ. ܡܛܠ ܕܚܝܠܬܢ ܗܘܐ ܡܢܢ. ܘܦܬܚ ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ
40 ܘܥܪܩ. * ܘܠܗܕܐ ܕܝܢ ܐܚܕܢܗ̇ ܘܫܐܠܢܗ̇ ܕܡܢܘ ܗܘ ܥܠܝܡܐ ܕܕܡܟ ܗܘܐ ܥܡܟܝ. ܘܠܐ
41 ܨܒܬ ܕܬܘܕܐ ܠܢ ܡܢ ܗܘ. ܗܠܝܢ ܡܣܗܕܝܢܢ ܥܠܝܗ̇ ܩܕܡܝܟܘܢ. * ܘܗܝܡܢܬ
ܐܢܘܢ ܟܢܫܐ ܟܠܗ. ܐܝܟ ܕܠܩܫܝܫܐ ܕܥܡܐ. ܘܐܝܟ ܕܠܕܝܢܐ ܗܘܘ. ܘܦܣܩܘ
42 ܥܠܝܗ̇ ܕܝܢܐ ܕܡܘܬܐ. * ܘܩܥܬ ܫܘܫܢ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪܬ. ܐܘ ܐܠܗܐ
43 ܕܠܥܠܡ. ܝܕܥ ܐܢܬ ܟܣܝܬܐ ܘܝܕܥ ܐܢܬ ܟܠ ܡܕܡ ܡܢ ܩܕܝܡ. * ܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܒܕܓܠܘܬܐ ܣܗܕܘܢܝ
44 ܥܠܝ. ܘܗܐ ܡܝܬܐ ܐܢܐ ܟܕ ܠܐ ܥܒܕܬ ܡܕܡ ܕܐܟܠܘ ܩܪܨܝ ܗܠܝܢ. * ܘܫܡܥ ܐܠܗܐ
ܩܠܗ̇ ܟܕ ܢܦܩܐ ܠܩܛܠܐ.

* Venítq; ad eam juvenis quidam qui abs- 37
conditus fuerat, & dormivit cum ea.
Nos autem hortum ingressi, & videntes 38
iniquitatem, cursu ipsos petentes inveni-
mus eos dormientes. Juvenem autem te- 39
nere non potuimus, quia validior nobis
erat, & apertâ portâ horti, aufugit. Hanc 40
autem prehensam interrogavimus; Quis-
nam iste juvenis fuit qui tecum dormi-
vit? Noluit autem confiteri nobis quis
esset. Hæc de ea testamur coram vobis.
Creditítq; eis totus cœtus, tanquam Pre- 41
sbyteris populi, & qui Judices essent, de-
creverúntq; de ea sententiâ mortis. Tum 42
Susanna exclamans altâ voce, dixit; O
Deus æterne, qui nôsti occulta, qui nôsti
omnia olim: Tu nôsti hos falsum in me 43
testari. Ecce autem morior, quæ illud non
feci, in quo injuriam mihi faciunt isti.
Et audivit Deus vocem ejus cum ad oc- 44
cisionem duceretur;

Versio *SYRIACA* altera cum Interpretatione *LATINA*.

37 * ܘܐܬܐ ܥܠܝܡܐ ܚܕ ܠܘܬܗ̇ ܕܡܛܫܐ ܗܘܐ ܒܗ̇ ܒܦܪܕܝܣܐ ܘܕܡܟ ܥܡܗ̇. * ܚܢܢ ܕܝܢ ܟܕ
38 ܚܙܝܢ ܥܘܠܬܐ ܕܡܬܥܒܕܐ ܪܗܛܢ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܚܙܝܢ ܐܢܘܢ ܟܕ ܪܡܝܢ ܚܕ ܥܠ ܚܒܪܗ. * ܘܠܗܘ
39 ܥܠܝܡܐ ܕܥܡܗ̇ ܗܘܐ ܠܡܐܚܕܗ ܠܐ ܐܫܟܚܢ. ܡܛܠ ܕܚܝܠܬܢ ܗܘܐ ܡܢܢ. ܘܪܗܛ ܘܦܬܚ
40 ܬܪܥܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܘܥܪܩ. * ܠܗ̇ ܕܝܢ ܐܚܕܢܗ̇ ܘܫܐܠܢܗ̇. ܕܡܢܘ ܥܠܝܡܐ ܗܘ. ܕܥܡܟܝ ܗܘܐ.
41 ܘܠܐ ܨܒܬ ܕܬܚܘܐ. ܗܠܝܢ ܚܙܝܢ ܘܡܣܗܕܝܢܢ. * ܘܗܝܡܢܘܗܝ ܟܠܗ ܥܡܐ ܠܣܗܕܘܬܗܘܢ
ܐܝܟ ܕܠܪ̈ܝܫܝ ܟܗܢܐ. ܘܕܢܘܗ̇ ܠܫܘܫܢ ܘܚܝܒܘܗ̇ ܠܡܘܬܐ. ܘܐܡܪܝܢ. ܕܡܢ ܕܓܐܪ
ܫܘܐ ܗܘ ܠܡܡܬ ܘܢܬܪܓܡ ܒܟܐܦܐ. ܘܒܫܥܐ ܬܫܥ ܐܫܬܠܡܬ ܫܘܫܢ ܕܢܫܕܘܢܗ̇ ܡܢ ܕܘܟܬܐ
42 ܕܡܫܬܕܝܢ ܓܝܪ̈ܬܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ ܣܓܝܐ̈ܐ ܠܡܚܙܐ. * ܫܘܫܢ ܕܝܢ ܟܕ ܒܟܝܐ ܗܘܬ. ܐܪܝܡܬ
ܥܝܢ̈ܝܗ̇ ܠܫܡܝܐ. ܘܬܠܝܐ ܗܘܬ ܒܠܒܗ̇ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܘܩܥܬ ܘܐܡܪܬ. ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
43 ܕܡܠܟܘܬܟ ܗܝ ܠܥܠܡ. ܘܝܕܥ ܐܢܬ ܟܣܝܬܐ ܕܠܒܐ. ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܗܘܐ. * ܐܢܬ
ܡܪܝܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܒܕܓܠܘܬܐ ܐܣܗܕܘ ܥܠܝ. ܘܗܐ ܡܝܬܐ ܐܢܐ. ܕܠܐ ܥܒܕܬ ܠܗ̇ ܠܗܝ ܕܗܠܝܢ
44 ܐܣܗܕܘ ܥܠܝ ܗܠܝܢ. * ܘܫܡܥ ܡܪܝܐ ܠܩܠܗ̇ ܕܫܘܫܢ.

Veniénsque adolescens quidam qui abs- 37
conditus erat in horto, concubuit cum
ea. Nos autem iniquitatem videntes quæ 38
fiebat, currentes in eos vidimus eos juxta
se invicèm positos. Adolescentem autem 39
illum qui cum ipsa erat tenere non potui-
mus, quia fortior erat nobis; curréns que
aperuit portam horti & aufugit. Hanc 40
autem prehensam interrogavimus, Quis-
nam iste adolescens erat, qui fuit tecum?
Noluit autem indicare nobis. Hæc nos
vidisse testamur. Credidítque totus po- 41
pulus testimonio ipsorum, tanquam prin-
cipibus sacerdotum: & judicantes Susan-
nam morte damnârunt, dicentes; Qui
adulterium cõmisit dignus est mori, con-
jectis in eum lapidibus, Et horâ nonâ
tradita est Susanna ut dejicerent eam
de loco unde præcipitantur adulteræ.
Congregatíq; sunt multi ad spectandum.
Flens autem Susanna oculos ad cœlum 42
sustulit, mente in Deum intentâ, clamansq;
altâ voce dixit; Tu Domine, cujus æter- 43
num est regnum, quíque nôsti occulta
cordis, & quicquid est, antequam fit;
Tu Domine nôsti falsum eos in me testi- 44
monium dixisse. Et ecce morior quæ non
feci quod isti de me testati sunt. Audivítq;
Dominus clamorem Susannæ;

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

37 * فدخل اليها شاب * هذا كان مختفيا واتكى معها * ونحن كنا في زاوية البستان * نظرنا
38 الاثم * فاسرعنا اليهما * ورايناهما مع بعضهما بعض * اما ذاك فلم نستطع ان نمسكه *
39 من اجل انه كان اقوى منا * وفتح الابواب * وفر هاربا * وهذه مسكناها وسالناها
40 من هو الشاب * فلم ترد ان تخبرنا * هذا نشهد به * فصدقهما الجمع مثل شايخين
41 وقاضيين للشعب * وحكما عليها بان تموت * فصرخت سوسنه بصوت عظيم
42 يا الله الابدي * العالم الخفيات * العارف بجميع الاشياء قبل كونها * انت تعلم
43 انهما شهدا علي كذبا * وها انا اموت ولم اصنع شيا مما تشاررا هذان علي به *
44 * وسمع الرب صوتها *

Et ingressus est ad eam juvenis quidam 37
qui latens erat, & concubuit cum ea.
Porrò nos qui in angulo horti existeba- 38
mus, videntes iniquitatem, accurri-
mus ad eos, & vidimus eos alterum
cum altera. Illum quidem tenere ne- 39
quivimus, quia fortior nobis erat:
quare fores aperuit, & exiliens aufu-
git. Hanc autem comprehensam inter- 40
rogavimus quisnam esset ille juvenis:
at noluit indicare nobis. Hujus rei
testes sumus. His cùm cœtus ille fi- 41
dem præstitisset ut senibus & populi ju-
dicibus, illamque morte condemnâssent:
Exclamavit Susanna voce magnâ; O 42
Deus æterne, cui patent occulta, qui nô-
sti res omnes antequàm fiant; Tu nôsti 43
quòd hi falsum contra me testimonium
tulerunt: & en ego moritura sum,
cùm nihil fecerim eorum quæ malitiosè
contra me machinati sunt hi duo. Et 44
exaudivit Dominus vocem ejus:

Versio VULG. LAT.

45 Cúmque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiri-
46 tum sanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel : Et
exclamavit voce magnâ; Mundus ego sum à sanguine
47 hujus. Et conversus omnis populus ad eum, dixit;
48 Quis est iste sermo, quem tu locutus es? Qui cùm
stares in medio eorum, ait; Sic fatui filii Israel, non
judicantes, neque quod verum est cognoscentes, con-
49 demnâstis filiam Israel? Revertimini ad judicium,
50 quia falsum testimonium locuti sunt adversùs eam. Re-
versus est ergò populus cum festinatione, & dixerunt
ei senes; Veni, & sede in medio nostrûm, & indi-
ca nobis : quia tibi Deus dedit honorem senectutis.
51 Et dixit ad eos Daniel; Separate illos ab invicèm
procul, & dijudicabo eos.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

45 Καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέσθαι, (θ) ὁ Θεὸς ἐξήγειρε τὸ πνεῦμα
46 τὸ ἅγιον παιδαρίου νεωτέρου, ᾧ ὄνομα Δανιήλ. Καὶ ἐβόησε
47 φωνῇ μεγάλῃ, (ι) Ἀθῷος ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης. Ἐπέ-
στρεψε δὲ πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπαν, Τίς ὁ λόγος οὗτος,
48 ὃν σὺ λελάληκας; Ὁ δὲ στὰς ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Οὕτως μω-
ροὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ; οὐκ ἀνακρίναντες, οὐδὲ τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες,
49 κατεκρίνατε θυγατέρα Ἰσραήλ; Ἀναστρέψατε εἰς τὸ κριτήριον,
50 ψευδῆ γὰρ οὗτοι κατεμαρτύρησαν αὐτῆς. Καὶ ἀνέστρεψε πᾶς ὁ λαὸς
μετὰ σπουδῆς. καὶ εἶπαν αὐτῷ οἱ πρεσβύτεροι, Δεῦρο κάθισον ἐν μέσῳ
ἡμῶν, καὶ ἀνάγγειλον ἡμῖν, ὅτι (κ) σοὶ δέδωκεν ὁ Θεὸς τὸ
51 πρεσβεῖον. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς Δανιήλ, Διαχωρίσατε αὐτοὺς
ἀπ᾽ ἀλλήλων μακρὰν, καὶ ἀνακρινῶ αὐτούς.

MS. A. (θ) ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ (ι) Καθαρὸς ἐγὼ (κ) οὐ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὸ πρεσβυτέριον.

Cúmque duceretur ad mortem; suscitavit Deus 45
spiritum sanctum pueri junioris: cujus nomen
Daniel. Et exclamavit voce magnâ; Mundus 46
ego sum à sanguine hujus. Et conversus omnis 47
populus ad eum, dixit; Quis est iste sermo,
quem tu locutus es? Qui cum staret in medio 48
eorum, ait; Sic fatui filii Israel, non judican-
tes, neque quod manifestum est, cognoscentes, con-
demnâstis filiam Israel? Revertimini ad ju- 49
dicium: quia falsum testimonium locuti sunt
isti adversùs eam. Reversus est ergò omnis 50
populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes;
Veni, & sede in medio nostrûm, & indica nobis:
quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et 51
dixit ad eos Daniel; Separate illos ab invicèm
procul, & dijudicabo eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

45 [illegible]
46
47 [illegible]
48 [illegible]
[illegible]
49 [illegible]
50
[illegible]
51 [illegible]
[illegible]

Et excitavit Deus spiritum sanctum in 45
Daniele puero. Et clamavit voce magnâ, 46
dicens: Mundus sum à sanguine fœminæ
hujus. Et concurrens ad eum universus 47
populus dixit; Quisnam est sermo quem
dixisti? Et stans Daniel in medio po- 48
pulo dixit; Itáne stulti estis Israelitæ, nec
verè judicatis, nec præcepto manifesto
docetis, judicantes Israelem non in veri-
tate? Revertimini ad consessum. Hi enim 49
falsum testimonium dixerunt adversùm
hanc fœminam. Reverso itaque toto po- 50
pulo cum eo festinanter, dixerunt ei duo
isti Presbyteri; Veni, sede in medio no-
strûm, quia Deus dedit tibi Presbyterii
honorem. Dic nobis. Dixítque populo 51
Daniel; Separate hos ab invicèm, magno
interposito intervallo: Et ego ipsos ex-
aminabo.

Versio SYRIACA altera cum Interpretatione LATINA.

45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
50 [illegible]
[illegible]
[illegible]
51 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Cùm ducentes eam irent ut eam occide- 45
rent. Statímq; resedit spiritus sanctus in
Daniele duodecim annorum puero, Cla- 46
mavítque voce magnâ, dicens; Innocens
sum sanguinis fœminæ hujus, quia ipsa
innocens est hujus turpitudinis. Con- 47
versúsque populus totus ad Danielem,
dixit; Quodnam est verbum hoc quod
dixisti? Stans autem Daniel inter eos 48
prophetavit & dixit; Auscultate sermo-
nem Domini, & audite vocem Prophe-
tæ ejus, & nolite damnare innocentem
in recto judicio Domini. Judicate ve-
rum judicium, ne immittat in vos Domi-
nus furorem iræ suæ. Terribilis enim est
plaga ejus, nec ipsam ferre potestis.
Adeóne fatui estis Israelitæ, ut non judi-
cetis verùm judicium, sed illudatis justi-
tiæ? Quia ecce Israelitidem hanc da-
mnâstis, ferentibus in Susannam falsum
testimonium Archisynagogis istis. Et
miratus est omnis populus. Dixerúntque 50
Danieli Archisynagogi illi; Age, conside,
ut sciamus Deum dedisse tibi Presbyte-
rium. Et allatam ex Gazophylacio sellam
posuerunt Danieli ut sederet. Cœpítque
Daniel judices istos iniquos judicare:
Tunc Susannã vinculis solverunt. Dixítq; 51
Daniel, non de subsellio judicabo Susan-
nam, sed stans in pedibus. Dixítque Da-
niel toti cœtui; Separate mihi Presby-
teros istos, alterum ab altero, tunc ex-
aminabo eos, prout mihi dederit Domi-
nus, & ostendam, falsum ipsos per iniqui-
tatem de Susanna testatos esse.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

45 46 * وهي مساقة لتهلك * فاقام الله الروح القدس في حدث شاب اسمه دانيال * فصرخ
47 بصوت عظيم * طاهر انا من دم هذه * فرجع اليه كل الشعب وقالوا ما هي هذه
48 الكلمة التي تكلمت انت بها * فوقف في وسطهم وقال * هكذا انتم الجهال بنو اسرائيل
49 لم تفحصوا ولم تعرفوا بتحقيق * ودنتم ابنة اسرائيل * ارجعوا الي موضع القضاء * لان
50 هذين شهدا عليها زورا * فرجع كل الشعب بسرعة * فقال له الشيخان * تعال اجلس في
51 وسطنا * واخبرنا انك الذي اعطاك الله الشيخوخة * فقال لهم دانيال * افصلوهما بعضهما
من بعض بعيدا فاستفحصهما *

Cúmque duceretur ad interitum, susci- 45
tavit Deus spiritum sanctum in puero
quodam adolescente cui nomen erat
Daniel. Is exclamavit voce magnâ; 46
Mundus ego sum à sanguine istius. Un- 47
de conversus ad eum totus populus, dixe-
runt; Quid est hoc verbum quod tu lo-
cutus es? Tum ille stans in medio 48
eorum; Itáne, inquit, O stolidi Israeli-
tæ citra disquisitionem, & re non-
dum liquido constante condemnâstis
filiam Israelis? Revertimini ad locum 49
judicii, quoniam hi duo falsum in eam
testimonium dixerunt. Cùm itaque 50
totus populus properè reversus esset,
dixerunt ei duo illi senes; Adesto, as-
side inter nos, & nobis declara quomo-
do tu sis ille cui Deus contulit senectu-
tem. Tunc dixit illis Daniel; Alte- 51
rum ab altero procul separate, ut
conterer eos

Versio VULG. LAT.

52 Cùm ergò divisi essent alter ab altero, vocavit unum de
eis, & dixit ad eum; Inveterate dierum malorum, nunc
53 venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs; Judicans
judicia injusta, innocentes opprimens, & dimittens
noxios, dicente Domino; Innocentem & justum non
54 interficies. Nunc ergò si vidisti eam, dic sub qua ar-
bore videris eos colloquentes sibi. Qui ait; Sub
55 schino. Dixit autem Daniel; Rectè mentitus es in ca-
put tuum: Ecce enim Angelus Dei acceptâ sententiâ
56 ab eo, scindet te medium. Et, amoto eo, jussit venire
alium, & dixit ei; Semen Chanaan, & non Juda,
species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum:
57 Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loqueban-
tur vobis: sed filia Juda non sustinuit iniquita-
tem vestram.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

52 Ὡς δὲ διεχωρίσθησαν εἷς ἀπὸ τοῦ ἑνός, ἐκάλεσε τὸν ἕνα αὐτῶν, καὶ
εἶπε πρὸς αὐτὸν, Πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, νῦν ἥκασιν αἱ
53 ἁμαρτίαι σου, ἃς ἐποίεις τὸ πρότερον, Κρίνων κρίσεις ἀδίκους·
καὶ τοὺς μὲν ἀθῴους κατακρίνων, ἀπολύων δὲ τοὺς αἰτίους, λέγοντος
54 τοῦ (λ) Θεοῦ, Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. Νῦν οὖν ταύτην
εἴπερ εἶδες, εἰπὸν, ὑπὸ τί δένδρον (μ) εἶδες αὐτοὺς ὁμιλοῦντας ἀλ-
55 λήλοις; ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπὸ σχῖνον. Εἶπε δὲ Δανιὴλ, Ὀρθῶς
ἔψευσαι εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν· ἤδη γὰρ ἄγγελος (ν) φάσιν Θεοῦ
56 λαβὼν παρὰ τοῦ Θεοῦ, σχίσει σε μέσον. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν,
ἐκέλευσε προσαγαγεῖν τὸν ἕτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σπέρμα Χαναὰν,
καὶ οὐκ Ἰούδα, τὸ κάλλος ἐξηπάτησέ σε, καὶ (ξ) ἐπιθυμία διέστρεψε
57 τὴν καρδίαν σου. Οὕτως ἐποιεῖτε θυγατράσιν Ἰσραὴλ, (ο) καὶ
ἐκεῖναι φοβούμεναι ὡμίλουν ὑμῖν· ἀλλ' οὐ θυγάτηρ Ἰούδα ὑπέμεινε
τὴν ἀνομίαν ὑμῶν.

MS. A. (λ) κυρίου, (μ) κατέλαβες (ν) τοῦ Θεοῦ λαβὼν φάσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ, (ξ) ἡ ἐπιθυμία (ο) κἀκεῖναι

Cùmque divisi essent alter ab altero; vocavit 52
unum de eis, & dixit ad eum; Inveterate die-
rum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ
operabaris priùs, Judicans judicia injusta, & 53
innocentes condemnans, dimittens autem no-
xios: dicente Deo; Innocentem & justum non
interficies. Nunc igitur si vidisti eam: dic, sub 54
qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui
ait; Sub schino. Dixitque Daniel; Rectè men- 55
titus es in caput tuum. Ecce enim angelus Dei
acceptâ sententiâ à Deo, scindet te medium. Et 56
amoto eo jussit venire alium: & dixit ei; Se-
men Chanaan, & non Juda, species decepit te,
& concupiscentia subvertit cor tuum. Sic fa- 57
ciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loque-
bantur vobis. Sed non filia Juda sustinuit ini-
quitatem vestram.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

52 * ܟܕ ܕܝܢ ܦܪܫܘ ܐܢܘܢ ܚܕ ܡܢ ܚܕ. ܩܪܐ ܕܢܝܐܝܠ ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܘ ܕܒܝܘܡܬܐ
ܒܝܫܬܐ ܥܬܩܬ. ܗܫܐ ܐܬܘ ܒܟ ܚܛܗܝܟ ܕܥܒܕܬ ܟܕ ܡܥܩܡ ܐܢܬ ܕܝܢܐ. * ܕܐܢ ܐܢܬ ܠܙܟܝܐ ܘܫܪܐ 53
ܐܢܬ ܠܚܝܒܐ ܕܚܝܒܝܢ ܩܛܠܐ. ܡܪܝܐ ܕܝܢ ܙܕܝܩ ܘܙܟܝ. * ܗܫܐ ܐܫܬܥܐ ܠܢ ܥܠ ܗܕܐ ܐܢܬܬܐ. 54
ܡܢܐ ܚܙܝܬ. ܘܬܚܝܬ ܐܝܢܐ ܐܝܠܢܐ ܚܙܝܬ ܗܠܝܢ ܕܡܬܡܠܠܢ: * ܘܐܡܪ ܬܚܝܬ ܐܝܠܢܐ 55
ܕܒܠܘܛܐ. ܘܐܡܪ ܕܢܝܐܝܠ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܬܪܝܨܐ ܐܙܠܐ ܕܓܠܘܬܟ ܠܪܫܟ. ܡܠܐܟܗ ܓܝܪ ܕܡܪܝܐ.
ܕܝܢܐ ܕܚܟܝܡ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܕܬܬܦܠܓ ܡܢ ܡܨܥܬܟ ܘܬܫܬܕܐ ܠܚܕ ܓܒܐ.
56 * ܘܐܡܪ ܕܢܩܪܒܘܢ ܠܗ ܠܩܫܝܫܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܢܝܐܝܠ. ܐܘ ܙܪܥܐ ܟܢܥܢܝܐ ܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ
57 ܫܘܦܪܐ ܕܦܐܝܘܬܐ ܓܪܓܟ. ܘܪܓܬܐ ܒܝܫܬܐ ܐܗܦܟܬ ܠܒܟ. * ܗܟܢܐ ܥܒܕܬܘܢ ܠܒܢܬܗ
ܕܐܝܣܪܝܠ. ܗܠܝܢ ܕܙܥܝܢ ܗܘܝ ܘܡܬܓܪܓܢ ܠܟܘܢ: ܐܠܐ ܒܪܬ ܝܗܘܕܐ ܠܐ ܣܝܒܪܬ ܠܟܘܢ.

Cúmque alterum ab altero sejunxissent, 52
appellans Daniel alterum eorum dixit ei;
O qui diebus malis insenuisti, nunc ve-
nerunt in te peccata tua quæ perversè ju-
dicando fecisti; Condemnans innocen- 53
tes & solvens damnandos morte dignos.
Dominus autem justus est & innocens.
Nunc, narra nobis, de hac fœminâ, quid 54
vidisti, & sub qua arbore vidisti quæ
dicta sunt? Et dixit; Sub arbore quercûs.
Dixit autem Daniel; Revera rectâ per- 55
git mendacium tuum in caput tuum; An-
gelus enim Domini judicium sapiens à
Deo deducit, ut per medium fissus in al-
teram partem projiciaris. Jussítque ad- 56
duci ad se alterum Presbyterum: Dixítq;
ei Daniel; O semen Canaaniticum, non
Judaicum, formæ pulchræ irritârunt te, &
concupiscentia mala pervertit cor tuum.
Sic fecistis Israelitidibus, quæ commove- 57
runt vos & provocârunt: sed Judæa vos
non tulit.

Versio SYRIACA altera cum Interpretatione LATINA.

52 * ܘܦܪܫܬ ܐܢܘܢ ܟܢܘܫܬܐ ܚܕ ܡܢ ܚܕ ܘܩܪܐ ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗ. ܓܒܪܐ ܐܢܬ
ܕܒܝܘܡܬܐ ܒܝܫܬܐ ܥܬܩܬ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܩܪܒܘ ܚܛܗܝܟ. ܗܠܝܢ ܕܥܒܕ ܗܘܝܬ ܡܢ ܩܕܡ
53 ܟܕ ܕܐܢ ܗܘܝܬ ܕܝܢܐ ܕܥܘܠܐ: * ܟܕ ܡܚܝܒ ܗܘܝܬ ܠܙܕܝܩܐ ܘܡܘܒܕ ܗܘܝܬ ܠܡܟܝܟܐ:
54 ܘܡܙܟܐ ܗܘܝܬ ܠܚܝܒܐ. * ܗܫܐ ܗܟܝܠ ܐܡܪ ܠܝ ܗܕܐ: ܩܕܡ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ ܗܢܐ.
ܬܚܝܬ ܐܝܢܐ ܐܝܠܢܐ ܚܙܝܬ ܗܘܝܬ ܠܗ̇ ܟܕ ܫܟܝܒܐ ܥܡ ܗܢܐ ܥܠܝܡܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܩܫܝܫܐ ܬܚܝܬ ܒܛܡܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ
55 ܕܢܝܐܝܠ. ܗܕܐ ܗܟܝܠ ܕܥ ܕܐܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܓܠܬ. ܠܪܫܟ ܣܠܩܐ. * ܡܠܐܟܐ ܓܝܪ ܗܘ
ܕܡܪܝܐ ܟܕ ܢܣܒ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ: ܡܢ ܩܘܪܢܐ ܠܩܘܪܢܐ ܡܨܠܚ ܠܟ
56 ܗܘ: * ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܩܪܐ ܠܚܒܪܗ ܐܚܪܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ: ܙܪܥܐ ܟܢܥܢܝܐ ܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ:
ܫܘܦܪܗ ܕܗܕܐ ܫܥܒܕܟ: ܘܪܓܬܗ ܗܦܟܬ ܠܒܟ: * ܗܟܢܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܝܬܘܢ
57 ܠܒܢܬܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܟܕ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢ ܗܘܝ ܠܟܘܢ.

Et separavit eos cœtus alterum ab al- 52
tero: Et vocavit alterum eorum, & dixit
ei; O homo qui diebus malis insenuisti,
nunc utique appropinquârunt peccata
tua quæ olim fecisti, ferendo sententias
iniquas; Condemnans justos, & perdens 53
humiles, & sontes absolvens. Nunc igi- 54
tur, dic mihi hoc coram toto cœtu isto;
Sub quanâ arbore vidisti hanc cum ado-
lescente isto concumbentem? dixit ei
presbyter, Sub pistacio. Dixit ei Daniel; 55
Hoc igitur scito, quod certò si mentitus
es, in caput tuum ascendet. Angelus enim
Domini, accepto à Deo mandato, ab ex-
tremo te in extremum diffissurus est.
Postea vocavit alterum socium ejus, & 56
dixit ei; Semen Canaaniticum, non Judai-
cum, forma hujus subjugavit te, & cu-
pido ejus pervertit cor tuum: Sic facie- 57
batis Israelitidibus, cum non obseque-
rentur vobis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

52 * فلما انفصلا واحد من واحد * دعا احدهما وقال له * يا متعتق الايام الرديه * الان بانت
53 خطاياك التي انت صنعتها في الاول * اذ حكمت حكومات ظالمة * اما البريون
54 فتدينهم * واما المذنبين فتسرحهم * اذ الله يقول بريا وصديقا لا تقتل * والان ان كنت
رايت هذه قل تحت اي شجرة رايتهما يتحدثان بعضهما مع بعض * فقال * تحت شجرة
55 سماق * فقال دانيال * باستقامة كذبت على راسك * لان ملاك الرب قد اخذ اذنا من
56 قبل الله ليشقك من وسطك * وابعده * وامر ان يقدموا له الاخر * فقال له يا زرع كنعان
57 وليس يهودا * الحسن خدعك * والشهوة اعكست قلبك * هكذا صنعتم ببنات اسرائيل
واوليك خايفات ان يتكلمن معكم * فهذه بنات يهودا لم تصبر لاثمكما

Cùmque separati fuissent alter ab altero, 52
advocavit alterum eorum, & dixit ei;
O inveterate in diebus malignis, nunc
produnt se peccata tua quæ antehac per-
petrabas, Cùm sententias injustas de- 53
cerneres, & insontes quidem condemna-
res, sontes verò absolveres, cùm Deus
dicat; Insontem & justum ne interfi-
cias. Jam ergò, siquidem hanc vidisti, 54
dic sub qua arbore vidisti eos colloquen-
tes alterum cum altera? Qui dixit, Sub
arbore Summac (quam Græci Rhus
vocant.) *Dixit Daniel, Rectè menti-* 55
tus es in tuum ipsius caput: nam An-
gelus Domini jam obtinuit permissum à
Deo dissecandi te medium. Eo amoto, 56
jussit ut adducerent ad se alterum; cui
dixit, O semen Chanaanis, ac non Judæ,
pulchritudo te decepit, & libido animum
tuum pervertit: Sic faciebatis filiabus 57
Israelis, & illæ metuebant alloqui vos:
hæ filiæ Judæ non sustinent iniqui-
tatem vestram.

Versio VULG. LAT.

58 Nunc ergò dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos
59 loquentes sibi. Qui ait; Sub prino. Dixit autem ei
Daniel; Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim
Angelus Domini, gladium habens, ut secet te medium, &
60 interficiat vos. Exclamavit itaque omnis cœtus voce
magnâ, & benedixerunt Deum, qui salvat sperantes in se.
61 Et consurrexerunt adversùs duos presbyteros, (convicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium,) fecerúntque eis sicut malè egerant adversùs proxi-
62 mum, Ut facerent secundùm legem Moysi: & interfecerunt eos, & salvatus est sanguis innoxius in die illa.
63 Helcias autem & uxor ejus laudaverunt Deum pro filia sua Susanna, cum Joakim marito ejus, & cognatis omni-
64 bus, quia non esset inventa in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deincéps.

34 εῖλε τοὺς οἴκους αὐτῆς καὶ τὰ τείχη αὐτῆς κύκλῳ. Καὶ (ε) ᾐχμαλώτευσαν
35 τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰ κτήνη ἐκληρονόμησαν. Καὶ ᾠκοδόμησαν τὴν πόλιν Δαυὶδ τείχει μεγάλῳ καὶ (ϛ) ἰσχυρῷ, πύργοις ὀχυροῖς,
36 καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ἄκραν. Καὶ ἔθηκαν ἐκεῖ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, ἄνδρας παρανόμους, καὶ ἐνίσχυσαν ἐν αὐτῇ. Καὶ παρέθεντο ὅπλα καὶ
37 (ϵ) τροφὰς, καὶ συναγαγόντες τὰ σκῦλα Ἱερουσαλὴμ, Ἀπέθεντο ἐκεῖ· καὶ (ζ) ἐγένοντο εἰς μεγάλην παγίδα.

MS. A. (ρ) ὄχλῳ (σ) καὶ ἐλέφασιν (τ) τὸν βασιλέα (υ) ἔπεσαν (φ) τεσσαρακοστῷ (χ) Ἱεροσόλυμα (ψ) ἐποίησαν (ω) ἐλάλησαν (α) καθημένη (β) Μετὰ δύο (γ) φορολογίας (δ) ἐπίστευσαν, (ε) ᾐχμαλώτευσαν (ϛ) ὀχυρῷ, (ϵ) τροφὴν, (ζ) ἐγένετο

Interp. LAT.

Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi, 18 in curribus, & elephantis, & equitibus, & in classe magna. Et (c) constituit bellum adversus 19 Ptolemæum regem Ægypti: & veritus est Ptolemæus à facie ejus, & fugit: & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehenderunt civitates 20 munitas in terra Ægypti: & accepit spolia terræ Ægypti. Et convertit Antiochus, postquàm per- 21 cussit Ægyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno. Et ascendit ad Israel, Et (d) ascen- 22 dit in Hierusalem in multitudine gravi. Et 23 (e) intravit in sanctificationem cum superbia: & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & universa vasa ejus, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum, & 24 aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos, quos invenit. Et sublatis omnibus abiit in terram suam. Et fecit cædem 25 hominum: & locutus est superbiam magnam. Et factus est planctus magnus in Israel in omni 26 loco eorum. Et ingemuerunt principes, & se- 27 niores: virgines & juvenes infirmati sunt: & speciositas mulierum immutata est. Omnis spon- 28 sus sumpsit lamentum: & quæ sedebat in toro maritali, lugebat. Et commota est terra super 29 habitantes in ea: & universa domus Jacob induit confusionem. Et post duos annos dierum 30 misit rex principem tributorum in civitates Juda: & venit Hierusalem cum turba magna: Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & 31 crediderunt ei. Et irruit super civitatem re- 32 pentè: & percussit eam plagâ magnâ: & perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia 33 civitatis, & succendit eam igni, et destruxit domos ejus, et muros ejus in circuitu. Et capti- 34 vas fecerunt mulieres, et natos: et pecora possederunt. Et ædificaverunt civitatem David 35 muro magno, et firmo, turribus firmis: et facta est illis in arcem. Et posuerunt illîc gentem pec- 36 catricem, viros iniquos: et convaluerunt in ea. Et posuerunt arma, et escas; et congregaverunt spolia Hierusalem, Et reposuerunt illic. Et facti 37 sunt in laqueum magnum:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]

* Itaque ingressus est Antiochus in Ægyptum 18 cum exercitu potenti & magno, cum curribus, elephantis, equitibus, fastúque maximo: Commissâque pugnâ cum Ptolomæo 19 rege Ægypti, victus est Ptolomæus ante illum; & fugerunt, atque ceciderunt confossi multi. Et occupaverunt urbes munitas 20 Ægypti, & acceperunt spolia terræ Ægypti. Reversus Antiochus postquàm percussit Æ- 21 gyptum anno centesimo quadragesimo tertio, Ascendit etiam contra Israëlem; & 22 perveniens Jerosolymam potenti cum exercitu, Ingressus est sanctuarium cum inso- 23 lentia, abstulítque altare aureum, candelabrum luminis, cum omnibus instrumentis fabricæ ejus, mensam panis faciei, libatoria, phialas, instrumenta sacrificiorum & oblationum aurea, faciem portæ, coronas, omné denique ornatum aureum qui erat in parietibus templi; totúmque opus decrustavit: Abstulit quoque aurum & argentum, omni- 24 áque vasa exquisita: abstulit thesauros reconditos quos invenit: omnia demum abstulit Antiochus, rediítque in terram suam. * Exercuit cædem magnam, & locutus est ma- 25 gna cum insolentia. Fuítque planctus magnus 26 in Israële, in omnibus habitationibus eorum: Et gemuerunt principes; & senes, 27 juvenes, ac virgines infirmati sunt: & immutata est pulchritudo mulierum. Omnis 28 sponsus assumpsit sibi luctum; & quæ sedebat intra thalamum, luxit. Commota est 29 terra super habitatores suos; & tota domus Jacobi induerunt pudorem. Post duos au- 30 tem annos misit rex Antiochus exactorem tributorum in terram Judææ; qui veniens Jerusalem cum exercitu potenti & magno, Locutus est verbis pacificis dolosé: & cre- 31 diderunt ei. Ipse verò irruit in urbem re- 32 pentè, percussítque eam cæde magnâ, peremit populum numerosum ex Israëlitis, Ac- 33 cepit spolia urbis, succendit eam igni, destruxit domos, & murum ejus per circuitum, Captivos duxit mulieres, & filios eorum, & 34 jumenta eorum & acquisiêrunt ex eis possessionem. Posteà ædificaverunt urbem Da- 35 vidis muro magno ac munito, & turribus fortissimis, fuitque eis pro munitione: Et collocaverunt in ea gentem peccatricem, 36 homines iniquos, qui se confirmaverunt in ea: Et comportaverunt in eam arma lan- 37 ceásque: & congregaverunt cuncta spolia Jerosolymorum, & posuerunt illic; fuítque laqueo magno:

Versio VULG. LAT.

38 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in
39 diabolum malum in Israel : Et effuderunt sangui-
nem innocentem per circuitum sanctificationis, &
40 contaminaverunt sanctificationem. Et fugerunt ha-
bitatores Jerusalem propter eos, & facta est habita-
tio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati
41 ejus reliquerunt eam. Sanctificatio ejus desolata est
sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum,
sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum.
42 Secundùm gloriam ejus multiplicata est ignominia
43 ejus : & sublimitas ejus conversa est in luctum. Et
scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis
populus, unus : & relinqueret unusquisque legem
44 suam. Et consenserunt omnes Gentes secundùm
45 verbum regis Antiochi ? Et multi ex Israel consen-
serunt servituti ejus, & sacrificaverunt idolis, & co-
46 inquinaverunt sabbatum. Et misit Rex libros per
manus nuntiorum in Jerusalem, & in omnes civitates
47 Juda : ut sequerentur leges Gentium terræ : Et pro-
hiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fie-
48 ri in templo Dei : Et prohiberent celebrari sabba-
49 tum, & dies solennes : Et jussit coinquinari sancta,
50 & sanctum populum Israel. Et jussit ædificari aras,
& templa, & idola, & immolari carnes suillas, &
51 pecora communia, Et relinquere filios suos incir-
cumcisos, & coinquinari animas eorum in omnibus
immundis, & abominationibus, ita ut oblivisceren-
tur legem, & immutarent omnes justificationes Dei.
52 Et quicunque non fecissent secundùm verbum re-
53 gis Antiochi, morerentur. Secundùm omnia ver-
ba hæc scripsit omni regno suo : & præposuit prin-
54 cipes populo, qui hæc fieri cogerent. Et jusserunt
55 civitatibus Juda sacrificare. Et congregati sunt mul-
ti de populo, ad eos qui dereliquerant legem Domi-
56 ni : & fecerunt mala super terram : Et effugave-
runt populum Israel in abditis, & in absconditis fugi-
57 tivorum locis. Die quintadecimâ mensis Casleu, quin-
to & quadragesimo & centesimo anno, ædificavit rex
Antiochus abominandum idolum desolationis super
altare Dei, & per universas civitates Juda in circuitu
58 ædificaverunt aras : Et ante januas domorum, & in
59 plateis incendebant thura, & sacrificabant : Et li-
bros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos :

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

38 Καὶ ἐγένετο εἰς ἔνεδρον τῷ ἁγιάσματι, ϗ εἰς διάβολον πονηρὸν
39 τῷ Ἰσραὴλ διαπαντός. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον κύκλῳ τοῦ ἁγιά-
40 σματος, ϗ ἐμόλυναν τὸ ἁγίασμα. Καὶ ἔφυγον οἱ κάτοικοι Ἱερου-
σαλὴμ δι' αὐτοὺς, ϗ ἐγένετο κατοικία ἀλλοτρίων· ϗ ἐγένετο ἀλλο-
τρία τοῖς (ζ) γενήμασιν αὐτῆς, ϗ τὰ τέκνα αὐτῆς ἐγκατέλιπον
41 αὐτήν. Τὸ ἁγίασμα αὐτῆς ἠρημώθη ὡς ἔρημος, αἱ ἑορταὶ αὐτῆς
ἐστράφησαν εἰς πένθος, τὰ σάββατα αὐτῆς εἰς ὀνειδισμὸν, (η) ἡ
42 τιμὴ αὐτῆς εἰς ἐξουδένωσιν. Κατὰ τὴν δόξαν αὐτῆς ἐπληθύνθη (θ)
43 ἡ ἀτιμία αὐτῆς, ϗ τὸ ὕψος αὐτῆς ἐστράφη εἰς πένθος. Καὶ ἔγρα-
ψεν ὁ βασιλεὺς (ι) Ἀντίοχος πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάντας
44 (κ) λαὸν ἕνα, καὶ ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστον τὰ νόμιμα αὐτοῦ. Καὶ
45 (λ) ἐπεδέξατο πάντα τὰ ἔθνη κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Καὶ
πολλοὶ ἀπὸ Ἰσραὴλ (λ) εὐδόκησαν τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, ϗ ἔθυσαν
46 τοῖς εἰδώλοις, ϗ ἐβεβήλωσαν τὸ (μ) σάββατον. Καὶ ἀπέστειλεν
ὁ βασιλεὺς βιβλία ἐν χειρὶ ἀγγέλων εἰς Ἱερουσαλὴμ ϗ τὰς πόλεις
47 Ἰούδα, πορευθῆναι ὀπίσω νομίμων ἀλλοτρίων τῆς γῆς, Καὶ
48 κωλῦσαι ὁλοκαυτώματα ϗ (ν) θυσίαν ϗ σπονδὴν ἐκ τοῦ ἁγιάσματος,
49 Καὶ βεβηλῶσαι σάββατα ϗ ἑορτὰς, Καὶ μιᾶναι ἁγίασμα ϗ ἁγίους,
50 (ξ) Οἰκοδομῆσαι βωμοὺς, ϗ τεμένη, ϗ (ξ) εἰδωλεῖα, ϗ θύειν ὕεια,
51 ϗ κτήνη κοινὰ, Καὶ ἀφιέναι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἀπεριτμήτους, βδε-
λύξαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ ϗ (ο) βεβηλώσει,
ὥστε ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου, ϗ ἀλλάξαι πάντα τὰ δικαιώματα.
52 Καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως, ἀποθανεῖται. Κατὰ
53 πάντας τοὺς λόγους τούτους ἔγραψε (π) πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ϗ ἐποί-
54 ησεν ἐπισκόπους ἐπὶ πάντα τὸν λαόν. Καὶ ἐνετείλατο ταῖς πόλεσιν Ἰούδα
55 θυσιάζειν κατὰ πόλιν ϗ πόλιν. Καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ τοῦ λαοῦ
πρὸς αὐτοὺς πολλοὶ, πᾶς ὁ ἐγκαταλιπὼν τὸν νόμον· ϗ ἐποίησαν
56 κακὰ ἐν τῇ γῇ, Καὶ ἔθεντο τὸν Ἰσραὴλ ἐν (ρ) κρύφοις ἐν παντὶ
57 φυγαδευτηρίῳ αὐτῶν. Καὶ (σ) τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ Χασελεῦ,
τῷ πέμπτῳ ϗ (τ) τεσσαρακοστῷ ϗ ἑκατοστῷ ἔτει ᾠκοδόμησε βδέ-
λυγμα ἐρημώσεως ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ϗ ἐν πόλεσιν Ἰούδα κύκλῳ
58 ᾠκοδόμησαν βωμούς. Καὶ ἐπὶ τῶν (υ) θυρῶν τῶν οἰκιῶν, ϗ ἐν ταῖς πλα-
59 τείαις ἐθυμίων. Καὶ τὰ βιβλία τοῦ νόμου ἃ εὗρον, ἐνεπύρισε πυρὶ
κατασχίσαντες.

MS. A. (ζ) γενήμασιν (η) τιμὴ αὐτῆς εἰς ἐξουθένωσιν. (θ) ἀτι-
μασμὸς (ι) πάσῃ τῇ (κ) εἰς λαὸν (λ) ἐπεδέξαντο (λ) ηὐδόκησε (μ) ἁγίασμα.
(ν) θυσίας (ξ) Ὠκοδομῆσαι (ξ) εἴδωλα, (ο) βεβηλῶσαι, (π) τῇ βασιλείᾳ
(ρ) κρυφίοις (σ) πεντεκαιδεκάτῃ (τ) τεσσαρακοστῷ ἔτει (υ) θυειδῶν

Interp. LAT.

Et factum est hoc ad insidias sanctificationis, 38
& in diabolum malum Israeli, semper. Et effu- 39
derunt sanguinem innocentem per circuitum san-
ctificationis : & contaminaverunt sanctifica-
tionem. Et fugerunt habitatores Hierusalem 40
propter eos : & facta est habitatio exterorum :
& facta est extera geniminibus suis : & nati
ejus reliquerunt eam. Sanctificatio ejus de- 41
solata est, sicut solitudo : dies festi ejus conversi
sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium,
honor ejus in nihilum. Secundùm gloriam ejus 42
multiplicata est ignominia ejus : & sublimitas
ejus conversa est in luctum. Et scripsit rex 43
Antiochus omni regno suo, ut essent omnes po-
pulus unus, & relinqueret unu quisque leges
suas. Et consenserunt omnes gentes secundum 44
verbum regis. Et multi ex Israel consenserunt 45
religioni ejus, & sacrificaverunt idolis, &
coinquinaverunt sabbatum. Et misit rex libros 46
per manum nuntiorum in Hierusalem, & civi-
tates Juda, ut sequerentur leges exterorum ter-
ræ : Et prohiberent holocausta, & sacrificium, 47
& libationem ex sanctificatione : Et coinqui- 48
narent sabbata, & dies solennes, Et pollue- 49
rent sanctificationem, & sanctos : Ædifica- 50
rent aras, & (f) templa, & idolia, & immo-
larent suilla, & pecora communia : Et relin- 51
querent filios suos incircumcisos, coinquinarent
animas eorum in omni immunditia, & abomi-
natione ; ita ut obliviscerentur legem, & im-
mutarent omnes justificationes. Et quicunque 52
non fecerit secundùm verbum regis ; morietur.
Secundùm omnia verba hæc scripsit omni regno 53
suo : & fecit (g) visitatores super omnem popu-
lum. Et jussit civitatibus Juda sacrificare per 54
civitatē, & civitatē. Et congregati sunt de popu- 55
lo ad eos multi, omnis qui dereliquerat legem, &
fecerant mala super terram. Et posuerunt Israel in 56
abditis in omni confugio eorum. Et die quintade- 57
cimâ Casleu, quinto & quadragesimo & * cente-
simo anno, ædificaverunt abominationem desola-
tionis super altare : & in civitatibus Juda in
circuitu ædificaverunt aras : Et ante januas 58
domorum, & in plateis incendebant thura. Et 59
libros legis, quos invenerunt, combusserunt igni,
scindentes eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
[illegible]
[illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
[illegible]
[illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
[illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
[illegible]

* Fuit enim obici Sanctuario, & scandalo at- 38
que offendiculis perniciosis Israeli, omni
tempore. Effuderunt sanguinem innoxium 39
circa Sanctuarium, & polluerunt ipsum San
ctuarium. Itaque fugerunt causâ istorum 40
incolæ Jerusalem; & facta est habitatio ex-
terorum, fuitque extera natis suis, & filii
ejus dereliquerunt eam. Sanctuarium de- 41
solatum est veluti desertum, solennitates
ejus versæ sunt in luctum, sabbatha ejus in
probrum, & honor ejus in ignominiam.
Quanta fuerat gloria ejus, tantùm crevit 42
ignominia ejus, & celsitudo ejus versa est
in humilitatem. Cùm autem scripsisset rex 43
Antiochus toti regno suo, ut coalescerent
omnes in populum unum, & derelinqueret
quisque ritus suos; Consenserunt omnes 44
gentes facere juxta verbum regis. Et mul- 45
ti ex Israëlitis libenter se subdiderunt ob-
sequio ejus, sacrificaverunt idolis ejus, &
profanaverunt sabbathum. Misit etiam 46
rex Antiochus per nuntios suos in Jerusa-
lem, & in civitates Judæ, ut sequerentur
ritus alienos terræ : Et ut interdiceren- 47
tur sacrificia, libamina, & oblationes in San-
ctuario : Ut profanarentur sabbatha, & 48
dies festi : Sanctuarium & Sanctum pol- 49
luerentur : Altaria & ædes idolorum ex- 50
truerentur : erigerentur simulachra, sues &
animantia immunda mactarentur : Ut di- 51
mitterent filios suos incircuncisos, & con-
taminarent seipsos omnigenis immundi-
tiis : ita demum profanaret eos, ut obli-
viscerentur legis, & immutarent omnia
statuta. Quisquis autem non faceret secun- 52
dùm verbum regis, moreretur. In hanc sen- 53
tentiam scripsit toti regno suo, & præfecit
inspectores toti populo. Jussit etiam urbibus 54
Judæorum, ut sacrificarent in singulis urbi-
bus. Ita congregati sunt ad eos multi ex po- 55
pulo, quicunque legem deseruerant, & fe-
cerunt mala multa in terra : Ponentes Is- 56
raëlem in abditis, in omni loco perfugii eo-
rum. Decimâ quintâ mensis Kanun prio- 57
ris, anno centesimo quadragesimo quinto,
ædificaverunt abominationem desolationis
super altare in urbe Judæ, & ædificaverunt
aras circa illud : Et ad ostia domorum & 58
in plateis sacrificabant. Libros legis 59
quos invenerunt, laceraverunt, & igne com-
busserunt.

Versio VULG. LAT.

60 Et apud quemcunque inveniebantur libri testamenti Domini, & quicunque observabat legem Domini,
61 secundùm edictum regis trucidabant eum. In virtute sua faciebant hæc populo Israel, qui inveniebatur
62 in omni mense & mense in civitatibus. Et quintâ & vigesimâ die mensis sacrificabant super aram, quæ
63 erat contra altare. Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos, trucidabantur secundùm jussum re-
64 gis Antiochi, Et suspendebant pueros à cervicibus per universas domos eorum: & eos, qui circumcide-
65 rant illos, trucidabant. Et multi de populo Israel definierunt apud se, ut non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari im-
66 mundis: Et noluerunt infringere legem Dei san-
67 ctam, & trucidati sunt: Et facta est ira magna super populum valdé.

CAP. II.

1 In diebus illlis surrexit Mathathias filius Joannis, filii Simeonis, sacerdos ex filiis Joarib ab Jerusalem, &
2 concedit in monte Modin: Et habebat filios quin-
3 que, Joannem qui cognominabatur Gaddis: Et Si-
4 monem, qui cognominabatur Thasi: Et Judam qui
5 vocabatur Machabæus: Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Jonathan, qui cognomina-
6 batur Apphus. Hi viderunt mala, quæ fiebant in po-
7 pulo Juda, & in Jerusalem. Et dixit Mathathias; Væ mihi, ut quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem civitatis sanctæ, & sedere illic,
8 cùm datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum ejus sicut homo
9 ignobilis. Vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: trucidati sunt senes ejus in plateis, & juvenes ejus ceci-
10 derunt in gladio inimicorum, Quæ gens non hæredi-
11 tavit regnum ejus, & non obtinuit spolia ejus? Omnis compositio ejus ablata est. Quæ erat libera facta est
12 ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinaverunt ea
13 Gentes. Quò ergò nobis adhuc vivere? Et scidit ve-
14 stimenta sua Mathathias, & filii ejus: & operuerunt se
15 ciliciis, & planxerunt valdé. Et venerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, ut cogerent eos, qui confugerant in civitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

60 Καὶ ὅτῳ εὑρίσκετο παρά τινι βιβλίον διαθήκης, καὶ εἴ τις συνευδόκει τῷ νόμῳ, τὸ σύγκριμα τοῦ βασιλέως ἐθανάτου αὐτόν.
61 Ἐν ἰσχύϊ αὐτοῦ ἐποίουν οὕτως τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὑρισκομένοις ἐν
62 παντὶ μηνὶ καὶ μηνὶ ἐν ταῖς πόλεσι. Καὶ τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι
63 τοῦ μηνὸς θυσιάζοντες ἐπὶ τὸν βωμὸν ὃς ἦν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ τὰς γυναῖκας τὰς περιτετμηκυίας τὰ τέκνα αὐτῶν, ἐθανάτωσαν κατὰ
64 τὸ πρόσταγμα. Καὶ ἐκρέμασαν τὰ βρέφη ἐκ τῶν τραχήλων αὐτῶν, καὶ τοὺς (χ) οἴκους αὐτῶν προνομεύσαντες, καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐτοὺς
65 ἐθανάτωσαν. Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ἐκραταιώθησαν καὶ ὠχυρώθησαν
66 ἐν ἑαυτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά. καὶ ἐπελέξαντο ἀποθανεῖν,
67 ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασι, Καὶ μὴ (a) βεβηλώσωσι διαθήκην ἁγίαν· καὶ ἀπέθανον. Καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα.
MS. A. (a) οὕτω (φ) πέμπτῃ (χ) οἰκείους αὐτῶν, καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐτούς. Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ* ἐκρεμάσθησαν, καὶ ὀχυρώθησαν (ψ) αὐτοῖς (a) βεβηλώσουσιν

ΚΕΦ. β'.

1 Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀνέστη Ματταθίας Ἰωάννου τοῦ Συμεὼν, ἱερεὺς τῶν υἱῶν (a) Ἰωαρὶβ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκάθισεν ἐν (b) Μωδεΐν.
2 Καὶ αὐτῷ υἱοὶ πέντε, (β) Ἰωάννης ὁ ἐπικαλούμενος (γ) Καδδὶς,
3 Σίμων ὁ καλούμενος (δ) Θασσὶ Ἰούδας ὁ (ε) ἐπικαλούμενος Μακκα-
4 βαῖος. Ἐλεάζαρ ὁ (ε) ἐπικαλούμενος Αὐαρὰν, (ζ) Ἰωνάθαν ὁ ἐπι-
5 καλούμενος Ἀπφοῦς. Καὶ εἶδε τὰς βλασφημίας τὰς γινομένας
6 ἐν Ἰούδα καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ εἶπεν, (η) Οἴμοι, ἱνατί τοῦτο
7 (a) ἐγεννήθην ἰδεῖν (θ) τὸ σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὸ σύντριμμα τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ καθίσαι ἐκεῖ ἐν τῷ δοθῆναι αὐτὴν ἐν χειρὶ
8 ἐχθρῶν, (ι) Καὶ τὸ ἁγίασμα ἐν χειρὶ ἀλλοτρίων; ἐγένετο ὁ ναὸς
9 αὐτῆς ὡς ἀνὴρ (κ) ἄδοξος, Τὰ σκεύη τῆς δόξης (λ) αὐτῆς αἰχμάλωτα ἀπήχθη, ἀπεκτάνθη τὰ νήπια αὐτῆς ἐν ταῖς πλατείαις (μ),
10 οἱ νεανίσκοι αὐτῆς ἐν ῥομφαίᾳ ἐχθροῦ. Ποῖον ἔθνος οὐκ ἐκληρονόμησε (ν) βασιλείαν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐκράτησε τῶν σκύλων αὐτῆς;
11 Πᾶς ὁ κόσμος αὐτῆς ἀφῃρέθη, ἀντὶ ἐλευθέρας (ξ) ἐγένετο εἰς
12 δούλην. Καὶ ἰδοὺ τὰ ἅγια ἡμῶν καὶ ἡ καλλονὴ ἡμῶν καὶ ἡ δόξα
13 ἡμῶν ἠρημώθη, καὶ ἐβεβήλωσαν αὐτὰ (ο) τὰ ἔθνη. Ἱνατί
14 ἡμῖν ἔτι ζῆν; Καὶ διέῤῥηξε Ματταθίας καὶ (ϛ) υἱοὶ αὐτοῦ τὰ ἱμάτια
15 αὐτῶν, καὶ περιεβάλοντο σάκκους, καὶ ἐπένθησαν σφόδρα. Καὶ ἦλθον οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ καταναγκάζοντες τὴν ἀποστασίαν, εἰς (π) Μωδεῒν τὴν πόλιν, ἵνα θυσιάσωσι.
MS. A. (a) Ἰωαρεὶμ, (b) Μωδεΐ. (β) Ἰωάννης (γ) Γαδδὶς, (δ) Θαρσὶς, (ε) καλούμενος (ε) καλούμενος (ζ) Ἰωνάθας ὁ καλούμενος Σαφφοῦς. (η) Οἴμμοι, (a) ἐγεννήθην (θ) τὰ συντρίμματα (ι) Τὸ ἁγίασμα (κ) ἔνδοξος, (λ) αἰχμάλωτα (μ) αὐτῆς, (ν) βασιλείαν, καὶ (ξ) ἐγεννήθη (ο) ἔθνη. (ϛ) οἱ υἱοὶ (π) Μωδεΐν

Interp. LAT.

Et apud quemcunque inveniebatur liber testamenti, & si quis consentiebat legi; edictum regis (h) occidebat illum. In virtute sua faciebant sic Israeli, his, qui inveniebantur in omni mense, & mense in civitatibus. Et quintâ & vigesimâ mensis sacrificabant super aram quæ erat (i) super altare. Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos, trucidabant juxta edictum: Et suspendebant pueros à cervicibus ipsorum, & domos eorum diripiebant; & eos, qui circumciderant illos, trucidabant. Et multi in Israel confirmârunt se, & munierunt in seipsis, ut non manducarent communia. Et elegerunt magis mori, ut non coinquinarentur cibis, Et non polluerent testamentum sanctum Et mortui sunt: Et facta est ira magna super Israel valde. 60 61 62 63 64 65 66 67

CAP. II.

In diebus illis surrexit Mattathias, filius Joannis, filii Symeonis, sacerdos ex filiis Joarib ab Jerusalem: & consedit in Modin. Et habebat filios quinque: Joannem, qui cognominabatur Caddis; Simonem, qui vocabatur Thassi; Judam, qui cognominabatur Maccabæus, Eleazarum, qui cognominabatur Auaran; Jonathan, qui cognominabatur Apphus. Et vidit blasphemias, quæ fiebant in Juda, & in Hierusalem, Et dixit; Væ mihi: ut quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem civitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manu inimicorum, Et Sanctuarium in manu extraneorum? Factum est templum ejus, sicut homo ignobilis: Vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: trucidati sunt infantes ejus in plateis; juvenes ejus in gladio inimici. Quæ gens non hæreditavit regnum ejus, & non obtinuit spolia ejus? Omnis compositio ejus ablata est: quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, et claritas nostra desolata est: & coinquinaverunt ea gentes. Quò ergò nobis adhuc vivere? Et scidit vestimenta sua Mattathias, & filii ejus: & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valdé. Et venerunt qui missi erant à rege, qui cogebant ad apostasiam, in Modin civitatem; ut sacrificarent. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4
5 [illegible]
6
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

Et ubicunque inveniebatur liber legis *apud aliquem*, aut quisquis oblectabatur ipsâ lege; hæc erat sententia regis, ut moreretur. Atq; ita violenter cogebant Israelitas omnes qui extabant in urbibus, singulis mensibus. Vigesimâ quintâ ejusdem mensis, cùm sacrificarent super aram illã quæ erat super altare, Venire jubebant mulieres illas quæ circumciderant filios suos, & occidebant eas secundùm edictum, Suspendentes filios earum de collis ipsarum; domos earum diripiebant; & eos qui circumciderant illos, trucidabant. Multi tamen ex Israelitis confortati & corroborati sunt, ne comederent quod erat immundum: Eligentes sibi mori potiùs, quam polluere se cibis, & sanctum fœdus profanare; & mortui sunt. Ita fuit ira magna in Israele.

CAP. II.

Is diebus surrexit Mathitha, filius Johannis, filii Simeonis, sacerdos (de filiis Jonadab) ex Jerusalem, & habitavit in Moraim. Is habebat quinque filios, Johannem: qui cognominabatur Gadi, Simeon qui cognominabatur Tharsi, Juda qui cognominabatur Macbi, Eliazar qui cognominabatur Horan, & Jonathan qui cognominabatur Haphus. Is videns blasphemias quæ committebantur in Juda, & in Jerusalem, Dixit; Heu mihi: quare natus sum ut viderem confractionem filiæ populi mei, & urbis sanctæ, ibique sedisse extraneos? quandoquidem tradita est in manum inimicorum, Et sanctuarium ejus in manum extraneorum. Fuit aliquando templum ejus ut vir gloriosus, Nunc autem vasa gloriæ ejus abierunt in captivitatem: infantes ejus interfecti sunt in plateis ejus, & juvenes lanceâ hostis. Quæ gens non obtinuit *aliquid* in regno ejus, & accepit de spoliis ejus? Omnis ornatus ejus ablatus est ab ea, & pro libertate ejus redacta est in servitutem: Et ecce sanctuarium nostrum, & ornatus, atque gloria nostra versa sunt in desolationem, & contaminaverunt ea gentes. Quid jam prodest nobis vivere? Et lacerantes Mathitha & filii ejus vestimenta sua, induerunt saccos, & luxerunt vehementer. Deinde venientibus ministris regis, qui cogebant ad apostasiam, in urbem Moraim, ut sacrificarent;

Versio VULG. LAT.

16 Et multi de populo Iſrael conſentientes acceſſerunt
ad eos: ſed Mathathias, & filii ejus conſtanter ſtete-
17 runt. Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antiocho, di-
xerunt Mathathiæ; Princeps & clariſſimus & magnus
18 es in hac civitate, & ornatus filiis & fratribus. Ergò
accede prior, & fac juſſum regis, ſicur fecerunt omnes
Gentes, & viri Juda, & qui manſerunt in Jeruſalem:
& eris tu & filii tui, inter amicos regis, & amplifica-
19 tus auro & argento, & muneribus multis. Et reſpon-
dit Mathathias, & dixit magnâ voce; Et ſi omnes Gen-
tes regi Antiocho obediunt, ut diſcedat unuſquiſque à
ſervitute legis patrum ſuorum, & conſentiat mandatis
20 ejus: Ego & filii mei, & fratres mei, obediemus le-
21 gi patrum noſtrorum. Propitius ſit nobis Deus, non
22 eſt nobis utile relinquere legem & juſtitias Dei: Non
audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus
tranſgredientes legis noſtræ mandata, ut eamus alterá
23 viâ. Et ut ceſſavit loqui verba hæc, acceſſit quidam
Judæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram
24 in civitate Modin, ſecundùm juſſum regis: Et vidit
Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes ejus,
& accenſus eſt furor ejus ſecundùm judicium legis,
25 & inſiliens trucidavit eum ſuper aram: Sed & virum
quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare,
26 occidit in ipſo tempore, & aram deſtruxit. Et zela-
tus eſt legem, ſicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.
27 Et exclamavit Mathathias voce magnâ in civitate,
dicens; Omnis, qui zelum habet legis ſtatuens teſta-
28 mentum, exeat poſt me. Et fugit ipſe, & filii ejus
in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in
29 civitate. Tunc deſcenderunt multi quærentes judi-
30 cium, & juſtitiam, in deſertum: Et ſederunt ibi
ipſi, & filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eo-
31 rum: quoniam inundaverunt ſuper eos mala. Et
renuntiatum eſt viris regis, & exercitui, qui erat in
Jeruſalem civitate David, quoniam diſceſſiſſent viri
quidam, qui diſſipaverunt mandatum regis, in loca
occulta in deſerto, & abiiſſent poſt illos multi.
32 Et ſtatim perrexerunt ad eos, & conſtituerunt ad-
33 verſùs eos prælium in die ſabbatorum, Et dixerunt
ad eos; Reſiſtitis & nunc adhuc? exite, & facite ſe-
cundùm verbum regis Antiochi, & vivetis.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

16 Καὶ πολλοὶ ἀπὸ Ἰσραὴλ πρὸς αὐτοὺς (ρ) προσῆλθον· ϗ Ματτα-
17 θίας ϗ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ συνήχθησαν. Καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ παρὰ τοῦ
βασιλέως, ϗ (σ) εἶπον τῷ Ματταθίᾳ, λέγοντες, Ἄρχων ϗ
ἔνδοξος ϗ μέγας εἶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ϗ ἐστηριγμένος ἐν υἱοῖς
18 ϗ ἀδελφοῖς. Νῦν (τ) ἐν πρόσελθε πρῶτος, καὶ ποίησον τὸ
πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, ὡς ἐποίησαν πάντα τὰ ἔθνη, ϗ οἱ (υ) ἄν-
δρες Ἰούδα, ϗ οἱ καταλειφθέντες ἐν Ἱερουσαλήμ· ϗ ἔσῃ σὺ ϗ ὁ
οἶκός σου τῶν φίλων τοῦ βασιλέως, ϗ σὺ ϗ οἱ υἱοί σου δοξασθήσεσθε
19 ἀργυρίῳ, ϗ χρυσίῳ, ϗ ἀποστολαῖς πολλαῖς. Καὶ ἀπεκρίθη Ματ-
ταθίας, καὶ εἶπε φωνῇ μεγάλῃ, Εἰ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐν οἴκῳ
τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως ἀκούουσιν αὐτοῦ, ἀποστῆναι ἕκαστος ἀπὸ
λατρείας πατέρων αὐτοῦ, ϗ ἡρετίσαντο ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ,
20 (φ) Ἀλλ᾽ ἐγὼ ϗ οἱ υἱοί μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου πορευσόμεθα ἐν
21 διαθήκῃ πατέρων ἡμῶν. Ἵλεως ἡμῖν καταλιπεῖν νόμον ϗ δι-
22 καιώματα. (χ) Τῶν λόγων τοῦ βασιλέως οὐκ ἀκουσόμεθα, (ψ) τοῦ
23 παρελθεῖν τὴν λατρείαν ἡμῶν, δεξιὰν ἢ ἀριστεράν. Καὶ ὡς ἐπαύ-
σατο λαλῶν τοὺς λόγους τούτους, προσῆλθεν ἀνὴρ Ἰουδαῖος ἐν ὀφθαλ-
μοῖς πάντων, (†) θυσιάσαι ἐπὶ τοῦ βωμοῦ (‡) τοῦ ἐν Μωδεὶν κατὰ
24 τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως. Καὶ εἶδε Ματταθίας ϗ ἐζήλωσε,
ϗ ἐτρέμησαν οἱ νεφροὶ αὐτοῦ, καὶ ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὸ κρίμα,
25 ϗ δραμὼν ἔσφαξεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν βωμόν. Καὶ τὸν ἄνδρα τοῦ
βασιλέως τὸν ἀναγκάζοντα θύειν, ἀπέκτεινεν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ,
26 ϗ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Καὶ ἐζήλωσε τῷ νόμῳ καθὼς ἐποίησε
27 (ω) Φινεὲς τῷ Ζαμβρὶ υἱῷ Σαλώμ. Καὶ ἀνέκραξε Ματταθίας
ἐν τῇ πόλει φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Πᾶς ὁ ζηλῶν τῷ νόμῳ (α) ϗ
28 ἱστῶν διαθήκην, ἐξελθέτω ὀπίσω μου. Καὶ ἔφυγον αὐτὸς ϗ οἱ
29 υἱοὶ αὐτοῦ εἰς τὰ ὄρη, ϗ ἐγκατέλιπον ὅσα εἶχον ἐν τῇ πόλει. Τότε
κατέβησαν πολλοὶ ζητοῦντες δικαιοσύνην ϗ κρίμα, εἰς τὴν ἔρη-
30 μον, Καθίσαι ἐκεῖ, αὐτοὶ ϗ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ϗ αἱ γυναῖκες
αὐτῶν ϗ τὰ κτήνη αὐτῶν, ὅτι (β) ἐπληθύνθη ἐπ᾽ αὐτοὺς τὰ
31 κακά. Καὶ ἀπηγγέλη τοῖς ἀνδράσι τοῦ βασιλέως ϗ ταῖς δυνά-
μεσιν αἳ ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ πόλει Δαυίδ, ὅτι κατέβησαν ἄνδρες,
οἵτινες διεσκέδασαν τὴν ἐντολὴν τοῦ βασιλέως, εἰς τοὺς κρύφους ἐν
32 τῇ ἐρήμῳ. καὶ ἔδραμον ὀπίσω αὐτῶν πολλοί. Καὶ καταλαβόν-
τες αὐτοὺς παρενέβαλον ἐπ᾽ αὐτούς, ϗ (γ) συνεστήσαντο πρὸς αὐτοὺς
33 πόλεμον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, Καὶ (*) εἶπον πρὸς αὐτούς, Ἕως
τοῦ νῦν (δ) ἱκανόν· ἐξέλθετε καὶ ποιήσατε κατὰ τὸν λόγον τοῦ
βασιλέως, ϗ ζήσεσθε.

MS.A. (ρ) προσῆλθαν· (σ) εἶπαν (τ) πρόσελθε (υ) ἄρχοντες (φ) Κἀγὼ (χ) τὸν μόνον (ψ) παρελθεῖν (†) θυμιᾶσαι (‡) ἐν Μωδεεὶμ (ω) Φινεὼς (α) ἱστῶν (β) ἐσκληρύνθη (γ) συνεστείλαντο (*) εἶπαν (δ) ἐξελθόντες ποιήσατε

Interp. LAT.

Et multi de Iſrael acceſſerunt ad eos. Et Mat- 16
tathias, & filii ejus congregati ſunt. Et 17
reſponderunt, qui miſſi erant à rege, & dixe-
runt Mattathiæ, dicentes; Princeps, &
clariſſimus, & magnus es in civitate hac, &
confirmatus in filiis, & fratribus: Nunc 18
ergò accede primus, & fac juſſum regis, ſicut
fecerunt omnes gentes, & viri Juda, & qui
remanſerunt in Hieruſalem. Et eris tu, &
domus tua, inter amicos regis: & tu, & filii
tui glorificabimini argento, & auro, & mu-
neribus multis. Et reſpondit Mattathias, & 19
dixit magnâ voce; E ſi omnes gentes, quæ
ſunt in domo regni regis, obediunt ei, ut
diſcedat unuſquiſque à ſervitute legis patrum
ſuorum, & conſenſerunt mandatis ejus; At- 20
tamen ego, & filii mei, & fratres mei am-
bulabimus in teſtamento patrum noſtrorum.
(a) Propitius ſit nobis, relinquere legem, & ju- 21
ſtificationes. Non audiemus verba regis, 22
tranſgredientes religionem noſtram, in dexte-
ram vel in ſiniſtram. Et, ut ceſſavit loqui 23
verba hæc; acceſſit vir Judæus in oculis
omnium ſacrificare ſuper aram, quæ in Mo-
din; ſecundùm juſſum regis. Et vidit Mat- 24
tathias, & zelavit: & contremuerunt re-
nes ejus, & affectus eſt furore ſecundùm
judicium: & currens jugulavit eum ſuper
aram. Et virum regis, qui cogebat immolare, 25
occidit in tempore illo, & aram deſtruxit: Et 26
zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees Zambri
filio Salom. Et exclamavit Mattathias in 27
civitate voce magnâ, dicens; Omnis qui zelum
habet legis, & ſtatuit teſtamentum; exeat poſt
me. Et fugerunt ipſe & filii ejus, in montes: 28
& reliquerunt quæcunque habebant in civita-
te. Tunc deſcenderunt multi quærentes juſtiti- 29
am, & judicium, in deſertum, Sedentes ibi, ipſi, 30
& filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eo-
rum: quoniam inundaverunt ſuper eos mala.
Et renuntiatum eſt viris regis, & exercitibus, 31
qui erant in Hieruſalem civitate David, quo-
niam deſcenderunt viri quidam, qui diſſipaverant
mandatum regis, in loca occulta in deſerto: &
cucurrerunt poſt eos multi: Et aſſecuti eos 32
caſtrametati ſunt ſuper eos, & conſtituerunt ad-
verſùs eos prælium in die ſabbatorum: Et 33
dixerunt ad eos; uſque nunc ſufficiat. Exite, &
facite ſecundùm verbum regis, et vivetis.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

* Multi ex Iſraele venerunt ad eos: etiam 16
Mathitha, & ii qui erant cum ipſo, con-
gregati ſunt. Et reſpondentes miniſtri re- 17
gis, dixerunt Mathithæ; Tu es caput, prin-
ceps, & glorioſus in hac urbe, qui confor-
tas & confirmas filios ac fratres. Nunc ita- 18
que accede tu prior, & fac mandatum regis,
quemadmodum fecerunt omnes populi & vi-
ri Judæ, qui ſuperſtites manſerunt in Jeruſa-
lem: eriſque tu, ac filii tui inter amicos re-
gis, & tu, ac filii tui honorabimini auro &
argento, & reliquis aliis muneribus. Re- 19
ſpondens Mathitha elatâ voce ait, Tametſi
omnes populi ſubditi dominio regis obtem-
perant ei, recedendo à cultu majorum ſuo-
rum, & conſentiendo mandatis ejus; Ego 20
verò & filii fratreſque mei ambulabimus in
fœdere majorum noſtrorum. Abſit ut relin- 21
quamus legem Domini & mandata ejus.
Non obtemperabimus verbo regis, ut tranſ- 22
grediamur fœdus & cultum noſtrum, aut ab
iis declinemus dextrorſum, aut ſiniſtrorſum.
Cúmque ceſſâſſet Mathitha proloqui ſermo- 23
nes iſtos, acceſſit vir quidam Judæus, præſen-
te univerſo populo, ad ſacrificandum ſuper
aram, quæ erat in Moraim, ſecundùm præce-
ptum regis. Quod videns Mathitha, zelo 24
commotus eſt, & contremiſcentibus renibus
ejus efferbuit indignatione tanquam judex, &
accurrens interfecit illum ſuper aram. Quin 25
etiam principem illum regium qui cogebat
ad ſacrificandum, occîdit eodem momento,
& aram deſtruxit. Et zelo affectus eſt Ma- 26
thitha pro lege, quemadmodû fecerat Phine-
hes Zamri filio Sallu. Deinde exclamavit Ma- 27
thitha in urbe altâ voce, et dixit; Quicunq; ze-
lotypus eſt legis, tenetq; fœdus, ſequatur me.
Et fugerunt ipſe, & filii ejus ad montem, deſe- 28
rentes quicquid poſſidebant in urbe. Tunc 29
deſcenderunt multi qui quærebant juſtitiam
& judicium, ad terram deſerti, Ut illic ha- 30
bitarent cum uxoribus, liberis, ac jumentis
ſuis, eò quòd multiplicata fuiſſent ſuper eos
mala. Cùm autem dictum fuiſſet miniſtris 31
regis, & copiis quæ erant Jeroſolymis in urbe
Davidis, deſcendiſſe homines illos qui man-
datum regis infregerant, & verſari in late-
bris deſerti; Cucurrerunt ſuper eos multi, 32
& aſſecuti ſunt eos, & prælium inierunt ad-
verſùs eos in die ſabbathi: & dixerunt eis;
Sat eſt vobis hucuſque *proceſſiſſe*; egredi- 33
mini & facite ſecundùm præceptum regis,
& vivite.

Versio VULG. LAT.

34 Et dixerunt ; Non exibimus, neque faciemus verbum
35 regis, ut polluamus diem sabbatorum. Et conci-
36 taverunt adversùs eos prælium. Et non responde-
runt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilave-
37 runt loca occulta, Dicentes ; Moriamur omnes in
simplicitate nostra : & testes erunt super nos cœ-
38 lum, & terra, quòd injustè perditis nos. Et intule-
runt illis bellum sabbatis : & mortui sunt ipsi, &
uxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum, usque
39 ad mille animas hominum. Et cognovit Matha-
thias, & amici ejus, & luctum habuerunt super eos
40 valdé. Et dixit vir proximo suo ; Si omnes feceri-
mus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnaveri-
mus adversùs gentes pro animabus nostris, & justifi-
cationibus nostris : nunc citiùs disperdent nos à ter-
41 ra. Et cogitaverunt in die illa, dicentes ; Omnis
homo quicunque venerit ad nos in bello die sabba-
torum, pugnemus adversùs eum : & non moriemur
omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.
42 Tunc congregata est ad eos synagoga Assidæorum
fortis viribus ex Israel omnis voluntarius in lege :
43 Et omnes, qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos,
44 & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt
exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, &
viros iniquos in indignatione sua : & cæteri fugerunt
45 ad nationes, ut evaderent. Et circuivit Mathathias,
46 & amici ejus, & destruxerunt aras : Et circumde-
derunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in
47 finibus Israel : & in fortitudine. Et persecuti sunt
filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus
48 eorum : Et obtinuerunt legem de manibus gentium,
& de manibus regum : & non dederunt cornu pec-
49 catori. Et appropinquaverunt dies Mathathiæ mo-
riendi, & dixit filiis suis ; Nunc confortata est super-
bia, & castigatio, & tempus eversionis, & ira indi-
50 gnationis. Nunc ergò, ô filii, æmulatores estote le-
gis, & date animas vestras pro testamento patrum ve-
51 strorum, Et mementote operum patrum, quæ fece-
runt in generationibus suis : & accipietis gloriam
52 magnam, & nomen æternum. Abraham nónne in
tentatione inventus est fidelis, & reputatum est ei ad
53 justitiam ? Joseph in tempore angustiæ suæ custodi-
vit mandatum & factus est Dominus Ægypti.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

34 Καὶ (γ) εἶπον, Οὐκ ἐξελευσόμεθα, οὐδὲ (ʹ) ποιήσομεν τὸν λόγον τοῦ
35 βασιλέως, (δ) τοῦ βεβηλῶσαι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων. Καὶ ἐτά-
36 χυναν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμον. Καὶ οὐκ ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς, οὐδὲ λίθον
37 ἐνετίναξαν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐνέφραξαν τοὺς κρύφους, Λέγοντες, Ἀπο-
θάνωμεν (ε) πάντες ἐν τῇ ἁπλότητι ἡμῶν· μαρτυρεῖ ἐφ' ἡμᾶς ὁ
38 οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ὅτι ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς. Καὶ ἀνέστησαν
ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς σάββασι, καὶ ἀπέθανον αὐτοὶ καὶ αἱ
γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, ἕως χιλί-
39 ων ψυχῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἔγνω Ματταθίας καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ,
40 καὶ ἐπένθησαν ἐπ' αὐτοὺς ἕως σφόδρα. Καὶ εἶπεν ἀνὴρ (ζ) τῷ
πλησίον αὐτοῦ, Ἐὰν πάντες ποιήσωμεν ὡς οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν
ἐποίησαν, καὶ μὴ πολεμήσωμεν (η) πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ (θ) τῶν ψυ-
χῶν ἡμῶν καὶ τῶν δικαιωμάτων ἡμῶν, νῦν τάχιον ἡμᾶς (ι) ἐξολο-
41 θρεύσουσιν ἀπὸ τῆς γῆς. Καὶ ἐβουλεύσαντο τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ,
λέγοντες, Πᾶς ἄνθρωπος ὃς ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς εἰς πόλεμον
τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, πολεμήσωμεν κατέναντι αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ
ἀποθάνωμεν πάντες καθὼς ἀπέθανον οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐν τοῖς
42 κρύφοις. Τότε συνήχθησαν πρὸς αὐτοὺς συναγωγὴ (κ) Ἰουδαί-
ων, ἰσχυροὶ δυνάμει ἀπὸ Ἰσραήλ, πᾶς ὁ ἑκουσιαζόμενος τῷ
43 νόμῳ. Καὶ πάντες οἱ φυγαδεύοντες ἀπὸ τῶν κακῶν προσετέθησαν
44 αὐτοῖς, καὶ ἐγένοντο αὐτοῖς εἰς στήριγμα. Καὶ συνεστήσαντο
δύναμιν, καὶ ἐπάταξαν ἁμαρτωλοὺς ἐν ὀργῇ (λ) αὐτῶν, καὶ ἄνδρας ἀνό-
μους ἐν θυμῷ αὐτῶν· καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυγον εἰς τὰ ἔθνη σωθῆναι.
45 Καὶ ἐκύκλωσε Ματταθίας καὶ οἱ (ʹ) φίλοι αὐτοῦ, καὶ καθεῖλον τοὺς
46 βωμούς. Καὶ περιέτεμον τὰ παιδάρια τὰ ἀπερίτμητα ὅσα
47 (μ) εὗρον ἐν ὁρίοις Ἰσραὴλ ἐν ἰσχύϊ. Καὶ ἐδίωξαν τοὺς υἱοὺς τῆς
48 ὑπερηφανίας, καὶ (†) κατευοδώθη τὸ ἔργον ἐν χειρὶ αὐτῶν. Καὶ
ἀντελάβοντο τοῦ νόμου ἐκ χειρὸς τῶν ἐθνῶν καὶ ἐκ χειρὸς τῶν βα-
49 σιλέων· καὶ οὐκ ἔδωκαν κέρας τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ ἤγγισαν αἱ
ἡμέραι τοῦ Ματταθίου ἀποθανεῖν, καὶ εἶπε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, Νῦν
ἐστηρίχθη ὑπερηφανία καὶ ἐλεγμὸς καὶ καιρὸς καταστροφῆς καὶ ὀργὴ θυ-
50 μοῦ. Καὶ νῦν τέκνα ζηλώσατε τῷ νόμῳ, καὶ δότε τὰς ψυχὰς ὑμῶν
51 ὑπὲρ διαθήκης πατέρων ἡμῶν. Μνήσθητε τῶν πατέρων ἡμῶν τὰ ἔρ-
γα ἃ ἐποίησαν (ν) ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν, καὶ δέξασθε δόξαν μεγάλην
52 καὶ (ξ) ὄνομα αἰώνιον. Ἀβραὰμ (ο) οὐχὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστὸς,
53 καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ (π) εἰς δικαιοσύνην; Ἰωσὴφ ἐν καιρῷ στενοχω-
ρίας αὐτοῦ ἐφύλαξεν ἐντολὴν, καὶ ἐγένετο κύριος Αἰγύπτου.

MS.A. (γ) εἶπαν, (ʹ) ποιήσωμεν (δ) βεβηλῶσαι (ε) οἱ πάντες (ζ) πρὸς τὸν πλησίον (η) εἰς (θ) τῆς ψυχῆς (ι) ὀλεθρεύσουσιν (κ) Ἀσιδαίων, ἰσχυροὶ (λ) αὐτῶν, ἄνδρας (ʹ) υἱοὶ (μ) εὗρεν (†) κατευοδώθη (ν) ταῖς γενεαῖς (ξ) * δόξαν (ο) οὐκ (π) δικαιοσύνη;

Interp. LAT.

Et dixerunt ; Non exibimus, neque faciemus 34
verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum.
Et concitaverunt adversùs eos prælium Et 35
non responderunt eis, nec lapidem miserunt in 36
eos, nec oppilaverunt loca occulta : Dicentes ; 37
Moriamur omnes in simplicitate nostra. Testis
est super nos cœlum, & terra, quòd injustè per-
ditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbatis ; 38
& mortui sunt ipsi, & uxores eorum, & filii
eorum, & pecora eorum, usque ad mille animas
hominum. Et cognovit Mattathias, & amici 39
ejus : & luctum habuerunt super eos usque val-
de. Et dixit vir proximo suo ; Si omnes fece- 40
rimus, sicut fratres nostri fecerunt, & non pu-
gnaverimus adversùs gentes pro animabus no-
stris, & justificationibus nostris ; nunc citius
disperdent nos à terra. Et cogitaverunt in die 41
illa, dicentes ; Omnis homo, quicunque vene-
rit ad nos in bello, die sabbatorum ; pugnemus
adversùs eum : & non moriamur omnes, sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc 42
congregata est ad eos synagoga (b) Judæorum,
fortes viribus ex Israel, omnis voluntarius in
lege. Et omnes qui fugiebant à malis, additi 43
sunt ad eos : & facti sunt illis ad firmamen-
tum. Et collegerunt exercitum, & percusse- 44
runt peccatores in ira sua ; & viros iniquos
in indignatione sua. Et cæteri fugerunt ad na-
tiones, ut evaderent. Et circuivit Mattathias, 45
& amici ejus, & destruxerunt aras. Et cir- 46
cunciderunt pueros incircuncisos, quotquot inve-
nerunt in finibus Israel, in fortitudine. Et 47
persecuti sunt filios superbiæ ; & prosperatum
est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt le- 48
gem de manu gentium, & de manu regum : &
non dederunt cornu peccatori. Et appropinqua- 49
verunt dies Mattathiæ moriendi : & dixit
filiis suis ; Nunc confortata est superbia, &
castigatio, & tempus eversionis, & ira indi-
gnationis. Nunc ergo, filii, æmulatores estote legis: 50
& date animas vestras pro testamento patrum
nostrorum. Mementote operum patrum nostro- 51
rum, quæ fecerunt in generationibus suis : & ac-
cipite gloriam magnam, & nomen æternum. A- 52
braam nónne in tentatione inventus est fidelis, et
reputatum est ei ad justitiam ? Joseph in tem- 53
pore angustiæ suæ custodivit mandatum : &
factus est dominus Ægypti.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

34 [illegible]
35 36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
[illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
[illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 48 [illegible]
[illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
[illegible]

Qui dixerunt, Non egrediemur, neque fa- 34
ciemus verbum regis, solvendo & irritum
faciendo diem sabbathi. Itaque accelera- 35
verunt in eos prælium. Sed nullum red- 36
diderunt eis responsum, neque lapidem je-
cerunt in eos, neque clauserunt ante fa-
ciem eorum latebras : sed dixerunt, Mori- 37
emur omnes in simplicitate nostrâ : & ecce
attestantur pro nobis cœlum ac terra, quòd
sine jure perditis nos. Ita insurgentes in 38
eos die sabbathi, peremerunt eos, & uxo-
res, liberos, ac jumenta eorum, animas hu-
manas circiter mille. Quod audientes Ma- 39
thitha & amici ejus, luxerunt eos luctu
magno. Et dixerunt alter alteri, Si fecerimus 40
omnes quemadmodum fecerunt fratres no-
stri, & non dimicaverimus contra gentes
pro vita & lege nostrâ ; brevi perdent, au-
ferentque nos de terra. Et inito eâ die 41
consilio, dixerunt ; Quisquis venerit con-
tra nos in prælium die sabbathi, pugnabi-
mus adversùs eum, ne moriamur omnes,
quemadmodum mortui sunt omnes fratres
nostri in latebris Tunc congregati sunt 42
ad hos Mathithæos congregatio Israëlita-
rum ex Israële, valentes robore, quicunque
adhærebant legi : Et adjunxerunt se eis 43
omnes illi qui fugiebant mala, fueruntque
eis confirmationi. Et composito exer- 44
citu, peremerunt iniquos in ira suâ, &
transgressores legis in æstu suo : reliqui
autem fugerunt inter gentes, ut servaren-
tur. Et obeuntes Mathitha & amici ejus, 45
destruxerunt aras, Et circunciderunt infan- 46
tes qui nondum circuncisi fuerant, quos in-
venerunt in terminis Israëlis, fortiter ac ge-
nerosè : Et persecuti sunt superbos : & 47
prosperè successit negotium in manibus eo-
rum. Ita asseruerunt legem de manu gen- 48
tium, & de manu regum earum ; & non per-
miserunt ut attolleretur cornu improbi.
Verùm appropinquantibus diebus Mathi- 49
thæ ut moreretur, dixit filiis suis ; Nunc
confirmata est superbia & castigatio, &
tempus destructionis, & æstuans ira. Nunc 50
filii mei, zelotypi estote legis, & exponi-
te animam vestram pro fœdere majorum
nostrorum, Quod exercentes in ævis suis, 51
comparaverunt sibi gloriam magnam &
nomen æternum. Abraham nonne in ten- 52
tatione inventus est fidelis, & ascriptum est
ei ad justitiam ? Joseph tempore cala- 53
mitatis suæ servavit præceptum, & factus est
dominus Ægypti.

Versio VULG. LAT.

Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit te-
stamentum sacerdotii æterni. Jesus dum implevit
verbum, factus est dux in Israel. Caleb, dum te-
stificatur in ecclesia, accepit hæreditatem. David in
sua misericordia consecutus est sedem regni in secu-
la. Elias dum zelat zelum legis, receptus est in
cœlum. Ananias & Azarias & Misael credentes,
liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicita-
te liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per
generationem & generationem: quia omnes qui
sperant in eum, non infirmantur. Et à verbis viri
peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus, stercus
& vermis est: Hodiè extollitur, & cras non in-
venietur: quia conversus est in terram suam, &
cogitatio ejus periit. Vos ergò filii, confortamini,
& viriliter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eri-
tis. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir
consilii est: ipsum audite semper, & ipse erit vo-
bis pater. Et Judas Machabæus fortis viribus à ju-
ventute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse a-
get bellum populi. Et adducetis ad vos omnes
factores legis: & vindicate vindictam populi ve-
stri. Retribuite retributionem Gentibus, & inten-
dite in præceptum legis. Et benedixit eos, &
appositus est ad patres suos. Et defunctus est an-
no centesimo & quadragesimo sexto: & sepultus
est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in
Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu
magno.

CAP. III.

1 Et surrexit Judas, qui vocabatur Machabæus,
filius ejus pro eo: Et adjuvabant eum omnes
fratres ejus, & universi qui se conjunxerant pa-
tri ejus, & præliabantur prælium Israel cum læti-
tia. Et dilatavit gloriam populo suo, & induit
se loricam sicut gigas, & succinxit se arma belli-
ca sua in præliis, & protegebat castra gladio suo.
4 Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut
catulus leonis rugiens in venatione.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

54 Φινεὲς ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον, ἔλαβε διαθήκην ἱερω-
55 σύνης (ρ) αἰωνίας. Ἰησοῦς ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, ἐγένετο κριτὴς
56 ἐν Ἰσραήλ. Χαλὲβ ἐν τῷ ἐπιμαρτύρασθαι (σ) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
57 ἔλαβε γῆς κληρονομίαν. Δαυὶδ ἐν τῷ (τ) ἐλέῳ αὐτοῦ, ἐκληρο-
58 νόμησε θρόνον βασιλείας (υ) εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἠλίας ἐν τῷ
59 ζηλῶσαι ζῆλον νόμου, ἀνελήφθη (ʹ) ἕως εἰς τὸν οὐρανόν. Ἀνανίας,
60 Ἀζαρίας, Μισαὴλ, πιστεύσαντες ἐσώθησαν ἐκ φλογός. Δανιὴλ ἐν
61 τῇ ἁπλότητι αὐτοῦ (φ) ἐρρύσθη ἐκ στόματος λεόντων. Καὶ οὕτως
ἐννοήθητε κατὰ (χ) γενεὰν καὶ γενεάν, ὅτι πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ'
62 αὐτὸν οὐκ ἀσθενήσουσι. Καὶ ἀπὸ λόγων ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ μὴ
63 φοβηθῆτε, ὅτι ἡ δόξα αὐτοῦ εἰς κοπρίαν καὶ εἰς σκώληκας. Σήμερον
ἐπαρθήσεται, (ψ) καὶ αὔριον οὐ μὴ εὑρεθῇ, ὅτι (ω) ἐπέστρεψεν εἰς τὸν χοῦν
64 αὐτοῦ, καὶ ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ ἀπώλετο. Καὶ ὑμεῖς τέκνα (α) ἰσχύσα-
65 τε καὶ ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ (˜) νόμῳ, ὅτι ἐν αὐτῷ δοξασθήσεσθε. Καὶ
ἰδοὺ Συμεὼν ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, οἶδα ὅτι ἀνὴρ βουλῆς ἐστιν, αὐτοῦ ἀκούε-
66 τε πάσας τὰς ἡμέρας, αὐτὸς ὑμῖν ἔσται εἰς πατέρα. Καὶ Ἰούδας
(β) Μακκαβαῖος ἰσχυρὸς δυνάμει ἐκ νεότητος αὐτοῦ, οὗτος ὑμῖν ἔσται
67 (γ) ἄρχων στρατιᾶς, καὶ πολεμήσει πόλεμον λαῶν. Καὶ ὑμεῖς
(†) προσάξετε πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου, καὶ ἐκδικήσα-
68 τε ἐκδίκησιν τοῦ λαοῦ ὑμῶν. (δ) Ἀνταπόδοτε ἀνταπόδομα τοῖς
69 ἔθνεσι, καὶ προσέχετε εἰς (ε) τὰ προστάγματα τοῦ νόμου. Καὶ (ζ)
70 εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Καὶ
ἀπέθανεν ἐν ἔτει ἕκτῳ καὶ (η) τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. καὶ
ἔθαψαν αὐτὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν τάφοις πατέρων (θ) αὐτοῦ ἐν Μωδεΐν,
καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς Ἰσραὴλ κοπετὸν μέγαν.

MS.A. (ρ) ἁγίας. (σ) τῇ ἐκκλησίᾳ, ἔλαβεν γῆν κληρονομίαν. (τ) ἐλέει (υ) αἰωνίας. (ʹ) ὡς (φ) ἐρύσθη (χ) γενεάν, ὅτι πάντες (ψ) καὶ οὐ μὴ (ω) ἐπέστρεψεν (α) ἰσχύεται (˜) νόμῳ ὑμῶν, ὅτι (β) ὁ Μακκαβαῖος αὐτὸς ἰσχυρὸς ἐν δυνάμει* αὐτὸς ἐκ (γ) εἰς ἄρχοντα στρατιᾶς, καὶ πολεμήσετε (†) προσάξεται (δ) Ἀνταποδίδοτε (ε) προστάγματα (ζ) ηὐλόγησεν (η) τεσσερακοστῷ (θ) αὐτοῦ ἐν Μωδεΐν,

ΚΕΦ. γ'.

1 Καὶ ἀνέστη Ἰούδας ὁ καλούμενος Μακκαβαῖος, υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐ-
2 τοῦ. Καὶ ἐβοήθουν αὐτῷ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πάντες ὅσοι
ἐκολλήθησαν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμουν τὸν πόλεμον Ἰσραὴλ μετ'
3 εὐφροσύνης. Καὶ ἐπλάτυνε δόξαν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἐνεδύσατο
θώρακα ὡς γίγας, καὶ συνεζώσατο τὰ σκεύη (α) αὐτοῦ τὰ πολεμικά·
4 καὶ συνεστήσατο πολέμους σκεπάζων παρεμβολὴν ἐν ῥομφαίᾳ. Καὶ
ὡμοιώθη λέοντι ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ὡς σκύμνος ἐρευγόμενος
εἰς θήραν.

MS.A. (α) τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ· πολέμους συνεστήσατο

Interp. L A T.

Phinees pater noster zelando zelum accepit te- 54
stamentum sacerdotii æterni. Jesus, dum im- 55
plevit verbum, factus est judex in Israel. Ca- 56
leb, dum testificatur in Ecclesia, accepit terræ
hæreditatem. David in sua misericordia con- 57
secutus est sedem regni in seculum seculi. He- 58
lias, dum zelat zelum legis, receptus est usque
in cœlum. Ananias, Azarias, Misael, creden- 59
tes liberati sunt de flamma. Daniel in sua sim- 60
plicitate liberatus est de ore leonum. Et ita 61
cogitate per generationem & generationem, quia
omnes qui sperant in eum, non infirmabuntur.
Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia 62
gloria ejus in stercus, & in vermes: Hodiè 63
extolletur, & cras non invenietur: quia rever-
sus est in pulverem suum, & cogitatio ejus
periit. Vos ergò, filii, confortamini & viriliter 64
agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. Et 65
ecce Symeon frater vester, scio quòd vir consilii
est: ipsum audite omnibus diebus: ipse vobis
erit in patrem. Et Judas Maccabæus fortis 66
viribus à juventute sua, hic vobis erit princeps
militiæ, & bellabit (c) bellum populorum.
Et vos adducite ad vos omnes factores legis: 67
& vindicate vindictam populi vestri. Retri- 68
buite retributionem gentibus: & intendite in
præcepta legis. Et benedixit eos: & apposi- 69
tus est ad patres suos. Et defunctus est sexto 70
& quadragesimo & centesimo anno: & sepul-
tus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum
in Modin: & planxerunt eum omnis Israel
planctu magno.

C A P. III.

Et surrexit Judas, qui vocabatur Macca- 1
bæus, filius ejus pro eo. Et adjuvabant 2
eum omnes fratres ejus, et universi qui se
conjunxerant patri ejus, et præliabantur præ-
lium Israel cum lætitia. Et dilatavit gloriam 3
populo suo; et induit se loricam, sicut gigas,
et succinxit se arma bellica sua: et commisit
prælia protegens castra in gladio. Et similis 4
factus est leoni in operibus suis, et sicut
catulus leonis rugiens in venationem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Phinehes pater noster pro zelo quo affectus 54
est, obtinuit fœdus & sacerdotium æternum.
Jesus perficiendo verbum, factus est judex 55
super Israëlem. Chaleb testimonium red- 56
dendo apud congregationem, acquisivit
terram hæreditatis. David per clemen- 57
tiam obtinuit thronum regni sempiter-
ni Elia zelum habendo pro lege, elatus 58
est in cœlum. Hanania, Azaria, & Misa- 59
el, quòd crediderint, erepti fuerunt è flam-
mâ ignis. Daniel propter simplicitatem 60
suam ereptus est ex ore leonum. Ita co- 61
gitate quomodo in singulis quibusque ge-
nerationibus, quicunque speraverunt in eo,
nunquam depressi, aut infirmati sunt. Ver- 62
ba viri iniqui ne pertimescatis; nam glo-
ria ejus in stercus & vermem abitura est:
Hodie extollitur, cras autem non erit: quo- 63
niam redibit in pulverem suum & consi-
lium ejus peribit. Vos ergo filii mei, con- 64
fortamini & corroboramini in lege, quia
per ipsam acquiretis gloriam. Ecce Sime- 65
onem fratrem vestrum novi esse virum
consilii atque prudentiæ; ipsi obedite cun-
ctis diebus vestris, ipséque sit vobis ca-
put & rector. Juda verò Macbæus va- 66
lens robore à pueritia sua, ipse sit vo-
bis dux & rector bellorum, ipséque bel-
lum gerat contra gentes. Et vos, adducite 67
ad vos omnes factores legis, & sumite vin-
dictam populi vestri: Et retribuite retribu- 68
tionem gentibus, & respicite ad mandata
legis. Cúmque benedixisset eis, collectus 69
est ad majores suos. Ita mortuus est Ma- 70
thitha anno centesimo quadragesimo octa-
vo regni, & sepelierunt eum filii ipsius in
sepulchro patrum ejus in Moraim: & plan-
xerunt eum omnes Israëlitæ planctu magno.

CAP. III.

[illegible]

Itaque surrexit pro eo filius ejus Juda 1
Macbæus: Et adjuvabant eum omnes 2
fratres ejus, & omnes ii qui adhærebant
patri ejus: & gerebant prælium Israëlis li-
benti hilarique animo. Et magnam mul- 3
tamque gloriam conciliavit Juda populo
suo; nam indutus loricam ut gigas, & in-
strumentis suis bellicis accinctus, prælia
gessit, & castra jugulavit gladio suo: Et
similis effectus leoni in operibus suis, &
ut catulus leonis rugiens ad prædam;

Versio VULG. LAT.

5 Et persecutus est iniquos perscrutans eos : & qui
conturbabant populum suum, eos succendit flam-
6 mis: Et repulsi sunt inimici ejus præ timore e-
jus, & omnes operarii iniquitatis conturbati sunt:
7 & directa est salus in manu ejus. Et exacerba-
bat reges multos, & lætificabat Jacob in operibus
suis, & in seculum memoria ejus in benedictione.
8 Et perambulavit civitates Juda, & perdidit impios
9 ex eis, & avertit iram ab Israel. Et nominatus
est usque ad novissimum terræ, & congregavit per-
10 euntes. Et congregavit Apollonius Gentes, & à
Samaria virtutem multam & magnam, ad bellan-
11 dum contra Israel. Et cognovit Judas, & exiit
obviàm illi : & percussit, & occîdit illum : &
ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt.
12 Et accepit spolia eorum: & gladiũ Apollonii abstulit
13 Judas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et
audivit Seron princeps exercitûs Syriæ, quòd con-
gregavit Judas congregationem fidelium & eccle-
14 siam secum, Et ait ; Faciam mihi nomen, & glo-
rificabor in regno, & debellabo Judam, & eos
qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis.
15 Et præparavit se : & ascenderunt cum eo castra
impiorum, fortes auxiliarii, ut facerent vindictam
16 in filios Israel. Et appropinquaverunt usque ad
Bethoron : & exivit Judas obviàm illi cum paucis.
17 Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obvi-
àm, dixerunt Judæ ; Quomodò poterimus pauci
pugnare contra multitudinem tantam, & tam for-
18 tem, & nos fatigati sumus jejunio hodié? Et ait
Judas ; Facile est concludi multos in manus pau-
corum : & non est differentia in conspectu Dei
cœli liberare in multis, & in paucis : Quoniam
non in multitudine exercitûs victoria belli, sed de
20 cœlo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in mul-
titudine contumaci & superbia, ut disperdant nos,
& uxores nostras, & filios nostros, & ut spoli-
21 ent nos : Nos verò pugnabimus pro animabus
22 nostris, & legibus nostris : Et ipse Dominus
conteret eos ante faciem nostram : vos autem ne
timueritis eos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

5 Καὶ ἐδίωξεν ἀνόμους ἐξερευνῶν, καὶ τοὺς ταράσσοντας (†) τὸν λαὸν
6 αὐτοῦ ἐφλόγισε. Καὶ συνεστάλησαν οἱ ἄνομοι ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ, καὶ
πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας συνεταράχθησαν, καὶ εὐωδώθη σωτη-
7 ρία ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ (β) ἐπίκρανε βασιλεῖς πολλοὺς, καὶ (γ)
εὔφρανε τὸν Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τὸ
8 μνημόσυνον αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν. Καὶ διῆλθεν ἐν πόλεσιν Ἰούδα,
καὶ (δ) ἐξωλόθρευσεν ἀσεβεῖς (ε) ἐξ αὐτῆς, καὶ ἀπέστρεψεν ὀργὴν
9 ἀπὸ Ἰσραήλ. Καὶ ὠνομάσθη ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ συνήγαγεν
10 ἀπολλυμένους. Καὶ συνήγαγεν Ἀπολλώνιος ἔθνη, καὶ ἀπὸ Σαμα-
11 ρείας δύναμιν μεγάλην τοῦ πολεμῆσαι πρὸς Ἰσραήλ. Καὶ ἔγνω
Ἰούδας, καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῷ, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν,
καὶ (ζ) ἀπέκτεινεν αὐτόν· καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοὶ, καὶ οἱ ἐπίλοι-
12 ποι ἔφυγον. Καὶ (η) ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν, καὶ τὴν μάχαιραν
Ἀπολλωνίου ἔλαβεν Ἰούδας, καὶ ἦν πολεμῶν ἐν αὐτῇ πάσας τὰς
13 ἡμέρας. Καὶ ἤκουσε Σήρων ὁ ἄρχων τῆς δυνάμεως Συρίας, ὅτι
ἤθροισεν Ἰούδας ἄθροισμα, καὶ ἐκκλησίαν πιστῶν μετ' αὐτοῦ (θ)
14 ἐκπορευομένων εἰς πόλεμον. Καὶ εἶπε, Ποιήσω ἐμαυτῷ ὄνομα καὶ
δοξασθήσομαι ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ πολεμήσω τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν
15 αὐτῷ, (ι) τοὺς ἐξουδενοῦντας τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Καὶ (κ) προσέθε-
το τοῦ ἀναβῆναι· καὶ ἀνέβη μετ' αὐτοῦ παρεμβολὴ ἀσεβῶν ἰσχυρὰ
16 βοηθῆσαι αὐτῷ, καὶ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. Καὶ
(λ) ἤγγισαν ἕως ἀναβάσεως (μ) Βαιθωρῶν· καὶ ἐξῆλθεν Ἰούδας
17 εἰς συνάντησιν (ʟ) αὐτῶν ὀλιγοστός. Ὡς δὲ (ν) ἴδον τὴν παρεμβο-
λὴν ἐρχομένην εἰς συνάντησιν (ξ) αὐτοῖς, εἶπον τῷ Ἰούδα, Πῶς
δυνησόμεθα ὀλιγοστοὶ ὄντες πολεμῆσαι πρὸς πλῆθος (ο) τοσοῦτον
18 ἰσχυρόν ; καὶ ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον. Καὶ εἶ-
πεν Ἰούδας, Εὔκοπόν ἐστι συγκλεισθῆναι πολλοὺς ἐν χερσὶν ὀλίγων.
καὶ οὐκ ἔστι διαφορὰ ἐναντίον (π) τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ σώζειν ἐν
19 πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις. Ὅτι οὐκ ἐν πλήθει δυνάμεως νίκη πολέ-
20 μου ἐστὶν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (ρ) ἡ ἰσχύς. Αὐτοὶ ἔρχονται πρὸς
ἡμᾶς (σ) ἐν πλήθει ὕβρεως καὶ ἀνομίας, τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς καὶ τὰς
21 γυναῖκας ἡμῶν καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, τοῦ σκυλεῦσαι ἡμᾶς. Ἡμεῖς
22 δὲ πολεμοῦμεν περὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ τῶν νομίμων ἡμῶν. Καὶ
αὐτὸς συντρίψει αὐτοὺς πρὸ προσώπου ἡμῶν· ὑμεῖς δὲ μὴ φοβηθῆτε
ἀπ' αὐτῶν.

MS.A. (†) τὸν * αὐτοῦ (β) ἐπίκραναν (γ) ηὔφρανεν (δ) ἐξωλέθρευσεν (ε) ἐπ' αὐτῆς, (ζ) ἀπέκτεινεν· καὶ ἔπεσον (η) ἔλαβον τὰ σκεύη (θ) καὶ ἐκπορευομένων (ι) καὶ τοὺς (κ) προσέθετο, καὶ ἀνέβη (λ) ἤγγισεν (μ) Μεθωρῶν (ʟ) αὐτῷ (ν) ἴδαν (ξ) αὐτῷ, εἶπαν τῷ Ἰούδα, Τί δυνησόμεθα (ο) τοσοῦτο ; καὶ ἡμεῖς (π) τοῦ οὐρανοῦ (ρ) ἰσχύς. (σ) πλήθει

Interp. LAT.

Et persecutus est iniquos, perscrutans : & qui 5
conturbabant populum suum, eos succendit flam-
mis. Et compulsi sunt iniqui à timore ejus : 6
& omnes operarii iniquitatis conturbati sunt :
& directa est salus in manu ejus. Et exa- 7
cerbabat reges multos : & lætificabat Jacob in
operibus suis : & in seculum memoria ejus in
benedictione. Et perambulabat civitates Ju- 8
da, & perdidit impios ex ea : & avertit iram
ab Israel. Et nominatus est usque ad novissi- 9
mum terræ : & congregavit pereuntes. Et 10
congregavit Apollonius gentes, & à Samaria
virtutem magnam ad bellandum contra Israel.
Et cognovit Judas, & exivit obviàm illi : & 11
percussit illum, & occîdit illum : & ceciderunt
vulnerati multi : & reliqui fugerunt. Et ac- 12
cepit spolia eorum : & gladium Apollonii abs-
tulit Judas : & erat pugnans in eo omnibus
diebus. Et audivit Seron princeps exercitûs 13
Syriæ, quòd congregavit Judas congregationem
& ecclesiam fidelium secum exeuntium in præ-
lium : Et ait ; Faciam mihi nomen, & glorifi- 14
cabor in regno : & debellabo Judam, & eos
qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum re-
gis. Et præparavit se ad ascendendum: & ascen- 15
derunt cum eo castra impiorum fortia auxili-
ari ei, & facere vindictam in filios Israel. Et 16
appropinquaverunt usque ad ascensum Batho-
ron. Et exivit Judas obviàm illis cum pau-
cis. Ut autem viderunt exercitum venientem 17
sibi obviàm, dixerunt Judæ ; Quomodò pote-
rimus pauci pugnare contra multitudinem hanc
tantam, fortem ; & nos fatigati sumus jejunio
hodié ? Et ait Judas ; Facile est concludi mul- 18
tos in manibus paucorum : & non est differen-
tia in conspectu (a) Dei cœli, liberare in mul-
tis, aut in paucis ; Quoniam non in multitu- 19
dine exercitûs victoria belli est : sed de cœlo
fortitudo. Ipsi veniunt ad nos in multitudine 20
contumeliæ, & iniquitatis ; ut disperdant nos,
& uxores nostras, & filios nostros, ut spoli-
ent nos. Nos verò pugnamus pro animabus 21
nostris, & legibus nostris. Et ipse conteret eos 22
ante faciem nostram. Vos autem ne timueri-
tis eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
[illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

Sedulò persecutus est iniquos; & eos qui 5
conterebant populum suum, flammis exus-
sit : Adeò ut fugerent & exterrerentur ini- 6
qui metu ipsius, & omnes flagitiosi per-
turbarentur, & oriretur salus per manum
ipsius. Sic exasperans & affligens reges 7
multos, lætitia & jucunditate affecit Isra-
ëlem operibus suis ; ita ut in seculum us-
que perduratura sit memoria ejus in bene-
dictionem. Et perlustrans urbes Judæ, per- 8
didit ex eis impios, & recessit ira ab Is-
raële, Factus est celebris usque ad extre- 9
ma terræ, & congregavit dispersos. Quam- 10
obrem congregavit Apollonius gentes, &
ex Samaria copias multas, ut pugnaret ad-
versùs Israëlem. Quod cùm cognovisset 11
Juda, processit obviam illis, & percussit
ac prostravit eum : & cadentibus ex eis
confossis multis, reliqui fugerunt : Et 12
ceperunt spolia eorum : quin etiam
gladium Apollonii accepit Juda, eoque
bellum gerebat cunctis diebus. Audiens 13
autem Hiron dux copiarum Syriæ colle-
gisse Judam cœtum fidelium apud se,
prodeuntium ad bellum ; dixit : Com- 14
parabo mihi nomen, & gloriosus reddar
in regno, debellans Judam, & eos qui
sunt cum ipso, eos qui despiciunt verbum
regis. Cum itaque adjecisset ascendere, 15
& ascendisset cum eo classis magna & va-
lida hominum impiorum in auxilium ejus,
ad exercendam ultionem in filios Israëlis,
Pervenissétque usque ad clivum Beth horo- 16
nis; processit Juda obviam ei cum pau-
cis hominibus. At cùm vidissent hi qui 17
erant cum Juda classem venientem obvi-
am sibi, dixerunt Judæ; Quomodo pote-
rimus cùm pauci simus, pugnare adver-
sùs totum hunc exercitum validissimum,
quum nos præsertim languidi simus, quòd
nil comederimus hodiè? Quibus dixit Ju- 18
da, Facile hoc est, ut tradantur multi in
manum paucorum, nec ullus est obex co-
ram habitatore cœli, per multos servare,
an per paucos. Neque enim robore mul- 19
to reportatur victoria certaminis, sed è
cœlo quidem datur robur. Isti adoriuntur 20
nos cum multitudine exercitûs, iniquitatis,
& injuriarum, ut tollant deleántq; nos cum
uxoribus & filiis nostris, & ut nos præ-
dentur. Nos verò pugnamus pro anima- 21
bus nostris & lege nostrâ. Dominus con- 22
teret eos coram nobis : vos ergò ne metu-
atis eos.

Versio VULG. LAT.

23 Ut cessavit autem loqui, insiluit in eos subitò : &
contritus est Seron, & exercitus ejus in conspectu
24 ipsius : Et persecutus est eum in descensu Bethoron
usque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti vi-
25 ri: reliqui autem fugerunt in terram Philisthiim. Et
cecidit timor Judæ, ac fratrum ejus, & formido, super
26 omnes gentes in circuitu eorum. Et pervenit ad
regem nomen ejus, & de præliis Judæ narrabant o-
27 mnes gentes. Ut audivit autem rex Antiochus ser-
mones istos, iratus est animo : & misit, & congrega-
vit exercitum universi regni sui, castra fortia valdè :
28 Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exer-
citui in annum : & mandavit illis ut essent parati ad
29 omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris
suis, & tributa regionis modica propter dissensio-
nem, & plagam, quam fecit in terra, ut tolleret le-
30 gitima, quæ erant à primis diebus. Et timuit ne non
haberet ut semel & bis, in sumptus & donaria, quæ
dederat antè largâ manu : & abundaverat super re-
31 ges, qui ante eum fuerant. Et consternatus erat
animo valdè, & cogitavit ire in Persidem, & ac-
cipere tributa regionum, & congregare argentum
32 multum. Et reliquit Lysiam hominem nobilem de
genere regali, super negotia regia, à flumine Eu-
33 phrate usque ad flumen Ægypti : Et ut nutriret An-
34 tiochum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei
medium exercitum, & elephantos : & mandavit ei
de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Ju-
35 dæam & Jerusalem : Et ut mitteret ad eos exerci-
tum, ad conterendam & extirpandam virtutem Is-
rael, & reliquias Jerusalem, & auferendam memo-
36 riam eorum de loco : Et ut constitueret habita-
tores filios alienigenas in omnibus finibus eorum,
37 & sorte distribueret terram eorum. Et rex assum-
psit partem exercitûs residui, & exivit ab Antio-
chia civitate regni sui, anno centesimo & quadra-
gesimo septimo : & transfretavit Euphraten flu-
38 men, & perambulabat superiores regiones. Et
elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Ni-
canorem, & Gorgiam, viros potentes ex amicis
regis :

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

23 Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, ἐνήλατο (τ) εἰς αὐτοὺς ἄφνω, καὶ συνετρίβη
24 Σήρων καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ἐδίωκον (υ) αὐτὸν
ἐν τῇ καταβάσει Βαιθωρὼν ἕως τοῦ πεδίου. καὶ ἔπεσον ἀπ' αὐτῶν εἰς
25 ἄνδρας ὀκτακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἔφυγον εἰς γῆν Φυλιστιείμ. Καὶ
ἤρξατο ὁ φόβος Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ ἡ (φ) πτόησις ἐπιπί-
26 πτειν ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐτῶν. Καὶ ἤγγισεν ἕως τοῦ βασιλέως
τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν παρατάξεων Ἰούδα ἐξηγεῖτο πᾶν
27 ἔθνος. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους,
ὠργίσθη θυμῷ. καὶ ἀπέστειλε καὶ συνήγαγε τὰς δυνάμεις πάσας τῆς
28 βασιλείας αὐτοῦ, παρεμβολὴν ἰσχυρὰν σφόδρα. Καὶ ἤνοιξε τὸ γα-
ζοφυλάκιον αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ εἰς (χ)
ἐνιαυτὸν καὶ ἐνετείλατο (ψ) εἶναι αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς πᾶσαν χρείαν.
29 Καὶ εἶδεν ὅτι ἐξέλιπε τὸ ἀργύριον ἀπὸ τῶν θησαυρῶν, καὶ οἱ (ω) φορο-
λόγοι τῆς χώρας ὀλίγοι, χάριν τῆς διχοστασίας καὶ πληγῆς ἧς κατεσκεύ-
ασεν ἐν τῇ γῇ, τοῦ ἆραι τὰ νόμιμα ἃ ἦσαν ἀφ' ἡμερῶν τῶν πρώ-
30 των. Καὶ εὐλαβήθη μὴ οὐκ (ʹ) ἔχῃ ὡς ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὰς δαπάνας
καὶ τὰ δόματα ἃ ἐδίδου (α) ἔμπροσθεν δαψιλεῖ χειρὶ, (β) καὶ ἐπερίσ-
31 σευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἔμπροσθεν. Καὶ ἠπορεῖτο τῇ
ψυχῇ αὐτοῦ σφόδρα, καὶ (γ) ἐβουλεύσατο τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν Περ-
σίδα, καὶ λαβεῖν τοὺς φόρους τῶν χωρῶν, καὶ συναγαγεῖν ἀργύριον (δ)
32 πολύ. Καὶ κατέλιπε Λυσίαν ἄνθρωπον ἔνδοξον καὶ ἀπὸ γένους τῆς
βασιλείας, ἐπὶ τῶν πραγμάτων τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ
33 Εὐφράτου, ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου, Καὶ τρέφειν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν
34 αὐτοῦ ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι αὐτόν. Καὶ παρέδωκεν αὐτῷ τὰς ἡμίσεις
τῶν δυνάμεων καὶ τοὺς ἐλέφαντας· καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ περὶ πάντων ὧν
ἐβούλετο, καὶ περὶ (ε) τῶν κατοικούντων τὴν Ἰουδαίαν καὶ Ἱερουσαλὴμ,
35 Ἀποστεῖλαι ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν, τοῦ (ζ) ἐκτρίψαι καὶ ἐξᾶραι τὴν ἰσχὺν
Ἰσραὴλ, καὶ τὸ κατάλειμμα Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἆραι τὸ μνημόσυνον (η)
36 αὐτῶν ἀπὸ τοῦ τόπου, Καὶ κατοικῆσαι υἱοὺς (θ) ἀλλογενεῖς ἐν πᾶσι
37 τοῖς ὁρίοις αὐτῶν, καὶ (ι) κατακληροδοτῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ ὁ
βασιλεὺς παρέλαβε τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων τὰς καταλειφθεί-
σας, καὶ ἀπῆρεν ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀπὸ πόλεως βασιλείας αὐτοῦ, ἔτους ἑ-
βδόμου καὶ (κ) τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ· καὶ διεπέρασε τὸν
38 Εὐφράτην ποταμὸν, καὶ διεπορεύετο τὰς ἐπάνω χώρας. Καὶ ἐπέ-
λεξε Λυσίας Πτολεμαῖον τὸν Δορυμένους, (λ) καὶ Νικάνορα, καὶ
Γοργίαν, ἄνδρας δυνατοὺς τῶν φίλων τοῦ βασιλέως.

MS. A. (τ) ἐπ' (υ) αὐτοὺς (φ) πτόη ἔπιπτεν (χ) τὸν ἐνιαυτόν. (ψ) αὐτοῖς εἰς ἐνιαυτὸν εἶναι ἑτοίμους (ω) φόροι (ʹ) ἔχει (α) ἔμπροσθεν δαψιλῆ (β) Καὶ ἠπορεῖτο (γ) ἐβουλεύσατο (δ) πολύν. (ε) πάντων τῶν (ζ) ἐκτρίψαι (η) αὐτοῦ (θ) ἀλλοτρίους (ι) κατακληρονομῆσαι (κ) τεσσαρακοστοῦ (λ) Νικάνορα,

Interp. LAT.

Ut cessavit autem loqui; insiluit in eos subitò: 23
& contritus est Seron, & exercitus ejus in con-
spectu ipsius. Et persecutus est eum in descen- 24
su Bethoron usque in campum : & ceciderunt
ex eis octingenti circiter viri : reliqui autem
fugerunt in terram Phylistiim. Et cœpit timor 25
Judæ, & fratrum ejus, & formido, cadere
super gentes quæ in circuitu eorum. Et perve- 26
nit usque ad regem nomen ejus : & de præliis
Judæ narrabant omnes gentes. Ut audivit au- 27
tem rex Antiochus sermones istos ; iratus est
animo : & misit, & congregavit exercitum
universum regni sui, castra fortia valdè. Et 28
aperuit ærarium suum, et dedit stipendia exer-
citui suo in annum : & mandavit, ut (b) essent
parati ad omnem usum. Et vidit, quòd defecit 29
pecunia de thesauris, & (c) collectores tribu-
torum regionis pauci propter dissensionem ; &
plagam, quam fecit in terra ; ut tolleret legiti-
ma quæ erant à primis diebus. Et timuit, ne 30
non haberet, ut semel, & bis, in sumptus, &
donaria, quæ dederat antè largâ manu : &
abundaverat super reges qui anteà fuerant. Et 31
consternatus erat animo suo valdè : & cogitavit
ire in Persidem, & accipere tributa regio-
num, & congregare argentum multum. Et 32
reliquit Lysiam, hominem nobilem, & de genere
regali, super negotia regia à flumine Euphrate
usque ad fines Ægypti : Et ut nutriret Antio- 33
chum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei 34
dimidium exercituum, & elephantos, & man-
davit ei de omnibus quæ volebat, & de inha-
bitantibus Judæam, & Hierusalem : Ut mit- 35
teret ad eos exercitum ad conterendam & ex-
tirpandam virtutem Israel, & reliquias Hie-
rusalem, & auferendam memoriam eorum de
loco : Et ut constitueret habitatores filios ali- 36
enigenas in omnibus finibus eorum, & sorte
distribueret terram eorum. Et rex assumpsit 37
dimidium exercitûs residuum : & exivit ab
Antiochia, à civitate regni sui, anno septimo
& quadragesimo et centesimo : et transfretavit
Euphratem flumen : et perambulabat superiores
regiones. Et elegit Lysias Ptolemæum filium 38
Dorymenis, et Nicanorem, et Gorgiam, viros po-
tentes, ex amicis regis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Cúmque desiisset Juda loqui, exiliens irruit 23
in eos repentè, corruitque Hiron, & militia
ipsius coram illo : Et persecuti sunt eum 24
Judæi in declivi Beth-horonis ad planitiem
usque ; & ceciderunt ex eis fermè octingen-
ti viri, reliqui verò fugerunt in regionem
Palæstinorum. Ita cœpit metus Judæ & 25
fratrum ipsius, eorúmque formido, irruere
in omnes populos circumjacentes : Et per- 26
venit nomen ejus ad regem usque : & ge-
sta Judæ narrabant omnes gentes. Ut au- 27
tem audivit Antiochus verba ista, irâ per-
citus est ; & mittens congregavit totum ex-
ercitum regni sui, militiam ingentem ac va-
lidam: Apertisq; thesauris suis dedit stipen- 28
dia copiis suis in annum unum, præcipiens
eis, ut parati et expediti essent ad omne opus.
Sed videns deficere sibi pecuniam ex ærario 29
suo, & coactiones pecuniæ terræ modicas
esse propter seditionem & plagam quam
fecerat in terra, quódque voluisset abolere
pristinos ritus majorum eorum ; Veritús- 30
que quin suppeteret sibi quod daret secun-
dâ vice (non desistebat enim donare lar-
gâ manu, plusquam reges qui præcesserant 31
eum) Ac proinde animo valdè afflictus
cogitavit Antiochus de eundo Persidem ad
exigendum tributa terræ, & colligendum
pecuniam multam. Itaque reliquit Lysi- 32
am virum gloriosum, qui erat è genere
regio, præfectum negotiis regis, à fluvio
Euphrate usque ad terminum Ægypti ; Et ad 33
educandum filium suum Antiochum usq; ad
reditum & adventum suum. Et tradidit ei 34
elephantos et dimidium exercitûs sui, dedit-
que mandata de omnibus iis quæ volebat,
& de habitatoribus Judææ & Jerusalem,
Ut mitteret in eos exercitum, & deleret 35
absumeretque nomen Israëlis, perderet
reliquias Jerusalem, tolleretque memori-
am eorum ex eo loco, Collocaret alie- 36
nigenas in omnibus finibus eorum, & ter-
ram eorum daret in hæreditatem. Rex au- 37
tem abduxit dimidium exercitûs quod re-
liquum erat, & profectus est Antioch à
urbe suâ regiâ : & anno centesimo qua-
dragesimo septimo, trajiciens fluvium Eu-
phratem perlustrabat regiones superiores.
Porrò Lysias elegit Ptolomæum filium 38
Dorymenis, & Nicanorem, & Gorgiam
homines potentes, ex amicis regis;

Versio VULG. LAT.

39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & se-
ptem millia equitum, ut venirent in terram Juda, &
40 disperderent eam secundùm verbum regis. Et pro-
cesserunt cum universa virtute sua, & venerunt, &
41 applicuerunt Emmaum in terra campestri. Et audi-
erunt mercatores regionum nomen eorum: & acce-
perunt argentum & aurum multum valdè, & pue-
ros: & venerunt in castra, ut acciperent filios Israel
in servos: & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, &
42 terræ alienigenarum. Et vidit Judas, & fratres e-
jus, quia multiplicata sunt mala, & exercitus appli-
cabant ad fines eorum: & cognoverunt verba regis,
quæ mandavit populo facere in interitum & consum-
43 mationem: Et dixerunt unusquisque ad proximum
suum; Erigamus dejectionem populi nostri, & pu-
44 gnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et
congregatus est conventus ut essent parati in præ-
lium; & ut orarent, & peterent misericordiam &
45 miserationes. Et Jerusalem non habitabatur, sed
erat sicut desertum: non erat qui ingrederetur & e-
grederetur de natis ejus: & sanctum conculcabatur:
& filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habita-
tio Gentium: & ablata est voluptas à Jacob, & de-
46 fecit ibi tibia & cithara. Et congregati sunt, &
venerunt in Maspha contra Jerusalem: quia locus
47 orationis erat in Maspha antè in Israel. Et jejuna-
verunt illâ die, & induerunt se ciliciis, & cinerem im-
posuerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua:
48 Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur
49 Gentes similitudinem simulachrorum suorum: Et
attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, &
decimas: & suscitaverunt Nazaræos, qui impleverant
50 dies: Et clamaverunt voce magnâ in cœlum, di-
centes; Quid faciemus istis, & quò eos ducemus?
51 Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, &
sacerdotes tui facti sunt in luctum, & in humilitatem.
52 Et ecce Nationes convenerunt adversùm nos ut nos
53 disperdant: tu scis quæ cogitant in nos. Quomodò
poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu, Deus,
54 adjuves nos? Et tubis exclamaverunt voce magnâ.
55 Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos,
& centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

39 Καὶ ἀπέστειλε μετ᾽ αὐτῶν (μ) τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν καὶ
(ν) ἑπτακισχιλίαν ἵππον, τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ κατα-
40 φθεῖραι αὐτὴν, κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Καὶ ἀπῆραν σὺν πάσῃ
τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἦλθον, καὶ (ξ) παρενέβαλον πλησίον
41 Ἐμμαοὺμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ. Καὶ ἤκουσαν οἱ ἔμποροι τῆς χώρας
τὸ ὄνομα αὐτῶν, καὶ ἔλαβον ἀργύριον καὶ χρυσίον (ο) πολὺ σφόδρα
καὶ παῖδας, καὶ ἦλθον εἰς τὴν παρεμβολὴν τοῦ λαβεῖν τοὺς υἱοὺς
Ἰσραὴλ εἰς παῖδας· καὶ (π) προσετέθησαν πρὸς αὐτοὺς δύναμις
42 Συρίας καὶ γῆς ἀλλοφύλων. Καὶ εἶδεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ
ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ, καὶ αἱ δυνάμεις παρεμβάλλουσιν ἐν τοῖς
ὁρίοις αὐτῶν· καὶ ἐπέγνωσαν τοὺς λόγους (ρ) τοῦ βασιλέως οὓς ἐνε-
43 τείλατο ποιῆσαι τῷ λαῷ εἰς ἀπώλειαν καὶ συντέλειαν· Καὶ (σ)
εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν
τοῦ λαοῦ ἡμῶν, (τ) καὶ πολεμήσωμεν περὶ τοῦ λαοῦ ἡμῶν καὶ τῶν
44 ἁγίων. Καὶ (υ) συνηθροίσθη ἡ συναγωγὴ τοῦ εἶναι ἑτοίμους εἰς πό-
45 λεμον, καὶ τοῦ προσεύξασθαι, καὶ αἰτῆσαι ἔλεον καὶ οἰκτιρμούς. Καὶ
Ἱερουσαλὴμ ἦν ἀοίκητος ὡς ἔρημος, οὐκ ἦν ὁ εἰσπορευόμενος
καὶ ἐκπορευόμενος ἐκ τῶν (φ) γεννημάτων αὐτῆς· καὶ τὸ ἁγία-
σμα καταπατούμενον, καὶ υἱοὶ ἀλλογενῶν ἐν τῇ ἄκρᾳ, (χ) κατά-
λυμα τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐξήρθη τέρψις ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἐξέλιπεν
46 αὐλὸς καὶ κινύρα. Καὶ συνήχθησαν, καὶ ἦλθοσαν εἰς Μασσηφὰ
κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, ὅτι τόπος προσευχῆς εἰς Μασσηφὰ τὸ
47 πρότερον τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ἐνήστευσαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ περιεβάλον-
το σάκκους καὶ σποδὸν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ διέῤῥηξαν τὰ ἱμά-
48 τια αὐτῶν. Καὶ ἐξεπέτασαν τὸ βιβλίον τοῦ νόμου, περὶ ὧν ἐξηρεύ-
49 νων τὰ ἔθνη τὰ ὁμοιώματα τῶν εἰδώλων αὐτῶν. Καὶ ἤνεγκαν
τὰ ἱμάτια τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὰ (ψ) πρωτογεννήματα, καὶ τὰς δεκά-
50 τας· καὶ ἤγειραν τοὺς Ναζιραίους, οἳ ἐπλήρωσαν τὰς ἡμέρας. Καὶ ἐβόη-
σαν φωνῇ εἰς τὸν οὐρανὸν, λέγοντες, Τί ποιήσωμεν τούτοις, καὶ ποῦ αὐτοὺς
51 ἀπαγάγωμεν; Καὶ τὰ ἅγιά σου καταπεπάτηνται, καὶ βεβήλωνται· καὶ οἱ
52 ἱερεῖς σου ἐν πένθει καὶ ταπεινώσει. Καὶ ἰδοὺ τὰ ἔθνη συνῆκται ἐφ᾽
53 ἡμᾶς τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς. σὺ οἶδας ἃ λογίζονται ἐφ᾽ ἡμᾶς. Πῶς
δυνησόμεθα ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, ἐὰν μὴ σὺ βοηθήσῃς
54 ἡμῖν; Καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ.
55 Καὶ μετὰ τοῦτο κατέστησεν Ἰούδας ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, χιλιάρχους, καὶ
ἑκατοντάρχους, καὶ πεντηκοντάρχους, καὶ (ω) δεκάρχους.

MS.A. (μ) τεσσεράκοντα (ν) ἑπτακισχίλιον (ξ) παρέβαλον πλησίον Ἀμμαοὺμ (ο) πολὺν (π) προσεγενήθησαν (ρ) τῆς βασιλείας (σ) εἶπαν (τ) καὶ τῶν ἁγίων. Καὶ (υ) ἠθροίσθησαν (φ) γενημάτων (χ) κατάλυμα ἐν τοῖς (ψ) πρωτογενήματα, (ω) δεκαδάρχους. Καὶ εἶπεν

Interp. LAT.

Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum, ut venirent in terram Juda, & disperderent eam secundùm verbum regis. Et processerunt cum universa virtute sua, & venerunt, & applicuerunt prope Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionis nomen eorum: & acceperunt argentum, & aurum multum valdè, & pueros: & venerunt in castra; ut acciperent filios Israel in servos. Et additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terra alienigenarum. Et vidit Judas, & fratres ejus, quia multiplicata sunt mala, & exercitus castrametabantur in finibus ipsorum, & cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum, & consummationem. Et dixit unusquisque ad proximum suum; Erigamus dejectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis. Et congregatus est conventus, ut essent parati in prælium, & ut orarent, & peterent misericordiam, & miserationes. Et Hierusalem erat inhabitata, sicut desertum: non erat qui ingrederetur, & egrederetur, de natis ejus: & sanctum conculcabatur: & filii alienigenarum erant in arce: ibi erat habitatio gentibus. Et ablata est voluptas à Jacob: & defecit tibia, & cithara. Et congregati sunt, & venerunt in Massepha contra Hierusalem: quia locus orationis erat in Massepha anteà Israeli. Et jejunaverunt illâ die, & induerunt se ciliciis, & cinere super capita sua, & disciderunt vestimenta sua. Et expanderunt (d) librum legis, de quibus scrutabantur gentes similitudines simulachrorum suorum. Et attulerunt vestimenta sacerdotalia, & primitias, & decimas. Et suscitaverunt Naziræos: qui impleverunt dies. Et clamaverunt voce in cœlum, dicentes; Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt: & sacerdotes tui in luctu, & humilitate. Et ecce nationes convenerunt adversùm nos, ut nos disperdant. Tu scis quæ cogitant in nos. Quomodò poterimus subsistere ante faciem eorum; nisi tu adjuves nos? Et cecinerunt tubis, & exclamaverunt voce magnâ. Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
[illegible]
[illegible]
42 [illegible]
[illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
[illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 55 [illegible]
[illegible]

Et misit cum eis decem millia peditum & septem millia equitum, ut irent in terram Judæ ad vastandum eam secundùm verbum regis. Ptolomenses itaque profecti cum universo exercitu suo, venerunt & castrametati sunt ad latus Emaus in terra campestrium. Horum famam cùm audissent mercatores terræ, assumpserunt argentum & aurum moltum, catenasque, & compedes, & venerunt ad castra, ad accipiendum Israëlitas in servos, quibuscum adjunxerunt se copiæ Syriæ & populus Palæstinorum. Videns ergo Juda & fratres ejus quòd multiplicata essent mala, & exercitus vallâsse terminos suos; rescientes etiam verba regis quæ mandaverat de populo perdendo atque delendo: dixerunt alter alteri, Restauremus destructionem populi nostri, & pugnemus pro populo & sanctuario nostro. Et congregatus est cœtus eorum, ut esset paratus ad pugnam, & ad orandum, petendúmque misericordiam & clementiam. Quoniam verò Jerusalem erat deserta, inhabitata, nullusque natorum ejus erat qui ingrederetur aut egrederetur in ea, sanctuarium ejus conculcabatur, alienigenæ habitabant in arce ipsius, eratque diversorium gentium, & ablata erat lætitia à Jacobo, & defecerant ab eo citharæ fidésque: Ideò congregaverunt se, & ingressi sunt in Masphiam è regione Jerusalem, quia locus orationis fuerat olim Masphia Israëlitis. Et jejunantes eo die, seséque ciliciis tegentes, imposuerunt pulverem capitibus suis, lacerârunt vestimenta sua, Expanderunt volumen legis, & exposuerunt coram Sancto, causâ gentium quæ cogebant eos ad gerendum se instar ipsarum. Attulerunt etiam vestes sacerdotales, & primitias proventuum, ac decimas: excitaverunt Nazaræos illos qui perfecerant dies abstinentiæ suæ: Exclamaverunt ad habitatorem cœli, & dixerunt; Quid faciemus istis, aut quò transferemus eos? Et ecce sanctuarium tuum conculcatur & contaminatur, & sacerdotes tui in luctu & humilitate versantur: Et ecce gentes congregatæ sunt adversùm nos, ut tollant nos, tu nôsti quid machinantur contra nos. Quomodo poterimus resistere eis, nisi tu opem feras nobis? Clanxeruntque buccinis, & exclamaverunt elatâ voce. Posthæc constituit Juda duces populi, tribunos, centuriones, & duces quinquagenorum.

Versio VULG. LAT.

56 Et dixit his, qui ædificabant domos, & sponsabant uxores, & plantabant vineas, & formidolosis, ut redirent unusquisque in domum suam secundùm legem.
57 Et moverunt castra, & collocaverunt ad Austrum Em-
58 maum. Et ait Judas; Accingimini, & estote filii potentes, & estote parati in mane, ut pugnetis adversùs Nationes has, quæ convenerunt adversùs nos, disper-
59 dere nos & sancta nostra: Quoniam melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & san-
60 ctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat.

CAP. IV.

1 Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum, &
2 mille equites electos: & moverunt castra nocte, Ut applicarent ad castra Judæorum, & percuterent eos
3 subitó: & filii, qui erant ex arce, erant illis duces. Et audivit Judas, & surrexit ipse, & potentes, percutere
4 virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum.
5 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et venit Gorgias in castra Judæ noctu, & neminem invenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit;
6 Fugiunt hi à nobis. Et cùm dies factus esset, apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantùm,
7 qui tegumenta & gladios non habebant: Et viderunt castra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in
8 circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Judas viris, qui secum erant; Ne timueritis multitudinem
9 eorum, & impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari rubro,
10 cùm sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum; & miserebitur nostrì Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram ho-
11 dié: Et scient omnes gentes, quia est qui redimat &
12 liberet Israel. Et elevaverunt alienigenæ oculos suos,
13 & viderunt eos venientes ex adverso. Et exierunt de castris in prælium, & tubâ cecinerunt hi qui erant cum
14 Juda. Et congressi sunt, & contritæ sunt Gentes, &
15 fugerunt in campum. Novissimi autem omnes ceciderunt in gladio, & persecuti sunt eos usque Gezeron, & usque in campos Idumææ, & Azoti, & Jamniæ: & ceciderunt ex illis usque ad tria millia virorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

56 Καὶ εἶπον τοῖς οἰκοδομοῦσιν (*) οἰκίας, καὶ μνηστευομένοις γυναῖκας, καὶ φυτεύουσιν ἀμπελῶνας, καὶ δειλοῖς, ἀποστρέφειν ἕκαστον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,
57 κατὰ τὸν νόμον. Καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ, καὶ (α) παρενέβαλε κατὰ Νότον Ἐμμαοὺμ.
58 Καὶ εἶπεν Ἰούδας, Περιζώσασθε, καὶ γίνεσθε εἰς υἱοὺς δυνατοὺς, καὶ γίνεσθε ἕτοιμοι εἰς τοπρωῒ τοῦ πολεμῆσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις, τοῖς ἐπισυνηγμένοις ἐφ' ἡμᾶς ἐξᾶραι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἅγια ἡμῶν.
59 Ὅτι κρεῖσσον ἡμᾶς ἀποθανεῖν ἐν τῷ πολέμῳ, ἢ (β) ἐπιδεῖν ἐπὶ τὰ κακὰ
60 τοῦ ἔθνους ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων. Ὡς δ' ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ, (˜) οὕτω ποιήσει.

MS. A. (*) οἰκείαν, (α) παρενεβάλοσαν κατὰ Νότου Ἀμμαοὺμ. (β) ἐφιδεῖν (˜) οὕτως,

ΚΕΦ. Δ'.

1 Καὶ παρέλαβε Γοργίας πεντακισχιλίους ἄνδρας καὶ χιλίαν ἵππον
2 ἐκλεκτὴν, καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ νυκτὸς, Ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ πατάξαι αὐτοὺς ἄφνω· καὶ οἱ υἱοὶ
3 τῆς ἄκρας ἦσαν αὐτῷ ὁδηγοί. Καὶ ἤκουσεν Ἰούδας, καὶ ἀπῆρεν αὐτὸς καὶ οἱ δυνατοὶ πατάξαι τὴν δύναμιν τοῦ βασιλέως τὴν ἐν Ἐμ-
4 μαοὺμ, Ἕως ἔτι αἱ δυνάμεις ἐσκορπισμέναι ἦσαν ἀπὸ τῆς παρεμβο-
5 λῆς. Καὶ ἦλθε Γοργίας εἰς τὴν παρεμβολὴν Ἰούδα νυκτὸς, καὶ οὐδένα εὗρε. καὶ ἐζήτει αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὅτι εἶπε, Φεύγουσιν οὗτοι ἀφ'
6 ἡμῶν. Καὶ ἅμα (α) τῇ ἡμέρᾳ, ὤφθη Ἰούδας ἐν τῷ πεδίῳ ἐν τρισχιλίοις ἀνδράσι· πλὴν καλύμματα καὶ (β) μαχαίρας οὐκ εἶχον καθὼς ἠβού-
7 λοντο. Καὶ εἶδον παρεμβολὴν ἐθνῶν ἰσχυρὰν, τεθωρακισμένην,
8 καὶ ἵππον κυκλοῦσαν αὐτὴν, καὶ οὗτοι διδακτοὶ πολέμου. Καὶ εἶπεν Ἰούδας τοῖς ἀνδράσι τοῖς μετ' αὐτοῦ, Μὴ φοβεῖσθε τὸ πλῆθος αὐτῶν,
9 καὶ τὸ ὅρμημα αὐτῶν μὴ (γ) δειλωθῆτε. Μνήσθητε (*) πῶς ἐσώθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν θαλάσσῃ ἐρυθρᾷ, ὅτε ἐδίωξεν αὐτοὺς Φαραὼ
10 ἐν δυνάμει. Καὶ νῦν βοήσωμεν εἰς (δ) τὸν οὐρανὸν, εἴπως ἐλεήσει ἡμᾶς, καὶ μνησθήσεται διαθήκης (ε) πατέρων ἡμῶν, καὶ συντρίψει τὴν παρ-
11 εμβολὴν ταύτην κατὰ πρόσωπον ἡμῶν σήμερον. Καὶ (˜) γνώσεται πάν-
12 τα τὰ ἔθνη, ὅτι ἐστὶν ὁ λυτρούμενος καὶ σώζων τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ἦραν οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ (ζ) ἴδον αὐτοὺς ἐρχομένους
13 ἐξεναντίας, Καὶ (η) ἐξῆλθον ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς πόλεμον· καὶ
14 ἐσάλπισαν οἱ (θ) μετὰ Ἰούδα. Καὶ συνῆψαν, καὶ συνετρίβησαν τὰ ἔθνη,
15 καὶ ἔφυγον εἰς τὸ πεδίον. Οἱ δὲ ἔσχατοι πάντες (ι) ἔπεσον ἐν ῥομφαίᾳ. καὶ ἐδίωξαν αὐτοὺς ἕως (κ) Γαζηρῶν καὶ ἕως τῶν πεδίων τῆς (λ) Ἰδουμαίας καὶ Ἀζώτου καὶ (μ) Ἰαμνίας, καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν εἰς ἄνδρας τρισχιλίους.

MS. A. (α) ἡμέρᾳ, (β) μάχαιραν (γ) διωχθῆται. (*) ὡς (δ) οὐρανὸν, εἰ θελήσει (ε) πατέρων, καὶ (˜) γνώσονται (ζ) ἴδαν αὐτοὺς ἐρχομένους (η) ἐξῆλθαν (θ) παρὰ Ἰούδα. (ι) ἔπεσαν (κ) Γασηρῶν (λ) * Ἰουδαίας (μ) Ἰαννείας, καὶ ἔπεσαν

Interp. LAT.

Et dixerunt his qui ædificabant domos, & sponsabant uxores, & plantabant vineas, & formidolosis, ut redirent unusquisque in domum suam, secundùm legem. 56
Et moverunt castra, & collocaverunt ad Austrum Emmaum. 57
Et ait Judas; Accingimini, & estote filii potentes, & estote parati in mane, ut pugnetis adversùs nationes has quæ convenerunt super nos disperdere nos, & sancta nostra. 58
Quoniam melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & sanctorum. 59
Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic faciat. 60

CAP. IV.

Et (a) assumpsit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & moverunt castra nocte: 1
Ut applicarent ad castra Judæorum, & percuterent eos subitó. Et filii arcis erant illi duces itineris. 2
Et audivit Judas, & surrexit ipse, & potentes, percutere virtutem regis, quæ erat in Emmaum: 3
Adhuc enim dispersi erant exercitus à castris. 4
Et venit Gorgias in castra Judæ noctu, & neminem invenit. Et quærebat eos in montibus: quoniam dixit; Fugiunt hi à nobis. 5
Et simul cum die apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum: (b) tantùm tegumenta, & gladios non habebant, sicut volebant. 6
Et viderunt castra gentium valida, loricata, & equitatum in circuitu eorum: & hi docti ad prælium. 7
Et ait Judas viris, qui secum erant; Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. 8
Mementote, qualiter salvati sunt patres nostri in mari rubro, cùm sequeretur eos Pharao cum exercitu. 9
Et nunc clamemus in cœlum, si quo modo miserebitur nostri, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie. 10
Et scient omnes gentes, quia est qui redimat & liberet Israel. 11
Et elevaverunt alienigenæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex adverso: 12
Et exierunt de castris in prælium. Et tubâ cecinerunt qui erant (c) cum Juda: 13
Et congressi sunt: & contritæ sunt gentes, & fugerunt in campum. 14
Novissimi autem omnes ceciderunt in gladio. Et persecuti sunt eos usque (d) Gazeron, & usque in campos Idumææ, & Azoti, & Jamniæ: & ceciderunt ex illis ad tria millia virorum. 15

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Dixitque iis qui ædificabant sibi domos, desponderant sibi uxores, plantaverant sibi vineas, timidisque, ut reverterentur quisque domum suam, prout ait lex. 56
Tum profecta sunt castra, & metati sunt ad plagam australem Emaus. 57
Et dixit Juda, Accingimini, & estote strenui, sitisque parati manè ad bellandum contra gentes istas, quæ congregatæ sunt adversùm nos, ut tollant nos & sanctuarium nostrum. 58
Consultius enim est nobis occumbere in bello, quàm videre malum populi nostri, & sanctuarii nostri. 59
Prout autem fuerit voluntas coram habitante in cœlo, sic faciat. 60

CAP. IV.

Duxit autem Gorgia secum quinque millia peditum, & equites mille selectos: & profecta sunt hæc ipsius castra noctu: 1
Ut incauta occuparent castra Judæ noctu, & trucidarent eos ex improviso: & hi qui habitabant in arce, ipsi fuerunt ductores eorum. 2
Quod audiens Juda, profectus est ipse cum copiis quæ secum erant, ad opprimendum exercitum regis qui erat in Emaus, 3
Dum dispersus esset exercitus ejus à castris suis. 4
Veniens itaq; Gorgia in castra Judæ, cùm neminem invenisset, quæsivit eos in montibus; dicebat enim, Fugerunt isti à nobis. 5
Sed illucescente die, conspectus est Juda in planitie cum tribus millibus peditum, nihil habentibus præter gladios & clypeos tantùm, prout voluerant. 6
Cùm itaque vidissent castra fortissima armis præcincta, stipata equitibus, atque iis quidem belli peritis; 7
Dixit Juda viris qui secum erant, Ne metuite multitudinem istorum, & ab instructione eorum ne trepidate. 8
Mementote quomodo liberati fuerint majores nostri in mari Suph, quando persequebatur eos Pharaon magno cum exercitu. 9
Et nunc clamemus ad habitatorem cœli; fortè miserebitur nostri, & recordabitur Dominus fœderis majorum nostrorum, contereteque castra hæc coram nobis hodie: 10
Ut discant omnes gentes, esse qui liberet servetque Israëlem. 11
Attollentes autem Palæstini oculos suos, & videntes eos obviam sibi venientes; 12
Processerunt è castris suis ad bellum Clanxeruntque buccinis Judæi, 13
Et processerunt adversùs eos: & profligatæ fuerunt gentes illæ, fugeruntque ad planitiem; 14
Reliqui verò qui remanserant, gladio ceciderunt: & persecuti sunt illos usque ad Gazar, usque ad planitiem Adum, usque ad Azam, & usque ad Jamnin, cecideruntque ex eis, quasi tria millia virorum. 15

Versio VULG. LAT.

16 Et reversus est Judas, & exercitus ejus, sequens
17 eum. Dixítque ad populum ; Non concupiscatis
18 spolia : quia bellum contra nos est, Et Gorgias
& exercitus ejus prope nos in monte : sed state
nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos, &
19 sumetis posteà spolia securi. Et adhuc loquente
Judâ hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens
20 de monte. Et vidit Gorgias quòd in fugam con-
versi sunt sui, & succenderunt castra : fumus enim,
21 qui videbatur, declarabat quod factum est. Qui-
bus illi conspectis timuerunt valdè, aspicientes
simul & Judam, & exercitum in campo paratum
22 ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alie-
23 nigenarum : Et Judas reversus est ad spolia castro-
rum, & acceperunt aurum multum, & argentum,
& hyacinthum, & purpuram marinam, & opes
24 magnas. Et conversi, hymnum canebant, & be-
nedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus est,
25 quoniam in seculum misericordia ejus. Et facta
26 est salus magna in Israel in die illa. Quicunque
autem alienigenarum evaserunt, venerunt, & nun-
27 tiaverunt Lysiæ universa quæ acciderant. Quibus
ille auditis, consternatus animo deficiebat : quòd
non qualia voluit, talia contigerunt Israel, & qua-
28 lia mandavit rex. Et sequenti anno congregavit
Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equi-
29 tum quinque millia, ut debellaret eos. Et vene-
runt in Judæam, & castra posuerunt in Bethoron,
& occurrit illis Judas cum decem millibus viris.
30 Et viderunt exercitum fortem, & oravit, & dixit ;
Benedictus es, Salvator Israel, qui contrivisti impe-
tum potentis in manu servi tui David, Et tradi-
disti castra alienigenarum in manu Jonathæ filii
31 Saul, & armigeri ejus. Conclude exercitum istum
in manu populi tui Israel, & confundantur in ex-
32 ercitu suo & equitibus. Da illis formidinem, &
tabefac audaciam virtutis eorum, & commovean-
33 tur contritione suâ. Dejice illos gladio diligen-
tium te : & collaudent te omnes, qui noverunt
34 nomen tuum in hymnis. Et commiserunt prælium :
& ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia vi-
rorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

16 Καὶ ἐπέστρεψεν Ἰούδας καὶ ἡ δύναμις ἀπὸ τοῦ διώκειν ὄπισθεν αὐτῶν,
17 Καὶ εἶπε πρὸς τὸν λαόν, Μὴ ἐπιθυμήσητε τῶν σκύλων, ὅτι πόλε-
18 μος ἐξεναντίας ἡμῶν, Καὶ Γοργίας καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ ὄρει
ἐγγὺς ἡμῶν· ἀλλὰ στῆτε νῦν ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ πολε-
μήσατε αὐτούς, καὶ μετὰ ταῦτα (ν) λήψεστε τὰ σκῦλα μετὰ παῤῥησίας.
19 Ἔτι λαλοῦντος Ἰούδα ταῦτα, ὤφθη μέρος τι ἐκκύπτον ἐκ τοῦ ὄρους.
20 Καὶ εἶδεν ὅτι (ξ) τετρόπωνται, καὶ ἐμπυρίζουσι οἱ περὶ Ἰούδαν τὴν παρεμ-
21 βολήν, ὁ γὰρ καπνὸς (ʹ) θεωρούμενος ἐνεφάνιζε τὸ γεγονός. Οἱ δὲ ταῦ-
τα (ο) συνιδόντες ἐδειλώθησαν σφόδρα· συνιδόντες δὲ (ʺ) τὴν Ἰούδα
22 παρεμβολὴν ἐν τῷ πεδίῳ ἑτοίμην εἰς παράταξιν, Ἔφυγον πάντες
23 εἰς γῆν ἀλλοφύλων. Καὶ (π) ἀνέστρεψεν Ἰούδας ἐπὶ τὴν σκυλείαν
τῆς παρεμβολῆς· καὶ (ρ) ἔλαβον χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον καὶ
24 ὑάκινθον καὶ πορφύραν (σ) θαλασσίαν καὶ πλοῦτον μέγαν. Καὶ
(τ) ἐπιστραφέντες ὕμνουν καὶ εὐλόγουν εἰς οὐρανὸν τὸν κύριον, ὅτι καλόν,
25 ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ (υ) ἐγένετο σωτηρία μεγάλη
26 τῷ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ὅσοι δὲ τῶν ἀλλοφύλων διεσώ-
θησαν, παραγενηθέντες ἀπήγγειλαν τῷ Λυσίᾳ πάντα τὰ συμβε-
27 βηκότα. Ὁ δὲ ἀκούσας (φ) συνεχύθη καὶ ἠθύμει, ὅτι οὐχ οἷα ἤθε-
λε, τοιαῦτα (ʺ) γεγόνει τῷ Ἰσραήλ, καὶ οὐχ οἷα ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ βα-
28 σιλεύς, (χ) τοιαῦτα ἐξέβη. Καὶ ἐν τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ συν-
ελόχησεν (ψ) ὁ Λυσίας ἀνδρῶν ἐπιλέκτων ἑξήκοντα χιλιάδας καὶ
29 πεντακισχιλίαν ἵππον, ὥστε ἐκπολεμῆσαι αὐτούς. Καὶ ἦλθον
εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ παρενέβαλον ἐν Βαιθσούροις, καὶ συνήντη-
30 σεν αὐτοῖς Ἰούδας ἐν δέκα χιλιάσιν ἀνδρῶν. Καὶ εἶδε τὴν παρ-
εμβολὴν ἰσχυράν, καὶ προσηύξατο, καὶ εἶπεν, Εὐλογητὸς εἶ ὁ
σωτὴρ (ω) τοῦ Ἰσραήλ, ὁ συντρίψας τὸ ὅρμημα τοῦ δυνατοῦ ἐν χει-
ρὶ τοῦ δούλου σου Δαυίδ, καὶ παρέδωκας τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων εἰς
χεῖρας (α) Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ, καὶ τοῦ αἴροντος τὰ σκεύη αὐτοῦ.
31 Σύγκλεισον τὴν παρεμβολὴν ταύτην (β) ἐν χειρὶ λαοῦ σου Ἰσραήλ,
32 καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἐπὶ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἵππῳ αὐτῶν. Δὸς αὐτοῖς
δειλίαν, καὶ τῆξον θράσος ἰσχύος αὐτῶν, καὶ σαλευθήτωσαν τῇ
33 συντριβῇ αὐτῶν. Κατάβαλε αὐτοὺς ῥομφαίᾳ ἀγαπώντων σε, καὶ
αἰνεσάτωσάν σε πάντες οἱ (γ) εἰδότες τὸ ὄνομά σου ἐν ὕμνοις.
34 Καὶ συνέβαλον ἀλλήλοις, καὶ ἔπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς Λυσίου εἰς
πεντακισχιλίους ἄνδρας, καὶ ἔπεσον ἐξ ἐναντίας αὐτῶν.

MS.A. (ν) λάβετε σκῦλα καὶ μετὰ παῤῥησίας. Ἔτι πληροῦντος Ἰούδου (ξ) τετρόπωται, καὶ ἐνπυρίζουσιν τὴν (ʹ) ὁ θεωρούμενος (ο) συνιδόντες (ʺ) καὶ τὴν (π) Ἰούδας ἀνέστρεψεν (ρ) ἔλαβεν χρυσίον καὶ ἀργύριον πολὺν, καὶ (σ) καὶ θαλασσίαν (τ) ἐπιστρέψαντες ὕμνουν καὶ ηὐλόγουν εἰς οὐρανόν, ὅτι καλὸν εἰς τὸν αἰῶνα (υ) ἐγενήθη (φ) πάντα (ʺ) γέγονεν (χ) ἐξέβη. Καὶ ἐν τῷ ἐρχομένῳ (ψ) ἀνδρῶν (ω) Ἰσραήλ, (α) Ἰωνάθου (β) εἰς χεῖρας (γ) ἰδόντες

Interp. LAT.

Et reversus est Judas, & exercitus à sequendo 16
post eos, Dixitque ad populum ; Non concupi- 17
scatis spolia : quia bellum contra nos est : Et Gor- 18
gias, & exercitus [ejus] prope nos in monte. Sed
state nunc contra inimicos nostros, & expugnate
eos : & sumetis posteà spolia securè. Adhuc lo- 19
quente Judâ hæc, apparuit pars quædam prospi-
ciens de monte : Et vidit quòd in fugam con- 20
versi sunt, & succendunt, (e) qui circa Judam,
castra : fumus enim qui videbatur, declarabat
quod factum est. Quibus illi conspectis timu- 21
erunt valdè : aspicientes autem simul & Judæ
exercitum in campo paratum ad prælium, Fu- 22
gerunt omnes in terram alienigenarum. Et 23
Judas reversus est ad spolia castrorum : & ac-
ceperunt aurum multum, & argentum, & hya-
cinthum, & purpuram marinam, & opes ma-
gnas. Et conversi hymnum canebant, & bene- 24
dicebant Dominum in cœlum, quoniam bonum,
quoniam in seculum misericordia ejus. Et facta 25
est salus magna Israeli in die illa. Quicunque 26
autem alienigenarum evaserunt ; advenientes
nuntiaverunt Lysiæ universa quæ acciderant.
Quibus ille auditis, consternatus animo deficie- 27
bat : quòd non qualia voluit, talia contigerunt
Israeli : & non qualia mandavit ei rex, talia
evenerunt. Et in (f) proximo anno congregavit 28
Lysias virorum electorum sexaginta millia, &
equitum quinque millia ; ut debellaret eos. Et 29
venerunt in (g) Idumæam, & castra posuerunt
in Bæthsuris. Et occurrit illis Judas cum de-
cem millibus viris. Et vidit exercitum for- 30
tem, & oravit, & dixit ; Benedictus es, Salvator
Israel, qui contrivisti impetum potentis in ma-
nu servi tui David, & tradidisti castra ali-
enigenarum in manus Jonathæ filii Saul, & ar-
migeri ejus. Conclude exercitum istum in manu 31
populi tui Israel : & confundatur in virtute, &
equitatu suo. Da illis formidinem, & tabefac 32
audaciam virtutis eorum ; & commoveantur
contritione suâ. Dejice illos gladio diligenti- 33
um te : & collaudent te omnes qui noverunt no-
men tuum, in hymnis. Et commiserunt prælium 34
inter se : & ceciderunt de exercitu Lysiæ ad
quinque millia virorum :- & ceciderunt ex ad-
verso ipsorum.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 [illegible]
17
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
22
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
25
26 [illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]

* Reversus autem Juda cum exercitu suo ab iis quos persequebantur, Dixit populo, 17
Ne concupiscatis spolia ; nam adhuc bel-
lum viget coram nobis, Et Gorgia cum 18
exercitu suo in montibus sunt, nec procul
distant à nobis : sed state nunc adversùm
inimicos nostros, ut expugnetis eos, ac post-
eà spolia eorum liberè sumetis. Dum Juda 19
talia loqueretur, prospexerunt è montibus
quidam ex iis qui erant cum Gorgia, Et 20
viderunt eum devictum esse, & Judæos
comburentes castra ipsorum : fumus enim
qui conspiciebatur, factum demonstra-
bat. Cùm autem hæc vidissent, timue- 21
runt valdè : & videntes adhuc castra Ju-
dæ in planitie ad prælium instructa,
Fugerunt omnes in terram Palestinorum. 22
Tunc reversus Juda ad spolia castrorum, 23
accepit aurum multum, & argentum, la-
pides pretiosos hyacinthi, purpuras mari-
nas, & divitias magnas. Ita redeuntes 24
laudabant & gratias agebant Domino
qui in cœlis est, quòd bonus esset, &
in æternum miserationes ejus. Factáque 25
est salus Israëli eo die. Reliqui verò 26
qui remanserant è Palestinis, venientes
indicaverunt Lysiæ quod acciderat. Is 27
autem cùm audîsset, languore mœroré-
que magno captus est, quòd non prout
optabat ita evenisset Israëli, neque pro-
ut mandaverat sibi rex, ita fecisset. An- 28
no autem sequente, collegit Lysia viro-
rum selectorum sexies mille equites, ut
debellarent Israëlem. Et venientes in 29
Adum, castra fixerunt in Beth-sure, oc-
curritque eis Juda cum decies mille vi-
ris : Et videns castra munitissima ho- 30
stium suorum, oravit ac dixit ; Benedi-
ctus sis servator Israëlis ; qui contrivisti
confidentiam gigantis per manum Davi-
dis servi tui, & tradidisti castra Palæsti-
norum in manum Jonathanis filii Saulis,
& bajuli armorum ejus ; Nunc etiam 31
conclude castra hæc in manu populi tui
Israëlis, & erubescant in robore & equi-
tibus suis : Injice in eos timorem, & 32
contere fortitudinem exercitûs eorum, &
concutiantur contritione suâ : Dejice il- 33
los gladiis dilectorum tuorum, ut laudi-
bus te celebrent omnes cognoscentes no-
men tuum. Tum unà congressi sunt, 34
cecideruntque de castris Lysiæ ferè quin-
que millia virorum, & profligati sunt co-
ram eis.

Versio VULG. LAT.

Videns autem Lysias fugam suorum, & Judæorum audaciam, & quòd parati sunt aut vivere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, ut mul-
36 tiplicati rursus venirent in Judæam. Dixit autem Judas, & fratres ejus; Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renova-
37 re. Et congregatus est omnis exercitus, & ascen-
38 derunt in montem Sion. Et viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu vel montibus, & pastophoria diruta. Et sciderunt vesti-
39 menta sua, & planxerunt planctu magno, & impo-
40 suerunt cinerem super caput suum. Et ceciderunt in faciem super terram, & exclamaverunt turbis si-
41 gnorum, & clamaverunt in cœlum. Tunc ordinavit Judas viros, ut pugnarent adversùs eos qui erant
42 in arce, donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula: voluntatem habentes in lege Dei:
43 Et mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contami-
44 nationis in locum immundum. Et cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de
45 eo faceret. Et incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud: ne fortè illis esset in opprobrium, quia contaminaverunt illud Gentes, & demoliti sunt
46 illud. Et reposuerunt lapides in monte domûs in loco apto, quoadusque veniret propheta, & respon-
47 deret de eis. Et acceperunt lapides integros secundùm legem, & ædificaverunt altare novum, secun-
48 dùm illud quod fuit priùs: Et ædificaverunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem,
49 & atria sanctificaverunt. Et fecerunt vasa sancta nova, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum,
50 & mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ super can-
51 delabrum erant, & lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela, & consum-
Et dixit ; Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversùm gentes, quæ in circuitu nostro sunt. Et præceperunt his qui erant in exercitu suo : & abierunt Jamniam. Et exivit Gorgias de civitate , & viri ejus obviàm illis in pugnam. Et fugati sunt Joseph , & Azarias, & propulsati usque in fines Judææ. Et ceciderunt die illâ de populo Israel ad duo millia viri : & facta est plaga magna in populo Israel : Quia non audierunt Judam , & fratres ejus, existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, quibus data est salus Israel per manum eorum. Et vir Judas, & fratres ejus glorificati sunt valdè in conspectu omnis Israel, & gentium omnium , ubi audiebatur nomen eorum. Et convenerunt ad eos fausta acclamantes. Et exivit Judas, & fratres ejus: & expugnabant filios Esau in terra , quæ ad Austrum est : & percussit Chebron, & filias ejus: & destruxit munitionem ejus : & turres ejus succendit in circuitu. Et movit castra, ut iret in terram alienigenarum : & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes (c) in bello , dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. Et declinavit Judas in Azotum terram alienigenarum : & diruit aras eorum : & sculptilia deorum eorum succendit igni : & cepit spolia civitatum : & reversus est in terram Juda.

CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones : & audivit esse Elymaidem in Perside civitatem nobilissimam divitiis , argentóque, & auro : Templúmque, quod in ea, locuples valdè : & illic velamina aurea , & loricæ, & scuta, quæ reliquit ibi Alexander Philippi, rex Macedo, qui regnavit primus in Græcis. Et venit, & quærebat capere civitatem , & deprædari eam : & non potuit ; quoniam innotuit sermo his qui erant de civitate. Et insurrexerunt in eum in prælium : et fugit , et abiit indè cum tristitia magna, ut reverteretur Babyloniam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
[illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
[illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
[illegible]
67 [illegible]
68 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Comparemus nos etiam nobis nomen, & eamus pugnatum contra gentes quæ circumstant nos : Præceptóque dato copiis quæ secum erant, abierunt ad Jamnin. Sed egressi sunt Gorgia ex urbe & viri qui cum eo erant, adversùs eos in prælium : Et devicti sunt Joseph & Azaria, & persecutus est eos usque ad limites Edom, ceciderúntque eo die ex populo Israëlitico fermè duo millia virorum, & fuit contritio magna in Israële: Eò quòd non obtemperassent Judæ & fratribus ejus, volentes etiam ipsi comparare sibi nomen & claritatem. Isti verò non erant de semine virorum illorum quorum operâ præstiterat Deus salutem in Israële. Ita Juda & fratres ejus magis laudati fuerunt apud omnes Israelitas, & inter cunctas gentes : & ubicunque audiebatur fama illorum. Congregabantur, & venientes celebrabant eos. Deinde procedens Juda & fratres ejus, pugnabant contra filios Esau in terra Australi : & percusserunt Hebronem & filias ejus, Arces ejus everterunt, & turres ejus igne succenderunt per circuitum. Tum profectus est inde Juda ut abiret in terram Palæstinorum, transivítque per Samariam. Eo die ceciderunt sacerdotes in bello præstare volentes præclara facinora, & procedentes ad bellum sine consilio. Et declinavit Juda in Azotum quæ est in terra Palæstinorum, & demoliti sunt aras eorum, sculptilia idolorum eorum igne combusserunt, diripuerunt spolia urbium, & reversi sunt in Judæam.

* ܘ * [illegible] *

1 * [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]

CAP. VI.

REx autem Antiochus perlustrans regiones superiores, audivit esse in Perside Elam urbem nobilem divitiis auri & argenti, Et templum loci idolorum ejus esse valde opulentum, ibique extare galeas aureas, thoraces, & vasa bellica , quæ reliquerat ibi Alexander Philippi filius rex Macedo, is qui primus fuerat rex Græcorum. Quamobrem venit animo capiendi eam urbem atque diripiendi : sed non potuit, quoniam re civibus urbis patefactâ, Restiterunt ei cives illius bello ; ita ut fugiens proficisceretur inde magna cum tristitia, ut Babylonem remearet.

Versio VULG. LAT.

5 Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt
6 castra, quæ erant in terra Juda: Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Judæorum, & invaluerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt:
7 Et quia diruerunt abominationem, quam ædificaverat super altare, quod erat in Jerusalem, & sanctificationem, sicut priùs, circumdederunt muris excel-
8 sis, sed & Bethsuram civitatem suam. Et factum est ut audivit rex sermones istos, expavit, & commotus est valdé: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut co-
9 gitabat. Et erat illic per dies multos: quia renovata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se
10 mori. Et vocavit omnes amicos suos, & dixit illis; Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & cor-
11 rui corde præ solicitudine: Et dixi in corde meo; In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum: qui jucundus eram, &
12 dilectus in potestate mea! Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem, unde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, &
13 misi auferre habitantes Judæam sine causa. Cognovi ergò quia propterea invenerunt me mala ista: &
14 ecce pereo tristitiâ magnâ in terra aliena. Et vocavit Philippum, unum de amicis suis, & præposuit
15 eum super universum regnum suum: Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regna-
16 ret. Et mortuus est illic Antiochus rex, anno
17 centesimo quadragesimo nono. Et cognovit Lysias quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutrivit adolescentem:
18 & vocavit nomen ejus Eupator. Et hi qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum: & quærebant eis mala semper, & firmamentum Gen-
19 tium. Et cogitavit Judas disperdere eos: & con-
20 vocavit universum populum, ut obsiderent eos. Et convenerunt simul, & obsederunt eos, anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

5 Καὶ ἦλθεν ἀπαγγέλλων τις αὐτῷ εἰς τὴν Περσίδα, ὅτι τετρόπωνται
6 αἱ παρεμβολαὶ αἱ πορευθεῖσαι εἰς γῆν Ἰούδα, Καὶ ἐπορεύθη Λυσίας δυνάμει ἰσχυρᾷ ἐν πρώτοις, καὶ ἀνετράπη ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ ἐπίσχυσαν ὅπλοις (η) καὶ δυνάμει καὶ σκύλοις πολλοῖς οἷς ἔλαβον ἀπὸ
7 τῶν παρεμβολῶν ὧν ἐξέκοψαν, Καὶ (θ) καθεῖλον τὸ βδέλυγμα ὃ ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸ ἁγίασμα καθὼς τὸ πρότερον ἐκύκλωσαν τείχεσιν ὑψηλοῖς, καὶ τὴν (ι) Βαιθσοῦραν
8 πόλιν αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους, ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν κοίτην, καὶ ἐνέπεσεν εἰς ἀρρωστίαν ἀπὸ τῆς λύπης, ὅτι οὐκ ἐγένετο αὐτῷ καθὼς
9 ἐνεθυμεῖτο. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας πλείους, ὅτι ἀνεκαινίσθη ἐπ' αὐτὸν
10 λύπη μεγάλη, καὶ ἐλογίσατο ὅτι ἀποθνήσκει. Καὶ ἐκάλεσε πάντας τοὺς φίλους αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἀφίσταται (κ) ὁ ὕπνος ἀπὸ
11 τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ συμπέπτωκα τῇ καρδίᾳ ἀπὸ τῆς μερίμνης. Καὶ εἶπα τῇ καρδίᾳ (λ) μου, Ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος μεγάλου, ἐν ᾧ νῦν εἰμι; ὅτι χρηστὸς καὶ ἀγαπώμενος ἤμην ἐν τῇ
12 ἐξουσίᾳ μου. Νῦν δὲ (μ) μιμνήσκομαι τῶν κακῶν ὧν ἐποίησα ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔλαβον πάντα τὰ σκεύη (ν) τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξαπέστειλα (ξ) ἐξᾶραι τοὺς κατοικοῦντας Ἰούδα δια-
13 κενῆς. Ἔγνων (ο) οὖν ὅτι χάριν τούτων εὗρόν με τὰ κακὰ ταῦτα·
14 καὶ ἰδοὺ ἀπόλλυμαι λύπῃ μεγάλῃ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. Καὶ ἐκάλεσε Φίλιππον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς
15 βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ καὶ τὸν δακτύλιον, τοῦ ἀγαγεῖν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐκθρέψαι
16 αὐτὸν τοῦ (π) βασιλεύειν. Καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖ Ἀντίοχος ὁ βασι-
17 λεὺς ἔτους ἐνάτου καὶ (ͅ) τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. Καὶ ἐπέγνω Λυσίας ὅτι τέθνηκεν ὁ βασιλεύς, καὶ κατέστησε βασιλεύειν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, ὃν ἐξέθρεψε νεώτερον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ
18 (ρ) Εὐπάτορα. Καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄκρας ἦσαν συγκλείοντες τὸν Ἰσραὴλ κύκλῳ
19 τῶν ἁγίων, καὶ ζητοῦντες (σ) τὰ κακὰ δι' ὅλου, καὶ στήριγμα τοῖς ἔθνεσι. Καὶ ἐλογίσατο Ἰούδας ἐξᾶραι αὐτούς· καὶ ἐξεκκλησίασε πάντα τὸν
20 λαὸν τοῦ περικαθίσαι ἐπ' (τ) αὐτούς. Καὶ συνήχθησαν ἅμα, καὶ περιεκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς ἔτους πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτοὺς (ͅ) βελοστάσεις καὶ μηχανάς.

MS. A. (η) οἷς ἔλαβον (θ) καθεῖλαν (ι) Βεθσοῦρα (κ) ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου ὁ ὕπνος, (λ) Ἕως τίνος (μ) μνήσκομαι (ν) τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ (ξ) τοῦ ἐξᾶραι (ο) ὅτι χάριν (π) *μὴ βασιλεύειν. (ͅ) τεσσαρακοστοῦ (ρ) Εὐπάτωρ. (σ) κακά (τ) αὐτούς, ἔτους πεντηκοστοῦ (ͅ) βελοστασίας

Interp. LAT.

Et venit qui nuntiaret ei in Perside: quia fu- 5
gata sunt castra, quæ iverant in terram Juda;
Et ivit Lysias cum virtute forti in primis, & 6
fugatus est à facie eorum; & invaluerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt: Et diruerunt abomi- 7
nationem, quam ædificaverat super altare, quod erat in Hierusalem; et sanctificationem, sicut priùs, circumdederunt muris excelsis, et Bæthsuram civitatem suam. Et factum est, ut audivit 8
rex sermones istos; expavit, et commotus est valdè: et decidit in lectum, et incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sibi, sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: 9
quia renovata est in eo tristitia magna: et arbitratus est se mori. Et vocavit omnes amicos 10
suos, et dixit illis; Recessit somnus ab oculis meis, et concidi corde præ solicitudine: Et 11
dixi in corde meo; In quantam tribulationem deveni, et tempestatem magnam, in qua nunc sum? quia jucundus eram, et dilectus in potestate mea. Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci 12
in Hierusalem, et abstuli omnia vasa aurea, et argentea, quæ erant in ea: et misi auferre habitantes Judæam, sine causa. Cognovi ergò, 13
quia propterea invenerunt me mala ista: et ecce pereo tristitiâ magnâ in terra aliena. Et vocavit 14
Philippum unum de amicis suis, et præposuit eum super universum regnum suum: Et dedit 15
ei diadema, et stolam suam, et annulum; ut adduceret Antiochum filium suum, et nutriret eum, ut regnaret. Et mortuus est illic Antio- 16
chus rex anno nono et quadragesimo et centesimo. Et cognovit Lysias, quoniam mortuus est rex, et 17
constituit regnare Antiochum filium suum pro se, quem nutrivit adolescentem, et vocavit nomen ejus Eupatorem. Et qui erant in arce, con- 18
cluserant Israel in circuitu sanctorum, et quærebant mala semper, (a) et firmamentum gentibus. Et cogitavit Judas disperdere eos: et convocavit 19
universum populum, ut obsiderent eos. Et con- 20
venerunt simul, et obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo. Et fecit super eos balistas, et machinas.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

* Venerunt etiam *quidam*, & dixerunt An- 5
tiocho in Perside, devictas esse copias ejus illas quæ profectæ fuerunt in Judæam. Et 6
quomodo abiisset Lysia primùm magno cum exercitu, devictúsque esset ab eis: & invaluissent armis Judæi, copiis, spoliísque permultis, quæ ceperant à castris quæ devicerant: Evertissent abominationem illam 7
quæ ædificata fuerat super altare Jerosolymitanum: Sanctuarium cinxissent muris ingentibus ut antea, & Beth-suram urbem suam reædificassent. Et factum est, cùm au- 8
disset rex hujusmodi sermones, ut obstupesceret ac magnopere turbaretur, decumberétque super lectum suum; & ægrotaret præ tristitia; eò quòd res pro votis ejus minimè successisset. Fuit ergo ibi diebus 9
multis, quia renovata fuerat in ipso tristitia ipsius. Et arbitratus Antiochus se mori- 10
turum, advocavit omnes amicos suos, & dixit eis; Recessit somnus ab oculis meis, & cor meum contabuit in præcordiis meis præ nimia anxietate. Et dixi cordi meo, 11
Ad quantam usque calamitatem deveni, tantámque tempestatem quâ jactor! Nam ju- 12
cundus eram atque dilectus in dominio meo: nunc autem ecce recordor malorum quæ commisi in Jerusalem, accipiens vasa aurea & argentea quæ erant in ipsa, & mittens ut delerentur habitatores Judææ gratis. Equidem novi has ob res accidisse mihi 13
omnia ista mala: & ecce multam ob tristitiam pereo in terra aliena. Tum advo- 14
cans Antiochus Philippum unum ex amicis suis, præfecit eum toti regno suo; Deditque 15
ei diadema, stolam suam, annulúmque suum, ut deferret ea Antiocho filio suo, & nutriret eum ut esset rex. Ita mortuus est illic 16
Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono. Et cognoscens Lysia mortuum 17
esse regem, statuit Antiochum filium ejus in regno ipsius, quem ipse educaverat inde ab ejus pueritia, vocavítque nomen ejus Eupatorem. Illi autem qui degebant in 18
arce, concludebant Israëlem ex omni parte Sanctuarii, & studebant omnia ei inferre mala, erántque auxilio gentibus. Qua- 19
propter decrevit Juda tollere eos, congregavítque universum populum, ut obsiderent eos. Itaque simul congregati, obse- 20
derunt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt adversùs eos turrim & machinam ad impugnandum eos.

Versio VULG. LAT.

21 Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur, &
22 adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel, Et ab-
ierunt ad regem, & dixerunt; Quousque non facis
23 judicium, & vindicas fratres nostros? Nos decre-
vimus servire patri tuo, & ambulare in præceptis
24 ejus, & obsequi edictis ejus: Et filii populi no-
stri propter hoc alienabant se à nobis, & quicunque
inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæ-
25 reditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tan-
tùm extenderunt manum, sed & in omnes fines no-
26 stros. Et ecce applicuerunt hodiè ad arcem Jerusa-
lem occupare eam, & munitionem Bethsuram muni-
27 erunt: Et nisi præveneris eos velociùs, majora
28 quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. Et
iratus est rex, ut hæc audivit: & convocavit omnes
amicos suos, & principes exercitûs sui, & eos qui
29 super equites erant. Sed & de regnis aliis, & de
insulis maritimis, venerunt ad eum exercitus condu-
30 ctitii. Et erat numerus exercitûs ejus, centum mil-
lia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti
31 trigintaduo, docti ad prælium. Et venerunt per
Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugna-
verunt dies multos, & fecerunt machinas: & exie-
runt, & succenderunt eas igni, & pugnaverunt viri-
32 liter. Et recessit Judas ab arce, & movit castra ad
33 Bethzacharam contra castra regis. Et surrexit rex
ante lucem, & concitavit exercitus in impetum con-
tra viam Bethzacharam: & comparaverunt se exer-
34 citus in prælium, & tubis cecinerunt: Et elephan-
tis ostenderunt sanguinem uvæ & mori, ad acuen-
35 dos eos in prælium: Et diviserunt bestias per le-
giones: & astiterunt singulis elephantis mille viri
in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus
eorum: & quingenti equites ordinati unicuique be-
36 stiæ electi erant. Hi ante tempus ubicunque erat
bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non
discedebant ab ea.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

21 Καὶ ἐξῆλθον ἐξ (υ) αὐτῶν ἐκ τοῦ συγκλεισμοῦ, καὶ ἐκολλήθησαν
22 αὐτοῖς τινες τῶν ἀσεβῶν ἐξ Ἰσραήλ, Καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὸν
βασιλέα, καὶ (φ) εἶπον, Ἕως πότε οὐ ποιήσῃ κρίσιν, καὶ ἐκδικήσεις
23 τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν; Ἡμεῖς εὐδοκοῦμεν δουλεύειν τῷ πατρί σου,
καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις, καὶ κατακολουθεῖν τοῖς
24 προστάγμασιν αὐτοῦ. (χ) Καὶ περιεκάθηντο εἰς τὴν ἄκραν υἱοὶ
τοῦ λαοῦ ἡμῶν, χάριν τούτου (ψ) καὶ ἀλλοτριοῦνται ἀφ' ἡμῶν. πλὴν ὅσοι
εὑρίσκοντο ἀφ' ἡμῶν, ἐθανατοῦντο, καὶ αἱ κληρονομίαι ἡμῶν διηρπά-
25 ζοντο. Καὶ οὐκ ἐφ' ἡμᾶς μόνον ἐξέτειναν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ
26 πάντα τὰ ὅρια αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ παρεμβεβλήκασι σήμερον ἐπὶ
τὴν ἄκραν ἐν Ἱερουσαλὴμ, τοῦ καταλαβέσθαι αὐτὴν, καὶ τὸ ἁγίασμα,
27 καὶ τὴν Βαιθσοῦραν (ἀ) ὠχύρωσαν. Καὶ ἐὰν μὴ προκαταλάβῃ αὐτοὺς
διὰ τάχους, μείζονα τούτων ποιήσουσι, καὶ οὐ (~) δυνήσῃ τοῦ κατασχεῖν αὐτῶν.
28 Καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεὺς ὅτε ἤκουσε, καὶ συνήγαγε πάντας τοὺς
φίλους αὐτοῦ, (ω) καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν
29 (α) ἡνιῶν. Καὶ ἀπὸ βασιλειῶν ἑτέρων καὶ ἀπὸ νήσων θαλασσῶν
30 ἦλθον πρὸς αὐτὸν δυνάμεις μισθωταί. Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῆς δυνά-
μεων αὐτοῦ ἑκατὸν χιλιάδες (β) τῶν πεζῶν, καὶ εἴκοσι χιλιάδες
31 (γ) ἵππων, καὶ ἐλέφαντες δύο καὶ τριάκοντα εἰδότες πόλεμον. Καὶ
ἦλθοσαν διὰ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ παρενέβαλοσαν ἐπὶ (δ) Βαιθσοῦραν,
καὶ ἐπολέμησαν (ε) ἡμέρας πολλὰς, καὶ ἐποίησαν μηχανάς· καὶ
ἐξῆλθον, καὶ ἐνεπύρισαν (ζ) αὐτὰς ἐν πυρὶ, καὶ ἐπολέμησαν ἀν-
32 δρωδῶς. Καὶ ἀπῆρεν Ἰούδας ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ παρενέβαλεν
33 εἰς Βαιθζαχαρία ἀπέναντι τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως. Καὶ
ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς πρωῒ, καὶ ἀπῆρε τὴν παρεμβολὴν ἐν ὁρμήματι
αὐτῆς κατὰ τὴν ὁδὸν Βαιθζαχαρία, καὶ διεσκευάσθησαν αἱ δυνάμεις
34 εἰς τὸν πόλεμον, καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι. Καὶ τοῖς ἐλέφασιν
ἔδειξαν αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων, τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς τὸν πόλε-
35 μον. Καὶ διεῖλον τὰ θηρία εἰς τὰς (~) φάλαγγας, καὶ παρέστησαν
(η) ἑκάστῳ ἐλέφαντι χιλίους ἄνδρας (·) τεθωρακισμένους ἐν ἁλυσιδωτοῖς,
καὶ περικεφαλαῖαι χαλκαῖ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν, καὶ (θ) πεντακόσιοι
36 ἵπποι διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ ἐκλελεγμένοι. Οὗτοι πρὸ
καιροῦ, οὗ (ι) ἐὰν ἦν τὸ θηρίον, ἦσαν, καὶ οὗ (κ) ἐὰν ἐπορεύετο, ἐπορεύοντο
ἅμα, οὐκ ἀφίσταντο ἀπ' αὐτοῦ.

MS. A. (υ) αὐτοῦ (φ) εἶπαν, Ἕως πότε οὐ ποιήσεις (χ) ὅτι * οἱ τοῦ λαοῦ ἡμῶν (ψ) ἠλλοτριοῦντο (ἀ) ὀχύρωσαν. (~) δυνήσει (ω) ἄρχοντας δυνάμεως (α) μονιῶν. Καὶ ἀπὸ βασιλέων (β) πεζῶν, (γ) τῶν ἵππων, (δ) Βεθσοῦρα, (ε) ἐπὶ ἡμέρας (ζ) αὐτοὺς (~) φάραγγας, (η) ἐφ' ἑκάστῳ (·) τεθωρακισμένοις (θ) πεντακόσια ἵππος διατεταγμένη ἑκάστῳ θηρίῳ ἐκλελεγμένη. (ι) ἂν ᾖ (κ) ἂν ἐπορεύετο.

Interp. LAT.

Et exierunt[quidam] ex eis de clausura: & 21
adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel: Et 22
abierunt ad regem, & dixerunt; Quousque
non facies judicium, & vindicabis fratres no-
stros? Nos decrevimus servire patri tuo, & 23
ambulare in præceptis ejus, & obsequi edictis
ejus. Et (b) obsessi sunt in arce filii populi 24
nostri: propter hoc & alienant se à nobis: &
quicunque inveniebantur ex nobis, interficieban-
tur, & hæreditates nostræ diripiebantur. Et 25
non ad nos tantùm extenderunt manum, sed
& in omnes fines nostros. Et ecce applicue- 26
runt hodiè ad arcem in Hierusalem occupare
eam; & sanctificationem, & Bæthsuram
munierunt. Et, nisi præveneris eos velociùs, 27
majora, quàm hæc, facient, & non poteris
obtinere eos. Et iratus est rex, ut audivit: 28
& convocavit omnes amicos suos, & principes
exercitûs sui, & eos qui super equites erant.
Et de regnis aliis, & de insulis maritimis 29
venerunt ad eum exercitus conductitii. Et 30
erat numerus exercituum ejus centum millia
peditum, & viginti millia equitum, & ele-
phanti triginta duo docti ad prælium. Et 31
venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad
Bæthsuram: & pugnaverunt dies multos: &
fecerunt machinas. Et exierunt, & succende-
runt eas igni, & pugnaverunt viriliter. Et 32
recessit Judas ab arce, & movit castra ad
Bæthzacharia contra castra regis. Et surrexit 33
rex ante lucem, & concitavit exercitum in
impetu ejus contra viam Bæthzacharia. Et
comparaverunt se exercitus in prælium, &
tubis cecinerunt. Et Elephantis ostenderunt 34
sanguinem uvæ, & mororum, ad acuendos
eos in prælium. Et diviserunt bestias in 35
legiones, & statuerunt singulis elephantis mille
viros in loricis concatenatis: & galeæ æreæ
in capitibus eorum: & quingenti equites ordi-
nati unicuique bestiæ electi. Hi ante tempus, 36
ubicunque erat bestia, ibi erant; & quocunque
ibat, ibant simul, non discedebant ab ea.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
[illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Et egressis quibusdam illorum è clausura, adhæserunt illis quidam impii ex Israële; qui abeuntes ad regem, dixerunt ei; Quoúsque non exercebis judicium & ultionem contra fratres nostros? Nos ultrò volebamus servitutem exhibere patri tuo, obsequi omnibus mandatis ejus, & cunctis placitis ejus hærere: at ecce populares nostri obsident arcem hanc ob causam, & censemur ab eis veluti extranei, Quemcunque reperiunt è nobis, occidunt, & possessio nostra diripitur ab eis. Et non in nos tantùm extenderunt manus, sed etiam in omnes terminos suos. Et ecce castra habent hodie contra arcem quæ est in Jerusalem, ut capiant eam: & Sanctuarium atque Beth-suram muniverunt. Et nisi celeriter præoccupetis eos, his majora & plura facient, neque prævalebitis viribus eorum. Iratus est rex cùm hæc audîsset, convocavítque omnes amicos suos, & duces copiarum suarum, & eos qui præerant curribus. Et ex aliis regnis, multísque ex insulis venerunt ad eum copiæ ab eo conductæ: Adeò ut esset numerus exercitûs ejus centum millia peditum & viginti millia equitum, elephantorúmque triginta duorum, belli peritorum. Tum venientes per Edom, castra posuerunt contra Beth-suram, & oppugnaverunt eam diebus multis, fabricatis machinis: at egressi *cives*, combusserunt eas igni, & strenuè dimicaverunt. Movens itaque Juda ab arce, castrametatus est prope Beth Zachariam ex adverso castrorum regis. Et rex manè surgens, duxit castra impetu per viam Beth-Zachariæ: dispositóque ad bellum exercitu, clanxerunt tubis. Et cùm ostendissent elephantis sanguinem uvæ & mororum, & parâssent eos ad bellum; Diviserunt eos in phalangas, & tradiderunt cuique elephanto mille viros vestitos loricis ferreis, & galeas æreas gestantes capitibus suis: & quingenti equites comitabantur unumquemque elephantum; Hi multò ante delecti fuerant, & quocunque proficiscebatur unus ex illis *elephantis*, ibi aderant etiam isti, nec recedebant ab eo.

Versio VULG. LAT.

37 Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes
super singulas bestias : & super eas machinæ : &
super singulas viri virtutis trigintaduo, qui pu-
38 gnabant desuper, & Indus magister bestiæ. Et
residuum equitatum hinc & indè statuit in duas
partes, tubis exercitum commovere, & perurgere
39 constipatos in legionibus ejus. Et ut refulsit Sol
in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt mon-
tes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.
40 Et distincta est pars exercitûs regis per montes ex-
celsos, & alia per loca humilia : & ibant cautè
41 & ordinatè. Et commovebantur omnes inhabitan-
tes terram à voce multitudinis, & incessu turbæ,
& collisione armorum : erat enim exercitus ma-
42 gnus valdè, & fortis. Et appropiavit Judas, &
exercitus ejus in prælium : & ceciderunt de exer-
43 citu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius
Saura unam de bestiis loricatam loricis regis : &
erat eminens super cæteras bestias : & visum est
44 ei quòd in ea esset rex : Et dedit se ut libera-
ret populum suum, & acquireret sibi nomen æ-
45 ternum. Et concurrit ad eam audacter in medio
legionis, interficiens à dextris & à sinistris, & ca-
46 debant ab eo huc atque illuc. Et ivit sub pedes
elephantis, & supposuit se ei, & occîdit eum : &
cecidit in terram super ipsum, & mortuus est il-
47 lic. Et videntes virtutem regis, & impetum ex-
48 ercitûs ejus, diverterunt se ab eis. Castra autem
regis ascenderunt contra eos in Jerusalem, & ap-
plicuerunt castra regis ad Judæam & montem Sion.
49 Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura : &
exierunt de civitate, quia non erant eis ibi ali-
50 menta conclusis, quia sabbata erant terræ. Et
comprehendit rex Bethsuram : & constituit illîc cu-
51 stodiam servare eam. Et convertit castra ad lo-
cum sanctificationis dies multos : & statuit illîc
balistas, & machinas, & ignis jacula, & tormen-
ta ad lapides jactandos, & spicula, & scorpios
52 ad mittendas sagittas, & fundibula. Fecerunt au-
tem & ipsi machinas adversùs machinas eorum, &
pugnaverunt dies multos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

37 Καὶ πύργοι ξύλινοι ἐπ᾽ αὐτὰς ὀχυροὶ σκεπαζόμενοι ἐφ᾽ ἑκάστου
θηρίου, ἐζωσμένοι ἐπ᾽ (˙˙) αὐτῆς μηχαναῖς· καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου ἄνδρες
(λ) δυνάμεως δύο καὶ τριάκοντα οἱ πολεμοῦντες ἐπ᾽ (μ) αὐ-
38 τοῖς, καὶ ὁ Ἰνδὸς αὐτῆς. Καὶ τὴν ἐπίλοιπον ἵππον ἔνθεν καὶ
ἔνθεν (ν) ἔστησαν ἐπὶ τὰ δύο μέρη τῆς παρεμβολῆς, κατασείοντες
39 καὶ καταφρασσόμενοι ἐν ταῖς (˜) φάραγξιν. Ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος
ἐπὶ τὰς (¨) χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ᾽ αὐτῶν,
40 καὶ κατηύγαζεν ὡς λαμπάδες πυρός. Καὶ ἐξετάθη μέρος τι τῆς
παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη, καί τινες ἐπὶ
41 (˙) ταπεινά· καὶ ἤρχοντο ἀσφαλῶς καὶ τεταγμένως. Καὶ ἐσαλεύοντο
πάντες οἱ ἀκούοντες φωνῆς πλήθους αὐτῶν, καὶ ὁδοιπορείας τοῦ
πλήθους, καὶ (ξ) συγκρουσμοῦ τῶν ὅπλων· ἦν γὰρ ἡ παρεμβο-
42 λὴ μεγάλη σφόδρα καὶ ἰσχυρά. Καὶ ἤγγισεν Ἰούδας καὶ ἡ παρεμβολὴ
αὐτοῦ εἰς παράταξιν· καὶ (ο) ἔπεσον ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως
43 ἑξακόσιοι ἄνδρες. Καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ὁ Σαυαρὰν ἓν τῶν θηρίων
τεθωρακισμένον (π) θώρακι βασιλικῷ, καὶ ἦν ὑπεράγον πάντα τὰ
44 θηρία, καὶ ὤφθη ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστιν ὁ βασιλεύς. Καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν
45 τοῦ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ περιποιῆσαι (ρ) ἑαυτῷ ὄνομα αἰώνιον. Καὶ
ἐπέδραμεν αὐτῷ θράσει εἰς μέσον τῆς (σ) φάλαγγος, καὶ ἐθανάτου
46 δεξιὰ καὶ εὐώνυμα, καὶ ἐσχίζοντο ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔνθα καὶ ἔνθα. Καὶ εἰσέδυ
ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ὑπέθηκεν αὐτῷ, καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν, καὶ ἔπε-
47 σεν ἐπὶ τὴν γῆν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖ. Καὶ ἴδον τὴν
ἰσχὺν τῆς βασιλείας καὶ (τ) τὸ ὅρμημα τῶν δυνάμεων, καὶ ἐξέκλιναν
48 ἀπ᾽ αὐτῶν. (υ) Οἱ δὲ ἐκ τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως (˝) ἀνέβαινον
εἰς συνάντησιν αὐτῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. καὶ παρενέβαλεν ὁ βασιλεὺς
49 εἰς τὴν Ἰουδαίαν καὶ εἰς τὸ ὄρος Σιών. Καὶ ἐποίησεν (φ) εἰρήνην
μετὰ τῶν ἐκ Βαιθσούρων· καὶ (χ) ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, ὅτι οὐκ ἦν αὐ-
τοῖς ἐκεῖ διατροφὴ τοῦ συγκεκλεῖσθαι ἐν αὐτῇ, ὅτι σάββατον ἦν τῇ
50 γῇ. Καὶ κατελάβετο (ψ) βασιλεὺς τὴν Βαιθσούραν, καὶ ἀπέταξεν ἐκεῖ
51 φρουρὰν τηρεῖν αὐτήν. Καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ τὸ ἁγίασμα ἡμέρας
πολλὰς, καὶ ἔστησεν ἐκεῖ βελοστάσεις καὶ μηχανὰς καὶ πυροβόλα καὶ λι-
52 θόβολα καὶ σκορπίδια εἰς τὸ βάλλεσθαι βέλη, καὶ σφενδόνας. Καὶ
ἐποίησαν καὶ αὐτοὶ μηχανὰς πρὸς τὰς μηχανὰς αὐτῶν, καὶ ἐπολέμησαν
ἡμέρας πολλάς.

MS. A. (˙˙) αὐτοὺς (λ) δύο καὶ τριάκοντα (μ) αὐτοὺς, (ν) ἔστησεν (˜) φάλαγξιν. (¨) χρυσᾶς ἀσπίδας (˙) τὰ ταπεινά (ξ) συγκρουσμοὺς (ο) ἔπεσαν (π) θώραξιν βασιλικοῖς, (ρ) αὐτῷ (σ) φάραγγος, (τ) τὰ ὁρμήματα (υ) Καὶ ἐκ (˝) ἀνέβαινον (φ)* μετὰ τῶν (χ) ἐξῆλθεν (ψ) ὁ βασιλεὺς

Interp. LAT.

Et turres ligneæ super eos firmæ, protegentes 37
super unamquamque bestiam, accinctæ super
eam machinis : & super unamquamque viri
virtutis triginta duo, qui pugnabant in eis, &
magister ejus. Et residuum equitatum hinc & 38
indè statuerunt in duas partes castrorum, com-
moventes, & constipati in (c)vallibus. Ut 39
autem refulsit Sol in clypeos aureos, & æreos;
resplenduerunt montes ab eis, & resplendue-
runt sicut lampades ignis. Et extendit se pars 40
quædam exercitûs regis per montes excelsos, &
quidam per loca humilia : & ibant cautè, &
ordinatè. Et commovebantur omnes audientes 41
vocem multitudinis eorum, & incessum tur-
bæ, & collisionem armorum. Erat enim exer-
citus magnus valdè, & fortis. Et appro- 42
piavit Judas, & exercitus ejus, in prælium :
& ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri.
Et vidit Eleazar filius Savaran unam de be- 43
stiis loricatam loricâ regis : & erat eminens
super cæteras bestias : & visum est, quòd in ea
esset rex. Et dedit se, ut liberaret populum 44
suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et 45
cucurrit ad eam audacter in medium legionis
interficiens à dextris & sinistris : & scinde-
bantur ab eo hinc & indè. Et subiit sub ele- 46
phantum, & supposuit se ei, & occîdit eum :
& cecidit in terram super ipsum, & mortuus
est illîc. Et videntes virtutem regni, & im- 47
petum exercituum, diverterunt se ab eis. Qui 48
autem erant de castris regis, ascenderunt con-
tra eos in Hierusalem : & applicuit rex ad
Judæam, & montem Sion : Et fecit pacem 49
cum his qui erant in Bæthsuris. Et exierunt
de civitate : quia non erant eis ibi alimenta
conclusis in ea : quia Sabbatum erat terræ. Et 50
comprehendit rex Bæthsuram : & constituit ibi
custodiam, servare eam. Et castra habuit ad 51
locum sanctificationis dies multos. Et statuit
illîc balistas, et machinas, et ignis jacula, et
tormenta ad lapides jactandos, et scorpios ad
mittendas sagittas, et fundibula. Fecerunt 52
autem et ipsi machinas adversùs machinas
eorum : et pugnaverunt dies multos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

37 [illegible]
[illegible]
38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
[illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
[illegible]
52 [illegible]
[illegible]

Erant quoque iis impositæ turres ligneæ 37
ingentes, obtegentes unumquemque ele-
phantum, adeoque erant machinis accincti :
& super unumquemque eorum, viri bellato-
res triginta, qui bellabant super eum, nec-
non gubernator ej[9]. Reliquos autem equites 38
hinc inde statuerunt in utrâque extremitate
castrorum, bellantes & ostentantes nitorem
armorum suorum inter phalangas. Fiebat 39
enim ut oriente sole, & super clypeos au-
reos æneosque fulgente, splenderent fulge-
rentque montes ab eis, ceu lampades ignitæ.
Pars autem exercitûs ejus ordine disposita 40
stabat super montes excelsos, pars verò su-
per montes exiguos : atque ita procedebant
securè in ordinibus suis : Et commoveban- 41
tur omnes qui audiebant vocem exercitûs
eorum, & incessum multitudinis eorum, so-
nitumque armorum; erat quippe exercitus
maximus & admodum fortis. Verùm acce- 42
dente Juda cum exercitu suo in prælium,
ceciderunt è castris regis sexcenti viri. Vi- 43
dens autem Eliazar qui vocabatur Horam,
unum ex elephantis accinctum armis regiis,
& omnium elephantorum præstantissimum;
ratus in eo regem adesse, Exposuit seipsum 44
ut servaret populum suum, & compa-
raret sibi nomen æternum. Incurrens 45
enim in illum viriliter ac generosè inter
exercitus & phalangas, & dextrorsum at-
que sinistrorsum occîdens, ita ut fugerent
à conspectu ejus hinc inde : Subiit sub 46
elephantum illum, & ventrem ejus gladio
feriens, occîdit illum, corruitque super eum
in terram, & mortuus est ibi. Cúmque vi- 47
disset Juda potentiam regiam, & apparatum
exercitûs, declinavit ab eis. E castris au- 48
tem regis ascendebant quidam contra eos
in Jerusalem, quòd rex castra posuisset
contra Judæam & montem Sionis. Nam 49
pace initâ cum his qui erant in Bethsura,
egressi sunt ex urbe, eò quòd non haberent
commeatum ut conclusi manerent in ea, quia
sabbatum erat terræ. Captâ rex igitur Beth- 50
surâ, statuit ibi custodiam ad servandam
illam : Tum castra posuit contra Sanctua- 51
rium, oppugnavitque illud multis die-
bus : & erexit ibi turres & machinas
ad pugnandum contra eos, & ad eja-
culandum balistis sagittas, lapides, ig-
nemque. Fecerunt autem illi quoque 52
machinas contra machinas eorum, & præ-
liati sunt diebus multis.

Versio VULG. LAT.

53 Escæ autem non erant in civitate, eò quòd septimus annus esset : & qui remanserant in Judæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum, quæ repositæ
54 fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames : & dispersi sunt unusquis-
55 que in locum suum. Et audivit Lysias quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium suum, & regna-
56 ret, Reversus esset à Perside, & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere re-
57 gni negotia : Festinavit ire, & dicere ad regem, & duces exercitûs ; Deficimus quotidiè, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus,
58 & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis
59 pacem, & cum omni gente eorum : Et constituamus illis ut ambulent in legitimis suis sicut priùs, propter legitima enim ipsorum quæ despeximus, irati
60 sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principum : & misit ad eos pacem
61 facere, & receperunt illam. Et juravit illis rex, &
62 principes : & exierunt de munitione. Et intravit rex montem Sion, & vidit munitionem loci : & rupit cito juramentum, quod juravit : & mandavit destru-
63 ere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reversus est Antiochiam, & invenit Philippum dominantem civitati : & pugnavit adversus eum, & occupavit civitatem.

CAP. VII.

1 ANno centesimo quinquagesimo primo, exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam, & regnavit il-
2 lic. Et factum est, ut ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum &
3 Lysiam, ut adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit : & ait ; Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et
4 occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem
5 regni sui : Et venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Israel : & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri
6 sacerdos. Et accusaverunt populum apud regem, dicentes ; Perdidit Judas, & fratres ejus, omnes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

53 Βρώματα δὲ οὐκ ἦν ἐν τοῖς (ω) ἀγγείοις, διὰ τὸ ἕβδομον ἔτος εἶναι, καὶ οἱ ἀνασωζόμενοι εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν
54 κατέφαγον τὸ ὑπόλειμμα τῆς παραθέσεως. Καὶ ὑπελείφθησαν ἐν τοῖς ἁγίοις ἄνδρες ὀλίγοι, ὅτι κατεκράτησεν αὐτῶν ὁ λιμὸς·
55 καὶ ἐσκορπίσθησαν ἕκαστος εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσε Λυσίας, ὅτι Φίλιππος, ὃν κατέστησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος ἔτι (α) ζῶν,
56 ἐκθρέψαι Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸ βασιλεῦσαι αὐτόν, Ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς Περσίδος καὶ Μηδείας, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ πορευθεῖσαι τοῦ βασιλέως μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ζητεῖ παραλαβεῖν τὰ (β)
57 πράγματα. Καὶ κατέσπευσεν τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ εἰπεῖν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως, καὶ τοὺς ἄνδρας, Ἐκλείπομεν καθ᾽ ἡμέραν, καὶ ἡ τροφὴ ἡμῖν ὀλίγη, καὶ ὁ τόπος οὗ παρεμβάλλομέν ἐστιν
58 ὀχυρός, καὶ ἐπίκειται ἡμῖν τὰ τῆς βασιλείας. Νῦν οὖν δῶμεν δεξιὰν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, καὶ ποιήσωμεν μετ᾽ αὐτῶν εἰρήνην καὶ
59 μετὰ παντὸς ἔθνους αὐτῶν, Καὶ στήσωμεν αὐτοῖς τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν, ὡς τὸ πρότερον· χάριν γὰρ τῶν νομίμων αὐτῶν ὧν
60 διεσκεδάσαμεν, ὠργίσθησαν, καὶ ἐποίησαν ταῦτα πάντα. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐναντίον τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ ἀπέστειλε
61 πρὸς αὐτοὺς εἰρηνεῦσαι, καὶ (γ) ἐπεδέξαντο. Καὶ ὤμοσεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἄρχοντες· ἐπὶ τούτοις ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ὀχυρώμα-
62 τος. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ὄρος Σιών, καὶ εἶδε τὸ ὀχύρωμα τοῦ τόπου· καὶ ἠθέτησε τὸν ὁρκισμὸν ὃν ὤμοσε, καὶ ἐνετεί-
63 λατο (δ) καθελεῖν τὸ τεῖχος κυκλόθεν. Καὶ (ε) ἀπῆρε κατὰ σπουδήν, καὶ ἀπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ εὗρε Φίλιππον κυριεύοντα τῆς πόλεως, καὶ ἐπολέμησε πρὸς αὐτόν, καὶ κατελάβετο τὴν πόλιν βίᾳ.

MS. A. (ω) ἁγίοις, (α) ζῶντος αὐτοῦ, (β) τῶν πραγμάτων. Καὶ κατέσπευδον καὶ ἐπενεύσαντο τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ εἶπεν (γ) ἐπεδέξατο. (δ) καὶ καθεῖλεν (ε) ἀπῆραν

ΚΕΦ. ζ΄.

1 ΕΤους ἑνὸς καὶ (α) πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐξῆλθε Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου ἐκ Ῥώμης, καὶ ἀνέβη σὺν ἀνδράσιν ὀλίγοις εἰς πόλιν παρα-
2 θαλασσίαν, καὶ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ. Καὶ ἐγένετο ὡς εἰσεπορεύετο εἰς οἶκον βασιλείας πατέρων αὐτοῦ, συνέλαβον αἱ δυνάμεις τὸν Ἀντίοχον
3 καὶ τὸν Λυσίαν (α) ἄγειν αὐτοὺς αὐτῷ. Καὶ ἐγνώσθη αὐτῷ τὸ πρᾶγμα,
4 καὶ εἶπε, Μή μοι δείξητε τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Καὶ ἀπέκτειναν αὐτοὺς αἱ δυνάμεις, καὶ ἐκάθισε Δημήτριος ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐ-
5 τοῦ. Καὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν πάντες ἄνδρες ἄνομοι καὶ ἀσεβεῖς ἐξ
6 Ἰσραήλ, καὶ (β) Ἄλκιμος ἡγεῖτο αὐτῶν, βουλόμενος ἱερατεύειν. Καὶ κατηγόρησαν τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, λέγοντες, Ἀπώλεσεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ (˜) τοὺς φίλους σου, καὶ ἡμᾶς (γ) ἐσκόρπισαν ἀπὸ τῆς γῆς ἡμῶν.

MS. A. (α)* πεντηκοστοῦ ἐξῆλθεν (α) ἀγαγεῖν (β) Ἄλκιμος (˜) πάντας τοὺς (γ) ἐσκόρπισεν

Interp. LAT.

Escæ enim non erant in vasis, eò quòd septimus annus esset : & qui evaserant in Judæam de gentibus, comedebant reliquias eorum quæ repositæ fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci; quoniam obtinuerat eos fames : & dispersi sunt unusquisque in locum suum. Et audivit Lysias, quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium suum ad faciendum illum regnare, Reversus est à Perside & Media, & exercitus regis, qui abierant cum ipso, & quia quærit suscipere negotia. Et festinavit ire, & (d) dicere ad regem, & duces exercitûs, & viros ; Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus : & incumbunt nobis negotia regni. Nunc igitur demus dexteram hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum : Et constituamus illis, ut ambulent in legitimis suis, sicut priùs. Propter legitima enim ipsorum, quæ dispersimus irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis, & principum. Et misit ad eos pacem facere : & acceperunt. Et juravit illis rex, & principes : tunc exierunt de munitione. Et intravit rex in montem Sion, & vidit munitionem loci : & rupit juramentum, quod juravit, & mandavit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reversus est Antiochiam : & invenit Philippum dominantem civitati : & pugnavit adversus eum, & occupavit civitatem vi.

CAP. VII.

ANno uno & quinquagesimo, & centesimo, exiit Demetrius Seleuci filius è Roma : & ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam : & regnavit illic. Et factum est, ut ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum, & Lysiam, ut adduceret eos ad eum. Et res ei innotuit, & ait ; Nolite mihi ostendere facies eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui. Et venerunt ad eum omnes viri iniqui, & impii ex Israele: et Alcimus dux erat eorum qui et volebat fieri sacerdos. Et accusaverunt populum apud regem, dicentes ; Perdidit Judas, & fratres ejus, amicos tuos : & nos disperdiderunt de terra nostra.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Sed cùm commeatus non esset in Sanctuario, quoniam annus erat septimus ; & qui evaserant è gentibus, comederant residuum annonæ eorum : Remanserunt in Sanctuario homines pauci, quia prævalente eis fame, dispersi sunt quisque in locum suum. Audiens autem Lysia Philippum illum cui provinciam demandaverat Antiochus dum viveret, educandi filium suum, eumque regem constituendi ; Reversum esse è Perside & Media stipatum copiis omnibus quæ profectæ fuerant cum rege, & velle usurpare negotia regni, ac festinum se conferre : Dixit Lysia regi & ducibus exercitûs, atque principibus populi ; Consumimur hìc, & alimenta pauca sunt nobis, hujus loci quem obsidemus, arx munitissima est, & negotia regni nobis incumbunt : Demus ergo dexteram hominibus istis, pacemque ineamus cum eis, & cum tota gente ipsorum: Et constituamus eis ut ambulent in legibus suis, ut antea : nam quia leges eorum abrogavimus, indignati sunt; & irati fecerunt hæc omnia. Placuit sermo coram rege & principibus ejus, misitque ad eos ut pacem iniret cum eis; & acquieverunt eis : Cúmq; jurâsset eis rex, et principes ejus, iccirco egressi sunt ex arce sua At ingressus rex in montem Sionis, et cùm vidisset munitionem loci, rescidit jusjurandum quod juraverat, præcepitque ut destruerent murum circunquaque. Tum inde profectus, & Antiochiam diligenter reversus, invenit Philippum urbem à se vi rapuisse.

CAP. VII.

ANno centesimo quinquagesimo primo, egressus Demetrius Seleuci filius Româ, ascendit paucis cum hominibus contra urbes litoribus maris adjacentes & regnavit illic. Fuit autem ut cùm ingrederetur in domum regiam patrum suorum, caperent duces copiarum Antiochum & Lysiam, ut perducerent eos ad ipsum. At re ab eo cognitâ, dixit ; Ne ostendatis mihi facies eorum: Quare occiderunt eos copiæ. Itaque sedente Demetrio super solio regni sui, Confluxerunt ad eum omnes viri scelerati & impii ex Israele : & Elcimus erat dux eorum, qui volebat esse summus sacerdos. Is accusavit populum apud regem, & ait ; Perdidit Juda cum fratribus suis amicos tuos, & nos disperserunt è terra.

Versio VULG. LAT.

7 Nunc ergò mitte virum, cui credis, ut eat, & videat
exterminium omne, quod fecit nobis, & regionibus
regis : & puniat omnes amicos ejus, & adjutores
8 eorum. Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui
dominabatur trans flumen, magnum in regno, & fi-
9 delem regi : & misit eum. Ut videret exterminium,
quod fecit Judas : sed & Alcimum impium constituit
in sacerdotium, & mandavit ei facere ultionem in fi-
10 lios Israel. Et surrexerunt, & venerunt cum exer-
citu magno in terram Juda : & miserunt nuntios, &
locuti sunt ad Judam, & ad fratres ejus, verbis pacifi-
11 cis in dolo. Et non intenderunt sermonibus eorum:
viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno.
12 Et convenerunt ad Alcimum & Bacchidem congre-
13 gatio scribarum requirere quæ justa sunt : Et pri-
mi, Assidæi qui erant in filiis Israel, & exquirebant
14 ab eis pacem. Dixerunt enim; Homo sacerdos de
15 semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus
est cum eis verba pacifica : & juravit illis, dicens ;
Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris.
16 Et crediderunt ei : & comprehendit ex eis sexaginta
viros, & occidit eos in una die, secundùm verbum
17 quod scriptum est; Carnes Sanctorum tuorum, &
sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem,
18 & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tre-
mor in omnem populum : quia dixerunt; Non est ve-
ritas & judicium in eis : transgressi sunt enim consti-
19 tutum, & jusjurandum quod juraverunt. Et movit
Bacchides castra ab Jerusalem, & applicuit in Beth-
zecha : & misit, & comprehendit multos ex eis qui à
se effugerant, & quosdam de populo mactavit, & in
20 puteum magnum projecit. Et commisit regionem
Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adjutorium
21 ipsi. Et abiit Bacchides ad regem : Et satis agebat
22 Alcimus pro principatu sacerdotii sui. Et convene-
runt ad eum omnes, qui perturbabant populum suum,
& obtinuerunt terram Juda, & fecerunt plagam ma-
23 gnam in Israel. Et vidit Judas omnia mala quæ fe-
cit Alcimus, & qui cum eo erant, filiis Israel, multò
24 plus quàm Gentes. Et exiit in omnes fines Judææ in
circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & ces-
saverunt ultrà exire in regionem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

7 Νῦν οὖν ἀπόστειλον ἄνδρα ᾧ πιστεύεις, καὶ πορευθεὶς ἰδέτω τὴν (ᵈ) ἐξολό-
θρευσιν πᾶσαν ἣν ἐποίησεν ἡμῖν καὶ τῇ χώρᾳ τοῦ βασιλέως, καὶ (δ) κολα-
8 σάτω αὐτοὺς καὶ πάντας τοὺς ἐπιβοηθοῦντας αὐτοῖς. Καὶ ἐπέλεξεν ὁ
βασιλεὺς τὸν (ε) Βακχίδην τῶν φίλων τοῦ βασιλέως, κυριεύοντα ἐν τῷ
πέραν τοῦ ποταμοῦ, καὶ μέγαν ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ πιστὸν τῷ βασιλεῖ.
9 καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν, Καὶ Ἄλκιμον τὸν ἀσεβῆ, καὶ (ζ) ἔστησεν αὐτῷ
τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς
10 υἱοῖς Ἰσραήλ. Καὶ (η) ἀπῆραν, καὶ ἦλθον μετὰ δυνάμεως πολλῆς εἰς
γῆν Ἰούδα. καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸς Ἰούδαν, καὶ (θ) τοὺς ἀδελ-
11 φοὺς αὐτοῦ, λόγοις εἰρηνικοῖς μετὰ δόλου. Καὶ οὐ (ι) προσέσχον τοῖς
12 λόγοις αὐτῶν, ἰδὸν γὰρ ὅτι ἦλθον μετὰ δυνάμεως πολλῆς. Καὶ
ἐπισυνήχθησαν πρὸς (κ) Ἄλκιμον καὶ Βακχίδην συναγωγὴ γραμματέων
13 ἐκζητῆσαι δίκαια. Καὶ πρῶτοι οἱ Ἀσιδαῖοι ἦσαν ἐν υἱοῖς Ἰσ-
14 ραήλ, καὶ ἐπεζήτουν (ᵃ) παρὰ αὐτῶν εἰρήνην. Εἶπαν γὰρ, Ἄνθρωπος
ἱερεὺς ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀαρὼν ἦλθεν ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ οὐκ ἀδική-
15 σει ἡμᾶς. Καὶ ἐλάλησε μετ' αὐτῶν (λ) λόγους εἰρηνικοὺς, καὶ ὤμοσεν
αὐτοῖς, λέγων, Οὐκ ἐκζητήσομεν ὑμῖν κακὸν, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῶν.
16 Καὶ ἐνεπίστευσαν αὐτῷ. καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἑξήκοντα ἄνδρας, καὶ
ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ κατὰ (μ) τὸν λόγον ὃν ἔγραψε,
17 Σάρκας ὁσίων σου καὶ αἵματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ
18 οὐκ ἦν αὐτοῖς ὁ θάπτων. Καὶ ἐπέπεσεν αὐτῶν ὁ φόβος καὶ ὁ τρόμος
(ν) ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν, ὅτι εἶπαν, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ
19 (ξ) κρίσις· παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσαν. Καὶ ἀπῆρε
Βακχίδης ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ παρενέβαλεν ἐν Βηζέθ, καὶ ἀπέ-
στειλε καὶ συνέλαβε πολλοὺς ἀπὸ τῶν (ο) ἀπ' αὐτοῦ αὐτομολησάντων
ἀνδρῶν, καί τινας τοῦ λαοῦ, καὶ ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ τὸ μέγα.
20 Καὶ κατέστησε τὴν χώραν τῷ Ἀλκίμῳ, καὶ ἀφῆκε μετ' αὐτοῦ δύναμιν
21 τοῦ βοηθεῖν αὐτῷ. καὶ ἀπῆλθε Βακχίδης πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ
22 ἠγωνίσατο Ἄλκιμος περὶ τῆς (˜) ἀρχιερωσύνης. Καὶ συνήχθησαν πρὸς
αὐτὸν πάντες οἱ ταράσσοντες τὸν λαὸν αὐτῶν, καὶ κατεκράτησαν γῆν
23 Ἰούδα, καὶ ἐποίησαν πληγὴν μεγάλην ἐν Ἰσραήλ. Καὶ εἶδεν Ἰούδας
πᾶσαν τὴν κακίαν ἣν ἐποίησεν (¨) Ἄλκιμος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν υἱοῖς
24 Ἰσραήλ, ὑπὲρ τὰ ἔθνη. Καὶ ἐξῆλθεν εἰς πάντα τὰ ὅρια τῆς Ἰου-
δαίας (π) κυκλόθεν, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἀνδράσι (ρ) τοῖς
αὐτομολήσασι, καὶ ἀνεστάλησαν τοῦ (σ) πορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν.

MS. A. (ᵈ) ἐξολέθρευσιν ἅπασαν (δ) ἐκολάσατο (ε) Βαρακχίδην (ζ) ἔστησαν (η) ἀπῆλθεν, (θ) πρὸς τοὺς (ι) προσεῖχον (κ) Ἄλκινον (ᵃ) παρ' (λ) εἰρηνικοὺς λόγους, (μ) τοὺς λόγους οὓς (ν) εἰς (ξ)* κρίσι (ο) μετ' αὐτοῦ (˜) ἀρχιερωσύνης. (¨) Ἄλκινος (π) καὶ κυκλόθεν, (ρ) καὶ τοῖς (σ) πορευθῆναι εἰς χώραν.

Interp. LAT.

Nunc ergò mitte virum, cui credis, & profectus 7
videat exterminium omne quod fecit nobis, &
regioni regis : & puniat eos, & omnes adjuto-
res eorum. Et elegit rex Bacchidem ex amicis 8
regis, qui dominabatur trans flumen, & ma-
gnum in regno, & fidelem regi. Et misit eum,
Et Alcimum impium : & statuit ei sacerdotium : 9
& mandavit ei facere ultionem in filios Israel. Et 10
surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno
in terram Juda. Et misit nuntios ad Judam, &
fratres ejus, verbis pacificis cum dolo. Et non 11
intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim,
quia venerant cum exercitu magno. Et con- 12
venerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio
scribarum, requirere quæ justa sunt. (a) Et pri- 13
mi Asidæi erant in filiis Israel : & exquirebant
ab eis pacem. Dixerunt enim; Homo sacerdos 14
de semine Aaron venit in exercitu : & non no-
cebit nobis. Et locutus est cum eis verba pa- 15
cifica, & juravit illis, dicens ; Non quæremus
vobis malum, neque amicis vestris. Et credi- 16
derunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta
viros : & occidit eos in una die secundùm ver-
bum, quod (b) scripsit ; Carnes Sanctorum tuo- 17
rum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circui-
tu Hierusalem ; & non erat eis qui sepeliret. Et 18
incubuit eorum timor, & tremor in omnem
populum : quia dixerunt ; Non est veritas, &
judicium in eis. Transgressi sunt enim constitu-
tum, & jusjurandum, quod juraverunt. Et 19
movit Bacchides castra ab Hierusalem, & ap-
plicuit in Bezeth : & misit, & comprehendit
multos ex viris, qui à se refugerant, & quosdam
de populo : & mactavit eos in puteum ma-
gnum. Et commisit regionem Alcimo : & reli- 20
quit cum eo exercitum in adjutorium ipsi. Et
abiit Bacchides ad regem. Et satagebat Alci 21
mus pro principatu sacerdotii. Et convenerunt 22
ad eum omnes qui perturbabant populum suum :
& obtinuerunt terram Juda : & fecerunt
plagam magnam in Israel. Et vidit Judas 23
omnia mala, quæ fecit Alcimus, & qui cum
eo erant, filiis Israel, plusquàm (c) gentes. Et 24
exiit in omnes fines Judææ in circuitu, & fecit
vindictam in viros desertores : & cessaverunt
ire in regionem.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]

* Jam mitte virum tibi fidum, qui abeat, vi- 7
deátque totam perditionem quam fecerunt
nobis & regioni regis, & quomodo excru-
ciaverit illos & omnes adjutores eorum.
Elegit ergò rex Bacherium amicum suum 8
qui præerat regioni transfluviali, & ma-
gnus ac fidus erat in regno suo ; Misitque 9
eum & Elcimum impium cui instituit sacer-
dotium; præcepítque ei ut exerceret vin-
dictam in filios Israëlis. Itaque profecti 10
venerunt in terram Judæ multo cum exerci-
tu, misitque legatum ad Judam & fratres
ejus verbis pacificis cum dolo. Sed non 11
attenderunt, neque animum adhibuerunt
verbis eorum, viderant enim illos venisse
ad se magno cum exercitu. Et convene- 12
runt apud Elcimum & Bacherium cœtus
Scribarum ad exquirendam & petendam
æquitatem : Et præcipui, erant cantores 13
inter filios Israëlis, & petebant ab eis pa-
cem. Dicebant enim; Vir sacerdos de se- 14
mine Aharonis venit cum exercitu, neque
lædent nos. Ille verò allocutus est eos ver- 15
bis pacificis, & juravit eis, dixítque ;
Non procurabimus neque machinabimur
malum contra vos & amicos vestros. Sed 16
cùm credidissent ei, prehendit ex eis sexa-
ginta viros, & peremit eos eodem die, se-
cundùm verbum quod dixit propheta :
Carnem sanctorum tuorum, & sanguinem 17
eorum effuderunt circum Jerusalem, &
non est eis qui sepeliat. Et occupavit ter- 18
ror eorum totum populum, dicebant enim ;
Non inest his veritas neque jus, quando-
quidem transgressi sunt jus & juramentum
ac pactum quod inierant. Deinde movens 19
Bacherius de Jerusalem, castra posuerunt
contra Beth-dara : & mittens prehendit ex
hominibus qui rebellaverant in eum, ac
etiam *quosdam* è populo, & jugulavit eos
juxta puteum magnum. Tum committens 20
regionem Elcimo, & relictis apud eum
copiis in præsidium ejus, venit Bacherius
ad regem. Elcimus autem contendebat de 21
principatu sacerdotii : Et convenerunt ad 22
eum omnes ii qui conturbabant gentem su-
am, & occupaverunt terram Judæ, & fe-
cerunt plagam magnam in Israële. Videns 23
itaque Juda totum malum quod intulerant
Elcimus & comites ejus filiis Israëlis, de-
teriùs quàm gentes ipsæ ; Prodiens ad 24
omnes terminos Judææ circunquaque,
exercuit judicium in viros illos qui re-
bellaverant, & missi fuerant ad cursitan-
dum per regionem.

Versio VULG. LAT.

25 Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Judas, & qui
cum eo erant : & cognovit quia non poteſt ſuſtinere
eos, & regreſſus eſt ad regem, & accuſavit eos multis
26 criminibus. Et miſit rex Nicanorem, unum ex prin-
cipibus ſuis nobilioribus : qui erat inimicitias exer-
cens contra Iſrael : & mandavit ei evertere popu-
27 lum. Et venit Nicanor in Jeruſalem cum exercitu
magno, & miſit ad Judam & ad fratres ejus verbis
28 pacificis cum dolo, Dicens ; Non ſit pugna inter
me & vos : veniam cum viris paucis, ut videam facies
29 veſtras cum pace. Et venit ad Judam, & ſalutave-
illo principatum: & surrexit loco Judæ fratris
sui. Et cognovit Bacchides; & quærebat eum 32
occidere. Et cognovit Jonathas, & Simon frater 33
ejus, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecoe: & consederunt ad aquam
lacûs Asphar. Et cognovit Bacchides die sabba- 34
torum, & venit ipse, & omnis exercitus ejus
trans Jordanem. Et Jonathas misit fratrem 35
suum ducem populi: & rogavit Navathæos amicos suos, ut commodarent sibi apparatum
suum, qui erat copiosus. Et exierunt filii Zam- 36
bri ex Medaba, & comprehenderunt Joannem, & omnia quæ habebat, & abierunt habentes.
Post hæc autem verba renuntiatum est Jonathæ 37
& Simoni fratri ejus; quia filii Zambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Nadabath, filiam unius de magnis principibus Chanaan, cum ambitione magna. Et recordati 38
sunt (c) Joannis fratris sui: & ascenderunt,
& absconderunt se sub tegumento montis. Et 39
elevaverunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus: & sponsus processit, et amici ejus, & fratres ejus, obviàm illis cum tympanis, & musicis, & armis multis.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]

Fuit autem post obitum Judæ, ut emerge- 23
rent & apparerent viri iniqui in omnibus
terminis Israëlis, & conspicerentur omnes
impii & transgressores legis. Iisdem quo- 24
que diebus accidit fames magna, quâ de-
structa est regio cum ipsis. Elegit verò Ba- 25
cherius homines impios, & constituit eos
dominos atque præfectos regionis: Qui 26
pervestigantes & exquirentes amicos Judæ,
adducebant eos ad Bacherium; atque is
illudebat eis & excruciabat eos. Ita fuit 27
afflictio maxima Israëli, qualis non fuerat
visa inde à die quo non est visus propheta
inter ipsos. Quare congregati omnes ami- 28
ci Judæ, dixerunt Jonathani; Ab eo die 29
quo mortuus est Juda frater tuus, non est
vir similis ei, qui procedat contra inimicos nostros, contra Bacherium, & contra eos omnes qui oppugnant & oderunt
nos è popularibus nostris. Jam ergò per- 30
placet nobis hodie, ut sis nobis princeps
& rector ad gerendum bella nostra. Et 31
acquievit Jonathan eo tempore, fuitque
dux, & surrexit loco Judæ fratris sui.
Quod rescisens Bacherius, volebat inter- 32
ficere eum. Sed cognoscens Jonathan & 33
Simon frater ejus, & omnes qui erant
cum eo, fugerunt in desertum Tecoæ, &
castra posuerunt ad aquas putei Aspharis.
Quod ubi rescivit Bacherius die sabbathi, 34
venit ipse cum toto exercitu suo ad ulteriores partes fluminis Jordanis. Interea mi- 35
serat Jonathan Johannem fratrem suum ut
esset dux populi, rogavitque Nabatæos amicos suos, ut deponeret apud ipsos totam
supellectilem suam. Sed egressi filii Am- 36
bri de Madeba, comprehenderunt Johannem & omnes qui erant cum ipso, & abducentes abierunt. His autem rebus gestis, 37
dictum fuit Jonathani & Simoni fratri ejus,
filios Ambri facere convivium magnum,
& sponsam adducere è Nabat filiam præcipui cujusdam inter magnates Chanaanis,
maxima cum pompa, plurimóque populo.
Quare recordatus Jonathan Johannis fratris 38
sui, ascenderunt abdideruntque se sub ala
montis: Et cùm sublatis oculis suis aspe- 39
xissent, & ecce tumultus turbæ plurimæ, &
sponsus cum amicis suis (exierant enim
amici & fratres ejus in occursum ejus cum
citharis & sistris, multisque instrumentis
bellicis.)

Verſio VULG. LAT.

40 Et ſurrexerunt ad eos ex inſidiis, & occiderunt eos,
& ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in
41 montes: & acceperunt omnia ſpolia eorum: Et
converſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum
42 ipſorum in lamentum. Et vindicaverunt vindictam
ſanguinis fratris ſui: & reverſi ſunt ad ripam Jor-
43 danis. Et audivit Bacchides, & venit die ſabbato-
44 rum uſque ad oram Jordanis in virtute magna. Et
dixit ad ſuos Jonathas; Surgamus, & pugnemus con-
tra inimicos noſtros: non eſt enim hodiè ſicut herì
45 & nudiuſtertiùs. Ecce enim bellum ex adverſo, a-
qua verò Jordanis hinc & indè, & ripæ, & paludes,
46 & ſaltus: & non eſt locus divertendi. Nunc ergò
clamate in cœlum, ut liberemini de manu inimico-
47 rum veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum. Et ex-
tendit Jonathas manum ſuam percutere Bacchidem,
48 & divertit ab eo retró: Et diſſiliit Jonathas, &
qui cum eo erant, in Jordanem, & tranſnataverunt
49 ad eos Jordanem. Et ceciderunt de parte Bacchi-
dis die illâ mille viri. Et reverſi ſunt in Jeruſalem,
50 Et ædificaverunt civitates munitas in Judæa, muniti-
onem, quæ erat in Jericho, & in Ammaum, & in
Bethoron, & in Bethel, & Thamnata, & Phara, &
51 Thopo muris excelſis, & portis, & ſeris. Et po-
ſuit cuſtodiam in eis, ut inimicitias exercerent in
52 Iſrael: Et munivit civitatem Bethſuram, & Ga-
zaram, & arcem, & poſuit in eis auxilia, & ap-
53 paratum eſcarum: Et accepit filios principum re-
gionis obſides, & poſuit eos in arce in Jeruſalem
54 in cuſtodiam. Et anno centeſimo quinquageſimo
tertio, menſe ſecundo, præcepit Alcimus deſtrui
muros domûs ſanctæ interioris, & deſtrui opera
55 prophetarum: & cœpit deſtruere. In tempore il-
lo percuſſus eſt Alcimus: & impedita ſunt opera
illius, & occluſum eſt os ejus, & diſſolutus eſt pa-
ralyſi, nec ultrà potuit loqui verbum, & mandare
56 de domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus in tempo-
57 re illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides
quoniam mortuus eſt Alcimus: & reverſus eſt ad
regem, & ſiluit terra annis duobus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

40 Καὶ ἐξανέστησαν ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἐνέδρου (ξ) οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθαν,
καὶ ἀπέκτειναν αὐτοὺς, καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοὶ, καὶ οἱ ἐπίλοιποι
41 ἔφυγον εἰς τὸ ὄρος. καὶ ἔλαβον πάντα τὰ (ʺ) σκῦλα αὐτῶν. Καὶ μετε-
στράφη ὁ γάμος εἰς πένθος, καὶ (ο) ἡ φωνὴ μουσικῶν αὐτῶν εἰς θρῆνον.
42 Καὶ ἐξεδίκησαν τὴν ἐκδίκησιν αἵματος ἀδελφοῦ αὐτῶν, καὶ ἀπέ-
43 στρεψαν εἰς τὸ (π) ἕλος τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἤκουσε Βακχίδης, καὶ ἦλθε
τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἕως τῶν κρηπίδων τοῦ Ἰορδάνου ἐν δυνάμει πολλῇ.
44 Καὶ εἶπεν Ἰωνάθαν τοῖς (ρ) παρ' αὐτοῦ, Ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμή-
σωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην
45 ἡμέραν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ πόλεμος ἐξεναντίας ἡμῶν καὶ ἐξόπισθεν ἡμῶν·
τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Ἰορδάνου ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ἕλος καὶ δρυμὸς, (σ) οὐκ ἔστι
46 τόπος τοῦ ἐκκλῖναι. Νῦν οὖν κεκράξατε εἰς οὐρανὸν, ὅπως διασω-
47 θῆτε ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν (τ) ὑμῶν. καὶ συνῆψεν ὁ πόλεμος. Καὶ
ἐξέτεινεν Ἰωνάθαν τὴν χεῖρα αὐτοῦ πατάξαι τὸν Βακχίδην, καὶ ἐξέκλι-
48 νεν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω. Καὶ ἐνεπήδησεν Ἰωνάθαν καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ
εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν. καὶ οὐ διέβησαν ἐπ'
49 αὐτοὺς τὸν Ἰορδάνην. Καὶ (υ) διέπεσον παρὰ Βακχίδου τῇ ἡμέρᾳ
50 ἐκείνῃ εἰς χιλίους ἄνδρας. καὶ (ʺ) ἐπέστρεψεν εἰς Ἱερουσαλήμ, Καὶ
(φ) ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, τὸ ὀχύρωμα τὸ ἐν
Ἱεριχῷ, καὶ τὴν Ἐμμαοὺμ, καὶ τὴν Βαιθωρὼν, καὶ τὴν Βαιθὴλ, καὶ τὴν Θαμνα-
θὰ (χ) Φαραθωνὶ, καὶ τὴν Τεφὼν ἐν τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύλαις καὶ
51 μοχλοῖς. Καὶ (ψ) ἔθετο φρουρὰν ἐν αὐτοῖς τοῦ ἐχθραίνειν τῷ Ἰσραήλ.
52 Καὶ (ω) ὠχύρωσε τὴν πόλιν τὴν ἐν Βαιθσούρᾳ, καὶ τὴν Γάζαρα,
καὶ τὴν ἄκραν, καὶ (α) ἔθετο ἐν αὐταῖς δυνάμεις καὶ παραθέσεις βρω-
53 μάτων. Καὶ (β) ἔλαβε τοὺς υἱοὺς τῶν ἡγουμένων τῆς χώρας ὅμηρα,
54 καὶ (γ) ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐν φυλακῇ. Καὶ
ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ (δ) ἑκατοστῷ, μηνὶ τῷ δευτέρῳ,
ἐπέταξεν Ἄλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς
ἐσωτέρας, καὶ καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν, καὶ ἐνήρξατο τοῦ καθαι-
55 ρεῖν. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήγη Ἄλκιμος, καὶ ἐνεποδίσθη
τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἐδύνατο
56 ἔτι λαλῆσαι λόγον καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Καὶ ἀπέθανεν
57 Ἄλκιμος ἐν τῷ καιρῷ (ε) ἐκείνῳ μετὰ βασάνου μεγάλης. Καὶ εἶδε
Βακχίδης ὅτι ἀπέθανεν Ἄλκιμος, καὶ ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα,
καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ Ἰούδα ἔτη δύο.

MS.A.(ξ) καὶ ἀπέκτειναν (ʺ) σκεύη (ο) φωνὴ (π)*ὄρος (ρ) ἀδελφοῖς αὐτοῦ, (σ) καὶ οὐκ (τ) ἡμῶν. (υ)*διέβησαν παρὰ Βακχίδου (ʺ) ἀπέστρεψαν (φ) ᾠκοδόμησαν (χ) Φαραθὼν, (ψ) ἔθεντο (ω) ὠχύρωσαν τὴν πόλιν καὶ Βεθσούραν, καὶ Γαζάραν, (α) ἔθεντο (β) ἔλαβον (γ) ἔθεντο (δ)*ἐνάτῳ, τῷ μηνὶ (ε)*ἐκείνῃ

Interp. LAT.

Et ſurrexerunt in eos ex inſidiis illi qui erant 40
circa Jonatham, & occiderunt eos: & ceci-
derunt vulnerati multi: & reſidui fugerunt
in montem. Et acceperunt omnia ſpolia eorum:
Et converſæ ſunt nuptiæ in luctum: et vox
muſicorum ipſorum in lamentum: Et vindicave- 41
runt vindictam ſanguinis fratris ſui: et reverſi 42
ſunt ad ripam Jordanis. Et audivit Bacchides,
et venit die ſabbatorum uſque ad oras Jordanis 43
in virtute magna. Et dixit ad ſuos Jonathas;
Surgamus nunc, et pugnemus pro animabus no- 44
ſtris. Non eſt enim hodiè, ſicut herì, et nudiuſter-
tiùs. Ecce enim bellum ex adverſo nobis, et à
tergo nobis: aqua verò Jordanis hinc et indè, 45
et palus, et ſaltus: non eſt locus divertendi.
Nunc ergò clamate in cœlum, ut liberemini de
manu inimicorum veſtrorum. Et commiſſum eſt 46
prælium. Et extendit Jonathas manum ſuam
percutere Bacchidem: et divertit ab eo retró. 47
Et inſiliit Jonathas, et qui cum eo erant, in
Jordanem: et tranſnataverunt in ulteriora: 48
et non tranſierunt ad eos Jordanem. Et ceci-
derunt de parte Bacchidis die illâ ferè mille 49
viri. Et reverſus eſt in Hieruſalem. Et ædifi-
cavit civitates munitas in Judæa, munitionem, 50
quæ in Hiericho, et Emmaum, et Bæthoron, et
Bæthel, et Thamnatha Pharathoni, et Tephon,
muris excelſis, et portis, et ſeris. Et poſuit
cuſtodiam in eis, ut inimicitias exercerent in 51
Iſrael. Et munivit civitatem, quæ in Bæth-
ſura, et Gazaram, et arcem: et poſuit in eis 52
præſidia, et apparatus eſcarum. Et accepit fi-
lios principum regionis obſides: et poſuit eos in 53
arce in Hieruſalem in cuſtodia. Et anno cen-
teſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo, 54
præcepit Alcimus deſtrui murum atrii ſanctorum
interioris: et deſtruxit opera prophetarum:
Et cœpit deſtruere. In tempore illo percuſſus 55
eſt Alcimus: et impedita ſunt opera illius: et
occluſum eſt os ejus: et diſſolutus eſt paralyſi,
nec ultrà potuit loqui verbum, et mandare de
domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus in tempore 56
illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides, 57
quoniam mortuus eſt Alcimus: et reverſus
eſt ad regem, et ſiluit terra Juda annis duo-
bus.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
[illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
[illegible]
55 [illegible]
[illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
[illegible]

Inſurrexerunt in eos ex inſidiis comites Jo- 40
nathanis, & occiderunt eos, adeò ut cade-
rent confoſſi multi, & reliqui fugerent ad
montes; ceperúntque omnia ſpolia eorum.
Ita verſum eſt convivium in luctum, & vox 41
muſices eorum in lamentum. Illi autem 42
ſumptâ vindictâ ſanguinis fratris ſui, reverſi
ſunt in ulteriorem partem Jordanis. Audi- 43
ens itaque Bacherius rediiſſe Jonathanem,
venit ad terminos Jordanis die ſabbathi nu-
meroſo cum exercitu. Tunc ait Jonathan 44
iis qui ſecum erant; Surgite, pugnemus pro
animabus noſtris; non enim eſt hodierna
dies, ut herì & antehac: Nam ecce bel- 45
lum paratum eſt contra nos ex adverſo no-
ſtrî & à tergo noſtro, & aquæ Jordanis cir-
cunſtant nos hinc inde, & ſaltus in medio,
nec patet locus declinandi ab eo. Clamate 46
jam ad Cœlicolam, quonam pacto eripiendi
ſitis è manu inimicorum veſtrorum. Com- 47
miſſo itaque certamine extulit Jonathan ma-
num ſuam ut percuteret Bacherium, at is de-
clinavit ab illo retrorſum. Tunc reverſi 48
tranſnatârunt Jordanem Jonathan & qui e-
rant cum eo: illi verò non trajecerunt poſt
eos. Ceciderunt autem è comitibus Ba- 49
cherii eo die, quaſi mille viri. Inde rever- 50
ſus Bacherius in Jeruſalem, extruxit urbes
munitas in Judæa, arcem quæ erat in Jeri-
cho, & Emaus, & Beth-horonem, & Beth-
il, & Temnath, & Perath, & Taphum,
muris altis, & portis, vectibúſque: Et 51
ſtatuit in eis cuſtodes ad inimicitiam Iſrae-
lis. Munivit quoque Beth-ſuram urbem, & 52
Geziram, nec non munitionem: & collo-
cavit in eis copias, condidítque eis comme-
atum in illis, Et accepit Bacherius filios 53
principum terræ illius obſides, & poſuit eos
in cuſtodia in arce Jeroſolymorum. Anno 54
centeſimo quinquageſimo tertio, menſe ſe-
cundo, præcepit Elcimus ut deſtrueretur
murus atrii interioris Sanctuarii, & everti
opera prophetarum: cœpítque animo ab-
ſolvendi. Sed eodem momento percuſſus 55
fuit Elcimus, ita ut ceſſarent functiones e-
jus, & diſſolveretur, occluderetur os ejus,
nec ullum verbum loqui poſſet, aut præce-
pta mandare de domo ſua: Adeóque mor- 56
tuus ſit Elcimus eodem momento magnis
cum cruciatibus. Videns itaque Bacherius 57
mortuum eſſe Elcimum, reverſus eſt ad re-
gem; atque ita quievit ſiluítque terra Judæ
duobus annis.

Versio VULG. LAT.

58 Et cogitaverunt omnes iniqui dicentes; Ecce Jonathas, & qui cum eo ſunt, in ſilentio habitant confidenter: nunc ergò adducamus Bacchidem, & com-
59 prehendet eos omnes unâ nocte. Et abierunt, &
60 conſilium ei dederunt. Et ſurrexit ut veniret cum exercitu multo: & miſit occultè epiſtolas ſociis ſuis, qui erant in Judæa, ut comprehenderent Jonathan, & eos qui cum eo erant: ſed non potuerunt,
61 quia innotuit eis conſilium eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant malitiæ, quin-
62 quaginta viros, & occîdit eos: Et receſſit Jonathas, & Simon, & qui cum eo erant, in Bethbeſſen,
63 quæ eſt in deſerto: & extruxit diruta ejus, & firmaverunt eam. Et cognovit Bacchides, & congrega-
64 vit univerſam multitudinem ſuam: & his, qui de Judæa erant, denuntiavit. Et venit, & caſtra poſuit
65 deſuper Bethbeſſen: & oppugnavit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Jonathas Simo-
66 nem fratrem ſuum in civitate, & exiit in regionem, & venit cum numero. Et percuſſit Odaren, & fratres ejus, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum:
67 & cœpit cædere, & creſcere in virtutibus. Simon verò & qui cum ipſo erant, exierunt de civitate, &
68 ſuccenderunt machinas, Et pugnaverunt contra Bacchidem, & contritus eſt ab eis: & afflixerunt eum valdè, quoniam conſilium ejus, & congreſſus ejus erat
69 inanis. Et iratus contra viros iniquos, qui ei conſilium dederant ut veniret in regionem ipſorum, multos ex eis occîdit: ipſe autem cogitavit cum reli-
70 quis abire in regionem ſuam. Et cognovit Jonathas, & miſit ad eum legatos componere pacem cum ipſo, & reddere ei captivitatem. Et libenter
71 accepit, & fecit ſecundùm verba ejus, & juravit ſe nihil facturum ei malum omnibus diebus vitæ
72 ejus. Et reddidit ei captivitatem, quam priùs erat prædatus de terra Juda: & converſus abiit in terram ſuam, & non appoſuit amplius venire in fines
73 ejus. Et ceſſavit gladius ex Iſrael: & habitavit Jonathas in Machmas, & cœpit Jonathas ibi judicare populum, & exterminavit impios ex Iſrael.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

58 Καὶ ἐβελεύσαντο (*) πάντες οἱ ἄνομοι, λέγοντες, Ἰδὲ Ἰωνάθαν ἢ οἱ παρ' αὐτῦ ἐν ἡσυχίᾳ κατοικῦσι πεποιθότες· νῦν ὖν ἄξομεν τὸν Βακχίδην, ἢ συλλήψεται αὐτὺς πάντας ἐν νυκτὶ μιᾷ.
59
60 Καὶ πορευθέντες συνεβουλεύσαντο αὐτῷ. Καὶ ἀπῆρε τῦ ἐλθεῖν μετὰ δυνάμεως πολλῆς, ἢ ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς λάθρα πᾶσι τοῖς συμμάχοις αὐτῦ τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅπως συλλάβωσι τὸν Ἰωνάθαν, ἢ τὺς (ζ) μετ' αὐτῦ, ἢ ὐκ ἐδύναντο, ὅτι ἐγνώσθη
61 αὐτοῖς ἡ βουλὴ αὐτῶν. Καὶ (η) συνήγαγον ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῆς χώρας τῶν ἀρχηγῶν τῆς κακίας, εἰς πεντήκοντα ἄνδρας, ἢ (θ) ἀπέ-
62 κτειναν αὐτύς. Καὶ ἐξεχώρησεν Ἰωνάθαν, ἢ Σίμων, ἢ οἱ μετ' αὐτῦ εἰς Βαιθβασὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἢ ᾠκοδόμησε τὰ
63 καθῃρημένα αὐτῆς, ἢ (ι) ἐστερέωσαν αὐτήν. Καὶ ἔγνω Βακχίδης, ἢ συνήγαγε πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῦ, ἢ τοῖς ἐκ τῆς
64 Ἰουδαίας παρήγγειλε. Καὶ ἐλθὼν παρενέβαλεν ἐπὶ Βαιθβασὶ, ἢ
65 ἐπολέμησεν αὐτὴν ἡμέρας πολλὰς, ἢ ἐποίησε μηχανάς. Καὶ ἀπέλιπεν Ἰωνάθαν Σίμωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ ἐν τῇ πόλει, καὶ
66 ἐξῆλθεν εἰς τὴν χώραν, ἢ (κ) ἐξῆλθεν ἐν ἀριθμῷ. Καὶ ἐπάταξεν (λ) Ὀδοαῤῥὴν, ἢ τὺς ἀδελφὺς αὐτῦ, καὶ τὺς υἱὺς Φασιρὼν ἐν τῷ σκηνώματι αὐτῶν, καὶ ἤρξατο τύπτειν, ἢ ἀναβαίνειν
67 ἐν (μ) δυνάμεσι. Καὶ Σίμων, ἢ οἱ μετ' αὐτῦ ἐξῆλθον ἐκ
68 τῆς πόλεως, ἢ ἐνεπύρισαν τὰς μηχανάς. Καὶ ἐπολέμησαν πρὸς τὸν Βακχίδην, ἢ συνετρίβη ὑπ' αὐτῶν, ἢ ἔθλιβον αὐτὸν
69 σφόδρα, ὅτι ἦν ἡ βουλὴ αὐτῦ ἢ ἡ ἔφοδος αὐτῦ κενή. Καὶ (ν) ὠργίσθη θυμῷ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀνόμοις τοῖς συμβουλεύσασιν αὐτῷ ἐλθεῖν εἰς τὴν χώραν, ἢ ἀπέκτειναν ἐξ αὐτῶν πολλὺς, ἢ ἐβου-
70 λεύσατο τῦ ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν αὐτῦ. Καὶ ἐπέγνω Ἰωνάθαν, ἢ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, τῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν εἰρήνην,
71 ἢ ἀποδῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν. Καὶ ἀπεδέξατο, ἢ ἐποίησε κατὰ τὺς λόγυς αὐτῦ, ἢ ὤμοσεν αὐτῷ μὴ ἐκζητῆσαι αὐτῷ κακὸν
72 πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῦ. Καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν ἣν ᾐχμαλώτευσε τοπρότερον ἐκ γῆς Ἰούδα· ἢ ἀποστρέψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτῦ, ἢ ὐ προσέθετο ἔτι ἐλθεῖν εἰς
73 τὰ ὅρια αὐτῶν. Καὶ κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ Ἰσραήλ. ἢ ᾤκησεν Ἰωνάθαν ἐν Μαχμὰς· ἢ ἤρξατο Ἰωνάθαν κρίνειν τὸν λαὸν, ἢ ἠφάνισε τὺς ἀσεβεῖς ἐξ Ἰσραήλ.

MS. A. (*) οἱ ἄνομοι πάντες, (ζ) σὺν αὐτῷ, ἢ ὐκ ἠδύνατο, (η) συνέλαβον (θ) ἀπέκτεινεν (ι) ἐστερέωσεν (κ) ἦλθεν ἀριθμῷ. (λ) Ὀδομηρὰ, (μ) τῇ δυνάμει. (ν) ὠργίσθη.

Interp. LAT.

Et cogitaverunt omnes iniqui, dicentes; Ecce 58
Jonathas, & qui cum eo ſunt, in ſilentio habitant confidenter. Nunc ergò adducamus Bacchidem: & comprehendet eos omnes unâ nocte.
Et abierunt, & conſilium ei dederunt. Et ſur- 59
rexit, ut veniret cum exercitu multo: & miſit 60
occultè epiſtolas omnibus ſociis ſuis, qui erant in Judæa; ut comprehenderent Jonatham, & eos qui cum eo erant: & non potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum. Et apprehenderunt de viris 61
regionis, qui principes erant malitiæ, ad quinquaginta viros, & occiderunt eos. Et receſſit 62
Jonathas, & Simon, & qui cum eo erant, in Bæthbaſi, quæ eſt in deſerto: & extruxit diruta ejus: & firmaverunt eam. Et cognovit Bac- 63
chides, & congregavit univerſam multitudinem ſuam, & his qui de Judæa erant, denuntiavit.
Et venit, & caſtra poſuit deſuper Bæthbaſi: 64
& oppugnavit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Jonathas Simonem fratrem 65
ſuum in civitate, & exivit in regionem, & exivit in numero. Et percuſſit Odoaarrem, & 66
fratres ejus, & filios Phaſiron, in tabernaculo eorum: & cœpit cædere, & aſcendere in virtutibus. Simon verò, & qui cum eo erant, 67
exierunt de civitate, & ſuccenderunt machinas. Et (d) pugnaverunt contra Bacchidem: 68
& contritus eſt ab eis: & afflixerunt eum valdè: quoniam conſilium ejus, et egreſſus ejus erat inanis. Et iratus eſt furore contra viros 69
iniquos, qui ei conſilium dederant, ut veniret in regionem: & (e) occiderunt ex eis multos:
ipſe autem cogitavit abire in terram ſuam. Et 70
cognovit Jonathas, & miſit ad eum legatos componere pacem cum ipſo, et reddere ei captivitatem. Et libenter accepit, et fecit ſecundùm 71
verba ejus: et juravit ei non ſe quæſiturum ei malum omnibus diebus vitæ ejus. Et reddidit 72
ei captivitatem, quam priùs erat prædatus de terra Juda. Et converſus abiit in terram ſuam: et non appoſuit ampliùs venire in fines eorum. 73
Et ceſſavit gladius ex Iſrael. Et habitavit Jonathas in Machmas: et cœpit Jonathas judicare populum: et exterminavit impios ex Iſrael.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

58 [illegible]
[illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
[illegible]
61 [illegible]
61 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]
[illegible]
68 [illegible]
69 [illegible]
[illegible]
70 [illegible]
[illegible]
[illegible]
71 [illegible]
72 [illegible]
73 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Porrò conſilium ineuntes omnes iniqui homines, dixerunt; Ecce Jonathan & qui cum eo ſunt, quieti ſedent confidenter: nunc adducamus Bacherium, qui comprehendat eos unà nocte. Et abeuntes conſi- 59
lium dederunt ei. Movit ergo Bacherius 60
ut veniret cum exercitu magno: miſitque clàm epiſtolas ad omnes adjutores ſuos qui erant in Judæa, ut caperent Jonathanem & omnes ſodales ejus. At non potuerunt, quia eorum conſilio Jonathani detecto, Comprehenderunt quinquaginta viros ex 61
incolis terræ, illius præcipuis auctoribus ſceleris, & occiderunt eos. Inde ſece- 62
dens Jonathan & Simon cum ſodalibus ſuis ad Beth-jaſan quæ eſt in deſerto, reſtauraverunt ruinas ejus, & firmaverunt eam. Quod cognoſcens Bacherius coëgit 63
totam militiam ſuam, recenſuit eos qui erant in Judæa. Et egreſſus obſedit Beth- 64
jaſanem, oppugnavitque eam diebus multis, & fecit machinas. Jonathan autem 65
relinquens Simonem fratrem ſuum in urbe, proceſſit ipſe in regionem: proceſſit, inquam, certo cum *militum* numero. Per- 66
cuſſit que Oduram & fratres ejus, & filios Peſironis in tentoriis eorum. Cùmque 67
cœpiſſent percutere & progredi inter copias, egreſſus eſt etiam Simon cum ſociis ſuis ex urbe, & combuſſerunt machinas. Ita pugnaverunt contra Bacherium, & 68
contritus eſt ab eis, & affixerunt eum valdè. Quoniam *igitur* conſilium & adventus ejus fuit inanis; Irâ percitus eſt Ba- 69
cherius in viros illos iniquos, qui conſilium dederant ei, ut veniret adverſùs regionem illam, & occîdit multos ex eis: tum cogitavit redire in terram ſuam. Quod ſciens 70
Jonathan, miſit ad eum nuntios, ut pacem cum eo componerent, & redderet eis captivos eorum. Acquievit Bacherius, fe- 71
cítque juxta ſermones ejus, & juravit ei ſe non læſurum eum cunctis diebus vitæ ſuæ: Et redditis ei captivis illis quos anteà ab- 72
duxerat è terra Judæ, reverſus abiit Bacherius in terram ſuam, neque perrexit ampliùs videre terminos eorum. Ita qui- 73
eſcente gladio ab Iſraële, habitavit Jonathan in Machmas: cœpitque Jonathan judicare populum Iſraëliticum, & homines impios ex eo conſumere atque delere.

Versio VULG. LAT.

CAP. X.

1 ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander
Antiochi filius, qui cognominatus est Nobilis : &
occupavit Ptolemaidam : & receperunt eum, & re-
2 gnavit illic. Et audivit Demetrius rex, & congre-
gavit exercitum copiosum valdè, & exivit obviàm
3 illi in prælium. Et misit Demetrius epistolam ad Jo-
4 nathan verbis pacificis, ut magnificaret eum. Dixit
enim; Anticipemus facere pacem cum eo, priusquàm
5 faciat cum Alexandro adversùm nos : Recordabitur
enim omnium malorum, quæ fecimus in eum, & fra-
6 trem ejus, & in gentem ejus. Et dedit ei potestatem
congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse i-
psum socium ejus : & obsides, qui erant in arce, jussit
7 tradi ei. Et venit Jonathas in Jerusalem, & legit e-
pistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce
8 erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audi-
erunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exer-
9 citum. Et traditi sunt Jonathæ obsides, & reddidit
10 eos parentibus suis : Et habitavit Jonathas in Jeru-
11 salem, & cœpit ædificare & innovare civitatem. Et
dedit facientibus opera, ut extruerent muros, & mon-
tem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitio-
12 nem : & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ, qui
erant in munitionibus quas Bacchides ædificaverat :
13 Et reliquit unusquisque locum suum, & abiit in ter-
14 ram suam : Tantùm in Bethsura remanserunt aliqui,
ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei : erat
15 enim hæc eis ad refugium. Et audivit Alexander rex
promissa, quæ promisit Demetrius Jonathæ : & narra-
verunt ei prælia, & virtutes, quas ipse fecit, & fratres
16 ejus, & labores, quos laboraverunt. Et ait; Numquid
inveniemus aliquem virum talem ? & nunc faciemus
17 eum amicum, & socium nostrum. Et scripsit epistolam,
18 & misit ei secundùm hæc verba, dicens ; REX Ale-
19 xander fratri Jonathæ salutem. Audivimus de te, quòd
vir potens sis viribus, & aptus es ut sis amicus no-
20 ster : Et nunc constituimus te hodiè summum sacer-
dotem gentis tuæ, & ut amicus voceris regis, (&
misit ei purpuram, & coronam auream,) & quæ no-
stra sunt sentias nobiscum, & conserves amicitias ad
nos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

ΚΕΦ. ι΄.

1 ΚΑὶ ἐν ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἀνέβη Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Ἀντιόχου
ὁ Ἐπιφανὴς, καὶ κατελάβετο (α)Πτολεμαΐδα, καὶ (β) ἐπεδέξαντο αὐτὸν,
2 καὶ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ. Καὶ ἤκουσε Δημήτριος ὁ βασιλεὺς, καὶ συνήγαγε
δυνάμεις πολλὰς σφόδρα, καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς πόλε-
3 μον. Καὶ ἀπέστειλε (γ) Δημήτριος πρὸς Ἰωνάθαν ἐπιστολὰς λόγοις
4 εἰρηνικοῖς, ὥστε μεγαλῦναι αὐτόν. Εἶπε γὰρ, Προφθάσωμεν τοῦ εἰρήνην
θεῖναι μετ' (δ) αὐτοῦ, πρινὴ θεῖναι αὐτὸν μετὰ Ἀλεξάνδρου καθ' ἡμῶν.
5 Μνησθήσεται γὰρ πάντων τῶν κακῶν ὧν συνετελέσαμεν πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰς
6 τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἔθνος αὐτοῦ. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν
συναγαγεῖν δυνάμεις, καὶ κατασκευάζειν ὅπλα, καὶ εἶναι αὐτὸν σύμμαχον
7 αὐτοῦ, καὶ τὰ ὅμηρα τὰ ἐν τῇ ἄκρᾳ εἶπε παραδοῦναι αὐτῷ. Καὶ
ἦλθεν Ἰωνάθαν (ε) εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ
8 ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄκρας. Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν
ὅτε ἤκουσαν ὅτι ἔδωκεν (ζ) αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἐξουσίαν συναγαγεῖν
9 δυνάμεις. Καὶ παρέδωκαν οἱ ἐκ τῆς ἄκρας Ἰωνάθαν τὰ ὅμηρα, καὶ
10 (η) ἀπέδωκεν αὐτοὺς τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν. Καὶ (θ) ᾤκησεν Ἰωνάθαν
11 ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ καινίζειν τὴν πόλιν. Καὶ
εἶπε πρὸς τοὺς ποιοῦντας τὰ ἔργα, οἰκοδομεῖν τὰ τείχη, καὶ τὸ ὄρος
Σιὼν κυκλόθεν ἐκ λίθων τετραγώνων εἰς ὀχύρωσιν. καὶ ἐποίησαν οὕτως.
12 Καὶ ἔφυγον οἱ ἀλλογενεῖς οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν οἷς ᾠκοδόμησε
13 (ἀ)Βακχίδης. Καὶ κατέλιπεν ἕκαστος τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς
14 τὴν γῆν αὐτοῦ. Πλὴν ἐν (ι) Βαιθσούρᾳ ὑπελείφθησάν τινες τῶν καταλι-
πόντων τὸν νόμον, καὶ τὰ προστάγματα, ἦν γὰρ αὐτοῖς φυγαδευτήριον.
15 Καὶ ἤκουσεν (κ) Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐπαγγελίας ὅσας ἀπέστειλε
Δημήτριος τῷ Ἰωνάθαν, καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς πολέμους, καὶ τὰς
ἀνδραγαθίας ἃς ἐποίησεν αὐτὸς, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ τοὺς κόπους
16 οὓς (λ) ἔσχον, Καὶ εἶπε, Μὴ εὑρήσομεν ἄνδρα τοιοῦτον ἕνα; καὶ νῦν
17 ποιήσωμεν αὐτὸν φίλον, καὶ σύμμαχον ἡμῶν. Καὶ ἔγραψεν ἐπιστολὰς,
18 καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ κατὰ τοὺς λόγους τούτους, λέγων, Βασιλεὺς Ἀλέ-
19 ξανδρος τῷ ἀδελφῷ Ἰωνάθαν χαίρειν. Ἀκηκόαμεν περὶ σοῦ, ὅτι
20 ἀνὴρ (ὰ) δυνατὸς ἰσχύϊ, καὶ ἐπιτήδειος εἶ τοῦ εἶναι (μ) ἡμῖν φίλος. Καὶ
νῦν καθεστάκαμέν σε σήμερον ἀρχιερέα τοῦ ἔθνους σου, καὶ φίλον βασιλέως
καλεῖσθαι· καὶ (ν) ἀπέστειλεν αὐτῷ πορφύραν καὶ στέφανον χρυσοῦν· καὶ
φρονεῖν τὰ ἡμῶν, καὶ συντηρεῖν φιλίαν πρὸς ἡμᾶς.

MS. A. (α) Πτολεμαΐδαν, (β) ἐπεδέξατο (γ) πρὸς Ἰωνάθαν ἐπιστολὰς Δημήτριος λόγοις (δ) αὐτῶν, (ε) ἐν (ζ) αὐτοῖς (η) ἀπέδωκαν (θ)* ἤκουσεν (ἀ) ὁ Βακχίδης. (ι) Βεθσούροις (κ) ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος (λ) ἔσχες, (ὰ) ἀγαθὸς (μ) ἡμῶν (ν) ἀπέστειλαν

Interp. LAT.

C A P. X.

ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexan-
der Antiochi filius (a) Epiphanes : et occupavit 1
Ptolemaidam : & receperunt eum : & regnavit
illic. Et audivit Demetrius rex, & congregavit 2
exercitum copiosum valdè, et exivit obviàm illi
in prælium. Et misit Demetrius epistolas ad Jo- 3
natham, verbis pacificis, ut magnificaret eum.
Dixit enim; Anticipemus facere pacem cum eo, 4
priusquàm ipse faciat cum Alexandro adversùm
nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ 5
fecimus in eum, et in fratres ejus, et in gentem
ejus. Et dedit ei potestatem congregandi exerci- 6
tum, et fabricare arma, et esse ipsum socium ejus:
et obsides, qui erant in arce, jussit tradi ei. Et 7
venit Jonathas in Hierusalem: et legit epistolas
in auditu omnis populi, et eorum qui in arce
erant. Et timuerunt timore magno: quoniam 8
audierunt quòd dedit ei rex potestatem congre-
gandi exercitum. Et tradiderunt, qui erant in 9
arce, Jonathæ obsides: et reddidit eos parentibus
suis. Et habitavit Jonathas in Hierusalem: et 10
cœpit ædificare, et innovare civitatem. Et dixit 11
facientibus opera, ut extruerent muros, et montem
Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitio-
nem. Et ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ, 12
qui erant in munitionibus, quas Bacchides ædi-
ficaverat : Et reliquit unusquisque locum suum, 13
et abiit in terram suam. Tantùm in Bæthsura 14
remanserunt aliqui ex his, qui reliquerant legem,
et præcepta : erat enim eis refugium. Et audivit 15
Alexander rex promissa, quæ misit Demetrius
Jonathæ: et narraverunt ei prælia, et virtutes,
quas ipse fecerat, et fratres ejus, et labores, quos
habuerant. Et ait; Nunquid inveniemus virum 16
unum talem? Et nunc faciemus eum amicum, et
socium nostrum. Et scripsit epistolas, et misit ei 17
secundùm hæc verba, dicens; Rex Alexander 18
fratri Jonathæ salutem. Audivimus de te, quòd 19
vir potens sis viribus, et aptus ut sis amicus no-
ster. Et nunc constituimus te hodiè summum sa- 20
cerdotem gentis tuæ, & ut amicus regis voceris,
(et misit ei purpuram, et coronam auream,) et
sentias nobiscum, & conserves amicitiam ad
nos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. X.

ANno centesimo sexagesimo, ascendit 1
Alexander filius Antiochi Epiphanis, filii
Antiochi, cepítque Ptolomaidem & occu-
pavit eam : & acceperunt eum *cives*, &
regnavit illic. Quod audiens Demetrius 2
rex, congregavit copias multas, & egressus
est obviam illi in prælium. Misítque De- 3
metrius epistolas ad Jonathanem verbis pa-
cificis, ut eum laudibus extolleret. (Dixit 4
enim Demetrius, Anticipemus amicitiam cum
eo contrahere, antequam abeat contrahátq;
cum Alexandro, & fiat nobis adversarius:
Nam recordatur omnium malorum quæ com- 5
misimus in eum, & in fratrem gentémque
ipsius.) Et dedit ei facultatem congregandi 6
exercitum & arma parandi, ut esset sibi ad-
jutor : & obsides qui erant in arce, jussit
reddi ei. Venit ergò Jonathan Jerosoly- 7
mam, legítque epistolam audiente toto po-
pulo & incolis arcis : Et timuerunt timore 8
magno cùm audierunt concessam ei à rege
facultatem congregandi exercitum : Et red- 9
diderunt arcis incolæ obsides Jonathani, quos
restituit parentibus eorum. Tunc habitavit 10
Jonathan in Jerusalem, cœpítque ædifica-
re & instaurare urbem : Et dixit Jonathan 11
opificibus, ut ædificarent murum & montem
Sionis circumquaque lapidibus quadratis, in
munitionem ; & fecerunt ita. Quare fuge- 12
runt alienigenæ qui erant in munitionibus
illis quas ædificaverat Bacherius : Et relin- 13
quens quisque locum suum, rediit in patri-
am suam. At verò in Beth-sura remanserunt 14
quidam ex iis qui deseruerant leges & præ-
cepta, erat enim illis perfugii locus. Audi- 15
ens autem rex Alexander quæcunque miserat
& spoponderat Demetrius Jonathani, cúmq;
narrâssent ei bella & fortia atque præclara
facinora quæ præstiterat ipse & fratres ejus;
Dixit, Num reperiemus talem virum? imò 16
nunc faciamus eum nobis amicum & adjuto-
rem. Proinde scripsit ac misit ei epistolam 17
in hæc verba : Alexander rex Jonathani fra- 18
tri meo salutem. Audivimus de te quòd 19
sis vir strenuus, & nobis idoneus ut sis ami-
cus noster. Itaque constituimus te hodie 20
summum sacerdotem populi tui, ut voce-
ris Amicus regis: misit quoque ei purpuram
& coronas aureas : dixit enim, Erit illi
consensus cum consilio nostro, & servabit
amicitiam erga nos.

Versio VULG. LAT.

21 Et induit se Jonathas stolâ sanctâ septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die solenni scenopegiæ:
22 & congregavit exercitum, & fecit arma copiosa. Et audivit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis,
23 & ait; Quid hoc fecimus, quòd præoccupavit nos Alexander apprehendere amicitiam Judæorum ad mu-
24 nimen suî? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: ut sint mecum in adjutorium.
25 Et scripsit eis in hæc verba: Rex Demetrius genti Ju-
26 dæorum salutem: Quoniam servâstis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad
27 inimicos nostros, audivimus, & gavisi sumus. Et nunc perseverate adhuc conservare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscum:
28 Et remittemus vobis præstationes multas, & dabimus
29 vobis donationes. Et nunc absolvo vos & omnes Judæos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coro-
30 nas remitto, & tertias seminis: Et dimidiam partem fructûs ligni, quod est portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die, & deincèps, ne accipiatur à terra Juda, & à tribus civitatibus, quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in to-
31 tum tempus: Et Jerusalem sit sancta & libera cum
32 finibus suis: & decimæ & tributa ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis, quæ est in Jerusalem: & do eam summo sacerdoti, ut constituat in ea viros
33 quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eam. Et omnem animam Judæorum, quæ captiva est à terra Juda in omni regno meo, relinquo liberam gratìs, ut o-
34 mnes à tributis solvantur, etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem, sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Judæis, qui sunt in regno meo:
35 Et nemo habebit potestatem agere aliquid, & movere negotia adversùs aliquem illorum, in omni causa.
36 Et adscribantur ex Judæis in exercitu regis ad triginta millia virorum: & dabuntur illis copiæ ut oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui
37 sint in munitionibus regis magni: Et ex his constituentur super negotia regni, quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Juda.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

21 Καὶ ἐνεδύσατο Ἰωνάθαν τὴν ἁγίαν στολὴν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἔτους ἑξη-
κοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας, καὶ συνήγαγε δυνάμεις, καὶ
22 κατεσκεύασεν ὅπλα πολλά. Καὶ ἤκουσε Δημήτριος τοὺς λόγους τούτους,
23 καὶ ἐλυπήθη, καὶ εἶπε, Τί τοῦτο ἐποιήσαμεν, ὅτι προέφθακεν ἡμᾶς
ὁ Ἀλέξανδρος τὴν φιλίαν (ξ) καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις εἰς στήριγμα;
24 Γράψω (ο) αὐτοῖς κἀγὼ λόγους παρακλήσεως, καὶ ὕψους, καὶ δομάτων,
25 ὅπως ὦσι σὺν ἐμοὶ εἰς βοήθειαν. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοῖς κατὰ τοὺς
λόγους τούτους· Βασιλεὺς Δημήτριος τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων χαίρειν.
26 Ἐπεὶ συνετηρήσατε τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, καὶ ἐνεμείνατε τῇ
φιλίᾳ ἡμῶν, καὶ οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἠκούσαμεν,
27 καὶ ἐχάρημεν. Καὶ νῦν ἐμμείνατε ἔτι τοῦ συντηρῆσαι πρὸς ἡμᾶς
πίστιν, καὶ ἀνταποδώσομεν ὑμῖν ἀγαθὰ, ἀνθ' ὧν ποιεῖτε μεθ' ἡμῶν.
28 Καὶ ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα πολλὰ, καὶ δώσομεν ὑμῖν δόματα. Καὶ
29 νῦν ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν φόρων,
καὶ τῆς τιμῆς τοῦ ἁλὸς, καὶ ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς,
30 Καὶ ἀντὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν,
ἀφίημι ἀπὸ τῆς σήμερον καὶ ἐπέκεινα τοῦ λαβεῖν ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα,
καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν νομῶν τῶν προστιθεμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ
31 Γαλιλαίας, (π) καὶ ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας καὶ εἰς τὸν (ρ) αἰῶνα χρόνον. Καὶ
Ἱερουσαλὴμ ἤτω ἁγία καὶ (σ) ἀφειμένη, καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς, αἱ δεκάται καὶ τὰ
32 τέλη. Ἀφίημι καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἄκρας τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δίδωμι
τῷ ἀρχιερεῖ, ὅπως ἂν (τ) καταστήσῃ ἐν αὐτῇ ἄνδρας οὓς ἂν ἐκλέξηται
33 αὐτὸς τοῦ φυλάσσειν αὐτήν. Καὶ πᾶσαν ψυχὴν Ἰουδαίων τὴν αἰχμαλω-
τισθεῖσαν ἀπὸ γῆς Ἰούδα εἰς πᾶσαν βασιλείαν μου ἀφίημι ἐλευθέραν
δωρεάν· καὶ πάντες ἀφιέτωσαν τοὺς φόρους καὶ (ρ) τῶν κτηνῶν αὐ-
34 τῶν. Καὶ πᾶσαι αἱ ἑορταὶ καὶ τὰ σάββατα καὶ νουμηνίαι, καὶ
ἡμέραι ἀποδεδειγμέναι, καὶ τρεῖς ἡμέραι πρὸ ἑορτῆς καὶ
τρεῖς ἡμέραι μετὰ ἑορτὴν, ἔστωσαν πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτελείας
καὶ ἀφέσεως πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς οὖσιν ἐν (σ) τῇ βασιλείᾳ μου.
35 Καὶ οὐχ ἕξει ἐξουσίαν οὐδεὶς πράσσειν καὶ παρενοχλεῖν τινα αὐτῶν
36 περὶ παντὸς πράγματος. Καὶ προσγραφήτωσαν τῶν Ἰουδαίων εἰς τὰς
δυνάμεις τοῦ βασιλέως εἰς τριάκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν, καὶ δοθή-
σεται αὐτοῖς ξένια ὡς καθήκει πάσαις ταῖς δυνάμεσι τοῦ βασιλέως.
37 Καὶ κατασταθήσεται ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τοῦ βασιλέως τοῖς
μεγάλοις, καὶ ἐκ τούτων κατασταθήσεται ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλείας
τῶν οὐσῶν εἰς πίστιν· καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν καὶ οἱ ἄρχοντες (τ) ἔστωσαν ἐξ
αὐτῶν· καὶ πορευέσθωσαν τοῖς νόμοις αὐτῶν, καθὰ καὶ προσέταξεν
ὁ βασιλεὺς ἐν γῇ Ἰούδα.

MS. A. (ξ) καταλλάξασθαι (ο) κἀγὼ αὐτοῖς (π) ἀπὸ τῆς (ρ) ἅπαντα χρόνον. (σ) ἀφειμένη, (τ) καταστῇ (ρ) κτηνῶν (σ) πάσῃ τῇ (τ) ἐξ αὐτῶν ἔστωσαν.

Interp. LAT.

Et induit se Jonathas stolam sanctam septimo 21
mense, anni sexagesimi & centesimi in die solenni Scenopegiæ: & congregavit exercitum, & paravit arma copiosa. Et audivit Demetrius verba 22
ista, & contristatus est, & ait; Quid hoc feci- 23
mus, quòd præoccupavit nos Alexander (b) componere amicitiam cum Judæis ad munimen? Scri- 24
bam et ego illis verba deprecatoria, & dignitatis, & donorum; ut sint mecum in adjutoriũ. Et scripsit eis in hæc verba; Rex Demetrius genti Judæorum 25
salutem. Quoniam servâstis ad nos pacta, & man- 26
sistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros; audivimus, & gavisi sumus. Et nunc 27
perseverate adhuc conservare ad nos fidem: & retribuemus vobis bona pro his quæ facitis nobiscum: Et remittemus vobis remissiones multas: 28
& dabimus vobis donationes. Et nunc absolvo 29
vos, & demitto omnes Judæos, à tributis, & pretio salis, & à coronis: & pro tertia parte seminis, Et pro dimidia parte fructûs ligni, quod 30
est portionis meæ, dimitto ex hodierna die, & deincèps accipere à terra Juda, & à tribus (c) civitatibus, quæ additæ sunt illi ex Samaritide, & Galilæa, & ex hodierna die, & in sempiternum tempus. Et Hierusalem sit sancta, & 31
libera, & fines ejus, & decimæ, & vectigalia. Remitto etiam potestatem arcis, quæ est in Hie- 32
rusalem, & do summo sacerdoti: ut constituat in ea viros, quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eam. Et omnem animam Judæorum, quæ capti- 33
va est à terra Juda in omni regno meo, relinquo liberam gratis: & omnes à tributis solvantur etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes, 34
& sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem, sint omnes dies immunitatis, & remissionis omnibus Judæis, qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere, & per- 35
turbare aliquem illorum de ulla re. Et ascriban- 36
tur ex Judæis in exercitum regis ad triginta millia virorum: & dabuntur illis xenia: ut oportet omnibus exercitibus regis. Et ex eis ordina- 37
buntur, qui sint in munitionibus regis magnis: & ex his constituentur super negotia regni, quæ aguntur ex fide, & qui sunt super eos, & principes sint ex eis. Et ambulent in legibus suis; sicut & præcepit rex in terra Juda.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
[illegible]
34 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Sic induit Jonathan stolam sanctam mense 21
septimo, anno centesimo sexagesimo, festo tabernaculorum, congregavit exercitum, & paravit arma permulta. Audiens autem De- 22
metrius hæc verba, contristatus est, Et di- 23
xit, Quid fecimus, quòd anticipavit nos Alexander ad contrahendam cum Judæis amicitiam, ut sint sibi adjutores? Scribam il- 24
lis ego etiam verba deprecationis & magnificationis atque donorum, ut sint nobis adjutorio. Et misit ad eos hujusmodi verba: 25
Demetrius rex genti Judæorum salutem. Quòd perstiteritis in fœdere nobiscum ini- 26
to, & servaveritis amicitiam erga nos, nec adhæseritis inimicis nostris, audivimus & gavisi sumus. Nunc itaque permanete in 27
eodem erga nos animo, & rependemus vobis bona multa, prout præstitistis erga nos: Dimittemúsque vobis tributa multa, dabi- 28
músque vobis munera multa. Quin jam 29
vos absolvo, & remitto omnibus Judæis, à tributis, & à pretio salis, & à corona. Ter- 30
tiam quoque partem seminis, & quod ad me pertinebat de fructibus arborum, desino ab hac die & deinceps percipere de terra Judæorum: Item dimitto tria vectigalia quæ imposita fuerant ei *exigenda* ex Samaria & ex Galilæa, ab hodierno die & deinceps. Et Je- 31
rusalem esto sancta & immunis cum omnibus terminis suis: & decimas atque tributa dimitto. Potestatem quoque do summo sa- 32
cerdoti in arcem Jerosolymæ, ut constituat super eam viros ad custodiendum eam, & prout ipse voluerit. Præterea omnem ani- 33
mam Judæorum quam abduxi captivam è terra Judææ in totum regnum meum, dimitto liberam gratís. Item unusquisque dimitti- 34
to vectigalia ipsorum pro jumentis eorum. Et omnes solennitates & sabbatha ejus, initia mensium, dies celebres, trésque post solennitatem dies, sunto liberi & immunes à vectigalibus cunctis Judæis qui commorantur in regno meo. Nemini esto facultas 35
exigendi aut cogendi quenquam eorum pro ulla re. Præterea inscribuntor ex Judæis in 36
copias regias tria millia, quibus dabuntur stipendia prout decet copias regias: Et 37
horum quidam præficiuntor munitionibus regis magnis, & rectores ac duces eorum sunto ex ipsis, gerántque se juxta leges suas, quemadmodum præcepit rex, in terra Judææ.

Verſio VULG. LAT.

38 Et tres civitates, quæ additæ ſunt Judææ ex regione
Samariæ, cum Judæa reputentur: ut ſint ſub uno,
& non obediant alii poteſtati, niſi ſummi ſacerdotis.
39 Ptolemaida, & confines ejus, quas dedi donum ſan-
ctis, qui ſunt in Jeruſalem, ad neceſſarios ſumptus
40 ſanctorum. Et ego do ſingulis annis quindecim mil-
lia ſiclorum argenti de rationibus regis, quæ me
41 contingunt: Et omne quod reliquum fuerit, quod
non reddiderant qui ſuper negotia erant annis pri-
42 oribus, ex hoc dabunt in opera domûs. Et ſuper
hæc quinque millia ſiclorum argenti, quæ accipie-
bant de ſanctorum ratione per ſingulos annos: &
hæc ad ſacerdotes pertineant, qui miniſterio fungun-
43 tur. Et quicunque confugerint in templum, quod
eſt Jeroſolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii
regi in omni negotio dimittantur, & univerſa, quæ
44 ſunt eis in regno meo, libera habeant. Et ad ædi-
ficanda vel reſtauranda opera ſanctorum, ſumptus da-
45 buntur de ratione regis: Et ad extruendos muros
Jeruſalem, & communiendos in circuitu, ſumptus da-
buntur de ratione regis, & ad conſtruendos muros
46 in Judæa. Ut audivit autem Jonathas & populus ſer-
mones iſtos, non crediderunt eis, nec receperunt eos:
quia recordati ſunt malitiæ magnæ, quam fecerat in
47 Iſrael, & tribulaverat eos valdé. Et complacuit eis
in Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſermo-
num pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus.
48 Et congregavit rex Alexander exercitum magnum, &
49 admovit caſtra contra Demetrium. Et commiſerunt
prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, &
inſecutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos.
50 Et invaluit prælium nimis, donec occidit Sol: & ce-
51 cidit Demetrius in die illa. Et miſit Alexander ad
Ptolemæum regem Ægypti legatos ſecundùm hæc
52 verba, dicens; QUONIAM regreſſus ſum in
regnum meum & ſedi in ſede patrum meorum, &
obtinui principatum, & contrivi Demetrium, & poſ-
53 ſedi regionem noſtram, Et commiſi pugnam cum
eo, & contritus eſt ipſe, & caſtra ejus, à nobis, & ſe-
dimus in ſede regni ejus:

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

38 Καὶ τοὺς τρεῖς νομοὺς τοὺς προστεθέντας τῇ Ἰουδαίᾳ ἀπὸ τῆς χώρας Σα-
μαρείας, προστεθήτω τῇ Ἰουδαίᾳ πρὸς τὸ λογισθῆναι τοῦ γενέσθαι ὑφ᾽ ἕνα, τοῦ
39 μὴ ὑπακοῦσαι ἄλλης ἐξουσίας ἀλλ᾽ ἢ τοῦ ἀρχιερέως. Πτολεμαΐδα καὶ τὴν
προσκυροῦσαν αὐτῇ δέδωκα δόμα τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ εἰς
40 τὴν (υ) προσήκουσαν δαπάνην τοῖς ἁγίοις. Κἀγὼ δίδωμι κατ᾽ ἐνι-
αυτὸν δεκαπέντε χιλιάδας σίκλων ἀργυρίου ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βασιλέως,
41 ἀπὸ τῶν τόπων τῶν ἀνηκόντων. Καὶ πᾶν τὸ πλεονάζον ὃ οὐκ ἀπεδί-
δοσαν (φ) οἱ ἀπὸ τῶν χρειῶν, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσιν, ἀπὸ τοῦ νῦν (¨) δώ-
42 σουσιν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου. Καὶ ἐπὶ τούτοις πεντακισχιλίους σίκλους
ἀργυρίου, οὓς ἐλάμβανον ἀπὸ τῶν χρειῶν (χ) τοῦ ἁγίου ἀπὸ τοῦ λόγου καθ᾽
ἐνιαυτὸν, καὶ ταῦτα ἀφίεται διὰ τὸ ἀνήκειν αὐτὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτ-
43 ουργοῦσι. Καὶ ὅσοι ἐὰν φύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ
ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτοῦ, (ψ) ὀφείλοντες βασιλικὰ, καὶ πᾶν πρᾶγμα,
44 ἀπολελύσθωσαν, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. Καὶ τοῦ οἰ-
κοδομηθῆναι καὶ τοῦ ἐπικαινισθῆναι τὰ ἔργα τῶν ἁγίων, καὶ ἡ δαπάνη δοθήσεται
45 ἐκ τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως. Καὶ τοῦ (ω) οἰκοδομηθῆναι τὰ τείχη Ἱερου-
σαλὴμ καὶ ὀχυρῶσαι κυκλόθεν, καὶ ἡ δαπάνη δοθήσεται ἐκ τοῦ λόγου τοῦ
46 βασιλέως, καὶ τοῦ (ω) οἰκοδομηθῆναι τὰ τείχη τὰ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. Ὡς δὲ
ἤκουσεν Ἰωνάθαν καὶ ὁ λαὸς τοὺς λόγους τούτους, οὐκ (α) ἐπίστευσαν αὐτοῖς
οὐδὲ ἐπεδέξαντο, ὅτι ἐπεμνήσθησαν τῆς κακίας τῆς μεγάλης ἧς ἐποίησεν
47 ἐν Ἰσραὴλ, καὶ ἔθλιψεν αὐτοὺς σφόδρα. Καὶ (˜) εὐδόκησαν ἐν Ἀλεξάν-
δρῳ, ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αὐτοῖς ἀρχηγὸς λόγων εἰρηνικῶν, καὶ συνε-
48 μάχουν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. Καὶ συνήγαγεν Ἀλέξανδρος ὁ
βασιλεὺς δυνάμεις μεγάλας, καὶ παρενέβαλεν ἐξεναντίας Δημητρίου.
49 Καὶ συνῆψαν πόλεμον οἱ δύο βασιλεῖς, καὶ ἔφυγεν ἡ παρεμβολὴ (ⁿ) Δη-
μητρίου, καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν ὁ (ᐟ) Ἀλέξανδρος, καὶ ἴσχυσεν ἐπ᾽ αὐτούς.
50 Καὶ ἐστερέωσε (ᵓ) τὸν πόλεμον σφόδρα ἕως ἔδυ ὁ ἥλιος, καὶ ἔπεσεν ὁ Δη-
51 μήτριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ ἀπέστειλεν Ἀλέξανδρος πρὸς Πτο-
λεμαῖον βασιλέα Αἰγύπτου πρέσβεις κατὰ τοὺς λόγους τούτους, λέγων,
52 Ἐπεὶ ἀνέστρεψα εἰς (β) γῆν βασιλείας μου, καὶ ἐκάθισα ἐπὶ θρόνου
πατέρων μου, καὶ ἐκράτησα τῆς ἀρχῆς, καὶ συνέτριψα τὸν Δημήτριον, καὶ
53 ἐπεκράτησα τῆς χώρας ἡμῶν· Καὶ συνῆψα πρὸς αὐτὸν μάχην, καὶ
συνετρίβη αὐτὸς καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ ἐκαθίσαμεν ἐπὶ
θρόνου βασιλείας αὐτοῦ·

MS. A. (υ) προσαθήκουσαν (φ) ἀπὸ τῶν (¨) δώσουσιν (χ) ὡς ἐν τοῖς
πρώτοις * ἔθεσιν τοῦ ἁγίου (ψ) ὀφείλων (ω) οἰκοδομῆσαι τὰ τείχη
ἐν τῇ (α) ἐπίστευσαν (˜) * εὐδοκήσαμεν Ἀλεξάνδρῳ, (ⁿ) * Ἀλεξάνδρου
(ᐟ) * Δημήτριος, (ᵓ) πόλεμον (β) τῆς βασιλείας

Interp. LAT.

Et tres civitates, quæ additæ ſunt Judææ in 38
regione Samariæ, addat Judææ (d) ad hoc, ut
reputentur eſſe ſub uno, ut non obediant alienæ
poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti. Ptolemaidam, 39
& regionem addictam ei, dedi donum ſanctis qui
ſunt in Hieruſalem ad neceſſarios ſumptus ſan-
ctorum. Et ego do per ſingulos annos quindecim 40
millia ſiclorum argenti de rationibus regis, ex
locis quæ me contingunt. Et omne reliquum, quod 41
non reddiderant, qui ſuper negotia erant, ut in pri-
mis annis, ex hoc nunc dabunt in opera domûs.
Et ſuper hæc quinque millia ſiclorum argenti, quos 42
accipiebant de negotiis (e) ſanctuarii de ratione
per ſingulos annos: Et hæc remittuntur, eò quòd
ipſa pertineant ad ſacerdotes, qui miniſterio fun-
guntur. Et quicunque confugerit in templum, quod 43
eſt Hieroſolymis, & omnes fines ejus, debentes
regalia, & quamlibet rem, dimittantur, & uni-
verſa quæ ipſi habent in regno meo. Et ad ædifi- 44
canda & inſtauranda opera ſanctorum etiam ſum-
ptus dabuntur de ratione regis. Et ad extruendos 45
muros Hieruſalem, & communiendum in cir-
cuitu, etiam ſumptus dabuntur de ratione regis,
& ad conſtruendos muros, qui in Judæa. Ut au- 46
divit autem Jonathas, & populus ſermones iſtos;
non crediderunt eis, nec receperunt: quia recor-
dati ſunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Iſrael,
& tribulaverat eos valdé. Et complacuit eis in 47
Alexandrum; quia ipſe fuerat eis princeps ſermo-
num pacis: & ei auxilium ferebant omnibus 48
diebus. Et congregavit Alexander rex exercitum
magnum, & admovit caſtra contra Demetrium.
Et commiſerunt prælium duo reges, & fugit exer- 49
citus Demetrii: & inſecutus eſt eum Alexander,
& invaluit ſuper eos: Et confirmavit prælium 50
nimis, donec occidit Sol, & cecidit Demetrius
in die illa. Et miſit Alexander ad Ptolemæum 51
regem Ægypti legatos ſecundùm hæc verba, di-
cens; Quoniam regreſſus ſum in terram regni 52
mei, & ſedi in ſede patrum meorum, & obtinui
principatum, & contrivi Demetrium, & poſſedi
regionem noſtram: Et commiſi pugnam cum eo, 53
& contritus eſt ipſe, & caſtra ejus à nobis: &
ſedimus in ſede regni ejus:

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]

Tria quoque vectigalia quæ impoſita fue- 38
rant Judæ è terra Samariæ & Galilææ *per-*
cipienda. ipſi Judæ conceduntor; ut ſint
omnes ſub eadem poteſtate, nec ullus alius
dominetur eis, niſi ſoli ſummi pontifices.
Ptolemaidam verò totúmque dominium 39
ejus dono dedi ſanctis qui ſunt in Jeruſa-
lem, pro ſumptibus Sanctuarii. Item ego 40
do quotannis quindena millia argenteorum
ex ærario regis. Et quicquid mihi debetur 41
ex iis rebus quæ non fuerunt mihi redditæ
ut populis præcedentibus, deinceps detur ad
opus domûs. Præterea quinque millia ar- 42
genteorum quæ repetebam quotannis ex ne-
gotiis Sanctuarii, dimitto; quia pertinent ad
ſacerdotes qui miniſtrant templo. Quicun- 43
que confugerint ſeſéque receperint in tem-
plum quod eſt Jeroſolymis, & quicunque in
omnibus terminis ejus obnoxii fuerint alicui
culpæ contra regem, aut ob rem quampiam;
abſolvuntor cum omnibus iis quæ habent in
regno meo. Item ædificetur & reſtauretur 44
Sanctuarium. Et ut extruatur murus Jeruſa- 45
lem atque firmetur circumquaque: ſumptus
autem ſuppeditabuntur eis è domo regis:
atq; ut ædificent muros Jeroſolymorũ. Quum 46
autem audîſſet Jonathan & populus hujuſ-
modi verba quæ miſit Demetrius, non cre-
diderunt ei, neque acquieverunt: quippe
qui recordarentur omnium malorum quibus
affecerat Iſraëlem, quòdque vehementer
afflixerat eos: Sed acquieverunt Alexandro, 47
quoniam ipſe fuit apud eos primus auctor
verborum pacis. Deinde congregavit rex 48
Alexander exercitum magnum, caſtráque
poſuit adversùs Demetrium: Et prælium 49
committentibus hiſce duobus regibus, fugit
exercitus Demetrii: ſed inſecutus eſt eos
Alexander, & prævaluit eis. Et prælio mul- 50
tùm ingraveſcente uſquedum ſol occumbe-
ret, cecidit etiam Demetrius eo die. Eo- 51
dem die miſit Alexander ad Ptolomæum re-
gem Ægypti legatos in hanc ſententiam: 52
Quoniam reverſus ſum ad regnum meum,
inſedi throno majorum meorum, & princi-
patum obtinui, fractóque Demetrio præ-
valui, & regiones noſtras obtinui: (Pu- 53
gnavi enim contra eum, & contritus eſt
ipſe & exercitus ejus coram me, inſedíque
ſolio regni ipſius)

Versio VULG. LAT.

54 Et nunc statuamus ad invicèm amicitiam : & da mihi
filiam tuam uxorem ; & ego ero gener tuus, & dabo
55 tibi dona, & ipsi, digna te. Et respondit rex Ptole-
mæus, dicens ; FOELIX dies, in qua reversus es ad
terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eo-
56 rum. Et nunc faciam tibi quod scripsisti : sed oc-
curre mihi Ptolemaidam, ut videamus invicèm nos,
57 & spondeam tibi sicut dixisti. Et exivit Ptolemæus
de Ægypto, ipse, & Cleopatra filia ejus, & venit
Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo.
58 Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram
filiam suam : & fecit nuptias ejus Ptolemaidæ, sicut
59 reges, in magna gloria. Et scripsit rex Alexander Jo-
60 nathæ, ut veniret obviàm sibi. Et abiit cum gloria
Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & de-
dit illis argentum multum, & aurum, & dona : & in-
61 venit gratiam in conspectu eorum. Et convenerunt
adversùs eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui in-
terpellantes adversùs eum : & non intendit ad eos
62 rex. Et jussit spoliari Jonathan vestibus suis, & in-
dui eum purpurâ : & ita fecerunt. Et collocavit eum
63 rex sedere secum. Dixítque principibus suis ; Exi-
te cum eo in medium civitatis, & prædicate, ut nemo
adversùs eum interpellet de ullo negotio, nec quisquã
64 ei molestus sit de ulla ratione. Et factum est, ut
viderunt qui interpellabant gloriam ejus, quæ præ-
dicabatur, & opertum eum purpurâ, fugerunt omnes:
65 Et magnificavit eum rex, & scripsit eum inter pri-
mos amicos, & posuit eum ducem, & participem
66 principatûs. Et reversus est Jonathas in Jerusalem
67 cum pace, & lætitia. In anno centesimo sexagesi-
mo quinto, venit Demetrius filius Demetrii à Creta
68 in terram patrum suorum. Et audivit Alexander
rex, & contristatus est valdè, & reversus est Antio-
69 chiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium
ducem, qui præerat Cœlesyriæ : & congregavit ex-
ercitum magnum, & accessit ad Jamniam : & misit
70 ad Jonathan summum sacerdotem, Dicens ; Tu so-
lus resistis nobis : ego autem factus sum in derisum,
& in opprobrium, propterea quia tu potestatem ad-
versùm nos exerces in montibus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

54 Καὶ (γ) νῦν στήσωμεν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν, καὶ νῦν δός μοι τὴν θυγατέρα
σου εἰς γυναῖκα, καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι, καὶ δώσω σοι δόματα, καὶ αὐτῇ
55 ἄξια σου. Καὶ ἀπεκρίθη Πτολεμαῖος ὁ βασιλεύς, λέγων, Ἀγαθὴ
ἡμέρα ἐν ᾗ ἀνέστρεψας εἰς γῆν πατέρων σου, καὶ ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου
56 βασιλείας αὐτῶν. Καὶ νῦν ποιήσω σοι ἃ ἔγραψας, (δ) ἀλλ᾽ ἀπάντησον
εἰς Πτολεμαΐδα, ὅπως ἴδωμεν ἀλλήλους, καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι καθὼς
57 εἴρηκας. Καὶ ἐξῆλθε Πτολεμαῖος ἐξ Αἰγύπτου αὐτὸς καὶ Κλεοπάτρα
ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ, καὶ (ε) εἰσῆλθον εἰς Πτολεμαΐδα ἔτους δευτέρου καὶ ἑξη-
58 κοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. Καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς,
καὶ ἐξέδοτο αὐτῷ Κλεοπάτραν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸν γάμον
59 αὐτῆς ἐν Πτολεμαΐδι, καθὼς οἱ βασιλεῖς ἐν δόξῃ μεγάλῃ. Καὶ
ἔγραψεν (ζ) Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τῷ Ἰωνάθαν ἐλθεῖν εἰς συνάν-
60 τησιν αὐτῷ. Καὶ ἐπορεύθη μετὰ δόξης εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἀπήντησε
τοῖς δυσὶ βασιλεῦσι· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ τοῖς
φίλοις αὐτῶν, καὶ (η) δόματα πολλά, καὶ εὗρε χάριν ἐναντίον αὐτῶν.
61 Καὶ (θ) ἐπισυνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ Ἰσραήλ, ἄν-
δρες παράνομοι ἐντυχεῖν κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ οὐ προσέσχεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς.
62 Καὶ προσέταξεν (ι) ὁ βασιλεύς, καὶ (κ) ἐξέδυσε Ἰωνάθαν τὰ ἱμάτια
αὐτοῦ, καὶ (λ) ἐνέδυσε αὐτὸν πορφύραν, καὶ ἐποίησε οὕτως. καὶ ἐκάθισεν
63 αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετ᾽ αὐτοῦ, Καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ, Ἐξέλθετε
μετ᾽ αὐτοῦ εἰς μέσον τῆς πόλεως, καὶ κηρύξατε τοῦ μηδένα ἐντυγχάνειν
(μ) κατ᾽ αὐτοῦ περὶ μηδενὸς πράγματος, καὶ μηδεὶς αὐτῷ (μ) παρενοχλείτω
64 περὶ παντὸς λόγου. Καὶ ἐγένετο ὡς ἴδον οἱ ἐντυγχάνοντες τὴν δόξαν
αὐτοῦ καθὼς (ν) ἐκήρυξαν, καὶ περιβεβλημένον αὐτὸν (ξ) πορφύραν, καὶ
65 ἔφυγον πάντες. Καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς, καὶ ἔγραψεν αὐτὸν
66 τῶν πρώτων φίλων, καὶ ἔθετο αὐτὸν στρατηγὸν καὶ μεριδάρχην. Καὶ
ἐπέστρεψεν Ἰωνάθαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετ᾽ εἰρήνης καὶ εὐφροσύνης.
67 Καὶ ἐν ἔτει πέμπτῳ καὶ ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἦλθε Δημήτριος (ο) υἱὸς
68 Δημητρίου ἐκ Κρήτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσεν Ἀλέ-
ξανδρος ὁ βασιλεύς, καὶ ἐλυπήθη σφόδρα, καὶ ἀπέστρεψεν εἰς Ἀντιό-
69 χειαν. Καὶ κατέστησε Δημήτριος Ἀπολλώνιον τὸν ὄντα ἐπὶ κοίλης
Συρίας, καὶ συνήγαγε δύναμιν μεγάλην, καὶ παρενέβαλεν ἐν Ἰαμνείᾳ·
70 καὶ ἀπέστειλε πρὸς Ἰωνάθαν τὸν ἀρχιερέα, λέγων, Σὺ μονώτατος
ἐπαίρῃ ἐφ᾽ ἡμᾶς, ἐγὼ δὲ ἐγενήθην εἰς καταγέλωτα καὶ (π) εἰς ὀνειδι-
σμὸν διὰ σέ· καὶ διατί σὺ ἐξουσιάζῃ ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐν τοῖς ὄρεσι;

MS. A. (γ) Συνστήσωμεν πρὸς αὐτὸν (δ) ἀλλὰ (ε) ἦλθον (ζ) ὁ βα-
σιλεὺς Ἀλέξανδρος Ἰωνάθη (η) *δυνατὰ (θ) συνήχθησαν ἐπ᾽ αὐτὸν
(ι) αὐτοῖς ὁ (κ) ἐξέδυσεν (λ) ἐνέδυσεν (μ) κατὰ τοῦ σοῦ (μ) ἐνοχλείτω
(ν) ἐκήρυξεν, (ξ) σινδόνα, (ο) ὁ υἱὸς (π) ὀνειδισμὸν διὰ σέ· καὶ διατί ἐξουσιάζῃ

Interp. LAT.

Et nunc statuamus ad invicèm amicitiam : & 54
nunc da mihi filiam tuam uxorem, & ero ge-
ner tuus, & dabo tibi dona, & ipsi digna te.
Et respondit Ptolemæus rex, dicens ; Fœlix dies, 55
in qua reversus es ad terram patrum tuorum, &
sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi, 56
quæ scripsisti. Sed occurre in Ptolemaidam, ut vi-
deamus invicèm nos, & contraham tecum affini-
tatem, sicut dixisti. Et exivit Ptolemæus de Æ- 57
gypto, ipse, & Cleopatra filia ejus, et venerunt
Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo.
Et occurrit ei Alexander rex : & dedit ei Cleo- 58
patram filiam suam : & fecit nuptias ejus Pto-
lemaidæ, sicut reges in magna gloria. Et scripsit 59
Alexander rex Jonathæ, ut veniret obviàm sibi.
Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit 60
duobus regibus : & dedit illis argentum, et au-
rum, et amicis eorum, et dona multa : et invenit
gratiam in conspectu eorum, Et convenerunt ad- 61
versùs eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui
interpellantes adversùs eum : et non intendit
ad eos rex. Et jussit rex spoliari Jonatham vesti- 62
bus suis, et indui eum purpurâ. Et ita fecerunt.
Et fecit eum rex sedere secum, Dixítque princi- 63
pibus suis ; Exite cum eo in medium civitatis, et
prædicate, ut nemo adversùs eum interpellet de
ullo negotio, nec quisquam ei molestus sit de ulla
ratione. Et factum est, ut viderunt, qui inter- 64
pellabant, gloriam ejus, sicut prædicaverant ; et
opertum eum purpurâ ; fugerunt omnes. Et ma- 65
gnificavit eum rex, et scripsit eum inter primos
amicos : et posuit eum ducem, et participem prin-
cipatûs. Et reversus est Jonathas in Hierusalem 66
cum pace, et lætitia. Et in anno centesimo sexa- 67
gesimo quinto venit Demetrius filius Demetrii
à Creta in terram patrum suorum. Et audivit 68
Alexander rex, et contristatus est valdè : et re-
versus est Antiochiam. Et constituit ducem De- 69
metrius Apollonium, qui præerat Cœlesyriæ, et
congregavit exercitum magnum, et posuit castra
ad Jamniam : et misit ad Jonatham summum
sacerdotem, dicens ; Tu omnino solus elevaris su- 70
per nos : ego autem factus sum in derisum, et in
opprobrium propter te. Et (g) cur tu potestatem
adversùm nos exerces in montibus ?

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
69 [illegible]
70 [illegible]

Statuamus jam alter cum altero amicitiam, 54
& da mihi filiam tuam in uxorem, simque
gener tuus ; dabóque tibi munera te digna.
Respondit Ptolomæus rex, & dixit ; Faustus 55
sit ille dies quo reversus es in terram majo-
rum tuorum, & insedisti throno regni : Et 56
nunc facturus sum tibi quicquid *ad me* misi-
sti, sed veni Ptolemaidam ut ibi videamus
alter alterum, & dabo tibi filiam meam, ut
proposuisti. Egressus itaque Ptolomæus ex 57
Ægypto ipse & Cleopatra filia ipsius, vene-
runt Ptolemaidam anno centesimo sexagesi-
mo secundo : Occurrítque ei rex Alexan- 58
der : & dedit illi Cleopatram filiam suam :
& fecerunt convivium in Ptolemaida more
regum summo cum splendore. Scripserat 59
autem rex Alexander Jonathani ut obviàm
veniret ei : Abiítque Jonathan cum fastu 60
Ptolemaidam, & occurrit utrique regi, qui
dederunt ei aurum, argentum atque munera,
necnon amicis ejus, & adeptus est gratiam
in oculis eorum. Congregati sunt autem 61
ad eum quidam maligni ex Israële, viri ini-
qui, ad accusandum Jonathanem : sed non
respexit eos rex, neque accepit illos. Dein- 62
de præcipiente rege, exuerunt Jonathanem
vestibus ejus, & induerunt eum purpurâ :
Et cùm ita fecisset ei, sedere jussit eum rex 63
secum : tum edixit principibus suis ; Exite
cum eo mediam in urbem, & proclamate ne
quisquam accuset eum ulla de re, néve mo-
lestus sit ipsi ullam ob causam. Cùm ergò 64
vidissent ii qui Jonathanem criminabantur,
gloriam ejus qualem proclamaverant præ-
cones ante ipsum purpureis indutum, fuge-
runt omnes. Postquam rex gloriâ affecisset 65
Jonathanem, & conscripsisset eum inter
præcipuos amicos suos, & collocâsset eum
ducem exercitûs & principem populi ; Re- 66
versus est Jonathan in Jerusalem cum pace
& jucunditate. Anno verò centesimo sex- 67
agesimo quinto, venit Demetrius filius De-
metrii è Creta in terram majorum suorum :
Quo audito, rex Alexander contristatus est 68
admodum, & reversus est Antiochiam.
Præfecit autem Demetrius Apollonium il- 69
lum qui præpositus erat Assyriæ, qui coa-
cto exercitu copioso, castrametatus est con-
tra Jamnin : tum misit ad Jonathanem sum-
mum sacerdotem, & dixit ei ; Tu solus 70
efferris in nos, & ego factus sum impro-
perio & ludibrio propter te : & qua de
causa dominatum exerces in nos in termi-
nis nostris ?

Versio VULG. LAT.

71 Nunc ergò si confidis in virtutibus tuis, descende ad
nos in campum, & comparemus illìc invicém : quia
72 mecum est virtus bellorum. Interroga, & disce quis
sum ego, & cæteri, qui auxilio sunt mihi, qui & di-
cunt quia non potest stare pes vester ante faciem no-
stram, quia bis in fugam conversi sunt patres tui in
73 terra sua : Et nunc quomodò poteris sustinere equi-
tatum & exercitum tantum in campo, ubi non est
74 lapis, neque saxum, neque locus fugiendi? Ut au-
divit autem Jonathas sermones Apollonii, motus est
animo : & elegit decem millia virorum, & exiit ab
Jerusalem, & occurrit ei Simon frater ejus in adju-
75 torium : Et applicuerunt castra in Joppen, & ex-
clusit eum à civitate (quia custodia Apollonii Joppe
76 erat) & oppugnavit eam. Et exterriti qui erant in
civitate, aperuerunt ei, & obtinuit Jonathas Joppen.
77 Et audivit Apollonius, & admovit tria millia equi-
78 tum, & exercitum multum. Et abiit Azotum tan-
quam iter faciens, & statim exiit in campum, eò quòd
haberet multitudinem equitum, & confideret in eis.
Et insecutus est eum Jonathas in Azotum, & commi-
79 serunt prælium. Et reliquit Apollonius in castris
80 mille equites post eos occulté. Et cognovit Jona-
thas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt ca-
stra ejus, & ejecerunt jacula in populum à manè us-
81 que ad vesperam. Populus autem stabat, sicut præ-
82 ceperat Jonathas : & laboraverunt equi eorum. Et
ejecit Simon exercitum suum, & commisit contra le-
gionem : equites enim fatigati erant : & contriti
83 sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per
campum, fugerunt in Azotum, & intraverunt in Beth-
84 dagon idolum suum, ut ibi se liberarent. Et succen-
dit Jonathas Azotum, & civitates, quæ erant in cir-
cuitu ejus, & accepit spolia eorum, & templum Da-
gon : & omnes, qui fugerunt in illud, succendit igni.
85 Et fuerunt qui ceciderunt gladio, cum his qui succensi
86 sunt, ferè octo millia virorum. Et movit indè Jona-
thas castra, & applicuit ea Ascalonem : & exierunt de
87 civitate obviàm illi in magna gloria. Et reversus
est Jonathas in Jerusalem cum suis, habentibus spolia
88 multa. Et factum est : ut audivit Alexander rex ser-
mones istos, addidit adhuc glorificare Jonathan.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

71 Νῦν οὖν εἰ πέποιθας ἐπὶ τῇ δυνάμεσί σου, κατάβηθι πρὸς ἡμᾶς εἰς τὸ
πεδίον, καὶ συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς ἐκεῖ, ὅτι μετ' ἐμοῦ ἐστι δύναμις τῶν
72 πόλεων. Ἐρώτησον καὶ μάθε τίς εἰμι καὶ οἱ λοιποὶ οἱ βοηθοῦντες
ἡμῖ, καὶ λέγουσιν, Οὐκ ἔστιν ὑμῖν στάσις ποδὸς κατὰ πρόσωπον ἡμῶν·
73 ὅτι δὶς ἐτροπώθησαν οἱ πατέρες σου ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. Καὶ νῦν οὐ δυνήσῃ
ὑποστῆναι τὴν ἵππον καὶ δύναμιν τοιαύτην ἐν τῷ πεδίῳ, ὅπου οὐκ ἔστι λί-
74 θος οὐδὲ κόχλαξ οὐδὲ τόπος (ρ) τοῦ φυγεῖν. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἰωνάθαν
τῶν λόγων Ἀπολλωνίου, ἐκινήθη τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐπέλεξε δέκα χιλιάδας
ἀνδρῶν, καὶ ἐξῆλθεν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ συνήντησεν αὐτῷ Σίμων ὁ ἀ-
75 δελφὸς αὐτοῦ ἐπὶ βοήθειαν αὐτοῦ. Καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ Ἰόππην, καὶ ἀπέ-
κλεισαν αὐτὸν (σ) ἐκ τῆς πόλεως, ὅτι φρουρὰ Ἀπολλωνίου ἐν Ἰόππῃ, καὶ ἐπολέ-
76 μησαν αὐτήν. Καὶ φοβηθέντες ἤνοιξαν οἱ ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐκυρίευσεν
77 Ἰωνάθαν Ἰόππης. Καὶ ἤκουσεν Ἀπολλώνιος, καὶ παρενέβαλε τρισχι-
78 λίαν ἵππον, καὶ δύναμιν πολλήν· Καὶ ἐπορεύθη εἰς Ἄζωτον ὡς διο-
δεύων, καὶ ἅμα (τ) προῆγεν εἰς τὸ πεδίον, (υ) διὰ τὸ ἔχειν αὐτὸν πλῆθος
ἵππου καὶ πεποιθέναι (φ) ἐπ' αὐτῇ. καὶ κατεδίωξεν Ἰωνάθαν ὀπίσω αὐτοῦ
79 εἰς Ἄζωτον, καὶ συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ (χ) εἰς πόλεμον. Καὶ ἀπέλιπεν
80 Ἀπολλώνιος χιλίαν ἵππον (ψ) ἐν κρυπτῷ κατόπισθεν αὐτῶν. Καὶ ἔγνω
Ἰωνάθαν ὅτι ἐστὶν ἔνεδρον κατόπισθεν αὐτοῦ, καὶ ἐκύκλωσαν αὐτοῦ τὴν παρεμ-
βολὴν, καὶ ἐξετίναξαν τὰς σχίζας εἰς τὸν λαὸν ἐκ πρωΐθεν ἕως (ω) ἑσπέ-
81 ρας. Ὁ δὲ λαὸς εἱστήκει, καθὼς ἐπέταξεν Ἰωνάθαν, καὶ ἐκοπίασαν
82 οἱ ἵπποι αὐτῶν. Καὶ εἵλκυσε Σίμων τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ συνῆψε
πρὸς τὴν φάλαγγα· ἡ γὰρ ἵππος ἐξελύθη· καὶ συνετρίβησαν (α) ὑπ'
83 αὐτοῦ, καὶ ἔφυγον. Καὶ ἡ ἵππος ἐσκορπίσθη ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ἔφυγον
εἰς Ἄζωτον, καὶ εἰσῆλθον εἰς Βηθδαγὼν τὸ εἰδωλεῖον αὐτῶν, τοῦ σω-
84 θῆναι. Καὶ ἐνεπύρισεν Ἰωνάθαν τὴν Ἄζωτον καὶ τὰς πόλεις τὰς
κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν, καὶ τὸ ἱερὸν Δαγὼν, (β) καὶ
85 τοὺς συμφυγόντας εἰς αὐτὸ ἐνεπύρισε πυρί. Καὶ ἐγένοντο οἱ πεπτω-
86 κότες μαχαίρᾳ σὺν τοῖς ἐμπυρισθεῖσιν εἰς ἄνδρας ὀκτακισχιλίους. Καὶ
ἀπῆρεν ἐκεῖθεν Ἰωνάθαν, καὶ παρενέβαλεν (γ) ἐπὶ Ἀσκάλωνα, καὶ ἐξ-
87 ῆλθον οἱ ἐκ τῆς πόλεως εἰς συνάντησιν αὐτῷ ἐν δόξῃ μεγάλῃ. Καὶ
ἐπέστρεψεν Ἰωνάθαν (δ) εἰς Ἱερουσαλὴμ σὺν τοῖς παρ' αὐτοῦ, ἔχοντες
88 σκῦλα πολλά. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς
τοὺς λόγους τούτους, καὶ προσέθετο δοξάσαι τὸν Ἰωνάθαν.

MS. A. (ρ) τοῦ φυγεῖν. (σ) οἱ ἐκ (τ) προσῆγεν (υ) καὶ διὰ (φ) ἐπ' αὐτήν. καὶ κατεδίωξαν ὀπίσω αὐτοῦ εἰς (χ) ὀπίσω αὐτοῦ εἰς (ψ) κρυπτῶς (ω) δείλης. (α) ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔφυγαν. (β) καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ἐνεπύρισεν ἐν πυρί. Καὶ (γ) εἰς (δ) σὺν τοῖς

Interp. LAT.

Nunc ergò, si confidis in virtutibus tuis, de- 71
scende ad nos in campum, & comparemus nos
illìc invicém : quia mecum est virtus (h) civi-
tatum. Interroga, & disce, quis sum ego, & 72
cæteri, qui auxilio sunt mihi, & dicunt; Non po-
test stare pes vester ante faciem nostram : quia
bis in fugam conversi sunt patres tui in terra sua.
Et nunc non poteris sustinere equitatum, & exer- 73
citum talem in campo, ubi non est lapis, neque
saxum, neque locus fugiendi. Ut audivit autem
Jonathas sermones Apollonii; motus est animo: 74
& elegit decem millia virorum, & exiit ab Hie-
rusalem : & occurrit ei Simon frater ejus in ad-
jutorium ejus. Et applicuit castra in Joppen.
Et excluserunt eum à civitate; quia custodia 75
Apollonii in Joppe erat. Et oppugnaverunt eam.
Et exterriti qui erant in civitate, aperuerunt : 76
& obtinuit Jonathas Joppen. Et audivit Apol- 77
lonius : & admovit tria millia equitum, &
exercitum multum : Et abiit Azotum, tanquam 78
iter faciens : & statim exiit in campum, eò quòd
haberet multitudinem equitum, & confideret in
eos. Et insecutus est eum Jonathas in Azotum :
& commiserunt exercitus prælium. Et reliquit 79
Apollonius mille equites occultè post eos. Et 80
cognovit Jonathas, quoniam insidiæ sunt post
se, & circumierunt castra ejus, & ejecerunt ja-
cula in populum à mane usque ad vesperam. Po- 81
pulus autem stabat, sicut præceperat Jonathas.
Et laboraverunt equi eorum. Et emisit Simon 82
exercitum suum, & commisit contra legionem :
equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab
eo, et fugerunt : Et equitatus dispersus est in cam- 83
po : & fugerunt in Azotum : & intraverunt in
Bethdagon Idolium suum, ut salvarent se. Et 84
succendit Jonathas Azotum, & civitates, quæ
erant in circuitu ejus : & accepit spolia eorum :
& templum Dagon, & eos, qui confugerant in
illud succendit igni. Et fuerunt, qui ceciderunt 85
gladio, cum his qui succensi sunt, ferè octo millia
virorum. Et movit indè Jonathas castra, & ap- 86
plicuit ea Ascalonem : & exierunt, qui de civitate,
obviàm illi, in magna gloria. Et reversus est Jo- 87
nathas in Hierusalem cum suis, habentes spolia
multa. Et factum est, ut audivit Alexander rex 88
sermones istos, addidit adhuc glorificare Jonathan.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

71 [illegible]
72 [illegible]
[illegible]
73 [illegible]
74 [illegible]
[illegible]
75 [illegible]
76 [illegible]
77 [illegible]
[illegible]
78 [illegible]
79 [illegible]
80 [illegible]
81 [illegible]
82 [illegible]
83 [illegible]
[illegible]
84 [illegible]
[illegible]
85 [illegible]
86 [illegible]
87 [illegible]
88 [illegible]
[illegible]

Jam si confidis copiis tuis, descende ad nos 71
in planitiem, ibique alter alterius aspectui
occurramus; nam mecum est potentia urbi-
um. Scitscitare, & vide quis ego sim, & qui 72
sint adjutores nostri; qui referent non esse
vobis consistentiam pedum coram nobis: nam
bis victi fuerunt majores tui in terra sua: Et 73
nunc non sunt tibi vires sustinendi copias
nostras & equites nostros in planitie, ubi
neque lapis, neque saxum est, neque locus
effugiendi. Cùm igitur audîsset Jonathan 74
sermones Apollonii, iratus atque commotus
est animo, delegítque decem millia virorum
ex Jerusalem, & occurrit ei Simon frater e-
jus in auxilium ipsius : Et castra posuit Jo- 75
nathan contra Joppen, at clauserunt urbem
cives ejus, quia præsidium Apollonii erat in
ea : Et cùm cives urbis oppugnâssent eos, 76
tandem aperuerunt eis, & potitus est Jona-
than Joppe. Quod audiens Apollonius, 77
assumpsit tria millia equitum & copias per-
multas, abiítque in Azotum quasi transiens,
& prævenit eos in planitie, propter militi-
am equitum quam secum habebat, cui con-
fidebat. Et persecutus est eum Jonathan à 78
tergo ad Azotum usque, & congressæ sunt
acies simul ad prælium, Reliquerat autem 79
Apollonius mille equites à tergo eorum in
insidiis. Sed cognoscente Jonathane insi- 80
dias esse à tergo suo, circundederunt castra
illius : cùmque jaculati essent adeò ut defi-
cerent jacula populi illius, à manè ad flexum
usque *diei*, Populus tamen consistebat, ut 81
mandaverat Jonathan. Demum fatigatis e-
quitibus eorum, Traxit Simon exercitum 82
suum, bellúmque commisit cum phalangi-
bus, quousque dissoluti equites, et copiæ fran-
gerentur, & fugerent à conspectu ipsius. E- 83
quitibus itaque per planitiem dissipatis, &
fugientibus in Azotum, ingressisq; ædem Da-
gonis idoli sui ut eriperent sese, Succendit 84
Jonathan ædem idoli eorum, & eos qui fuge-
gerant ut se reciperent in ædem Dagonis, suc-
cendit unà cum illa: & Azotum urbésque ipsi
adjacentes igne combussit, abstulítque spo-
lia earum. Fuerunt autem qui ceciderunt 85
cum iis qui combusti sunt, quasi octo millia
virorum. Movens inde Jonathan, castra po- 86
suit contra Ascalonem: & processerunt inco-
læ urbis in occursum ejus cum gloria magna.
Postea reversus est Jonathan in Jerusalem 87
unà cum sociis suis, habentes spolia opima.
Cùm autem audîsset Alexander rex res istas, 88
ampliore gloriâ Jonathanem affecit,

Versio VULG. LAT.

89 Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari
cognatis regum. Et dedit ei Accaron, & omnes fines
ejus, in possessionem.

CAP. XI.

1 ET rex Ægypti congregavit exercitum, sicut arena
quæ est circa oram maris, & naves multas: & quæ-
rebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere il-
2 lud regno suo. Et exiit in Syriam verbis pacificis,
& aperiebant ei civitates, & occurrebant ei: quia
mandaverat Alexander rex exire ei obviàm, eò quòd
3 socer suus esset. Cùm autem introiret civitatem
Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis
4 civitatibus. Et ut appropiavit Azoto, ostenderunt
ei templum Dagon succensum igni, & Azotum &
cætera ejus demolita, & corpora projecta, & eorum
qui cæsi erant in bello tumulos, quos fecerant secus
5 viam. Et narraverunt regi quia hæc fecit Jonathas,
6 ut invidiam facerent ei: & tacuit rex. Et occurrit
Jonathas regi in Joppen cum gloria, & invicèm se
7 salutaverunt, & dormierunt illic. Et abiit Jonathas
cum rege usque ad fluvium, qui vocatur Eleutherus:
8 & reversus est in Jerusalem. Rex autem Ptolemæus
obtinuit dominium civitatum usque Seleuciam ma-
ritimam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala.
9 Et misit legatos ad Demetrium, dicens; VENI,
componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam
meam, quam habet Alexander, & regnabis in regno
10 patris tui. Pœnitet enim me quòd dederim illi fi-
11 liam meam: quæsivit enim me occidere. Et vitu-
peravit eum, propterea quòd concupierat regnum
12 ejus. Et abstulit filiam suam, & dedit eam Deme-
trio, & alienavit se ab Alexandro, & manifestatæ
13 sunt inimicitiæ ejus. Et intravit Ptolemæus Antio-
chiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Æ-
14 gypti & Asiæ. Alexander autem rex erat in Cili-
cia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in
15 locis illis. Et audivit Alexander, & venit ad eum
in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, &
occurrit ei in manu valida, & fugavit eum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

89 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πόρπην χρυσῆν, ὡς ἔθος ἐστὶ δίδοσθαι τοῖς (ε) συγ-
γενέσι τῶν βασιλέων· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν Ἀκκαρὼν καὶ πάντα τὰ
ὅρια αὐτῆς εἰς κληροδοσίαν. MS.A. (ε) συγγενεῦσιν

ΚΕΦ. ια'.

1 ΚΑὶ ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἤθροισε δυνάμεις πολλὰς, ὡς (α) τὴν
ἄμμον τὴν περὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, καὶ πλοῖα πολλά· καὶ ἐζήτη-
σε κατακρατῆσαι τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου δόλῳ, καὶ προσθεῖναι
2 αὐτὴν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἐξῆλθεν εἰς Συρίαν λόγοις εἰρηνι-
κοῖς, καὶ ἤνοιγον αὐτῷ οἱ ἀπὸ τῶν πόλεων, καὶ συνήντων αὐτῷ, ὅ-
τι ἐντολὴ ἦν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συναντᾶν αὐτῷ, διὰ τὸ πεν-
3 θερὸν αὐτοῦ εἶναι. Ὡς δὲ εἰσεπορεύετο εἰς τὰς πόλεις (β) ὁ Πτολε-
4 μαῖος, ἀπέτασσε τὰς δυνάμεις φρουρὰν ἐν ἑκάστῃ πόλει. Ὡς δὲ
ἤγγισεν Ἀζώτου, ἔδειξαν αὐτῷ τὸ ἱερὸν Δαγὼν (γ) ἐμπεπυρι-
σμένον, καὶ Ἄζωτον, καὶ τὰ περιπόλια αὐτῆς καθῃρημένα, καὶ τὰ
σώματα ἐρριμμένα, καὶ τοὺς ἐμπεπυρισμένους οὓς ἐνεπύρισεν ἐν τῷ
5 πολέμῳ· ἐποίησαν γὰρ θημωνίας αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ. Καὶ διη-
γήσαντο τῷ βασιλεῖ ἃ ἐποίησεν Ἰωνάθαν, εἰς τὸ (ⁿ) ψογῆσαι αὐτόν.
6 καὶ ἐσίγησεν ὁ βασιλεύς. Καὶ συνήντησεν Ἰωνάθαν τῷ βασιλεῖ εἰς
Ἰόππην μετὰ δόξης, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους, καὶ ἐκοιμήθησαν
7 ἐκεῖ. Καὶ ἐπορεύθη Ἰωνάθαν μετὰ τοῦ βασιλέως ἕως τοῦ ποταμοῦ
8 τοῦ καλουμένου Ἐλευθέρου, καὶ ἐπέστρεψεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ
βασιλεὺς Πτολεμαῖος ἐκυρίευσε τῶν πόλεων τῆς παραλίας ἕως
Σελευκείας τῆς παραθαλασσίας, καὶ διελογίζετο περὶ Ἀλεξάνδρου
9 λογισμοὺς πονηρούς. Καὶ ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς Δημήτριον (δ) τὸν
βασιλέα, λέγων, Δεῦρο συνθώμεθα πρὸς ἑαυτοὺς διαθήκην, καὶ
δώσω σοι τὴν θυγατέρα μου ἣν ἔχει Ἀλέξανδρος, καὶ βασιλεύσεις
10 τῆς βασιλείας τοῦ πατρός σου. Μεταμεμέλημαι γὰρ δοὺς αὐτῷ τὴν
11 θυγατέρα μου, ἐζήτησε γὰρ ἀποκτεῖναί με. Καὶ (ⁿⁿ) ἐψόγησεν αὐτὸν
12 χάριν τοῦ ἐπιθυμῆσαι αὐτὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ ἀφελόμενος
αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτὴν τῷ Δημητρίῳ, καὶ ἠλλοιώθη (ε)
13 τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐφάνη ἡ ἔχθρα αὐτῶν. Καὶ εἰσῆλθε Πτολε-
μαῖος εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ περιέθετο (ζ) δύο διαδήματα περὶ τὴν κεφαλὴν
14 αὐτοῦ, τὸ τῆς Ἀσίας καὶ Αἰγύπτου. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ βασιλεὺς ἦν (η) ἐν
Κιλικίᾳ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους, ὅτι ἀπεστάλουν οἱ ἀπὸ τῶν τόπων
15 ἐκείνων. Καὶ ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν (ϑ) πο-
λέμῳ. καὶ ἐξήγαγε Πτολεμαῖος (ι) τὴν δύναμιν, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ
ἐν χειρὶ ἰσχυρᾷ, καὶ ἐτροπώσατο αὐτόν.

MS.A. (α) ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ (β) Πτολεμαῖος, (γ) ἐνεπυρισμένον, (ⁿ) ψογίσαι (δ) βασιλέα, (ⁿⁿ) ἐψόγισεν (ε) τὸ πρόσωπον Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐφάνη ἔχθρα (ζ) τὸ διάδημα τῆς Ἀσίας, καὶ περιέθετο δύο (η) εἰς Κιλικίαν (ϑ) ἐν πολέμῳ. (ι) καὶ ἀπήντησεν

Interp. LAT.

Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est 89
dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron, &
omnes fines ejus, in possessionem.

CAP. XI.

ET rex Ægypti congregavit exercitus multos, 1
sicut arenam, quæ est circa oram maris, &
naves multas: & quærebat obtinere regnum
Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et 2
exiit in Syriam, verbis pacificis: & aperiebant
ei illi qui de civitatibus, & occurrebant ei: quia
mandaverat Alexander rex exire ei obviàm, eò
quòd socer suus esset. Ut autem introibat in ci- 3
vitates (a) Ptolemæus; ponebat custodias militum
in singulis civitatibus. Ut autem appropiavit 4
Azoto; ostenderunt ei templum Dagon succensum
igni, & Azotum, & suburbana ejus destructa,
& corpora projecta, & combustos, quos combus-
serat in bello. Fecerant enim tumulos eorum in
via ejus: Et narraverunt regi quæ fecerat Jo- 5
nathas, ut criminarentur eum. Et tacuit rex. Et 6
occurrit Jonathas regi in Joppen cum gloria: &
invicèm se salutaverunt: & dormierunt illic.
Et abiit Jonathas cum rege usque ad fluvium, 7
qui vocabatur Eleutherus: & reversus est in
Hierusalem. Rex autem Ptolemæus obtinuit do- 8
minium civitatum maritimæ usque Seleuciam
maritimam: & cogitabat in Alexandrum con-
silia mala. Et misit legatos ad Demetrium re- 9
gem, dicens; Veni, componamus inter nos
pactum: & dabo tibi filiam meam quam habet
Alexander: & regnabis in regno patris tui. Pœ- 10
nitet enim me, quod dederim illi filiam meam.
Quæsivit enim me occidere. Et vituperavit 11
eum, propterea quòd ipse concupierat regnum ejus.
Et abstulit filiam suam, & dedit eam Deme- 12
trio: & alienavit se ab Alexandro; & mani-
festatæ sunt inimicitiæ eorum. Et intravit Ptole- 13
mæus Antiochiam: & imposuit duo diademata
capiti suo, Ægypti, & Asiæ. Alexander autem 14
rex erat in Cilicia illis temporibus: quia re-
bellabant qui erant in locis illis. Et audivit 15
Alexander: & venit ad eum in bellum. Et pro-
duxit Ptolemæus exercitum: & occurrit ei in
manu valida, & fugavit eum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

89 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]

Et misit ei fibulam auream; prout mos est 89
dari cognatis regis, deditque illi Ecronem
& omnes terminos ejus in hæreditatem.

CAP. XI.

REx autem Ægypti congregatis sibi co- 1
piis multis, arenæ quæ jacet super litore
maris comparandis, plurimisque navibus;
voluit obtinere regnum Alexandri dolo, ut
adjungeret illud regno suo. Quare illi in 2
Syriam pacificis verbis prodeunti aperie-
bant cives urbium, occurrentes ipsi; quòd
Alexander præcepisset ut occurrerent ei
quasi socero suo. Verùm Ptolomæus ur- 3
bem aliquam ingrediens, relinquebat co-
pias & custodes in iis omnibus. Quum 4
autem pervenisset Azotum, ostenderunt ei
ædem Dagonis idoli exustam, & Azotum
omniáque ipsi adjacentia destructa, corpo-
ra projecta, & incendia illa quæ flagrave-
rat *Jonathan* in bellis, feceràtque varios
tumulos in via: Et narraverunt regi 5
quicquid fecerat quasi in opprobrium ipsi-
us: quæ cùm audîsset rex, conticuit.
Occurrit autem Jonathan regi magna cum 6
gloria, & postquam salutem precati essent
alter alteri, & pernoctâssent ibi, Abiis- 7
sétque Jonathan cum rege usque ad fluvi-
um qui vocatur Ingenuus; reversus est Je-
rosolymam.. Ptolomæus autem rex poti- 8
tus omnium urbium quæ erant in tractu
maritimo, usque ad Seleuciam quæ jacet
secus mare; machinabatur in Alexandrum
consilium perniciosum. Quamobrem mis- 9
sis epistolis ad Demetrium regem, dixit ei;
Age, statuamus fœdus alter cum altero,
dabóque tibi filiam meam quam duxit A-
lexander, & regnabis in regno patris tui.
Pœnitet enim me dedisse illi filiam meam: 10
nam voluit interficere me, Illam verò 11
spernit ac parvipendit: nimirum concu-
piscebat regnum ejus. Itaque ablatam ab 12
eo filiam suam dedit Demetrio, & aliena-
tus est ab Alexandro, & declarata est ini-
micitia. Et ingressus Ptolomæus Antio- 13
chiam, imposuit sibi diadema Asiæ, im-
posuitque duo diademata capiti suo, ab
Asia in Ægyptum usque. Rex autem A- 14
lexander erat eo tempore in Cilicia, quia
rebellârant in eum incolæ loci illius. Quod 15
audiens Alexander, venit ad debellandum
eum: sed procedens Ptolomæus adversus
eum copioso cum exercitu & manu valida,
vicit Alexandrum:

Versio VULG. LAT.

16 Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protegeretur:
17 rex autem Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zab-
18 diel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo. Et
rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui e-
rant in munitionibus, perierunt ab his qui erant in-
19 tra castra. Et regnavit Demetrius anno centesimo
20 sexagesimo septimo. In diebus illis congregavit Jo-
nathas eos qui erant in Judæa, ut expugnarent arcem,
quæ est in Jerusalem: & fecerunt contra eam machi-
21 nas multas. Et abierunt quidam qui oderant gentem
suam viri iniqui ad regem Demetrium, & nuntiave-
22 runt ei quòd Jonathas obsideret arcem. Et ut au-
divit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam, &
scripsit Jonathæ ne obsideret arcem, sed occurreret
23 sibi ad colloquium festinatò. Ut audivit autem Jo-
nathas, jussit obsidere: & elegit de senioribus Is-
24 rael, & de sacerdotibus, & dedit se periculo. Et
accepit aurum, & argentum, & vestem, & alia xe-
nia multa, & abiit ad Regem Ptolemaidam, & in-
25 venit gratiam in conspectu ejus. Et interpella-
26 bant adversùs eum quidam iniqui ex gente sua. Et
fecit ei rex, sicut fecerat ei qui ante eum fuerant:
& exaltavit eum in conspectu omnium amicorum
27 suorum, Et statuit ei principatum sacerdotii, &
quæcunque alia habuit priùs pretiosa, & fecit eum
28 principem amicorum. Et postulavit Jonathas à re-
ge, ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias,
& Samariam, & confines ejus: & promisit ei ta-
29 lenta trecenta. Et consensit rex: & scripsit Jona-
thæ epistolas de his omnibus, hunc modum continen-
30 tes: REX Demetrius fratri Jonathæ salutem, &
31 genti Judæorum. Exemplum epistolæ, quam scripsi-
mus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad
32 vos ut sciretis: Rex Demetrius Lastheni parenti sa-
33 lutem. Genti Judæorum, amicis nostris, & conser-
vantibus quæ justa sunt apud nos, decrevimus bene-
facere propter benignitatem ipsorum, quam erga nos
34 habent. Statuimus ergò illis omnes fines Judææ, &
tres civitates, Lydan, & Ramathan, quæ additæ sunt
Judææ ex Samaria, & omnes confines earum, seque-
strari omnibus sacrificantibus in Jerosolymis, pro his
quæ ab eis priùs accipiebat rex per singulos annos,
& pro fructibus terræ & pomorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

16 Καὶ ἔφυγεν Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀραβίαν, τοῦ σκεπασθῆναι αὐτὸν
17 ἐκεῖ· ὁ δὲ βασιλεὺς Πτολεμαῖος ὑψώθη. Καὶ ἀφεῖλε Ζαβδιὴλ ὁ
18 Ἄραψ τὴν κεφαλὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀπέστειλε τῷ Πτολεμαίῳ. Καὶ
ὁ βασιλεὺς Πτολεμαῖος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ οἱ ὄντες
19 ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν (κ) ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι. Καὶ
20 ἐβασίλευσε Δημήτριος ἔτους ἑβδόμου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. Ἐν
ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνήγαγεν Ἰωνάθαν τοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας, τοῦ ἐκ-
πολεμῆσαι τὴν ἄκραν τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ (λ) ἐποίησεν ἐπ᾽ αὐτὴν μη-
21 χανὰς πολλάς. Καὶ ἐπορεύθησάν τινες μισοῦντες τὸ ἔθνος αὐτῶν,
ἄνδρες παράνομοι, πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ ὅτι Ἰω-
22 νάθαν περικάθηται τὴν ἄκραν. Καὶ ἀκούσας ὠργίσθη. ὡς δὲ ἤκουσεν,
εὐθέως ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἔγραψεν Ἰωνάθαν, τοῦ
μὴ περικαθῆσθαι (μ) τῇ ἄκρᾳ, καὶ τοῦ ἀπαντῆσαι αὐτὸν αὐτῷ συμμί-
23 σγειν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ταχίστην. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἰωνάθαν, ἐκέλευ-
σε περικαθῆσθαι, καὶ ἐπέλεξε τῶν πρεσβυτέρων Ἰσραὴλ, καὶ τῶν ἱερέων,
24 καὶ ἔδωκεν (ν) ἑαυτὸν τῷ κινδύνῳ. Καὶ λαβὼν ἀργύριον, καὶ χρυσίον, καὶ
ἱματισμὸν, καὶ ἕτερα ξένια πλείονα, (ξ) ἐπορεύθη πρὸς τὸν βασιλέα εἰς
25 Πτολεμαΐδα, καὶ εὗρε χάριν (ο) ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ἐνετύγχανον κατ᾽
26 αὐτοῦ τινες ἄνομοι (π) τῆς ἐκ τοῦ ἔθνους. Καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ὁ βασι-
λεὺς καθὼς ἐποίησαν αὐτῷ οἱ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὕψωσεν αὐτὸν ἐναντίον
27 πάντων τῶν φίλων αὐτοῦ. Καὶ ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ὅσα
ἄλλα εἶχε τίμια τὸ πρότερον, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν τῶν πρώτων φίλων
28 ἡγεῖσθαι. Καὶ ἠξίωσεν Ἰωνάθαν τὸν βασιλέα ποιῆσαι τὴν Ἰουδαίαν
ἀφορολόγητον, καὶ τὰς τρεῖς τοπαρχίας, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν, καὶ (ρ) ἐπηγ-
29 γείλατο αὐτῷ τάλαντα τριακόσια. Καὶ εὐδόκησεν ὁ βασιλεὺς, καὶ
ἔγραψε τῷ Ἰωνάθαν ἐπιστολὰς περὶ πάντων τούτων ἐχούσας τὸν τρόπον
30 τοῦτον. Βασιλεὺς Δημήτριος Ἰωνάθαν τῷ ἀδελφῷ χαίρειν, καὶ ἔθνει
31 Ἰουδαίων. Τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς ἧς ἐγράψαμεν Λασθένει τῷ
συγγενεῖ ἡμῶν περὶ ὑμῶν, γεγράφαμεν καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως εἰδῆτε.
32 Βασιλεὺς Δημήτριος Λασθένει τῷ πατρὶ χαίρειν. Τῷ ἔθνει τῶν
33 Ἰουδαίων φίλοις ἡμῶν, καὶ συντηροῦσι τὰ πρὸς ἡμᾶς δίκαια ἐκρίναμεν
34 ἀγαθοποιῆσαι χάριν (σ) τῆς ἐξ αὐτῶν εὐνοίας πρὸς ἡμᾶς. Ἑστάκαμεν
οὖν αὐτοῖς (τ) τά τε ὅρια τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοὺς τρεῖς νομοὺς, Ἀφαίρεμα, καὶ
(υ) Λύδδαν, καὶ Ῥαμαθὲμ, αἵτινες προσετέθησαν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀπὸ τῆς
Σαμαρείτιδος, καὶ πάντα τὰ συγκυροῦντα αὐτοῖς πᾶσι τοῖς θυσιά-
ζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀντὶ τῶν βασιλικῶν ὧν ἐλάμβανεν ὁ βασι-
λεὺς παρ᾽ αὐτῶν τὸ πρότερον κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν (φ) γεννημάτων
τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀκροδρύων.

MS.A. (κ) αὐτοῦ (λ) ἐποίησαν (μ) καὶ τοῦ (ν) αὐτὸν (ξ) καὶ ἐπορεύθη (ο) ἐναντίον (π) τῶν (ρ) ἐπηγγείλαντο (σ) τῆς ἑαυτῶν (τ) τὰ (υ) Λύδδα, καὶ Ραθαμεὶν προσετέθησαν (φ) γεννημάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν

Interp. LAT.

Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protege- 16
retur. Rex autem Ptolemæus exaltatus est. Et 17
abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit
Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die 18
tertia: & qui erant in munitionibus, perierunt
ab iis qui in munitionibus. Et regnavit Deme- 19
trius anno centesimo sexagesimo septimo. In die- 20
bus illis congregavit Jonathas eos qui erant de
Judæa, ut expugnarent arcem quæ erat in Hieru-
salem: & fecit contra eam machinas multas. Et 21
abierunt quidam, qui oderant gentem suam, viri
iniqui, ad regem: & renuntiaverunt ei, quòd Jo-
nathas obsideret arcem. Et audiens, iratus est. 22
Ut autem audivit, statim iter faciens venit Ptole-
maidam, & scripsit Jonathæ, ne obsideret arcem,
sed occurreret sibi ad colloquium in Ptolemai-
dam festinatò. Ut audivit autem Jonathas, jussit 23
obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sa-
cerdotibus: & dedit se periculo. Et accepit ar- 24
gentum et aurum, & vestem, & alia xenia multa:
& abiit ad regem in Ptolemaidam: & invenit
gratiam in conspectu ejus. Et interpellabant ad- 25
versùs eum quidam iniqui ex gente. Et fecit ei 26
rex, sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: &
exaltavit eum in conspectu omniū amicorum suo-
rum. Et statuit ei principatū sacerdotii, & quæ- 27
cunque alia habuit priùs pretiosa: & fecit eum
principem amicorum. Et postulavit Jonathas à 28
rege, ut immunem faceret Judæam, & tres Topar-
chias & (b) Samaritidem: & promisit ei talenta
trecenta. Et consensit rex: & scripsit Jonathæ 29
epistolas de his omnibus, huac modum continentes:
Rex Demetrius Jonathæ fratri salutem, & genti 30
Judæorum. Exemplum epistolæ, quam scripsimus 31
Lastheni cognato nostro de vobis, scripsimus etiam
ad vos, ut sciretis. Rex Demetrius Lastheni pa- 32
renti salutem. Genti Judæorum, amicis nostris, 33
& conservantibus quæ justa sunt erga nos, decre-
vimus benefacere propter benevolentiā quæ ab i-
psis præstatur erga nos. Statuimus ergò illis fines 34
Judææ, & tres civitates, (c) Aphærema, et Lyddā,
& Rhamathē, quæ additæ sunt Judææ ex Sama-
ritide; & omnia pertinentia ad ipsas omnibus sa-
crificantibus in Hierosolymis, pro regalibus, quæ ab
eis priùs accipiebat rex per singulos annos de
fructibus terræ, & de fructibus arborum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Fugitque Alexander in Arabiam, ut prote- 16
geretur illic: Ptolomæus autem rex exalta-
tus est. Deinde tollens Zariel Arabs caput 17
Alexandri, misit illud Ptolomæo. Sed rex 18
etiam Ptolomæus mortuus est post triduum,
& ex his quos reliquerat in munitionibus,
mortui sunt in iisdem munitionibus. Ita 19
regnavit Demetrius anno centesimo sexa-
gesimo septimo. Iis diebus congregavit 20
Jonathan populum ex Juda, ut oppugna-
ret habitantes in arce quæ erat in Jerusa-
lem, fecitque contra eam machinas mul-
tas. Sed abeuntes quidam odio habentes 21
gentem suam, iniqui, ad regem, dixerunt
ei; Ecce Jonathan obsidet arcem. Quod 22
cùm audîsset rex, iratus est; & statim ut
audivit, profectus est & venit Ptolemai-
dem, scripsitque Jonathani ne obsiderent
arcem, sed veniret ipse quamprimùm ob-
viam sibi Ptolemaidem. Ut autem audivit 23
Jonathan, præcepit ut obsiderent arcem:
tum eligens *quosdam* è sacerdotibus & se-
nioribus Israëlis, exposuit seipsum pericu-
lo: Et accipiens aurum, argentum, ve- 24
stes, aliaque munera, abiit Ptolemaidem
ad regem, & nactus est gratiam apud
eum: Et quamvis accusarent eum qui- 25
dam iniqui ex popularibus; Tamen 26
fecit ei rex quemadmodum fecerat ei
antecessor ipsius, & exaltavit eum coram
omnibus amicis suis, Deditque ei sacerdo- 27
tium & omnes honores quos priùs habebat,
& magnificavit eum, ascripsitque eum in-
ter amicos suos majores & honestiores.
Tum deprecante Jonathane regem ut Ju- 28
dæam faceret immunem tributi, necnon
tres præfectos provinciæ, & Samariam,
promittendo illi trecenta talenta: Ac- 29
quievit rex, & scripsit Jonathani epistolas
de omnibus iis quæ postulaverat; scripsit
autem in eis sic: Demetrius rex Jonathani 30
fratri meo & genti Judæorum salutem.
Exemplar epistolæ quam scripsimus Lasthe- 31
ni consanguineo nostro de vobis, scri-
bimus etiam vobis, ut vos etiam sciatis.
Demetrius rex Lastheni patri meo salutem. 32
Populo amico nostro, & sinceritatem erga 33
nos servanti, voluimus gratiam præstare
propter animum ipsorum erga nos. Con- 34
stituimus autem eis, & dedimus eis termi-
nos Judææ cum tribus vectigalibus Aphrem
Lydda & Ramathaim, quæ adjecta fuerant
Judææ ex Samaria, cumque omnibus ditio-
nibus earum, ad sacrificium quod *fit* Jero-
solymis: pro tributis regis quæ exigebat
ab eis antea de semine terræ, deque fructi-
bus arborum;

Versio VULG. LAT.

35 Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tribu-
torum, ex hoc tempore remittimus eis : & areas sa-
36 linarum,& coronas quæ nobis deferebantur, Omnia
ipsis concedimus: & nihil horum irritum erit ex hoc,
37 & in omne tempus. Nunc ergò curate facere horum
exemplum, & detur Jonathæ; & ponatur in monte
38 sancto,in loco celebri. Et videns Demetrius rex quòd
siluit terra in conspectu suo, & nihil ei resistit, dimi-
sit totum exercitum suum, unumquemque in locum
suum, excepto peregrino exercitu, quem contraxit
ab insulis Gentium : & inimici erant ei omnes exer-
39 citus patrum ejus. Tryphon autem erat quidam par-
tium Alexandri priùs : & vidit quoniam omnis exer-
citus murmurabat contra Demetriũ, & ivit ad Emal-
chuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Ale-
40 xandri : Et assidebat ei, ut traderet eum ipsi, ut re-
gnaret loco patris sui : & enuntiavit ei quanta fecit
Demetrius, & inimicitias exercituum ejus adversùs
41 illum. Et mansit ibi diebus multis. Et misit Jonathas
ad Demetrium regem,ut ejiceret eos, qui in arce erant
in Jerusalem. & qui in præsidiis erant : quia impu-
42 gnabant Israel. Et misit Demetrius ad Jonathan, di-
cens ;Non hæc tantùm faciam tibi, & genti tuæ : sed
gloriâ illustrabo te, & gentem tuam, cùm fuerit op-
43 portunum. Nunc ergò rectè feceris, si miseris in au-
xilium mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus.
44 Et misit ei Jonathas tria millia virorum fortium Anti-
ochiam : & venerunt ad regem, & delectatus est rex
45 in adventu eorum. Et convenerunt qui erant de civi-
tate, centum viginti millia virorum. & volebant in-
46 terficere regem. Et fugit rex in aulam : & occupave-
runt qui erant de civitate itinera civitatis, & cœpe-
runt pugnare. Et vocavit rex Judæos in auxilium, &
convenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt o-
48 mnes per civitatem : Et occiderunt in illa die cen-
tum millia hominum, & succenderunt civitatem, &
ceperunt spolia multa in die illa, & liberaverunt re-
49 gem. Et viderunt qui erant de civitate, quòd obti-
nuissent Judæi civitatem sicut volebant : & infirmati
sunt mente suâ, & clamaverunt ad regem cum preci-
bus, dicentes ;

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

35 Καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀνήκοντα ἡμῖν ἀπὸ τοῦ νῦν τῶν δεκατῶν, καὶ τῶν τελῶν τῶν
ἀνηκόντων ἡμῖν, καὶ τὰς τοῦ ἁλὸς λίμνας, καὶ τοὺς ἀνήκοντας ἡμῖν στεφά-
36 νους, Πάντα (χ) ἐπαρκῶς παρίεμεν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀθετηθήσεται οὐδὲ
37 ἓν τούτων ἀπὸ τοῦ νῦν (ψ) καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Νῦν οὖν ἐπιμελεῖσθε
τοῦ ποιῆσαι τούτων ἀντίγραφον· καὶ δοθήτω Ἰωνάθαν, καὶ τεθήτω ἐν (ω) τῷ
38 ὄρει τῷ ἁγίῳ ἐν τόπῳ (α) ἐπισήμῳ. Καὶ εἶδε Δημήτριος ὁ βασιλεὺς
ὅτι ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ (β) οὐδὲν αὐτῷ ἀνθειστήκει, καὶ
ἀπέλυσε πάσας τὰς δυνάμεις αὐτοῦ ἕκαστον (γ) εἰς τὸν ἴδιον τόπον,
πλὴν τῶν ξένων δυνάμεων ὧν ἐξενολόγησεν ἀπὸ τῶν νήσων τῶν ἐ-
θνῶν· καὶ (δ) ἤχθραναν αὐτῷ πᾶσαι αἱ δυνάμεις (ε) τῶν πατέρων αὐτοῦ.
39 Τρύφων δὲ ἦν τῶν παρὰ Ἀλεξάνδρου τὸ πρότερον, καὶ εἶδεν ὅτι πᾶσαι αἱ
δυνάμεις καταγογγύζουσι (ζ) τοῦ Δημητρίου, καὶ ἐπορεύθη πρὸς (η) Εἱμαλ-
κουαὶ τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀντίοχον τὸ παιδάριον τὸ τοῦ Ἀλε-
40 ξάνδρου· Καὶ προσήδρευεν αὐτῷ, ὅπως παραδοῖ αὐτὸν αὐτῷ, ὅπως
βασιλεύσῃ ἀντὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ (θ) ἀπήγγειλεν αὐτῷ ὅσα συνετέ-
λεσε Δημήτριος, καὶ τὴν ἔχθραν ἣν ἐχθραίνουσιν αὐτῷ αἱ δυνάμεις
41 αὐτοῦ. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἡμέρας πολλάς. Καὶ ἀπέστειλεν Ἰωνάθαν πρὸς
Δημήτριον τὸν βασιλέα, ἵνα ἐκβάλῃ τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας ἐξ Ἱερουσαλήμ,
42 καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν, ἦσαν γὰρ πολεμοῦντες τὸν Ἰσραήλ. Καὶ
ἀπέστειλε Δημήτριος πρὸς Ἰωνάθαν, λέγων, Οὐ μόνον ταῦτα ποιήσω
σοὶ καὶ τῷ ἔθνει σου, (ʲ) ἀλλὰ δόξῃ δοξάσω σε καὶ τὸ ἔθνος σου, ἐὰν
43 εὐκαιρίας τύχω. Νῦν οὖν ὀρθῶς ποιήσεις ἀποστείλας (¨) μοι ἄνδρας οἳ
44 (ι) συμμαχήσουσιν, ὅτι ἀπέστησαν πᾶσαι αἱ δυνάμεις μου. Καὶ ἀπέ-
στειλεν Ἰωνάθαν ἄνδρας τρισχιλίους δυνατοὺς ἰσχύϊ (˜) αὐτῷ εἰς Ἀντιό-
χειαν, καὶ ἤλθοσαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ (ʺ) εὐφράνθη ὁ βασιλεὺς ἐπὶ
45 τῇ ἐφόδῳ αὐτῶν. Καὶ ἐπισυνήχθησαν οἱ ἐκ τῆς πόλεως εἰς μέσον τῆς
πόλεως (κ) εἰς δώδεκα μυριάδας ἀνδρῶν, καὶ ἠβούλοντο ἀνελεῖν τὸν
46 βασιλέα. Καὶ ἔφυγεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν αὐλήν, καὶ κατελάβοντο οἱ
ἐκ τῆς πόλεως τὰς διόδους τῆς πόλεως, καὶ ἤρξαντο (λ) πολεμεῖν.
47 Καὶ ἐκάλεσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς Ἰουδαίους ἐπὶ βοήθειαν, καὶ ἐπισυνή-
χθησαν πρὸς αὐτὸν πάντες ἅμα· καὶ διεσπάρησαν ἐν τῇ (μ) πόλει
48 πάντες ἅμα· Καὶ ἀπέκτειναν ἐν τῇ πόλει ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς μυρι-
49 άδας δέκα. καὶ ἐνεπύρισαν τὴν πόλιν, καὶ ἐλάβοσαν σκῦλα πολλὰ ἐν
ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἔσωσαν τὸν βασιλέα. Καὶ ἴδον οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως
ὅτι κατεκράτησαν οἱ Ἰουδαῖοι τῆς πόλεως, ὡς ἠβούλοντο, καὶ ἠσθένησαν ταῖς
διανοίαις αὐτῶν, καὶ ἐκέκραξαν πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ δεήσεως, λέγοντες,

MS.A. (χ) ἐπαρκέσομεν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀθετήσεται οὐδὲ (ψ) ἐπὶ τὸν (ω) ὄρει (α) ἐπιτηδείῳ, ἐπισήμῳ. (β) οὐθὲν (γ) ἴδιον (δ) ἤχθρευσαν αὐτῶν (ε) αἱ ἀπὸ τῶν πατέρων. Τρύφων (ζ) κατὰ τοῦ (η) Σιμαλκουὴν (θ) ἀπήγγειλαν (ʲ) ἀλλ' οὐ (¨) ἡμῖν (ι) συμμαχήσουσίν μοι, (˜) αὐτῶν (ʺ) ηὐφράνθη (κ) ἄνδρας δώδεκα μυριάδας, καὶ (λ) ἐκπολεμεῖν. (μ) πόλει· Καὶ ἀπέκτειναν

Interp. LAT.

Et alia quæ ad nos pertinebant ex hoc tempore de- 35
cimarum, & tributorum pertinentium ad nos, &
salis stagna, & pertinentes ad nos coronas. Omnia 36
liberaliter ipsis remittimus. Et nihil horum irri-
tum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergò 37
curate facere horum exemplum : & detur Jona-
thæ, & ponatur in monte sancto in loco celebri. Et 38
videns Demetrius rex, quod siluit terra in con-
spectu suo, & nihil ei resistebat, dimisit omnes ex-
ercitus suos, unumquemque in locum suum, excepto
peregrino exercitu, quem traxit ab insulis genti-
um : & inimici erant ei omnes exercitus patrum
ejus. Tryphon autem erat quidam partium Ale- 39
xandri priùs : & vidit, quoniam omnes exercitus
murmuraverunt contra Demetrium ; & ivit ad
Emalcue Arabem, qui nutriebat Antiochum filium
Alexandri. Et assidebat ei, ut traderet eum ipsi, 40
ut regnaret in loco patris sui. Et enuntiavit ei
quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituũ
ejus adversùs illum: & mansit ibi diebus multis.
Et misit Jonathas ad Demetrium regem, ut ejice- 41
ret eos qui in arce erant, in Hierusalem, & qui in
præsidiis erant: quia impugnabant Israel. Et mi- 42
sit Demetrius ad Jonathan, dicens ; Non hæc tan-
tùm faciam tibi, & genti tuæ, sed gloriâ illustra-
bo te, & gentem tuam, si opportunitatem nactus
fuero. Nunc ergò rectè feceris ; si miseris in au- 43
xilium mihi viros : quoniam discesserunt omnes
exercitus mei. Et misit ei Jonathas tria millia 44
virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad re-
gem: & delectatus est rex in adventu eorum. Et 45
convenerunt qui erant de civitate, in medium
civitatis, ad centum viginti millia virorum : &
volebant interficere regem. Et fugit rex in au- 46
lam : & occupaverunt, qui erant de civitate, iti-
nera civitatis, & cœperunt pugnare. Et vocavit 47
rex Judæos in auxilium : & convenerunt omnes
simul ad eum: et dispersi sunt in civitate (d) omnes
simul : Et occiderunt in civitate in illa die ad 48
centum millia: & succenderunt civitatem, & ce-
perunt spolia multa in illa die, & liberaverunt
regem. Et viderunt, qui erant de civitate, quòd 49
obtinuissent Judæi civitatem, sicut volebant ; &
infirmati sunt mente suâ, & clamaverunt ad re-
gem cum precibus, dicentes ;

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
[illegible]
[illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
[illegible]
43 [illegible]
[illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
[illegible]
46 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Reliqua etiam quæ proveniebant nobis ex 35
decimis, vectigalibus, stagnis salis & coro-
nis ad nos pertinentibus, omnia dimisimus
eis: Et nulla harum rerum violetur ex hoc & 36
deinceps. Et nunc cura ut horum exemplar 37
describas, desque Jonathani, & ponatur in
loco celebri & aperto, in monte sancto.
Videns autem Demetrius silentem & quie- 38
tam esse terram coram ipso, & neminem
adversari sibi ; dimisit omnes copias, quem-
que in locum suum, præter illas quas ele-
git ex insulis gentium : unde conceperunt
in eum inimicitiam omnes copiæ majorum
ipsius. Triphon autem qui fuerat olim ex 39
Alexandri familia, videns omnes copias
murmurare contra Demetrium, contulit se
ad Malchum Arabem qui educabat Antio-
chum filium Alexandri; Dixitque ei ut tra- 40
deret illum sibi quatenus regem constitue-
ret eum pro patre ipsius: significans ei quic-
quid fecerat Demetrius, & inimicitiã quam
contraxerant cum eo copiæ ipsius : man-
sitque ibi dies multos. Misit verò Jona- 41
than ad Demetrium regem ut ejiceret ha-
bitatores arcis ex Jerusalem, & habitato-
res munitionum : oppugnabant enim Isra-
ëlem. Et remisit Demetrius ad Jonatha- 42
nem, & dixit ei ; Non solùm hæc facturus
sum tibi & genti tuæ, sed etiam gloriâ affe-
cturus te, gentemque tuam, ubi commodita-
tem nactus fuero. Nunc autem rectè fece- 43
ris, si miseris ad me viros in auxilium me-
um ; nam defecerunt à me omnes copiæ.
Misit ergò Jonathan ter mille viros strenu- 44
issimos Antiochiam, quibus ad regem per-
venientibus gavisus est rex de adventu eo-
rum. Et congregati omnes cives urbis qua- 45
si duodecim myriades intra urbem, vole-
bant interficere regem Demetrium : Sed 46
fugiente rege, & in atrium ingresso, occu-
paverunt cives urbis omnes exitus urbis, &
pugnare cœperunt. Quum autem advo- 47
câsset rex Judæos ad auxilium suum, iique
omnes simul congregati essent ad eum, di-
spersarunt se omnes per urbem, Et occide- 48
runt in urbe eo die fermè decem myriades,
incenderunt urbem, & abstulerunt eo die
spolia multa, regemque servaverunt. Qua- 49
re videntes cives urbis prævaluisse Judæos,
& totam urbem obtinuisse pro libitu ; de-
bilitatæ sunt mentes eorum, & supplices
clamaverunt ad regem, dicentes ;

Versio VULG. LAT.

50 Da nobis dextras, & cessent Judæi oppugnare nos &
51 civitatem. Et projecerunt arma sua, & fecerunt
pacem, & glorificati sunt Judæi in conspectu regis,
& in conspectu omnium qui erant in regno ejus, &
nominati sunt in regno : & regressi sunt in Jerusalem
52 habentes spolia multa. Et sedit Demetrius rex in
53 sede regni sui : & siluit terra in conspectu ejus. Et
mentitus est omnia quæcunque dixit, & abalienavit
se à Jonatha, & non retribuit ei secundùm beneficia
54 quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valdé. Post hæc
autem reversus est Tryphon, & Antiochus cum eo
puer adolescens, & regnavit, & imposuit sibi dia-
55 dema. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus,
quos disperserat Demetrius, & pugnaverunt contra
56 eum : & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon
57 bestias, & obtinuit Antiochiam : Et scripsit Antio-
chus adolescens Jonathæ, dicens ; Constituo tibi sa-
cerdotium, & constituo te super quatuor civitates, ut
58 sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in mi-
nisterium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, &
59 esse in purpura, & habere fibulam auream : Et Si-
monem fratrem ejus constituit ducem à terminis Tyri
60 usque ad fines Ægypti. Et exiit Jonathas, & peram-
bulabat trans flumen civitatis : & congregatus est ad
eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit
Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de civitate.
61 Et abiit indè Gazam : & concluserunt se qui erant
Gazæ : & obsedit eam, & succendit quæ erant in cir-
62 cuitu civitatis, & prædatus est ea. Et rogaverunt
Gazenses Jonathan, & dedit illis dexteram : & acce-
pit filios eorum obsides, & misit illos in Jerusalem :
63 & perambulavit regionem usque Damascum. Et au-
divit Jonathas quòd prævaricati sunt principes De-
metrii in Cades, quæ est in Galilæa, cum exercitu
64 multo, volentes eum removere à negotio regni : Et
occurrit illis : fratrem autem suum Simonem reliquit
65 intra provinciam. Et applicuit Simon ad Bethsu-
ram, & expugnabat eam diebus multis, & conclu-
66 sit eos. Et postulaverunt ab eo dextras accipere, &
dedit illis : & ejecit eos indè, & cepit civitatem, &
posuit in ea præsidium.

ΜΑΚΚΑΒΑΪ́ΩΝ Α'.

50 Δὸς ἡμῖν δεξιὰς, καὶ παυσάσθωσαν οἱ Ἰουδαῖοι πολεμοῦντες ἡμᾶς καὶ
51 τὴν πόλιν. Καὶ (ν) ἔρριψαν τὰ ὅπλα, καὶ ἐποίησαν εἰρήνην· καὶ ἐδο-
ξάσθησαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐναντίον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐν
τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἔχοντες σκῦλα
gyravit per viam, quæ ducit in Adora. Et Simon,
& castra ejus opponebant se ei, in omnem locum
quocunque ibat. Qui autem in arce erant, mi- 21
serunt ad Tryphonem legatos, qui urgerent eum,
ut veniret ad eos per desertum, & mitteret illis a-
limonias. Et paravit Tryphon omnem equitatum 22
suum, ut veniret illâ nocte, & fuit nix multa
valdè : & non venit propter nivem. Et movit
castra, & venit in Galaaditim. Ut autem ap- 23
propinquavit ad Bascaman; occìdit Jonatham :
& sepultus est illic. Et convertit Tryphon, & 24
abiit in terram suam. Et misit Simon, & ac- 25
cepit ossa Jonathæ fratris sui : & sepelivit ea
in Modin civitate patrum ejus. Et planxerunt 26
eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt
eum dies multos. Et ædificavit Simon super 27
sepulchrum patris sui, & fratrum suorum : &
exaltavit illud ad aspectum lapide polito retrò,
& anté. Et statuit (b) super ea septem pyrami- 28
das, unam contra unam, patri et matri, et
quatuor fratribus. Et his fecit machinamenta, 29
circumponens columnas magnas : et fecit super
columnas arma ad nomen æternum, et juxta
arma naves sculptas, ut viderentur ab omnibus
navigantibus mare. Hoc est sepulchrum, quod 30
fecit in Modin usque in hunc diem. Tryphon
autem iter faciebat dolo cum Antiocho rege ado-
lescente, et occìdit eum :

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

[illegible]

Simon verò castra fixit secus Adiram è regi- 13
one planitiei. Et sciens Triphon surrexis- 14
se Simonem loco Jonathanis fratris sui,
eumque paratum esse ad pugnandum adver-
sùm se; misit ad eum legatos, & dixit ei;
Propter pecuniam illam quam debebat fra- 15
ter tuus in domo regia causâ negotiorum
quæ gerebat, detinemus eum : Sed nunc 16
mitte centum argenti talenta, & duos filios
ejus obsides; ne cùm dimiserimus eum, de-
flectat recedátque à nobis : & dimittemus
eum. Et licet nôsset Simon dolo sè eos lo- 17
qui secum, tamen misit pecuniam & pueros,
ne fortè contraheret inimicitiam magnam
cum Israëlitis dicentibus; Quia non misit 18
pecuniam & pueros illos, periit. Misit ergò 19
pueros & centum talenta : sed *ille* mentitus
est, neque remisit Jonathanem. Post hæc 20
venit Triphon ad peragrandam regionem
Judææ, ut deleret eam, abiítque per viam
Adoir : Simon verò cum exercitu suo præve-
niebat quocunq; ille abibat. Porrò habita- 21
tores arcis miserunt ad Triphonem legatos,
ut veniret ad ipsos diligenter per desertum,
& mitteret ipsis annonam. Paravit ergò 22
Triphon omnes equites suos, ut veniret eâ-
dem nocte; sed cùm multum ninxisset, non
potuit venire propter nivem : deinde movens
venit Galaadem. Cùm autem pervenisset 23
Triphon ad Bascamas, interfecit Jonatha-
nem, qui sepultus fuit illic : Inde reversus 24
Triphon abiit in terram suam. Mitténsque 25
Simon tulit ossa Jonathanis fratris sui, & se-
pelivit eum in Moraim, in urbe majorum
suorum. Et planxerunt luxerúntque eum o- 26
mnes Israëlitæ diebus multis. Et ædificium 27
fecit Simon supra sepulchrum patris sui &
fratrum suorum, extulítque ornatum illius
lapidibus elaboratis, utrâque parte sculptis :
Et erexit septē *monumenta*, unum ex adver- 28
so alterius; patri matríque suæ, & quatuor
fratribus suis : Et struxit machinas, erexítque 29
illis columnas magnas, & columnis insculpsit
omnia instrumenta armorum bellicorum, ad
nomen æternum : & ad latus instrumento-
rum bellicorum fecit naves sculptas, quas
ita extulit ut conspicerentur ab omnibus
mare sulcantibus. Hoc sepulchrum quod 30
fecit Simon, extat in Moraim ad hunc usque
diem. Cæterum Triphon dolosè ambula- 31
bat cum Antiocho rege magno : tum demum
interfecit illum.

Versio VULG. LAT.

32 Et regnavit loco ejus, & imposuit sibi diadema Asiæ,
33 & fecit plagam magnam in terra. Et ædificavit Si-
mon præsidia Judææ, muniens ea turribus excelsis, &
muris magnis, & portis, & seris: & posuit alimen-
34 ta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & misit
ad Demetrium regem, ut faceret remissionem regio-
ni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem
35 fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista re-
36 spondit ei, & scripsit epistolam talem: REX De-
metrius Simoni summo sacerdoti: & amico regum,
37 & senioribus & Genti Judæorum, salutem. Coro-
nam auream, & bahem, quem misistis, suscepimus:
& parati sumus facere vobiscum pacem magnam
& scribere præpositis regis remittere vobis quæ in-
38 dulsimus. Quæcunque enim constituimus, vobis con-
39 stant. Munitiones, quas ædificâstis, vobis sint. Remitti-
mus quoque ignorantias, & peccata usque in hodier
num diem, & coronâ quam debebatis: & si quid aliud
erat tributarium in Jerusalem, jam non sit tributarium.
40 Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros,
41 conscribantur, & sit inter nos pax. Anno centesimo
septuagesimo ablatum est jugum Gentium ab Israel.
42 Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis
publicis; Anno primo sub Simone summo sacerdote,
43 magno duce, & principe Judæorum. In diebus illis
applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam ca-
stris, & fecit machinas, & applicuit ad civitatem, &
44 percussit turrem unam, & comprehendit eam. Et
eruperant qui erant intra machinam in civitatem: &
45 factus est motus magnus in civitate. Et ascenderunt
qui erant in civitate, cùm uxoribus & filiis supra mu-
rum, scissis tunicis suis, & clamaverunt voce magnâ,
45 postulantes à Simone dextras sibi dari, Et dixerunt;
Non nobis reddas secundùm malitias nostras, sed
47 secundùm misericordias tuas. Et flexus Simon, non
debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mun-
davit ædes in quibus fuerant simulachra, & tunc in-
travit in eam cum hymnis benedicens Dominum:
48 Et ejectâ ab ea omni immunditiâ, collocavit in ea vi-
ros qui legem facerent: & munivit eam, & fecit sibi
habitationem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α'.

32 Καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ περιέθετο (θ) διάδημα τῆς Ἀσίας, καὶ
33 ἐποίησε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ᾠκοδόμησε Σίμων (ι) τὰ
ὀχυρώματα τῆς Ἰουδαίας, καὶ περιετείχισε πύργοις ὑψηλοῖς, καὶ τείχεσι
μεγάλοις, (κ) καὶ πύλαις, καὶ μοχλοῖς, καὶ ἔθετο βρώματα ἐν τοῖς
34 ὀχυρώμασι. Καὶ (λ) ἐπέλεξε Σίμων ἄνδρας, καὶ ἀπέστειλε πρὸς
Δημήτριον τὸν βασιλέα τοῦ ποιῆσαι ἄφεσιν τῇ χώρᾳ, ὅτι πᾶσαι
35 αἱ πράξεις Τρύφωνος ἦσαν (μ) ἁρπαγαί. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ
Δημήτριος ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ,
36 καὶ ἔγραψεν αὐτῷ ἐπιστολὴν τοιαύτην· Βασιλεὺς Δημήτριος Σίμωνι
ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ βασιλέων, καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἔθνει Ἰουδαίων χαί-
37 ρειν. Τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν (ν) βαΐνην ἣν ἀπεστείλατε, κεκο-
μίσμεθα, καὶ ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ποιεῖν ὑμῖν εἰρήνην μεγάλην, καὶ γράφειν
38 τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν τοῦ (ʹʹ) ἀφιέναι ὑμῖν ἀφέματα. Καὶ ὅσα (ξ) ἐστή-
καμεν πρὸς ὑμᾶς ἕστηκε, καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ (ʺ) ᾠκοδομήκατε ὑπαρχέτω
39 ὑμῖν. Ἀφίεμεν δὲ (ο) ἀγνοήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἕως τῆς
σήμερον ἡμέρας, καὶ τὸν στέφανον ὃν ὠφείλετε, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐτελωνεῖτο
40 ἐν Ἱερουσαλὴμ, μηκέτι τελωνείσθω. Καὶ εἴ τινες ἐπιτήδειοι ὑμῶν
γραφῆναι εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς, ἐγγραφέσθωσαν, καὶ γινέσθω ἀναμέσον ἡμῶν
41 εἰρήνη. Ἔτους (π) ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἤρθη ὁ ζυγὸς τῶν ἐθνῶν
42 ἀπὸ τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἤρξατο ὁ λαὸς Ἰσραὴλ γράφειν ἐν ταῖς συγγρα-
φαῖς καὶ συναλλάγμασιν, Ἔτους πρώτου ἐπὶ Σίμωνος ἀρχιερέως μεγάλου
43 καὶ στρατηγοῦ καὶ ἡγουμένου Ἰουδαίων. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παρενέβαλε
(ρ) Σίμων ἐπὶ Γάζαν, καὶ ἐκύκλωσεν αὐτὴν παρεμβολαῖς, καὶ ἐποίησεν
(σ) ἑλεπόλεις καὶ προσήγαγε τῇ πόλει, καὶ ἐπάταξε πύργον ἕνα καὶ
44 κατελάβετο. Καὶ ἐξήλλοντο οἱ ἐν τῇ (τ) ἑλεπόλει εἰς τὴν πόλιν, καὶ
45 ἐγένετο κίνημα μέγα ἐν τῇ πόλει. Καὶ ἀνέβησαν οἱ ἐν τῇ πόλει
σὺν ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις ἐπὶ τὸ τεῖχος διερρηχότες τὰ
ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ, ἀξιοῦντες Σίμωνα δεξιὰς
46 αὐτοῖς δοῦναι. Καὶ (υ) εἶπον, Μὴ ἡμῖν χρήσῃ κατὰ τὰς πονηρίας
47 ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔλεός σου. Καὶ συνηυδόκησε (φ) Σίμων αὐτοῖς,
καὶ οὐκ ἐπολέμησεν αὐτούς· καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ
ἐκαθάρισε τὰς οἰκίας ἐν αἷς ἦν τὰ εἴδωλα, καὶ οὕτως εἰσῆλθεν εἰς
48 αὐτὴν ὑμνῶν καὶ εὐλογῶν. Καὶ ἐξέβαλεν ἐξ αὐτῆς πᾶσαν ἀκαθαρ-
σίαν, καὶ (χ) κατῴκισεν ἐκεῖ ἄνδρας οἵτινες τὸν νόμον ποιοῦσι,
καὶ προσωχύρωσεν αὐτὴν, καὶ ᾠκοδόμησεν ἑαυτῷ ἐν αὐτῇ οἴ-
κησιν.

MS. A. (θ) τὸ διάδημα (ι) τὸ ὀχύρωμα (κ)* καὶ πύργοις, καὶ πύλαις, (λ) ἐπελέξατο (μ) ἁρπαγαί (ν) βαΐν (ʹʹ) ἀφεῖναι (ξ) ἐστήσαμεν (ʺ) ᾠκοδομήσατε (ο) ὑμῖν ἀγνοήματα (π) ἑκατοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ (ρ) ἐπὶ Γάζαν, (σ) καὶ προσήγαγεν (τ) πόλει (υ) εἶπαν, (ʺ) ἦ μὴν (φ) αὐτοῖς Σίμων, (χ) κατοίκισεν ἐν αὐτῇ ἄνδρας

Interp. LAT.

Et regnavit loco ejus: & imposuit sibi diadema 32
Asiæ: & fecit plagam magnam in terra. Et 33
ædificavit Simon præsidia Judææ, muniens ea
turribus excelsis, & muris magnis, & portis,
& seris: & posuit alimenta in munitionibus.
Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium 34
regem ut faceret remissionem regioni: quia
omnes actus Tryphonis fuerant direptiones. Et 35
misit ei Demetrius rex secundùm verba ista; &
respondit ei, & scripsit ei epistolam talem:
Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, et 36
amico regum, et senioribus, et genti Judæorum
salutem. Coronam auream, et bainem, quam 37
misistis, accepimus: et parati sumus facere
vobiscum pacem magnam, et scribere iis qui præ-
sunt negotiis, remittere vobis remissiones. Et 38
quæcunque constituimus vobis, constant: et mu-
nitiones, quas ædificâstis, vobis sint. Remitti- 39
mus quoque ignorantias, et peccata usque in ho-
diernum diem, et coronam, quam debebatis:
et siquid aliud erat tributarium in Hierusalem;
non sit ampliùs tributarium: Et si qui ex vobis 40
apti sunt conscribi inter eos qui circa nos; con-
scribantur: et sit inter nos pax. Anno centesimo 41
septuagesimo ablatum est jugum gentium ab Israel.
Et cœpit populus Israel scribere in syngraphis, et 42
contractibus; Anno primo sub Simone summo
sacerdote magno, et duce, et principe Judæorum.
In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, et 43
circundedit eam castris: et fecit machinas, et
admovit civitati, et percussit turrim unam, et
comprehendit. Et eruperunt, qui erant in ma- 44
china, in civitatem: et factus est motus magnus
in civitate. Et ascenderunt qui erant in civi- 45
tate, cum uxoribus et filiis, supra murum,
scissis tunicis suis, et clamaverunt voce magnâ,
postulantes à Simone dexteras sibi dari: Et 46
dixerunt; Non nobis utaris secundùm malitias
nostras, sed secundùm misericordiam tuam.
Et flexus eis Simon non debellavit eos: ejecit 47
tamen eos de civitate: et emundavit domos,
in quibus fuerant simulachra: et sic intravit in
eam hymnos canens, et benedicens. Et ejectâ
ab ea omni immunditiâ collocavit ibi viros, qui 48
legem facerent: et munivit eam: et ædificavit
sibi in ea habitationem.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
[illegible]
43 [illegible]
[illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]
48 [illegible]
[illegible]

Et regnavit loco ipsius, assumpsitq; diade- 32
ma Asiæ, & fecit plagam magnam in terra.
Ædificavit quoq; Simon munitiones Judææ, 33
cinxitque turribus altis, muris ingentibus,
& portis, ac vectibus, & posuit annonam
in munitionibus. Tum elegit Simon viros, 34
misitque ad Demetrium regem, ut indul-
gentiâ uteretur erga regionem, eò quòd
omnes actiones Triphonis essent rapinæ.
Remisitque rex Demetrius talia verba, & 35
scripsit ei per epistolam hujusmodi respon-
sum: Demetrius rex Simoni summo sacer- 36
doti & amico regis, senioribúsque & genti
Judæorum salutem.
A ver. 36. ad 41. supplevimus ex MSS.
Usser. & Poc. Coronam auream, & 37
vestem quam misistis nobis, accepim⁹: & pa-
rati sumus facere vobiscum pacem magnâ,
& scribere præfectis negotiorum, ut remit-
tant vobis vectigalia. Et quæcunque mi- 38
simus vobis, firma sint: & munitiones quas
ædificavistis, vobis sunto. Et remittimus 39
etiam peccata & stultitias usq; in hodiernum
diem, & coronam quam debebatis: & qui-
cunque tributum pendebat in Israële, am-
pliùs ne pendito. Et siqui ex vobis luben- 40
tes sunt conscribi inter nostros, conscriban-
tur, & pax sit inter nos. Anno centesimo 41
septuagesimo sublatum est jugum gentium
ab Israële; Cœpitque populus scribere, 42
accipere, & dare anno primo sub nomine
Simonis summi sacerdotis, principis, ducis,
& rectoris Judæorum. Iis temporibus ob- 43
sedit Simon Azam, & vallavit eam copiis,
factísque turribus ligneis ingentibus, ac-
cessit ad murum urbis; & destructâ una
turrium, occupavit urbem. Nam exilienti- 44
bus & è lignea turri egredientibus viris bel-
latoribus, & in urbem erumpentibus; fuit
perturbatio magna intra urbem. Quam- 45
obrem ascenderunt cives urbis cum uxori-
bus & liberis suis discissis vestibus, excla-
mantes altâ voce, & Simonem rogantes, ut
daret eis dexteras, Atque dicentes; Ne 46
agas nobiscum secundum nequitiâ nostram,
sed pro tua bonitate. Itaque reliquit eos 47
Simon, nec oppugnavit eos; sed ejecit eos
ab urbe, tum purgavit domos ubi erant si-
mulacra, & sic ingressus est eam laudans ac
benedicens. Cùmq; ejecisset ex ea omnem 48
immunditiem, collocavit ibi viros amatores
legis; & arcem ædificavit in ea, fecítque in
ea sibi domum.

Versio VULG. LAT.

49 Qui autem erant in arce Jerusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere: & esurierunt valdè, & multi ex eis fame perierunt.
50 Et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent: & dedit illis: & ejecit eos indè, & mundavit arcem à contaminationibus:
51 Et intraverunt in eam tertiâ & vigesimâ die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude, & ramis palmarum, & cinyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel.
52 Et constituit ut omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.
53 Et munivit montem templi, qui erat secus arcem, & habitavit ibi ipse, & qui cum eo erant.
54 Et vidit Simon Joannem filium suum, quòd fortis prælii vir esset: & posuit eum ducem virtutum universarum: & habitavit in Gazaris.

CAP. XIV.

1 ANno centesimo septuagesimo secundo congregavit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, ut expugnaret Tryphonem.
2 Et audivit Arsaces rex Persidis, & Mediæ, quia intravit Demetrius confines suos, & misit unum de principibus suis ut comprehenderet eum vivum, & adduceret eum ad se.
3 Et abiit, & percussit castra Demetrii: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam.
4 Et siluit omnis terra Juda omnibus diebus Simonis, & quæsivit bona genti suæ: & placuit illis potestas ejus, & gloria ejus, omnibus diebus.
5 Et cum omni gloria sua accepit Joppen in portum, & fecit introitum in insulis maris.
6 Et dilatavit fines gentis suæ, & obtinuit regionem.
7 Et congregavit captivitatem multam, & dominatus est Gazaræ, & Bethsuræ, & arci: & abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei.
8 Et unusquisque colebat terram suam cum pace: & terra Juda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum.
9 Seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & juvenes induebant se gloriam & stolas belli.
10 Et civitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas ut essent vasa munitionis, quoadusque nominatum est nomen gloriæ ejus usque ad extremum terræ.
11 Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitiâ magnâ.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

49 Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄκρας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐκωλύοντο (✝) ἐκπορεύεσθαι καὶ εἰσπορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν, καὶ ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν, καὶ ἐπείνασαν σφόδρα, καὶ ἀπώλοντο ἐξ αὐτῶν ἱκανοὶ τῇ λιμῷ.
50 Καὶ ἐβόησαν πρὸς Σίμωνα δεξιὰς λαβεῖν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκεῖθεν, καὶ ἐκαθάρισε τὴν ἄκραν ἀπὸ τῶν μιασμάτων.
51 Καὶ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ δευτέρου μηνὸς ἔτους ἑνὸς καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων, καὶ ἐν κινύραις, καὶ ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν νάβλαις, καὶ ἐν ὕμνοις, καὶ ἐν ᾠδαῖς, ὅτι συνετρίβη ἐχθρὸς μέγας ἐξ Ἰσραήλ.
52 Καὶ ἔστησε κατ᾽ ἐνιαυτὸν τοῦ ἄγειν τὴν ἡμέραν (ω) ταύτην μετ᾽ εὐφροσύνης.
53 Καὶ προσωχύρωσε τὸ ὄρος τοῦ ἱεροῦ τὸ παρὰ τὴν ἄκραν, καὶ ᾤκει ἐκεῖ αὐτὸς καὶ οἱ παρ᾽ αὐτοῦ.
54 Καὶ εἶδε Σίμων τὸν Ἰωάννην (α) υἱὸν αὐτοῦ, ὅτι ἀνήρ ἐστι, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἡγούμενον τῶν δυνάμεων πασῶν, καὶ ᾤκει ἐν Γαζάροις.

MS. A. (✝) ἐκπορεύεσθαι * εἰς τὴν χώραν, (ω) ταύτην. Καὶ προσωχύρωσεν (α) τὸν υἱὸν

ΚΕΦ. ΙΔ΄.

1 ΚΑὶ ἐν ἔτει δευτέρῳ καὶ ἑβδομηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, συνήγαγε Δημήτριος ὁ βασιλεὺς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ· καὶ ἐπορεύθη εἰς Μηδείαν τοῦ (α) ἐπισπάσασθαι βοήθειαν αὐτῷ, ὅπως πολεμήσῃ τὸν Τρύφωνα.
2 Καὶ ἤκουσεν Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς (ʺ) τῆς Περσίδος καὶ Μηδείας, ὅτι ἦλθε Δημήτριος εἰς τὰ ὅρια αὐτοῦ, καὶ ἀπέστειλεν ἕνα τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ συλλαβεῖν αὐτὸν ζῶντα.
3 Καὶ ἐπορεύθη καὶ ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν Δημητρίου, καὶ συνέλαβεν αὐτὸν, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς Ἀρσάκην,
4 καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν φυλακῇ. Καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ (β) Ἰούδα πάσας τὰς ἡμέρας Σίμωνος· καὶ ἐζήτησεν ἀγαθὰ τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ ἤρεσεν αὐτοῖς ἡ ἐξουσία αὐτοῦ καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας.
5 Καὶ μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ ἔλαβε τὴν Ἰόππην εἰς λιμένα, καὶ ἐποίησεν εἴσοδον ταῖς νήσοις τῆς θαλάσσης.
6 Καὶ ἐπλάτυνε τὰ ὅρια τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ ἐκράτησε τῆς χώρας.
7 Καὶ συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν πολλὴν, καὶ ἐκυρίευσε Γαζάρων καὶ Βαιθσούρων καὶ τῆς ἄκρας· καὶ ἐξῆρε τὰς ἀκαθαρσίας ἐξ αὐτῆς, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντικείμενος αὐτῷ.
8 Καὶ ἦσαν γεωργοῦντες τὴν γῆν αὐτῶν μετ᾽ εἰρήνης, καὶ ἡ γῆ ἐδίδου τὰ (γ) γενήματα αὐτῆς, καὶ τὰ ξύλα τῶν πεδίων τὸν καρπὸν αὐτῶν.
9 Πρεσβύτεροι ἐν ταῖς πλατείαις ἐκάθηντο, πάντες περὶ ἀγαθῶν (δ) ἐκοινολογοῦντο, καὶ οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξας καὶ στολὰς πολέμου.
10 Ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, καὶ ἔταξεν αὐτὰς ἐν σκεύεσιν ὀχυρώσεως, ἕως ὅτου ὠνομάσθη τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ ἕως ἄκρου
11 (ʺ) τῆς γῆς. Ἐποίησε τὴν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ (ε) εὐφράνθη Ἰσραὴλ εὐφροσύνην μεγάλην.

MS. A. (α) ἐπισπάσασθαι βοήθειαν ἑαυτῷ, (ʺ) Περσίδος (β) πάσας (γ) γενήματα (δ) ἐκοινολόγουν, (ʺ) γῆς. (ε) ηὐφράνθη

Interp. LAT.

Qui autem erant in arce in Hierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere: & esurierunt valdè: & multi ex eis fame perierunt. 49
Et clamaverunt ad Simonem, ut dexteras acciperent: & dedit illis: & ejecit eos indè, & mundavit arcem à contaminationibus. 50
Et intravit in eam tertiâ & vigesimâ die secundi mensis anno centesimo septuagesimo primo cum laude, & ramis, & cynaris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis: quia contritus est inimicus magnus ex Israel. 51
Et constituit ut omnibus annis ageretur dies hæc cum lætitia. 52
Et munivit montem templi, qui erat secus arcem: & habitavit ibi ipse; et qui cum eo erant. 53
Et vidit Simon Joannem filium suum, quòd vir esset: & posuit eum ducem virtutum universarum: et habitabat in Gazaris. 54

CAP. XIV.

ET anno centesimo septuagesimo secundo congregavit Demetrius rex exercitus suos: & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia; ut expugnaret Tryphonem. 1
Et audivit Arsaces rex Persidis, & Mediæ, quia intravit Demetrius fines suos: & misit unum de principibus suis, ut comprehenderet eum vivum. 2
Et abiit, & percussit castra Demetrii: & comprehendit eum: et duxit eum ad Arsacem: et posuit eum in custodia. 3
Et siluit terra Juda omnibus diebus Simonis. Et quæsivit bona genti suæ: et placuit illis potestas ejus, et gloria ejus omnibus diebus. 4
Et cum omni gloria sua accepit Joppen in portum: & fecit introitum insulis maris: 5
Et dilatavit fines genti suæ, et obtinuit regionem: 6
Et congregavit captivitatem multam, et dominatus est Gazaræ, et Bæthsuræ, et arci: et abstulit immunditias ex ea: et non erat qui resisteret ei. 7
Et erant colentes terram suam cum pace: et terra dabat fructus suos, et ligna camporum fructum suum. 8
Seniores in plateis sedebant, omnes de bonis communiter tractabant: et juvenes induebant se glorias, et stolas belli. 9
Civitatibus tribuebat alimonias: et constituit eas in vasis munitionis; quoadusque nominatum est nomen gloriæ ejus usque ad extremum terræ. 10
Fecit pacem super terram: et lætatus est Israel lætitiâ magnâ. 11

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

Habitatores autem arcis quæ erat in Jerusalem, prohibebantur ingredi & egredi emere ac vendere; adeò ut multùm esurirent, & multi ex eis fame perirent. 49
Sed Simonem rogantibus ut daret illis dexteras, dedit illis: & ejiciens illos indè, mundavit arcem omnibus immunditiis. 50
Et ingressi sunt arcem vigesimâ tertiâ mensis secundi, anno centesimo septuagesimo primo, cum lætitia & canticis, hosannis, citharis, fidibúsque; eò quòd attritus esset hostis magnus ab Israële, & desiissent alienigenæ oppugnare Israëlem. 51
Et statuerunt ut celebraretur ea dies quotannis, cum jucunditate & lætitia. 52
Et confirmârunt stationes præsidiarias templi, quæ erant à latere arcis, ibique habitabat Simon, ejúsque familia cum ipso. 53
Tum videns Simon Johannem filium suum strenuum esse, constituit eum ducem copiarum omnium; & habitavit ipse in Gazira. 54

CAP. XIV.

ANno centesimo septuagesimo secundo, congregavit Demetrius copias suas, abiítque in Mediam, ut coacto sibi exercitu Triphonem debellaret. 1
Audiens autem Arsaces rex Persidis & Mediæ venisse Demetrium ad terminos suos, misit unum è principibus suis ad capiendum eum vivum: 2
Qui profectus percussit exercitum Demetrii, captúmque perduxit ad Arsacem, 3
Et siluit quievítque terra cunctis diebus Simonis: fecítque bona genti suæ, & placuit illis dominium & gloria ipsius, cunctis diebus ejus. 4
Et profectus Joppen ad portum, fecit aditum navibus maris: 5
Dilatavit ampliavítque terminos gentis suæ, & obtinuit totam terram: 6
Congregavit captivos multos, & potitus est Gaziræ, & Beth-suræ, atque arcis; & delevit abstulítque ab eis omnem immunditiem, nemine resistente. 7
Ita laborabant colebántque tellurem suam pacificè, & tellus reddebat proventus, & arbores terræ fructus suos: 8
Senes in plateis sedebant, & omnes de bonis rebus consilium habebant: juvenes induebantur gloriâ, non vestimentis militaribus: 9
Suppeditabat annonam urbibus, eásque muniebat instrumentis munitionum: adeóque celebrabatur fama gloriæ ipsius in cunctis finibus terræ: 10
Conciliavit pacem in terra: & jucundabatur Israël jucunditate magnâ: 11

Verſio VULG. LAT.

12 Et ſedit unuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea
13 ſua : & non erat qui eos terreret. Defecit impu-
gnans eos ſuper terram : reges contriti ſunt in diebus
14 illis. Et confirmavit omnes humiles populi ſui, &
legem exquiſivit, & abſtulit omnem iniquum & ma-
15 lum : Sancta glorificavit, & multiplicavit vaſa ſan-
16 ctorum. Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet
Jonathas, & uſque in Spartiatas : & contriſtati ſunt
17 valdé. Ut audierunt autem quòd Simon frater ejus
factus eſſet ſummus ſacerdos loco ejus, & ipſe obti-
18 neret omnem regionem, & civitates in ea ; Scri-
pſerunt ad eum in tabulis æreis, ut renovarent amici-
tias & ſocietatem, quam fecerant cum Juda, & cum
19 Jonatha fratribus ejus. Et lectæ ſunt in conſpectu
eccleſiæ in Jeruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum,
20 quas Spartiatæ miſerunt : SPARTIANORUM
principes, & civitates, Simoni Sacerdoti magno, &
ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo populo Judæ-
21 orum, fratribus, ſalutem. Legati, qui miſſi ſunt ad
populum noſtrum, nuntiaverunt nobis de veſtra glo-
ria, & honore, ac lætitia : & gaviſi ſumus in introitu
22 eorum. Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in con-
ciliis populi, ſic : Numenius Antiochi, & Antipater
Jaſonis filius, legati Judæorum, venerunt ad nos, re-
23 novantes nobiſcum amicitiam priſtinam. Et placuit
populo excipere viros glorioſè, & ponere exemplum
ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, ut ſit
ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum au-
24 tem horum ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti. Poſt
hæc autem miſit Simon Numenium Romam, habentem
clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad
ſtatuendã cum eis ſocietatem. Cùm autẽ audiſſet po-
25 pulus Romanus Sermones iſtos, dixerunt; Quam gra-
tiarum actionem reddemus Simoni, & filiis ejus ?
26 Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnavit inimi-
cos Iſrael ab eis : & ſtatuerunt ei libertatem, & de-
ſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis
27 in monte Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ :
OCTAVA decimâ die menſis Elul, anno centeſi-
mo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone
ſacerdote magno in Aſaramel.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

12 Καὶ ἐκάθισεν ἕκαστος ὑπὸ τὴν ἄμπελον αὐτοῦ καὶ τὴν συκῆν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν
13 ὁ ἐκφοβῶν αὐτούς. Καὶ ἐξέλιπεν (ζ) ὁ πολεμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ οἱ
14 βασιλεῖς (η) συνετρίβησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Καὶ ἐστήριξε πάντας
τοὺς ταπεινοὺς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· τὸν νόμον ἐξεζήτησε, καὶ ἐξῆρε πάντα ἄνο-
15 μον καὶ πονηρόν. Τὰ ἅγια ἐδόξασε, καὶ ἐπλήθυνε τὰ σκεύη τῶν ἁγίων.
16 Καὶ (θ) ἠκούσθη ἐν Ῥώμῃ ὅτι ἀπέθανεν Ἰωνάθαν, καὶ ἕως Σπάρτης, καὶ
17 ἐλυπήθησαν σφόδρα. Ὡς δὲ ἤκουσαν ὅτι Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ γέγονεν
ἀντ' αὐτοῦ ἀρχιερεὺς, καὶ ἐπικρατεῖ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐν αὐτῇ,
18 (ι) Ἔγραψαν πρὸς αὐτὸν δέλτοις χαλκαῖς, τοῦ ἀνανεώσασθαι πρὸς αὐτὸν
φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν ἣν ἔστησαν πρὸς Ἰούδαν καὶ Ἰωνάθαν τοὺς ἀδελ-
19 φοὺς αὐτοῦ. Καὶ ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον (ʹ) τῆς ἐκκλησίας ἐν Ἱερουσαλήμ.
καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἀπέστειλαν οἱ Σπαρτιᾶται·
20 Σπαρτιατῶν ἄρχοντες καὶ ἡ πόλις Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ, καὶ
τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν Ἰου-
21 δαίων ἀδελφοῖς χαίρειν. Οἱ πρεσβευταὶ οἱ ἀποσταλέντες πρὸς
τὸν δῆμον ἡμῶν ἀπήγγειλαν ἡμῖν περὶ τῆς δόξης ὑμῶν καὶ τιμῆς,
22 καὶ (κ) εὐφράνθημεν ἐπὶ τῇ ἐφόδῳ αὐτῶν. Καὶ (λ) ἀνεγράψαμεν
τὰ ὑπ' αὐτῶν εἰρημένα ἐν ταῖς βουλαῖς τοῦ δήμου οὕτως, Νουμήνιος
Ἀντιόχου καὶ Ἀντίπατρος (ʺ) Ἰάσωνος πρεσβευταὶ Ἰουδαίων ἦλθον
23 πρὸς ἡμᾶς ἀνανεούμενοι τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν. Καὶ ἤρεσε τῷ δήμῳ
ἐπιδέξασθαι τοὺς ἄνδρας ἐνδόξως, καὶ τοῦ θέσθαι τὸ ἀντίγραφον
τῶν λόγων αὐτῶν ἐν τοῖς ἀποδεδειγμένοις (μ) τοῦ δήμου βιβλίοις,
τοῦ (ν) ἔχειν μνημόσυνον τὸν δῆμον τῶν Σπαρτιατῶν. τὸ δὲ ἀντίγραφον
24 τούτων (ξ) ἐγράψαμεν Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ. Μετὰ ταῦτα ἀπέ-
στειλε Σίμων τὸν Νουμήνιον εἰς Ῥώμην ἔχοντα ἀσπίδα χρυσῆν μεγάλην
(ο) ὁλκῆς μνῶν χιλίων εἰς τὸ στῆσαι πρὸς αὐτοὺς τὴν συμμαχίαν.
25 ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ δῆμος Τῶν λόγων τούτων, (π) εἶπον, Τίνα χάριν ἀπο-
26 δώσομεν Σίμωνι καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ; Ἐστήριξε γὰρ αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελ-
φοὶ αὐτοῦ, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμησαν τοὺς ἐχθροὺς
Ἰσραὴλ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἔστησαν αὐτῷ ἐλευθερίαν. καὶ (ρ) κατέγραψαν
27 ἐν δέλτοις χαλκαῖς, καὶ ἔθεντο ἐν (σ) στήλαις ἐν ὄρει Σιών. Καὶ τοῦτο
τὸ ἀντίγραφον τῆς γραφῆς· Ὀκτωκαιδεκάτῃ Ἐλοὺλ, ἔτους δευτέρου
(τ) καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ· καὶ τοῦτο τρίτον ἔτος ἐπὶ Σίμωνος
(υ) ἀρχιερέως ἐν Σαραμὲλ,

MS. A. (ζ) πολεμῶν (η) αὐτῶν (θ) ἤκουσεν (ι) Καὶ ἔγραψαν (ʹ) ἐκκλησίας (κ) ηὐφράνθημεν (λ) ἀναγραψόμενοι (ʺ) Ἰάσονος (μ) τῷ δήμῳ (ν) μνημόσυνον ἔχειν (ξ) ἔγραψαν (ο) ὁλκὴν (π) εἶπαν, (ρ) κατέγραψεν (σ) στήλῃ (τ) ἑβδομηκοστοῦ (υ) τοῦ ἀρχιερέως

Interp. LAT.

Et ſedit unuſquiſque ſub vite ſua, & ficu ſua : & non erat qui eos terreret. Et defecit impugnans eos ſuper terram : & reges contriti ſunt in diebus illis. Et confirmavit omnes humiles populi ſui : legem exquiſivit, & abſtulit omnem iniquum, & malum : Sancta glorificavit, & multiplicavit vaſa ſanctorum. Et auditum eſt Romæ, quia defunctus eſſet Jonathas : & uſque in Spartam : & contriſtati ſunt valde. Ut audierunt autem, quia Simon frater ejus factus eſſet ſummus ſacerdos loco ejus, & ipſe obtineret regionem, & civitates quæ in ea ; Scripſerunt ad eum tabulis æreis, ut renovarent cum eo amicitiam, & ſocietatem, quam ſtatuerant cum Juda & Jonatha fratribus ejus. Et lectæ ſunt in conſpectu Eccleſiæ in Hieruſalem. Et hoc, exemplum epiſtolarum, quas Spartiatæ miſerunt. Spartiatarum principes, & civitas Simoni ſacerdoti magno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo populo Judæorum, fratribus, ſalutem. Legati, qui miſſi ſunt ad populum noſtrum, nuntiaverunt nobis de veſtra gloria, & honore : & gaviſi ſumus in introitu eorum. Et ſcripſimus, quæ ab eis erant dicta, in conciliis populi, ſic : Numenius Antiochi, & Antipater Jaſonis filius legati Judæorum venerunt ad nos : renovantes nobiſcum amicitiam [priſtinam.] Et placuit populo excipere viros glorioſè, & ponere exemplum ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, ut ſit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum (a) ſcripſimus Simoni ſummo ſacerdoti. Poſt hæc miſit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo minarum mille, ad ſtatuendam cum eis ſocietatem. Cùm autem audiſſet populus Sermones iſtos, dixerunt ; Quas gratias reddemus Simoni, & filiis ejus ? Firmavit enim ipſe, & fratres ejus, & domus fratris ejus: et expugnaverunt inimicos Iſrael à ſe, & ſtatuerunt ei libertatem. Et deſcripſerunt in tabulis æreis : & poſuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ: Octavâ decimâ die [menſis] Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, (& hic annus tertius ſub Simone ſacerdote magno) in Saramel.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 * [illegible]
13 * [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 * [illegible]
17 * [illegible]
18 * [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

Nam ſedebat quiſque ſub vitibus ſuis & ſub ficis ſuis, nemine eos deterrente ; Quia nimirum conſumpti fuerant & evanuerant ab eis hoſtes, & bellatores de terra, reges quoque ipſi contriti fuerant iis diebus. Mitterat etiam confirmabat omnes pauperes populi ſui, & delebat auferebátque omnem impietatem, iniquitatem, & ſcelus : Legem viſitabat, Sanctuarium glorificabat, & multiplicabat vaſa Sanctuarii. Ubi verò audiſſent Romani mortuum eſſe Jonathanem, idque à Spartiatis auditum eſſet, affecti ſunt magno mœrore. Sed cùm audîſſent Simonem fratrem ejus factum eſſe loco ipſius ſummum ſacerdotem, & obtinere regionem, ac civitates, omniáque quæ in iis ſunt ; Scripſerunt ad eum tabulâ æneâ ad renovandum apud eum amicitiam & auxilium, quod ſtatuerant cum Juda & cum Jonathane fratribus ejus : Quæ lecta fuit coram cœtu in Jeruſalem. Atque hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſerunt Spartiatæ : Principes Spartiatarũ & urbes, Simoni ſummo ſacerdoti excelſo, & ſenioribus, atque ſacerdotibus, necnon reliquo Judæorum populo fratribus noſtris ſalutem. *A verſu 21. ad 24. ſupplevimus ex* MSS. *Uſſer. & Poc.* Seniores qui miſſi ſunt ad nos renuntiaverunt *nobis* de rebus veſtris, tum de veſtro honore, tum de gloria, adeo ut de adventu eorum valdè lætati ſumus. Et reſcripſimus quæcunque ab ipſis dicta ſunt in conciliis populi noſtri ſic : Jaumenis Antiochi, & Antipater Jaſonis filius ſeniores Judæorum venerunt ad nos renovantes ſuam nobiſcum amicitiam : Et placuit populo ipſos benevolè fore excipiendos: proinde viros illos glorioſè exceperunt, & poſuerunt exemplar epiſtolarum ſuarum in *publico* ſcriptorũ theſauro, ut eſſent in monumentum populo Spartiatarum. Exemplar autem horũ, ſuarumque tranſactionum ſcripſerunt Simoni principi ſacerdotum. Poſthæc autem miſit Simon Numenium Romam, portantem clypeum magnum aureum mille minarum, ad ſtatuendum cum eis auxilium. Cùm autem audiſſet populus res iſtas, dixerunt ; Quid rependemus Simoni ſummo ſacerdoti & filiis ejus? Nam animosè ſe geſſerunt ipſe & fratres ejus, totáque paterna domus ejus ; & bellantes adversùm hoſtes Iſraëlis, propulſaverunt eos ab ipſis, & obtinuerunt eos. Et ſtatuentes Simoni nobilitatem, ſcripſerunt in tabula ænea, impoſuerúntque columnæ in monte Sionis. *Deſunt verſus 8. in edit. Pariſienſ. quos ſupplevimus ex* MSS. *Uſſer. & Poc.* Atque hoc eſt exemplar ſcripturæ. *Die* decimo octavo Elulis, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, iſte tertius eſt annus, Simone *ſacerdote* ſummo Iſraëlis.

Versio VULG. LAT.

28 In conventu magno sacerdotum, & populi, & prin-
cipum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt
hæc: Quoniam frequenter facta sunt prælia in regi-
29 one nostra. Simon autem Mathathiæ filius ex filiis
Jarib, & fratres ejus dederunt se periculo, & restite-
runt adversariis gentis suæ, ut starent sancta ipsorum,
& lex: & gloriâ magnâ glorificaverunt gentem suam.
30 Et congregavit Jonathas gentem suam, & factus est
illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum
31 suum. Et voluerunt inimici eorum calcare & atte-
rere regionem ipsorum, & extendere manus in san-
32 cta eorum. Tunc restitit Simon, & pugnavit pro
gente sua, & erogavit pecunias multas, & armavit
viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia: Et
33 munivit civitates Judææ, & Bethsuram, quæ erat in
finibus Judææ, ubi erant arma hostium anteà: & po-
34 suit illic præsidium viros Judæos. Et Joppen mu-
nivit, quæ erat ad mare; & Gazaram, quæ est in fi-
nibus Azoti, in qua hostes anteà habitabant, & col-
locavit illic Judæos: & quæcunque apta erant ad
35 correptionem eorum, posuit in eis. Et vidit popu-
lus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat face-
re genti suæ, & posuerunt eum ducem suum, & prin-
cipem sacerdotum, eò quòd ipse fecerat hæc omnia,
& justitiam, & fidem, quam conservavit genti suæ,
& exquisivit omni modo exaltare populum suum.
36 Et in diebus ejus prosperatum est in manibus ejus,
ut tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in
civitate David erant in Jerusalem, in arce, de qua
procedebant, & contaminabant omnia quæ in cir-
cuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam ma-
37 gnam castitati: Et collocavit in ea viros Judæos ad
tutamentum regionis, & civitatis, & exaltavit muros
38 Jerusalem. Et rex Demetrius statuit illi summum
39 sacerdotium. Secundùm hæc fecit eum amicum
40 suum, & glorificavit eum gloriâ magnâ. Audivit
enim quòd appellati sunt Judæi à Romanis amici, &
socii, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis
gloriosé:

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

28 Ἐπὶ συναγωγῆς μεγάλης (¨) ἱερέων, καὶ λαοῦ, καὶ ἀρχόντων ἔθνους, καὶ
τῶν πρεσβυτέρων τῆς χώρας ἐγνώρισεν ἡμῖν, ἐπεὶ πολλάκις
29 ἐγενήθησαν πόλεμοι ἐν τῇ χώρᾳ· Σίμων δὲ ὁ υἱὸς Ματτα-
θίου ὁ υἱὸς τῶν υἱῶν (φ) Ἰαρὶβ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἔδωκαν
ἑαυτοὺς τῷ κινδύνῳ, καὶ ἀντέστησαν τοῖς ὑπεναντίοις τοῦ ἔθνους αὐτῶν,
ὅπως σταθῇ τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ ὁ νόμος, καὶ δόξῃ μεγάλῃ ἐδόξασαν
30 τὸ ἔθνος αὐτῶν. Καὶ ἤθροισεν Ἰωναθὰν τὸ ἔθνος αὐτῶν, καὶ
(¨) ἐγενήθη αὐτοῖς ἀρχιερεύς, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.
31 Καὶ ἐβουλήθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν χώραν
αὐτῶν, τοῦ ἐκτρῖψαι (χ) τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἐκτεῖναι
32 (ψ) χεῖρας ἐπὶ τὰ ἅγια αὐτῶν. Τότε ἀνέστη Σίμων, καὶ ἐπο-
λέμησε περὶ τοῦ ἔθνους αὐτοῦ, καὶ ἐδαπάνησε χρήματα πολλὰ τοῦ
ἑαυτοῦ, καὶ ὡπλοδότησε τοὺς ἄνδρας τῆς δυνάμεως τοῦ ἔθνους αὐτοῦ, καὶ
33 ἔδωκεν αὐτοῖς ὀψώνια, Καὶ ὠχύρωσε τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας, καὶ
τὴν Βαιθσούραν τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Ἰουδαίας, οὗ ἦν τὰ ὅπλα τῶν πολεμίων
34 τὸ πρότερον, καὶ ἔθετο ἐκεῖ φρουρὰν ἄνδρας Ἰουδαίους. Καὶ Ἰόππην
ὠχύρωσε τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τὴν (ω) Γάζαρα τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτου,
ἐν ᾗ (α) ᾤκουν οἱ πολέμιοι τὸ πρότερον ἐκεῖ, καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ Ἰου-
δαίους, καὶ ὅσα ἐπιτήδεια (β) ἦν πρὸς τὴν τούτων ἐπανόρθωσιν ἔθετο
35 ἐν αὐτοῖς. Καὶ εἶδεν ὁ λαὸς τὴν (γ) πρᾶξιν τοῦ Σίμωνος, καὶ τὴν
δόξαν ἣν ἐβουλεύσατο ποιῆσαι τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ ἔθεντο αὐτὸν ἡγού-
μενον αὐτῶν καὶ ἀρχιερέα, διὰ τὸ (δ) αὐτὸν πεποιηκέναι πάντα ταῦτα,
καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν πίστιν ἣν συνετήρησε τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ
36 (¨) ἐζήτησε παντὶ τρόπῳ ὑψῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις
αὐτοῦ (¨) εὐωδώθη ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, τοῦ ἐξαρθῆναι τὰ ἔθνη ἐκ τῆς
χώρας αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει Δαυὶδ τοὺς ἐν Ἱερουσαλήμ, οἳ
ἐποίησαν ἑαυτοῖς (ε) ἄκραν, ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο καὶ ἐμίαινον κύκλῳ
37 τῶν ἁγίων, καὶ (ζ) ἐποίουν πληγὴν μεγάλην ἐν τῇ ἁγνείᾳ. Καὶ (¨) κατ-
ῴκισεν ἐν αὐτῇ ἄνδρας Ἰουδαίους, καὶ ὠχύρωσεν αὐτὴν πρὸς
ἀσφάλειαν τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως, καὶ ὕψωσε τὰ τείχη Ἱε-
38 ρουσαλήμ. Καὶ ὁ βασιλεὺς Δημήτριος ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερω-
39 σύνην Κατὰ ταῦτα, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν τῶν φίλων αὐτοῦ,
40 καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν δόξῃ μεγάλῃ. (η) Ἤκουσε γὰρ ὅτι (θ)
προσηγόρευνται οἱ Ἰουδαῖοι ὑπὸ Ῥωμαίων φίλοι καὶ σύμμαχοι
καὶ (ι) ἀδελφοί, καὶ ὅτι ἀπήντησαν τοῖς πρεσβευταῖς Σίμωνος ἐν-
δόξως·

MS. A. (¨) τῶν ἱερέων, (φ) Ἰωαρὶβ, δύο καὶ (¨) ἐγένη (χ) εἰς τὴν (ψ) τὰς χεῖρας (ω) Γάζαραν (α) ᾤκησαν (β πρὸς τὴν τούτων ἐπανόρθωσιν (γ) πίστιν (δ) πεποιηκέναι αὐτὸν ταῦτα πάντα, (¨) ἐξεζήτησεν (¨) εὐοδώθη (ε) *ἄκρας, (ζ) ἐποίουσαν (¨) κατοίκησε (η) Ἠκούσθη (θ) προσαγορεύονται Ἰουδαῖοι (ι) οἱ ἀδελφοί,

Interp. LAT.

In conventu magno sacerdotum, & populi, & 28
principum gentis, & seniorum regionis, inno-
tuit nobis, quoniam frequenter facta sunt prælia
in regione. Simon autem filius Matthathiæ fi- 29
lius ex filiis Jarib, & fratres ejus dederunt
seipsos periculo, & restiterunt adversariis gentis
suæ, ut starent sancta ipsorum & lex: & gloriâ
magnâ glorificaverunt gentem suam: Et congre- 30
gavit Jonathas gentem suam, & factus est illis
sacerdos magnus: & appositus est ad populum
suum: Et voluerunt inimici eorum penetrare in 31
regionem ipsorum, ut attererent regionem ipso-
rum, & extenderent manus in sancta ipsorum.
Tunc surrexit Simon, & pugnavit pro gente sua, 32
& erogavit pecunias multas ex suis, & arma-
vit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis sti-
pendia: Et munivit civitates Judææ, & 33
Bethsuram, quæ in finibus Judææ, ubi erant
arma hostium anteà: & posuit illic præsidium 34
viros Judæos: Et Joppen munivit, quæ ad
mare, & Gazaram, quæ est in finibus Azoti,
in qua hostes anteà habitabant: & collocavit
illic Judæos: & quæcunque apta erant ad cor- 35
rectionem horum, posuit in eis. Et vidit po-
pulus (b) actum Simonis, & gloriam, quam co-
gitabat facere genti suæ: & posuerunt eum du-
cem suum, & principem sacerdotum, eò quòd
ipse fecerit hæc omnia, & justitiam, & fidem,
quam conservavit genti suæ, et exquisivit 36
omni modo exaltare populum suum. Et in diebus
ejus prosperatū est in manibus ejus, ut tollerentur
gentes de regione ipsorum, et qui in civitate Da-
vid erant in Hierusalem, qui fecerant sibi arcem,
de qua procedebant, et contaminabant in circuitu
sanctorum, et inferebant plagam magnam castitati.
Et collocavit in ea viros Judæos: et munivit eam 37
ad tutamentum regionis, et civitatis: et exal-
tavit muros Hierusalem. Et rex Demetrius 38
statuit illi summum sacerdotium Secundùm 39
hæc, et fecit eum ex amicis suis, et glorificavit
eum gloriâ magnâ. Audivit enim, quòd appel- 40
lati sunt Judæi à Romanis amici, et socii, et
fratres, et quia obviàm ierant (c) legatis Simo-
nis gloriosé:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 [illegible]

In conventu magno sacerdotum & populi, 28
& principum gentis, seniorúmque regio-
nis, innotuit nobis, quoniam frequenter
facta sunt prælia in regione: Quippe Si- 29
mon Mattithiæ filius ex posteris Jonadab,
& fratres ejus, exposuerunt seipsos pericu-
lo, resistentes adversariis gentis suæ, ut hoc
pacto staret lex eorum, & locus sanctus eo-
rum, & gloriâ magnâ glorificaverunt gen-
tem suam. Nam congregans Jonathan gen- 30
tem suam, factus est eis sacerdos summus:
eóque ad populum suum apposito, Vo- 31
luerunt inimici eorum invadere regio-
nem ipsorum, ut absumerent eam, ma-
núsque extenderent in locum sanctum
eorum: Tunc surgens Simon, propugna- 32
vit gentem suam, & expendens pecunias
multas de suo, arma dedit viris copiarum,
popularibus suis, & largitus est eis mu-
nera, Munivítque civitates Judææ, & 33
Beth-furam quæ erat in finibus Judææ, ubi
posita erant anteà arma civitatum, & con-
stituit ibi præsidiarios viros Judæos. Jop- 34
pen etiam ad mare sitam munivit arce, &
Gazaram ad terminos Azoti, ubi priùs ho-
stes habitaverant, & collocavit illic Judæos,
& quæcunque commoda erant eis vel ad
alimentum, vel ad stabilimentum, pro eis
illic disposuit. Videns itaque populus 35
præclara facta Simonis & gloriam quam
volebat comparare genti suæ, instituerunt
eum sibi ducem & summum sacerdotem,
eò quòd ipse hæc omnia præstaret; *vi-*
dens etiam justitiam & fidem quam ser-
vaverat genti suæ, & quòd in rebus omni-
bus quæ occurrebant, voluisset exaltare po-
pulum suum: In diebus ejus rectificata 36
esset via, operâ ipsius; ita ut gentes con-
sumpsisset è terra ipsorum: & eos etiam
qui erant in urbe Davidis & in Jerusalem,
delevisset & illinc abstulisset, qui fecerant
sibi arcem, unde exeuntes contaminabant
adjacentia Sanctuario *loca*, & faciebant
plagam magnam in Sanctuario: Et col- 37
locâsset in ea Simon viros Judæos, eámque
munitionibus firmâsset, ut esset asylo urbi
& regioni: & extulisset elevâssétque mu-
rum Jerosolymorum, Demetrius quoque 38
rex confirmavit eidem Simoni principatum
sacerdotii, Conscripsit eum inter amicos 39
regis, & cohonestavit illum gloriâ magnâ.
Nam auditum fuerat quòd appellarentur 40
Judæi à Romanis fratres, amici, & adjuto-
res, & quòd occurrissent legatis Simonis
honorificè:

Versio VULG. LAT.

41 Et quia Judæi, & sacerdotes eorum consenserunt eum
esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum,
42 donec surgat propheta fidelis: Et ut sit super eos dux,
& ut cura esset illi pro sanctis, & ut constitueret præ-
positos super opera eorum, & super regionem, & su-
43 per arma, & super præsidia: Et cura sit illi de sanctis:
& ut audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine
ejus omnes conscriptiones in regione: & ut operiatur
44 purpurâ, & auro: Et ne liceat ulli ex populo, & ex
sacerdotibus, irritum facere aliquid horum, & con-
tradicere his quæ ab eo dicuntur, aut convocare con-
ventum in regione sine ipso: & vestiri purpurâ, & uti
45 fibulâ aureâ. Qui autem fecerit extra hæc, aut irri-
46 tum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit
omni populo statuere Simonem: & facere secundùm
47 verba ista. Et suscepit Simon, & placuit ei ut summo
sacerdotio fungeretur, & esset dux & princeps gentis
48 Judæorum, & sacerdotum, & præesset omnibus. Et
scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, &
ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri:
49 Exemplum autem eorum ponere in ærario, ut habeat
Simon, & filii ejus.

CAP. XV.

1 ET misit rex Antiochus filius Demetrii epistolas ab
insulis maris Simoni sacerdoti & principi gentis Ju-
2 dæorum, & universæ genti: Et erant continentes
hunc modum: REX Antiochus Simoni sacerdoti
3 magno, & genti Judæorum, salutem. Quoniam qui-
dam pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostro-
rum, volo autem vendicare regnum, & restituere il-
lud sicut erat anteá: & electam feci multitudinem ex-
4 ercitûs, & feci naves bellicas. Volo autem procede-
re per regionem, ut ulciscar in eos, qui corruperunt
regionem nostram, & qui desolaverunt civitates mul-
5 tas in regno meo. Nunc ergò statuo tibi omnes oblati-
ones, quas remiserũt tibi ante me omnes reges, & quæ-
6 cunque alia dona remiserunt tibi: Et permitto tibi
facere percussuram proprii numismatis in regione tua:
7 Jerusalem autem sanctam esse & liberam: & omnia
arma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ construxisti,
quæ tenes, maneant tibi.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

41 Καὶ ὅτι (κ) εὐδόκησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἱερεῖς, τοῦ εἶναι Σίμωνα ἡγού-
μενον, καὶ ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἕως τοῦ ἀναστῆναι προφήτην πιστόν·
42 Καὶ τοῦ εἶναι ἐπ' αὐτῶν στρατηγὸν, καὶ ὅπως (λ) μέλοι αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων
καθιστάναι (λ) αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῆς χώρας, καὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων,
43 καὶ ἐπὶ τῶν ὀχυρωμάτων· Καὶ ὅπως (μ) μέλοι αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ
ὅπως ἀκούηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ
πᾶσαι συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ ὅπως (ν) περιβάληται πορφύραν, καὶ
44 χρυσοφορῇ. Καὶ οὐκ (ν) ἐξέσται οὐδενὶ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων ἀθετῆσαί τι
τούτων, καὶ ἀντειπεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ῥηθησομένοις, καὶ ἐπισυστρέψαι
συστροφὴν ἐν τῇ χώρᾳ ἄνευ αὐτοῦ, καὶ (ξ) περιβάλλεσθαι πορφύραν,
45 καὶ ἐμπορπᾶσθαι πόρπην χρυσῆν. Ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιήσῃ
46 ἢ ἀθετήσῃ τι τούτων, ἔνοχος ἔσται. Καὶ εὐδόκησε πᾶς ὁ λαὸς
47 θέσθαι Σίμωνι, (ο) καὶ ποιῆσαι κατὰ τοὺς λόγους τούτους. Καὶ ἐπεδέξατο
Σίμων, καὶ εὐδόκησεν (π) ἀρχιερατεύειν, καὶ εἶναι στρατηγὸς, καὶ ἐθνάρ-
48 χης τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἱερέων, καὶ τοῦ προστατῆσαι πάντων. Καὶ τὴν γρα-
φὴν ταύτην (ρ) εἶπον θέσθαι ἐν δέλτοις χαλκαῖς, καὶ (σ) στῆσαι αὐτὰς
49 ἐν περιβόλῳ τῶν ἁγίων ἐν τόπῳ (τ) ἐπισήμῳ, Τὰ δὲ ἀντίγραφα αὐ-
τῶν θέσθαι ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, ὅπως ἔχῃ Σίμων, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ.

MS. A. (κ) οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἱερεῖς εὐδόκησαν, τοῦ εἶναι αὐτῶν Σίμωνα (λ) μέλῃ (λ) δι' αὐτοῦ (μ) μέλῃ (ν) περιβάλληται (ν) ἔξεστιν (ξ) περιβαλέσθαι (ο) ποιῆσαι (π) ἀρχιερατεῦσαι, (ρ) εἶπαν (σ) θῆσαι (τ) πιστῷ,

ΚΕΦ. ιε.

1 ΚΑὶ ἀπέστειλεν (α) ὁ Ἀντίοχος υἱὸς Δημητρίου τοῦ βασιλέως ἐπι-
στολὰς ἀπὸ τῶν νήσων τῆς θαλάσσης Σίμωνι ἱερεῖ καὶ ἐθνάρχῃ τῶν Ἰουδαίων,
2 καὶ παντὶ τῷ ἔθνει. Καὶ ἦσαν περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον· Βασι-
λεὺς Ἀντίοχος Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ, καὶ ἐθνάρχῃ, καὶ ἔθνει Ἰου-
3 δαίων χαίρειν. (β) Ἐπειδὴ ἄνδρες λοιμοὶ κατεκράτησαν τῆς βασι-
λείας τῶν πατέρων ἡμῶν, (γ) βούλομαι δὲ ἀντιποιήσασθαι τῆς βασι-
λείας, ὅπως ἀποκαταστήσω αὐτὴν ὡς ἦν (δ) πρότερον, ἐξενολόγησα
4 δὲ πλῆθος δυνάμεων, καὶ κατεσκεύασα πλοῖα πολεμικά, Βούλομαι
δὲ ἐκβῆναι κατὰ τὴν χώραν, ὅπως μετέλθω τοὺς κατεφθαρκότας
5 τὴν χώραν ἡμῶν, καὶ τοὺς ἠρημωκότας πόλεις πολλὰς ἐν
τῇ βασιλείᾳ· Νῦν οὖν ἵστημί σοι πάντα τὰ ἀφαιρέματα ἃ ἀφῆκάν
6 σοι οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, καὶ ὅσα ἄλλα (ε) δόματα ἀφῆκάν σοι.
7 Καὶ ἐπέτρεψά σοι ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα (ζ) τῇ χώρᾳ σου,
Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ τὰ ἅγια εἶναι ἐλεύθερα· καὶ πάντα τὰ ὅπλα ὅσα (η) κατε-
σκεύασας, καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ ᾠκοδόμησας, ὧν κρατεῖς, μενέτω σοι.

MS. A. (α) Ἀντίοχος (β) Ἐπειδή τινες λοιμοὶ (γ) βουλόμενοι (δ) τὸ πρότερον, (ε) ἀφαιρέματα ἀφῆκάν σοι, Ποιῆσαι (ζ) τῆς χώρας (η) * κατεσκεύασες,

Interp. LAT.

Et quia Judæi, & sacerdotes eorum, consense-
runt Simonem esse ducem, & summum sacerdotem
in æternum, donec surgat propheta fidelis: Et
ut sit super eos dux, & ut cura esset illi pro
sanctis, ut constitueret (d) eos super opera eo-
rum, & super regionem, & super arma, &
super præsidia: Et, ut cura sit illi de sanctis,
& ut audiatur ab omnibus: & scribantur in no-
mine ejus omnes conscriptiones in regione, & ut
operiatur purpurâ, & auro. Et ne liceat ulli
ex populo, & ex sacerdotibus, irritum facere a-
liquid horum, & contradicere his quæ ab ipso
dicentur, & convocare conventum in regione sine
ipso, & vestiri purpurâ, & uti fibulâ aureâ.
Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit
aliquid horum; reus erit. Et complacuit omni
populo statuere Simoni, & facere secundùm
verba ista. Et suscepit Simon, & placuit ei,
ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux, &
princeps gentis Judæorum, & sacerdotum, &
præesset omnibus. Et scripturam istam dixerunt
ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo
sanctorum, in loco celebri: Exempla autem
earum poni in ærario; ut habeat Simon, &
filii ejus.

CAP. XV.

ET misit Antiochus filius Demetrii regis epi-
stolas ab insulis maris, Simoni sacerdoti, &
principi gentis Judæorum, et universæ genti. Et
erant continentes hunc modum: Rex Antiochus
Simoni sacerdoti magno, • et principi gentis, et
genti Judæorum salutem. Quoniam viri pesti-
lentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo
autem vendicare regnum, ut restituam illud,
sicut erat anteà, et electam feci multitudinem
exercitûs, et paravi naves bellicas, Volo autem
procedere per regionem, ut ulciscar eos, qui corru-
perunt regionem nostram, et qui desolaverunt ci-
vitates multas in regno; Nunc ergò statuo tibi
omnes oblationes, quas remiserunt tibi reges,
qui ante me, & quæcunque alia dona remiserunt
tibi. Et permisi tibi facere percussuram proprii
nomismatis in regione tua. Hierusalem autem
et sancta esse libera: Et omnia arma, quæ fa-
bricâsti, et præsidia, quæ construxisti, quæ tenes,
maneant tibi.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

Quódque voluissent Judæi & sacerdotes ut
esset dux & summus sacerdos in perpetu-
um: Donec exurgeret propheta fidelis, ut
ipse esset dux eorum, & curam ageret
Sanctuarii; præficiendo eos muneribus,
armis, & arcibus eorum; Utque curam
gereret Sanctuarii: ut omnes obedirent
ei: ut scriberentur de nomine ipsius
omnes scripturæ dandi & accipiendi, quæ
fiebant in regione ipsius: ut indueretur
purpurâ & auro: Non liceret sacerdoti-
bus neque ulli ex populo violare quic-
quam ex istis, aut obsistere ulli mandato-
rum ejus, aut quenquam ullum suscipere
negotium ipso inscio, aut indui purpurâ,
& gestare fibulam auream: Quicunque
prætergressus fuerit, aut violaverit quic-
quam horum, reus foret. Et placuit uni-
verso populo ut hæc omnia fierent Simoni,
& ut facerent secundùm res istas. Acce-
pítque Simon, & placuit ei esse summum
sacerdotem & ducem ac principem po-
puli Judaici & sacerdotum, omniúmque
curam gerere. Tum dixerunt exarandam
esse hanc scripturam in tabula ænea, Et
in Sanctuario collocandam in loco cele-
bri: eorum autem exemplar ponendum in
ærario, & inservirent Simoni & filiis ejus.

CAP. XV.

MIsit autem Antiochus filius Demetrii
regis literas ex insulis maris ad Simonem
summum sacerdotem, & principem gentis
Judaicæ, totúmque populum: In quibus
scriptum erat; Antiochus rex Simoni sum-
mo sacerdoti eminentissimo, & principi
gentis Judaicæ, salutem. Quia maligni
quidam usurpaverunt regnum majorum
meorum: Nunc autem ego volo surgere
& vindicare atque repetere illud ab ipsis,
illúdque restituere ut anteà; congregavi
exercitum copiosum, & instruxi naves bel-
licas. Volo igitur egredi per regionem, &
invadere eos qui corruperunt terram no-
stram, & perdiderunt urbes multas in
regno. Nunc itaque relinquo tibi omnia
tributa quæ dimiserunt reges antecessores
mei, cunctáque dona quæ dederunt: Item
do tibi facultatem decidendi sententias &
condendi præcepta prout volueris: Jero-
solyma verò & Sanctuarium sunto immu-
nia: & omnia arma quæ paiâsti, & arces
quas ædificâsti, quas obtines, tua sunto.

Versio VULG. LAT.

8 Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex
9 hoc & in totum tempus remittuntur tibi. Cùm autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus
te, & gentem tuam, & templum gloriâ magnâ, ita
10 ut manifestetur gloria vestra in universa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus in
terram patrum suorum, & convenerunt ad eum omnes exercitus, ita ut pauci relicti essent cum Try-
11 phone. Et insecutus est eum Antiochus rex, & ve-
12 nit Doram fugiens per maritimam. Sciebat enim
quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum
13 exercitus. Et applicuit Antiochus super Doram cum
centum viginti millibus virorum belligeratorum, &
14 octo millibus equitum: Et circuivit civitatem, &
naves à mari accesserunt: & vexabant civitatem à
terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egre-
15 di. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant,
ab urbe Roma, habentes epistolas regibus & regio-
16 nibus scriptas, in quibus continebantur hæc: LUCIUS consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem.
17 Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, renovantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Si-
mone principe Sacerdotum, & populo Judæorum.
18 Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille.
19 Placuit itaque nobis scribere regibus, & regionibus,
ut non inferant illis mala, neque impugnent eos, &
civitates eorum, & regiones eorum: & ut non fe-
20 rant auxilium pugnantibus adversùs eos. Visum au-
21 tem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergò
pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos,
tradite eos Simoni principi sacerdotum, ut vindicet
22 in eos secundùm legem suam. Hæc eadem scripta
sunt Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Ar-
23 saci, Et in omnes regiones: & Lampsaco, & Spartiatis, & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem,
& in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, &
in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem,
& in Gortynam, & Gnidum, & Cyprum, & Cyre-
24 nen. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni
principi sacerdotum, & populo Judæorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

8 Καὶ πᾶν ἀφείλημα βασιλικὸν, καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικὰ, ἀπὸ
9 τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιέσθω σοι. Ὡς δ᾽ ἂν (ϑ) κρα-
τήσωμεν τῆς βασιλείας ἡμῶν, (ι) δοξάσομεν σε, καὶ τὸ ἔθνος σου, καὶ
τὸ ἱερὸν δόξῃ μεγάλῃ, ὥστε φανερὰν γενέσθαι τὴν δόξαν ὑμῶν ἐν πάσῃ
10 τῇ γῇ. Ἔτους τετάρτου καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐξῆλθεν Ἀν-
τίοχος εἰς τὴν γῆν (ι) πατέρων αὐτοῦ, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν
πᾶσαι αἱ δυνάμεις, ὥστε ὀλίγους εἶναι (κ) τοὺς καταλειφθέντας σὺν
11 Τρύφωνι. Καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἦλθε
12 (λ) φεύγων εἰς Δωρᾶ τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Εἶδε γὰρ ὅτι συνῆκται ἐπ᾽
13 αὐτὸν τὰ κακὰ, καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἱ δυνάμεις. Καὶ παρενέβαλεν
Ἀντίοχος ἐπὶ Δωρᾶ, καὶ σὺν αὐτῷ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν πολε-
14 μιστῶν, καὶ ὀκτακισχιλία ἵππος. Καὶ ἐκύκλωσε τὴν πόλιν, καὶ τὰ
πλοῖα ἀπὸ θαλάσσης συνῆψαν, καὶ (μ) ἔθλιβε τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς γῆς,
καὶ (ν) τῆς θαλάσσης, καὶ οὐκ εἴασεν οὐδένα ἐκπορεύεσθαι, καὶ εἰσπορεύεσθαι.
15 Καὶ ἦλθε Νουμήνιος, καὶ οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, ἐκ Ῥώμης, ἔχοντες ἐπιστολὰς
16 τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐγέγραπτο τάδε· Λεύκιος
17 ὕπατος Ῥωμαίων Πτολεμαίῳ βασιλεῖ χαίρειν. Οἱ πρεσβευταὶ
τῶν Ἰουδαίων (ο) ἦλθον πρὸς ἡμᾶς φίλοι ἡμῶν, καὶ σύμμαχοι ἀνανεούμενοι
τὴν ἐξ ἀρχῆς φιλίαν, καὶ συμμαχίαν, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Σίμωνος
18 τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἰουδαίων. Ἤνεγκαν δὲ ἀσπίδα χρυσῆν
19 ἀπὸ μνῶν (ν) χιλίων. Ἤρεσεν οὖν ἡμῖν γράψαι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ
ταῖς χώραις, ὅπως μὴ ἐκζητήσωσιν αὐτοῖς κακὰ, καὶ μὴ πολεμήσωσιν
αὐτοὺς, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ (ξ) τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἵνα μὴ
20 (ο) συμμαχήσωσι τοῖς πολεμοῦσιν αὐτούς. Ἔδοξε δὲ ἡμῖν δέξασθαι
21 τὴν ἀσπίδα παρ᾽ αὐτῶν. Εἴ τινες οὖν λοιμοὶ διαπεφεύγασιν ἐκ τῆς
χώρας αὐτῶν πρὸς ὑμᾶς, παράδοτε αὐτοὺς (π) Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ,
22 ὅπως (ρ) ἐκδικήσῃ ἐν αὐτοῖς κατὰ τὸν νόμον αὐτῶν. Καὶ (σ) τὰ
αὐτὰ ἔγραψε Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ Ἀττάλῳ, (τ) Ἀριαράθῃ,
23 καὶ Ἀρσάκῃ, Καὶ εἰς πάσας τὰς χώρας, καὶ (υ) Σαμψάμῃ, καὶ Σπαρ-
τιάταις, καὶ εἰς Δῆλον, καὶ εἰς Μύνδον, καὶ εἰς (φ) Σικυῶνα, καὶ εἰς
τὴν (χ) Καρίαν, καὶ εἰς Σάμον, καὶ εἰς τὴν Παμφυλίαν, καὶ (ψ) εἰς
τὴν Λυκίαν, καὶ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ εἰς (ω) Ῥόδον, καὶ εἰς Φασηλίδα,
καὶ εἰς Κῶ, καὶ εἰς Σίδην, καὶ εἰς Ἄραδον, (α) καὶ εἰς Γόρτυναν, καὶ Κνί-
24 δον, καὶ Κύπρον, καὶ Κυρήνην. Τὸ δὲ ἀντίγραφον αὐτῶν (β) ἔγραψαν
Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ.

MS.A. (ϑ) καταστήσωμεν τὴν βασιλείαν (ι) δοξάσωμεν (ι) τῶν πατέρων (κ) σὺν Τρύφωνι. (λ) εἰς Δωρᾶ φεύγων τὴν ἐπὶ τὴν θάλασσαν Ἤδει γὰρ ὅτι ἐπισυνῆκται ἐπ᾽ αὐτὸν κακά. (μ) συνέθλιβεν (ν) ἀπὸ τῆς (ο) ἦλθαν (ν) πεντακισχιλίων. (ξ) τὰς χώρας (ο) συμμαχῶσιν τοῖς πολεμοῦσιν (π) τῷ Σίμωνι (ρ) ἐκδικήσῃ αὐτοὺς (σ) ταῦτα (τ) καὶ Ἀράθῃ, (υ) Σαμψάκῃ, (φ) Σικυῶνα, (χ) Καρίδα, (ψ) Λυκίαν, (ω) Κῶ, (α) καὶ εἰς Ῥόδον, καὶ εἰς τὴν Βασιλήδαν, καὶ Γόρτυναν, (β) ἔγραψεν

Interp. L A T.

Et omne debitum regium, & quæ futura sunt 8
regia ex hoc & in omne tempus remittantur tibi.
Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glo- 9
rificabimus te, & gentem tuam, & templum,
gloriâ magnâ: ita ut manifestetur gloria vestra
in universa terra. Anno centesimo septuagesimo 10
quarto exiit Antiochus in terram patrum suorum: & convenerunt ad eum omnes exercitus;
ita ut pauci relicti essent cum Tryphone. Et 11
insecutus est eum Antiochus rex: & venit
(a) fugiens in Doram, quæ ad mare. Sciebat 12
enim quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus 13
super Doram cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum.
Et circuivit civitatem: & naves à mari ac- 14
cesserunt, & vexabat civitatem à terra, & mari:
& neminem sinebat egredi, vel ingredi. Venit 15
autem Numenius, & qui cum eo fuerant,
ab urbe Roma habentes epistolas regibus, &
regionibus: in quibus continebantur hæc: Lu- 16
cius consul Romanorum Ptolemæo regi salutem.
Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, 17
& socii, renovantes pristinam amicitiam, &
societatem, missi à Simone principe sacerdotum,
et populo Judæorum. Attulerunt autem clypeum 18
aureum minarum mille. Placuit itaque nobis 19
scribere regibus, et regionibus ut non quærant eis
mala, neque impugnent eos, et civitates eorũ, et regionem eorũ, et ut non ferant auxiliũ pugnantibus
adversùs eos. Visum autem est nobis accipere 20
ab eis clypeum. Si qui ergò pestilentes fugerint 21
de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni
principi sacerdotum; ut vindicet in eos secundùm legem suam. (b) Hæc eadem scripsit De- 22
metrio regi, et Attalo, Ariarathæ, et Arsaci,
Et in omnes regiones; et Sampsamæ, et Spartia- 23
tis, et in Delum, et in Myndum, et in Sicyonem,
et in Cariam, et in Samum, et in Pamphyliam,
et in Lyciam, et in Alicarnassum, et Rhodum,
et Phaselida, et Coo, et Siden, et Aradon, et
Gortynam, et Cnidum, et Cyprum, et Cyrenen.
Exemplum autem earum scripserunt Simoni prin- 24
cipi sacerdotum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Omne debitum regi, & quæcunq; provenie- 8
bant regi, omnia dimittuntor ex hoc *et* imposterum. Cùm autem stabilitum fuerit regnum 9
nostrum, te ac templum gentémque tuam
tantâ gloriâ prosequemur, ut clara sit gloria vestra in tota terra. Anno centesimo 10
septuagesimo quarto, prodeunte Antiocho
ad terram majorum suorum, convenerunt
ad eum omnes copiæ, ita ut non remanerent apud Tryphonem nisi homines perpauci. Et persecutus est eum rex Antiochus, 11
& venit Tryphon fugiens Rodam quæ sita est
ad oras maritimas: Videbat enim multi- 12
plicata super se mala, & destitutum se esse
militibus. Itaque castra posuit Antiochus 13
contra Rodam, secum habens duodecim
myriadas virorum bellatorum, & octo millia equitum; Obseditque urbem: & ad- 14
hibitis navibus urgebat eam mari terráque,
neque sinebat quenquam ingredi aut egredi. Interim remeavit Numenius & comi- 15
tes ejus Româ, deferentes secum literas ad
reges atque regiones, in quibus ita scriptum
erat: Lucius Consul Romanus Ptolomæo 16
regi salutem Venerunt ad nos seniores 17
Judæorum amicorum & adjutorum nostrorum, ad renovandam amicitiam & auxilium
pristinum, missi à summo sacerdote & gente
Judæorum. Attulerunt autem nobis secum 18
clypeum aureum mille minarum. Placuit 19
autem nunc scribere regibus atque regionibus, ne quisquam malum ipsis intentet,
neque oppugnent eos, aut urbes eorum,
aut regiones eorum, neque sint adjumento
iis qui oppugnant eos. Et placuit nobis 20
accipere ab eis etiam clypeum. Omnes 21
igitur homines improbos qui fugerunt è
terra sua, séque receperunt ad vos; tradite Simoni summo Sacerdoti, ut exerceat
in eos judicium, & ultionem juxta legem
ipsorum. Similia quoque his verba scripsit 22
Demetrio regi, & Attalo, Adirathæ, Ar- 23
saci, omnibúsque regionibus, & Samsano,
& Spartiatis, Delo, Mindo, Seciano, Cariæ, Samo, Pamphiliæ, Lyciæ, Alicarnasso,
Rhodo, Phaleſæ, Cao, Sidæ, Durtinæ, Cnido, Cypro, Aduro, & Cyrenensibus: Ex- 24
emplum autem horum scripsit ad Simonem
summum Sacerdotem.

Versio VULG. LAT.

25 Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundò, admovens ei semper manus, & machinas
26 faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet. Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copi-
27 osa: Et noluit ea accipere, sed rupit omnia, quæ
28 pactus est cum eo anteà, & alienavit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso, dicens; Vos tenetis Joppen, & Gazaram, & arcem quæ est in Jerusalem, civitates
29 regni mei: Fines earum desolâstis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca
30 multa in regno meo. Nunc ergò tradite civitates, quas occupâstis; & tributa locorum, in quibus domi-
31 nati estis extra fines Judææ. Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminii, quod exterminâstis, & tributorum civitatum alia talenta quingenta: sin autem, veniemus, & expugnabimus
32 vos. Et venit Athenobius amicus regis in Jerusalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum: & obstupuit:
33 & retulit ei verba regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei; Neque alienam terram sumpsimus, neque aliena detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ injustè ab inimicis nostris aliquo tempore
34 possessa est. Nos verò tempus habentes, vindica-
35 mus hæreditatem patrum nostrorum. Nam de Joppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius
36 verbum. Reversus autem cum ira ad regem, renuntiavit ei verba ista, & gloriam Simonis, & uni-
37 versa quæ vidit: & iratus est rex irâ magnâ. Try-
38 phon autem fugit navi in Orthosiada. Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum pe-
39 ditum & equitum dedit illi. Et mandavit illi movere castra contra faciem Judææ: & mandavit ei ædificare Gedorem, & obstruere portas civitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

25 Ἀντίοχος δὲ ὁ βασιλεὺς παρενέβαλεν ἐπὶ Δωρᾶ ἐν τῇ δευτέρᾳ, προσάγων διαπαντὸς αὐτῇ τὰς χεῖρας, καὶ μηχανὰς ποιούμενος, καὶ συν-
26 έκλεισε τὸν Τρύφωνα (β) τοῦ μὴ εἰσπορεύεσθαι, καὶ ἐκπορεύεσθαι. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ Σίμων δισχιλίους ἄνδρας ἐκλεκτοὺς συμμαχῆσαι αὐτῷ, καὶ ἀρ-
27 γύριον καὶ χρυσίον, καὶ σκεύη ἱκανά. Καὶ οὐκ ἠβούλετο αὐτὰ δέξασθαι, (^) ἀλλ' ἠθέτησε πάντα ὅσα (γ) συνέθετο αὐτῷ τὸ πρότερον, καὶ ἠλλοτριοῦτο
28 αὐτῷ. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν Ἀθηνόβιον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ (¨) κοινολογησάμενον αὐτῷ, λέγων, Ὑμεῖς κατακρατεῖτε τῆς Ἰόππης καὶ (δ)
29 Γαζάρων καὶ τῆς (ε) ἄκρας τῆς ἐν Ἱερουσαλήμ, πόλεις τῆς βασιλείας μου. Τὰ ὅρια αὐτῶν ἠρημώσατε, καὶ ἐποιήσατε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐκυρι-
30 εύσατε τόπων πολλῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. Νῦν οὖν παράδοτε τὰς πόλεις ἃς κατελάβεσθε, καὶ τοὺς φόρους τῶν τόπων ὧν κατεκυριεύσατε
31 (ζ) ἐκτὸς τῶν ὁρίων τῆς Ἰουδαίας. Εἰ δὲ μή, δότε ἀντ' αὐτῶν πεντακόσια τάλαντα ἀργυρίου, καὶ τῆς καταφθορᾶς ἧς κατεφθάρκατε, καὶ τῶν φόρων τῶν πόλεων ἄλλα τάλαντα πεντακόσια· εἰ δὲ μή, παραγενόμενοι
32 (η) ἐκπολεμήσομεν ὑμᾶς. Καὶ ἦλθεν Ἀθηνόβιος φίλος τοῦ βασιλέως εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ εἶδε τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ κυλικεῖον μετὰ χρυσωμάτων, καὶ ἀργυρωμάτων, καὶ παράστασιν ἱκανήν, καὶ ἐξίστατο,
33 καὶ ἀπήγγειλεν (θ) αὐτῷ τοὺς λόγους τοῦ βασιλέως. Καὶ ἀποκριθεὶς Σίμων εἶπεν αὐτῷ, Οὔτε γῆν ἀλλοτρίαν εἰλήφαμεν, οὔτε ἀλλοτρίων κεκρατήκαμεν, ἀλλὰ τῆς κληρονομίας τῶν πατέρων ἡμῶν, ὑπὸ δὲ
34 ἐχθρῶν ἡμῶν (ι) ἔν τινι καιρῷ ἀκρίτως κατεκρατήθη. Ἡμεῖς δὲ καιρὸν
35 ἔχοντες ἀντεχόμεθα τῆς κληρονομίας (κ) τῶν πατέρων ἡμῶν. Περὶ δὲ Ἰόππης καὶ (λ) Γαζάρων ὧν αἰτεῖς, αὗται ἐποίουν ἐν τῷ λαῷ πληγὴν μεγάλην (μ) κατὰ τὴν χώραν ἡμῶν, τούτων δώσομεν τάλαντα ἑκατόν.
36 Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ (ν) Ἀθηνόβιος λόγον. Ἀπέστρεψε δὲ μετὰ θυμοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ τοὺς λόγους τούτους, καὶ τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ πάντα ὅσα εἶδε. καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεὺς
37 ὀργὴν μεγάλην. Τρύφων δὲ ἐμβὰς εἰς πλοῖον ἔφυγεν εἰς (ξ) Ὀρθω-
38 σιάδα. Καὶ κατέστησεν ὁ βασιλεὺς τὸν Κενδεβαῖον (ο) στρατηγὸν
39 τῆς παραλίας, καὶ δυνάμεις πεζικὰς καὶ ἱππικὰς ἔδωκεν αὐτῷ. Καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ παρεμβαλεῖν κατὰ πρόσωπον τῆς Ἰουδαίας· καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ οἰκοδομῆσαι τὴν Κεδρών, καὶ ὀχυρῶσαι τὰς (˜) πύλας, καὶ ὅπως (π) πολεμήσῃ τὸν λαόν· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδίωκε τὸν Τρύφωνα.

MS. A. (β) τοῦ εἰσπορεύεσθαι, (^) ἀλλὰ (γ) ἐσυνέθετο (¨) κοινολογησόμενον (δ) Γαζαρηνῶν (ε) ἄκρας ἐν (ζ) τῶν ὁρίων τῶν ἐκ τῆς (η) ἐκπολεμήσουσιν (θ) αὐτοῖς (ι) ἀκρίτως ἔν τινι καιρῷ (κ) ἡμῶν καὶ τῆς (λ) Γαζαρηνῶν ἐτεῖς, (μ) καὶ τῇ γῇ ἡμῶν, (ν) λόγον. (ξ) Ὀρθωσίαν. (ο) ἐπιστρατηγὸν (˜) πόλεις, (π) πολεμῆ

Interp. LAT.

Antiochus autem rex applicuit castra in Dora secundò, admovens ei semper manus, & machinas faciens, & conclusit Tryphonem, ne ingrederetur, & egrederetur. Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium ejus, & argentum & aurum, & vasa copiosa. Et noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo anteà, & alienavit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso, dicens; Vos tenetis Joppen & Gazaram, & arcem, quæ est in Hierusalem, civitates regni mei: Fines earum desolâstis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis locorum multorum in regno meo. Nunc ergò tradite civitates, quas occupâstis, & tributa locorum, in quibus dominati estis extra fines Judææ. Sin autem; date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminii, quod exterminâstis, & tributorum civitatum alia talenta quingenta. Sin autem; veniemus, & expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus regis in Hierusalem, & vidit gloriam Simonis, & abacum cum vasis aureis, & argenteis, & apparatum copiosum: & obstupuit, & retulit ei verba regis. Et respondit Simon, & dixit ei; Neque alienam terram sumpsimus: neque aliena detinuimus sed hæreditatem patrum nostrorum: ab inimicis autem nostris injustè aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus habentes, vindicamus hæreditatem patrum nostrorum. Nam de Joppe, & Gazara quæ expostulas; ipsæ faciebant in populo plagam magnam (c) per regionem nostram: harum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum. Reversus autem cum ira ad regem renuntiavit ei verba ista, & gloriam Simonis, & universa quæ vidit. Et iratus est rex irâ magnâ. Tryphon autem conscendens navim fugit in Orthosiada. Et constituit rex Cendebæum ducem maritimæ: & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mandavit illi admovere castra contra faciem Judææ: & mandavit ei ædificare Cedronem, & munire portas, & ut debellet populum. Rex autem persequebatur Tryphonem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

Verùm Antiochus obsessâ Rodâ, sequenti die fecit machinas, & proximè accessit ad eam, & Triphonem undique conclusit, ita ut egredi non posset. Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium ejus, & aurum, argentum, vasaque multa: At noluit accipere ea, sed mentitus est in omnibus iis quæ promiserat anteà, & abalienatus est ab eo; Misitque ad eum quendam ex amicis suis Athenobium, cui mandavit seorsim quid esset acturus, & ut diceret eis; Vos tenetis Joppen, & Gazerem, & arces quæ sunt in Jerusalem, urbes regni mei: Destruxistis terminos earum, & fecistis plagam magnam in terra, & usurpâstis loca multa ditionis regni mei. Nunc itaque tradite urbes quas occupâstis, & tributa locorum illorum quæ usurpâstis extra terminos Judææ: Sin minus date pro eis quingenta talenta argenti, & pro vastatione quam vastâstis, & vectigalibus urbium, quingenta alia talenta: Quòd si non dederitis, veniemus oppugnatum vos. Veniens igitur Athenobius amicus regis Jerosolymam, vidit gloriam Simonis, & ministerium aureum & argenteum, vasáque pretiosa præstantissima, retulitque Simoni verba regis. Respondit Simon, & dixit ei; Neque terram alienam occupavimus, neque quicquam detinemus quod non sit nostrum: sed tantùm hæreditatem majorum nostrorum: quondam enim usurpata fuerat ab hostibus injustè & imprudenter, Nos autem occasionem nacti recuperavimus hæreditatem majorum nostrorum. Quod autem ad Joppen & Gazarem quas petis, illæ infligebant plagam magnam populo, & terræ nostræ; pro his dabimus centum talenta: sed non reddidit ei responsum Athenobius. Reversus cum ira ad regem renuntiavit ei omnes res istas, & gloriam Simonis, & quicquid viderat, æstuavitque rex irâ magnâ. Triphon autem conscendens navi, fugit Orthosiam. Et constituit rex Cendebium ducem super Pharhelum, commisítque ei copias equitum, peditúmque. Et dixit ei, ut castra poneret adversùs Judæam, & mandavit ei ut ædificaret Hebronem, muniretque portas ejus, & pugnaret adversùs populum: Rex verò persecutus est Triphonem.

Versio VULG. LAT.

40 Et pervenit Cendebæus Jamniam, & cœpit irritare
plebem, & conculcare Judæam, & captivare popu-
41 lum, & interficere, & ædificare Gedorem. Et col-
locavit illic equites, & exercitum : ut egressi peram-
bularent viam Judææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

1 Et ascendit Joannes de Gazaris, & nuntiavit Si-
moni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipso-
2 rum. Et vocavit Simon duos filios seniores, Judam
& Joannem, & ait illis ; Ego, & fratres mei, & do-
mus patris mei, expugnavimus hostes Israel ab ado-
lescentia usque in hunc diem : & prosperatum est in
3 manibus nostris liberare Israel aliquoties. Nunc
autem senui ; sed estote loco meo, & fratris mei, &
egressi pugnate pro gente nostra : auxilium verò de
4 cœlo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti
millia virorum belligeratorum, & equites ; & profe-
5 cti sunt ad Cendebæum : & dormierunt in Modin. Et
surrexerunt manè, & abierunt in campum : & ecce
exercitus copiosus in obviàm illis peditum, & equitũ,
6 & fluvius torrens erat inter medium ipsorum. Et ad-
movit castra contra faciem eorum ipse, & populus
ejus, & vidit populum trepidantem ad transfretan-
dum torrentem, & transfretavit primus : & viderunt
7 eum viri, & transierunt post eum. Et divisit popu-
lum, & equites in medio peditum : erat autem equi-
8 tatus adversariorum copiosus nimis. Et exclamave-
runt sacris tubis, & in fugam conversus est Cende-
bæus, & castra ejus : & ceciderunt ex eis multi vulne-
9 rati : residui autem in munitionem fugerunt. Tunc
vulneratus est Judas frater Joannis : Joannes autem
insecutus est eos, donec venit Cedronem, quam ædi-
10 ficavit : Et fugerunt usque ad turres, quæ erant in
agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex
illis duo millia virorum, & reversus est in Judæam in
11 pace. Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat
dux in campo Jericho, & habebat argentum & au-
12 rum multum. Erat enim gener summi sacerdotis.
13 Et exaltatum est cor ejus, & volebat obtinere regi-
onem, & cogitabat dolum adversus Simonem, & fi-
lios ejus, ut tolleret eos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

40 Καὶ παρεγένηθη Κενδεβαῖος εἰς Ἰάμνειαν, καὶ ἤρξατο τοῦ ἐρεθίζειν
τὸν λαὸν, καὶ ἐμβατεύειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ αἰχμαλωτίζειν τὸν λαὸν
41 καὶ φονεύειν. καὶ ᾠκοδόμησε τὴν (ε) Κεδρὼν. Καὶ ἔταξεν ἐκεῖ ἱππεῖς
καὶ δυνάμεις, ὅπως ἐκπορευόμενοι ἐξοδεύωσι τὰς ὁδοὺς τῆς Ἰουδαίας,
καθὰ συνέταξεν αὐτῷ ὁ βασιλεύς.

ΚΕΦ. ιϛ'.

1 Καὶ ἀνέβη Ἰωάννης ἐκ Γαζάρων, καὶ ἀπήγγειλε Σίμωνι τῷ πατρὶ
2 αὐτοῦ ἃ συνετέλει Κενδεβαῖος. Καὶ ἐκάλεσε Σίμων τοὺς δύο υἱοὺς
αὐτοῦ τοὺς πρεσβυτέρους Ἰούδαν καὶ Ἰωάννην, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐγὼ καὶ οἱ
ἀδελφοί μου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, ἐπολεμήσαμεν τοὺς (") πολεμίους
Ἰσραὴλ ἀπὸ νεότητος ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ εὐωδώθη ἐν ταῖς
3 χερσὶν ἡμῶν ῥύσασθαι τὸν Ἰσραὴλ πλεονάκις. Νῦν δὲ γεγήρακα,
καὶ ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ἐλέει ἱκανοί ἐστε ἐν τοῖς ἔτεσι· γίνεσθε ἀντ' ἐμοῦ,
καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου, καὶ ἐξελθόντες ὑπερμαχεῖτε ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ἡ
4 δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ βοήθεια (α) ἔστω μεθ' ὑμῶν. Καὶ ἐπέλεξεν ἐκ τῆς χώρας
εἴκοσι χιλιάδας ἀνδρῶν πολεμιστῶν, καὶ ἱππεῖς, καὶ ἐπορεύθησαν ἐπὶ
5 τὸν Κενδεβαῖον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν (") Μωδεΐν. Καὶ ἀναστάντες τοπρωῒ
ἐπορεύοντο εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἰδοὺ δύναμις πολλὴ εἰς συνάντησιν
6 αὐτοῖς (β) πεζικὴ, καὶ ἱππεῖς, καὶ (γ) ποταμὸς χειμάρρους ἀναμέσον αὐτῶν. Καὶ
παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον αὐτῶν αὐτὸς, καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ. καὶ εἶδε τὸν
λαὸν δειλούμενον διαπεράσαι τὸν χειμάρρουν, καὶ διεπέρασε πρῶ-
7 τος, καὶ εἶδον αὐτὸν οἱ ἄνδρες, καὶ (δ) διεπέρασαν κατόπισθεν αὐτοῦ. Καὶ
διεῖλε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐν μέσῳ τῶν πεζῶν· ἦν δὲ ἵππος τῶν
8 ὑπεναντίων πολλὴ σφόδρα. Καὶ ἐσάλπισαν ταῖς (ε) ἱεραῖς σάλπιγξι,
καὶ ἐτροπώθη Κενδεβαῖος καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, καὶ ἔπεσον ἐξ (ζ) αὐ-
τῶν τραυματίαι πολλοί· οἱ δὲ καταλειφθέντες ἔφυγον εἰς τὸ ὀχύρω-
9 μα. Τότε ἐτραυματίσθη Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου· Ἰωάννης δὲ
10 κατεδίωξεν αὐτοὺς ἕως (") ἦλθεν εἰς Κεδρὼν ἣν ᾠκοδόμησε. Καὶ
ἔφυγον (η) ἕως εἰς τοὺς πύργους τοὺς ἐν (θ) τοῖς ἀγροῖς Ἀζώτου, καὶ
ἐνεπύρισεν αὐτὴν ἐν πυρὶ, καὶ (ι) ἔπεσον ἐξ αὐτῶν εἰς ἄνδρας (κ)
11 δισχιλίους· καὶ ἀπέστρεψεν εἰς (λ) γῆν Ἰούδα μετ' εἰρήνης. Καὶ Πτο-
λεμαῖος ὁ τοῦ Ἀβούβου ἦν καθεσταμένος στρατηγὸς εἰς τὸ πεδίον Ἱερι-
12 χὼ, καὶ ἔσχεν ἀργύριον, καὶ χρυσίον πολύ. Ἦν γὰρ γαμβρὸς
13 τοῦ ἀρχιερέως. Καὶ ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ ἠβουλήθη κατα-
κρατῆσαι τῆς χώρας, καὶ ἐβουλεύετο δόλῳ κατὰ Σίμωνος, καὶ (μ) τῶν υἱῶν
αὐτοῦ, ἆραι αὐτούς.

MS. A. (") πολέμους (α) ἤτω (") Μωδαεὶμ. (β) πεζικοὶ, (γ) χειμάρ-
ρους ἦν (δ) διεπέρασεν (ε) σάλπιγξιν, (ζ) αὐτοῦ (") ἐλθεῖν (η) εἰς τοὺς (θ)
τῷ ἀγρῷ (ι) ἔπεσον (κ) χιλίους· (λ) τὴν Ἰουδαίαν (μ) κατὰ τῶν

Interp. LAT.

Et pervenit Cendebæus Jamniam : & cœpit irrita- 40
re plebem, & penetrare in Judæam, & captivare
populum, & interficere. Et ædificavit Cedronem :
Et collocavit illic equites, & exercitus ; ut egressi 41
perambularent vias Judææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

Et ascendit Joannes de Gazaris : & nuntiavit 1
Simoni patri suo, quæ faciebat Cendebæus. Et 2
vocavit Simon duos filios suos seniores, Judam,
& Joannem, & ait illis ; Ego, & fratres mei,
& domus patris mei, expugnavimus hostes
Israel ab adolescentia usque in hunc diem : &
prosperatum est in manibus nostris liberare Israel
sæpenumero. Nunc autem senui : & vos autem 3
in misericordia sufficientes estis in annis. Estote
loco meo, & fratris mei : & egressi pugnate pro
gente nostra. Auxilium verò de cœlo vobiscum
sit. Et elegit de regione viginti millia virorum 4
belligeratorum, & equites : & profecti sunt
ad Cendebæum, & dormierunt in Modin. Et 5
surrexerunt manè, & abierunt in campum. Et
ecce exercitus copiosus in obviàm illis, peditum
& equitum : & torrens erat inter medium
ipsorum. Et admovit castra contra faciem eorum, 6
ipse, & populus ejus. Et vidit populum trepidan-
tem ad transfretandum torrentem : & transfre-
tavit primus : & viderunt eum viri, & transie-
runt post eum. Et divisit populum, & equites in 7
medio peditum. Erat autem equitatus adversa-
riorum copiosus nimis. Et exclamaverunt sacris 8
tubis : & in fugam conversus est Cendebæus,
& castra ejus : & ceciderunt ex eis multi vul-
nerati : residui autem in munitionem fugerunt.
Tunc vulneratus est Judas frater Joannis. Joan- 9
nes autem insecutus est eos, donec venit Cedro-
nem, quam ædificavit. Et fugerunt usque ad 10
turres, quæ erant in agris Azoti : & succendit
eam igni. Et ceciderunt ex illis ad duo millia
virorum : & reversus est in terram Juda cum
pace. Et Ptolemæus filius Abubi constitutus 11
erat dux in campo Hiericho : & habebat argen-
tum, & aurum multum. Erat enim gener sum- 12
mi sacerdotis. Et exaltatum est cor ejus : & 13
volebat obtinere regionem : & cogitabat dolum
adversùs Simonem, & filios ejus, ut tolleret eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

40 [illegible] 40
41 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]

Cendebius ergò Jamniam veniens, cœpit 40
lacessere & minitari populo; & ingredieba-
tur ibátque in Judæam, occidebat, & capti-
vos abducebat. Ædificatâ quoque Hebro- 41
ne Cendebius, posuit ibi copias equitum
peditúmque, quæ procedentes percurrebant
viam Judææ, prout mandaverat illi rex.

CAP. XVI.

Quare ascendens Johannes è Gazare, in- 1
dicavit patri suo quicquid fecerat Cendebi-
us. Et is accersitis duobus filiis suis majo- 2
ribus, *nempè* Juda & Johanne ; dixit eis ;
Ego & fratres mei, domúsque mea paterna
gessimus bella Israëlis à pueritia nostra ad
hodiernum usque diem, & concessum est no-
bis ut sæpe liberaremus Israëlem. Nunc 3
autem senui, vos verò per misericordiam
Dei valentes estis : Surgite, & succedite lo-
co meo & loco fratrum meorum, & pro-
deuntes pugnate pro gente nostra ; &
auxilium de cœlo vobis adesto. Tum deli- 4
gens Johannes è regione viginti millia vi-
rorum electissimorum ad bellum, cum equi-
tibus, profecti sunt contra Cendebium, &
pernoctârunt in Moraim. Inde manè sur- 5
gentes, dum procederent per planitiem, en
exercitus numerosus occurrit eis peditum
equitúmque : sed torrens erat inter ipsos.
Cúmque castra posuisset ex adverso illorum 6
ipse & populus ejus, viderétque populum
timentem trajicere torrentem, trajecit ipse
primus : quem videntes trajecisse, traject-
runt etiam ipsi post eum. Tum divisit po- 7
pulum, & equites collocavit inter acies eo-
rum (equites autem inimicorum, multò plu-
res erant) Et clanxerunt tubis, victúsque 8
est Cendebius cum exercitu ipsius, & ceci-
derunt ex eis confossi multi; qui autem reli-
qui manserunt, fugerunt ad arces. Juda 9
verò frater Johannis vulneratus est : sed Jo-
hannes persecutus est eos usque ad Hebro-
nem illam quam ædificaverant. Fugienti- 10
bus autem illis ad turrim quæ est in Azoto,
succenderunt illam igni : & ceciderunt ex
illis quasi tria millia virorum : comites ve-
rò Johannis reversi sunt in Judæam incolu-
mes. Verùm Ptolomæus filius Habubi, qui 11
constitutus fuerat dux & gubernator in pla-
nitie Jerichuntis, & possidebat aurum &
argentum multum : Erat enim gener summi 12
sacerdotis : Hujus cùm elatus esset ani- 13
mus, & vellet obtinere & dominari super
terram : machinabatur dolum in Simonem
& filios ejus, quonam pacto interficeret
eos.

Versio VULG. LAT.

14 Simon autem, perambulans civitates quæ erant in re-
gione Judææ, & ſolicitudinem gerens earum, deſcen-
dit in Jericho ipſe, & Mathathias filius ejus, & Ju-
das, anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe un-
15 decimo: hic eſt menſis Sabath. Et ſuſcepit eos fi-
lius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum
dolo, quam ædificavit: & fecit eis convivium ma-
16 gnum, & abſcondit illic viros. Et cùm inebriatus
eſſet Simon, & filii ejus, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis,
& ſumpſerunt arma ſua, & intraverunt in convivium,
& occiderunt eum, & duos filios ejus, & quoſdam
17 pueros ejus. Et fecit deceptionem magnam in Iſrael,
18 & reddidit mala pro bonis. Et ſcripſit hæc Ptole-
mæus, & miſit regi, ut mitteret ei exercitum in au-
xilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum,
19 & tributa. Et miſit alios in Gazaram tollere Joan-
nem: & tribunis miſit epiſtolas, ut venirent ad ſe, &
20 daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios mi-
21 ſit occupare Jeruſalem, & montem templi. Et præ-
currens quidam, nuntiavit Joanni in Gazara, quia
periit pater ejus, & fratres ejus, & quia miſit te quo-
22 que interfici. Ut audivit autem, vehementer expa-
vit: & comprehendit viros, qui venerant perdere
eum, & occìdit eos: cognovit enim quia quærebant
23 eum perdere. Et cætera ſermonum Joannis, & bel-
lorum ejus, & bonarum virtutum, quibus fortiter geſ-
ſit, & ædificii murorum, quos extruxit, & rerum ge-
24 ſtarum ejus: Ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum
ſacerdotii ejus, ex quo factus eſt princeps ſacerdotum
poſt patrem ſuum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

14 Σίμων δὲ ἦν ἐφοδεύων τὰς πόλεις τὰς ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ φροντίζων (ν) τῆ
ἐπιμελείας αὐτῶν, καὶ κατέβη εἰς Ἱεριχὼ αὐτὸς, καὶ Ματταθίας καὶ Ἰούδας
(ξ) οἱ υἱοὶ αὐτοῦ. ἔτους ἑβδόμου καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, ἐν
15 μηνὶ ἑνδεκάτῳ, οὗτος ὁ μὴν Σαβάτ. Καὶ ὑπεδέξατο αὐτοὺς ὁ τοῦ
Ἀβούβου εἰς τὸ ὀχυρωμάτιον τὸ καλούμενον Δὼκ, μετὰ δόλου, ὃ ᾠκοδό-
16 μησε, καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς πότον (ο) μέγαν, καὶ ἐνέκρυψεν ἐκεῖ ἄνδρας. Καὶ
ὅτε ἐμεθύσθη Σίμων καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ἐξανέστη Πτολεμαῖος καὶ οἱ (") παρ'
αὐτοῦ, καὶ ἐλάβοσαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ ἐπεισήλθοσαν τῷ Σίμωνι εἰς
τὸ συμπόσιον, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν καὶ τοὺς (ο) δύο υἱοὺς αὐτοῦ, καί
17 τινας τῶν παιδαρίων αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησεν ἀθεσίαν μεγάλην, καὶ
18 (π) ἀπέδωκε κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. Καὶ ἔγραψε ταῦτα Πτολεμαῖ-
ος, καὶ ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ ὅπως ἀποστείλῃ αὐτῷ δυνάμεις εἰς βοήθει-
19 αν, καὶ παραδῷ (ρ) αὐτῷ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ τὰς πόλεις. Καὶ
ἀπέστειλεν ἑτέρους εἰς Γάζαρα ἆραι τὸν Ἰωάννην, καὶ τοῖς χιλιάρχοις
ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὅπως δῷ αὐτοῖς ἀργύ-
20 ριον καὶ χρυσίον καὶ δόματα. Καὶ ἑτέρους ἀπέστειλε καταλαβέ-
21 σθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ὄρος τοῦ ἱεροῦ. Καὶ (˘) προδραμών τις
ἀπήγγειλεν Ἰωάννῃ εἰς Γάζαρα, ὅτι ἀπώλετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ
22 οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἀπέσταλκε καὶ σὲ ἀποκτεῖναι. Καὶ ἀκού-
σας ἐξέστη σφόδρα· καὶ συνέλαβε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐλθόντας
ἀπολέσαι αὐτὸν, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, (σ) ἐπέγνω γὰρ ὅτι ἐζή-
23 τουν αὐτὸν ἀπολέσαι. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ἰωάννου, καὶ
τῶν πολέμων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνδραγαθιῶν αὐτοῦ ὧν (") ἠνδραγάθη-
σε, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν τειχέων ὧν ᾠκοδόμησε, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ,
24 Ἰδοὺ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ (τ) βιβλίῳ ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ,
ἀφ' οὗ ἐγενήθη ἀρχιερεὺς μετὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ. (†) ΤΕ'ΛΟΣ Α'.

MS. A. (ν) τὰς (ξ) καὶ οἱ (ο) μέγα, (") μετ' αὐτοῦ, (ο) υἱοὺς (π) ἀνταπέδωκεν (ρ) τὴν χώραν (˘) * προδραμὼν ἀπήγγειλεν Ἰωάννης εἰς (σ) ἔγνω γὰρ ὅτι ἐζήτουσαν (") ἠνδραγάθην, καὶ τῆς ᾠκοδομῆς (τ) βιβλίου (†) Μακκαβαίων Α'.

Interp. LAT.

Simon autem perambulans civitates, quæ erant in regione, & ſolicitudinem gerens de cura earum, deſcendit in Hiericho, ipſe, & Mattathias & Judas, filii ejus, anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo menſe undecimo: hic eſt menſis Sabat. Et ſuſcepit eos filius Abubi in munitiunculam, quæ vocatur Doc, cum dolo, quam ædificavit: & fecit eis convivium magnum: & abſcondit illic viros. Et cùm inebriatus eſſet Simon, & filii ejus; ſurrexit Ptolemæus cum ſuis: & ſumpſerunt arma ſua, & irruerunt in Simonem in convivio, & occiderunt eum; & duos filios ejus, & quoſdam pueros ejus. Et fecit deceptionem magnam, & reddidit mala pro bonis. Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit regi, ut mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum. Et miſit alios in Gazaram tollere Joannem: & tribunis miſit epiſtolas, ut venirent ad ſe, ut daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios miſit occupare Hieruſalē, & montem templi. Et præcurrens quidam nuntiavit Joanni in Gazara, quia periit pater ejus, & fratres ejus, & quia miſit te quoque interficere. Ut audivit autem; vehementer expavit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos. Cognovit enim quia quærebant perdere eum. Et cætera ſermonum Joannis, & bellorum ejus, & bonarum actionum ejus, quas fortiter egit, & ædificii murorum, quos extruxit, & rerum geſtarum ejus, Ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotii ejus; ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]

Interea Simon obibat inviſens urbes regionis, & providens iis omnibus quæ neceſſaria erant illis: cumque deſcendiſſent Jerichuntem ipſe & Mathitha atque Juda filii ejus, anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe undecimo qui eſt Sebat; Excepit eos Ptolomæus Habubi filius doloſè in arce quadam quæ vocatur Doac, quam ipſe ædificaverat, fecitque eis convivium magnum, & abſcondit ibi viros. Cúmque bibiſſent & jucundati eſſent Simon & filii ejus, exurgens Ptolomæus & qui erant cum ipſo, ceperunt arma illorum; & adorti Simonem in convivio, interfecerunt eum, & filios ejus, cum nonnullis ex ſervis ejus. Ita commiſit ſcelus magnum, & rependit malum pro bono. Tum ſcripſit miſitque hæc Ptolemæus ad regem, ut mitteret ipſi copias ad auxilium, quatenus traderet ei regiones & urbes. Miſit etiam viros alios in Gazarem, ut occiderent Johannem: chiliarchis autem ſcripſit ut venirent ad ſe, ut daret ipſis aurum, argentum, & munera. Alios verò miſit ad occupandum Jeroſolymam & montem templi. Et abeuntes quidam indicarunt Johanni in Gazare, mortuos eſſe patrem & fratres ejus: & miſit *inquiunt* ad occidendum te quoque. Quibus auditis, Johannes, extimuit obſtupuitque vehementer, & comprehendens viros qui abierant adversùs eum, interfecit illos: cognoverat enim Johannes velle eos ipſum interficere. Reliqua facta Johannis, & bella, atque victoriæ quas reportavit ac vicit, ædificium muri quem extruxit, & geſta ipſius; Ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſummi ſacerdotii ipſius: nam fuit ſummus Sacerdos loco patris ſui poſt ipſum.

Libri Machabæorum finis.

Verſio VULG. LAT.

LIBER SECUNDUS
MACHABÆORUM.
CAP. PRIMUM.

1 FRatribus, qui ſunt per Ægyptum, Judæis, ſalutem
dicunt fratres, qui ſunt in Jeroſolymis, Judæi, & qui
2 in regione Judææ, & pacem bonam. Benefaciat vo-
bis Deus, & meminerit teſtamenti ſui, quod locutus
eſt ad Abraham, & Iſaac, & Jacob, ſervorũ ſuorum fi-
3 deliũ: Et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & fa-
ciatis ejus voluntatem, corde magno, & animo volenti.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ
ΔΕΥ'ΤΕΡΟΣ.
ΚΕΦ. α'.

1 ΤΟῖς ἀδελφοῖς τοῖς κατ' Αἴγυπτον Ἰουδαίοις χαίρειν. οἱ ἀδελφοὶ
οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ἰουδαίας, εἰρήνην
2 ἀγαθήν. Καὶ ἀγαθοποιήσαι ὑμῖν ὁ Θεὸς, καὶ (α) μνησθείη τῆς
διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ τῶν δούλων
3 αὐτοῦ τῶν πιστῶν. Καὶ δῴη ὑμῖν καρδίαν πᾶσιν εἰς τὸ σέβεσθαι αὐ-
τὸν, καὶ ποιεῖν αὐτοῦ τὰ θελήματα καρδίᾳ μεγάλῃ, καὶ ψυχῇ βουλομένῃ.

MS. A. Μακκαβαίων Β'. (α) μνησθῆναι

MACCABAEORUM
SECUNDUS.
CAP. I.

FRatribus, qui ſunt per Ægyptum, Judæis Salutem. Fratres, qui ſunt in Hieroſolymis Judæi, & qui in regione Judææ, pacem bonam. Et benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui, quod ad Abraam, & Iſaac, & Jacob ſervos ſuos fideles. Et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* [illegible] *

* [illegible] * ǝ *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]

Sequitur liber ſecundus
MACHABÆORUM.
CAP. I.

FRatres Judæi qui *ſunt* Jeroſolymis, & in terra Judæ, fratribus Judæis qui *ſunt* in Ægypto, ſalutem. Pax & gratia vobiſcum *ſit*. Et benefaciat vobis Deus, & recordetur fœderis ſui, quod iniuit cum Abrahamo, & Iſaaco, & Jacobo ſervis ſuis fidelibus. Et det vobis omnibus cor ut timeatis ipſum, & faciatis mandata ejus corde pleno, & animo valenti.

Versio VULG. LAT.

4 Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis
5 suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, &
reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore ma-
6 lo. Et nunc hîc sumus orantes pro vobis. Regnante
7 Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Ju-
dæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui
supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason à
8 sancta terra, & à regno. Portam succenderunt, &
effuderunt sanguinem innocentem: & oravimus ad
Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrifici-
um, & similaginem, & accendimus lucernas, & pro-
9 posuimus panes. Et nunc frequentate dies scenopegiæ
10 mensis Casleu. Anno centesimo octogesimo octavo,
populus qui est Jerosolymis, & in Judæa, Senatúsq; &
Judas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis, qui est
de genere christorum sacerdotum, & his, qui in Ægy-
11 pto sunt Judæis, salutem & sanitatem. De magnis
periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi,
12 utpotè qui adversùs talem regem dimicavimus. Ipse
enim ebullire fecit de Perside eos, qui pugnaverunt
13 contra nos, & sanctam civitatem. Nam cùm in Persi-
de esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, ce-
cidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum
14 Naneæ. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum
Antiochus, & amici ejus, & ut acciperet pecunias
15 multas dotis nomine. Cúmque proposuissent eas sa-
cerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset in-
16 tra ambitum fani, clauserunt templum, Cùm intrâsset
Antiochus: apertóque occulto aditu templi, mitten-
tes lapides percusserunt ducem & eos qui cum eo e-
rant, & diviserunt membratim, & capitibus amputa-
17 tis foràs projecerunt. Per omnia benedictus Deus,
18 qui tradidit impios. Facturi igitur quintâ & vigesimâ
die mensis Casleu purificationem templi, necessarium
duximus significare vobis: ut & vos quoque agatis
diem scenopegiæ, & diem ignis qui datus est quando
Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia.
19 Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri; sacer-
dotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem
de altari occultè absconderunt in valle, ubi erat pu-
teus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita ut
omnibus ignotus esset locus

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

4 Καὶ διανοῖξαι τὴν καρδίαν ὑμῶν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς προσ-
5 τάγμασι, καὶ εἰρήνην ποιήσαι, Καὶ (β) ἐπακούσαι ὑμῶν τῶν δεήσε-
ων, καὶ καταλλαγείη ὑμῖν, καὶ μὴ ὑμᾶς ἐγκαταλίποι ἐν καιρῷ πονηρῷ.
6 Καὶ νῦν ὧδέ ἐσμεν προσευχόμενοι περὶ ὑμῶν. Βασιλεύοντος Δη-
7 μητρίου ἔτους ἑκατοστοῦ ἑξηκοστοῦ (ᵃ) ἐννάτου, ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι (γ) γεγραφή-
καμεν ὑμῖν ἐν τῇ θλίψει, καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τῇ ἐπελθούσῃ ἡμῖν ἐν τοῖς
ἔτεσι τούτοις, ἀφ' οὗ ἀπέστη Ἰάσων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἁγίας γῆς,
8 καὶ τῆς βασιλείας· Καὶ ἐνεπύρισαν τὸν πυλῶνα, καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον.
καὶ ἐδεήθημεν τοῦ κυρίου, καὶ εἰσηκούσθημεν, (ᵇ) καὶ προσηνέγκαμεν θυσίαν,
καὶ σεμίδαλιν, καὶ (δ) ἐξήψαμεν τοὺς λύχνους, καὶ προεθήκαμεν
9 τοὺς ἄρτους. Καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας τοῦ
10 Χασελεῦ μηνός. Ἔτους (ε) ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου (ζ) οἱ ἐν
Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀρι-
στοβούλῳ διδασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν
χριστῶν ἱερέων γένους, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις, χαίρειν καὶ
11 ὑγιαίνειν. Ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπὸ τοῦ θεοῦ σεσωσμένοι, μεγά-
12 λως εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, ὡς ἂν πρὸς βασιλέα παρατασσόμενοι.
13 Αὐτὸς γὰρ ἐξέβρασε τοὺς (η) παραταξαμένους ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Εἰς
(θ) γὰρ τὴν Περσίδα γενόμενος ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἀνυπόστατος
δοκοῦσα εἶναι δύναμις, κατεκόπησαν ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, παραλογι-
14 σμῷ χρησαμένων τῶν περὶ τὴν Ναναίαν ἱερέων. Ὡς γὰρ (ι) συνοι-
κήσων αὐτῇ παρεγένετο εἰς τὸν τόπον ὅ τε Ἀντίοχος, καὶ οἱ σὺν αὐ-
15 τῷ φίλοι, χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ χρήματα (κ) εἰς φερνῆς λόγον. Καὶ
προθέντων αὐτὰ τῶν ἱερέων (ᶜ) τῆς Ναναίας, κἀκείνου προσελθόντος μετ'
ὀλίγων εἰς τὸν περίβολον τοῦ τεμένους, συγκλείσαντες τὸ ἱερὸν, Ὡς εἰσ-
16 ῆλθεν Ἀντίοχος, ἀνοίξαντες τὴν τοῦ φατνώματος κρυπτὴν θύραν,
βάλλοντες πέτρους συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα, καὶ μέλη ποιήσαν-
17 τες, καὶ τὰς κεφαλὰς (λ) ἀφελόντες, τοῖς ἔξω παρέρριψαν. Κατὰ
πάντα εὐλογητὸς ἡμῶν ὁ θεὸς, ὃς (ᵉ) παρέδωκε τοὺς ἀσεβήσαντας.
18 Μέλλοντες (ᶠ) οὖν ἄγειν ἐν τῷ Χασελεῦ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τὸν καθαρισμὸν
τοῦ ἱεροῦ, δέον ἡγησάμεθα διασαφῆσαι ὑμῖν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε (ᵍ) τῆς
σκηνοπηγίας καὶ τοῦ πυρὸς, ὅτε Νεεμίας (ʰ) οἰκοδομήσας τό τε (ⁱ) ἱερὸν
19 καὶ τὸ θυσιαστήριον, ἀνήνεγκε (ᵏ) θυσίαν. Καὶ γὰρ ὅτε εἰς τὴν Περσικὴν
ἤγοντο (ˡ) οἱ πατέρες ἡμῶν, (μ) οἱ τότε εὐσεβεῖς ἱερεῖς λαβόντες ἀπὸ τοῦ
πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου λαθραίως, κατέκρυψαν ἐν κοιλώματι φρέατος
τάξιν (ν) ἔχοντος ἀνύδρου, ἐν ᾧ κατησφαλίσαντο, ὥστε πᾶσιν ἄγνωστον
εἶναι τὸν τόπον.

MS. A. (β) ὑπακούσε (ᵃ) ἐννάτου, (γ) γεγράφαμεν (ᵇ) προσηνέγκαμεν (δ) ἐξήψαγεν (ε) * ὀγδοηκοστοῦ (ζ) ἐν Ἱεροσολύμοις, (η) παραστασομένους (θ) τὴν Περσίδα γενόμενος γὰρ ὁ (ι) συνοικῶν (κ) πλείονα εἰς (ᶜ) τοῦ Ναναίου, (λ) τοῖς ἔξω παρέῤῥιψαντες. (ᵉ) ἔδωκεν (ᶠ) ἄγειν (ᵍ) σκηνοπηγίας (ʰ) ὁ (ⁱ) τὸ (ᵏ) θυσίας. (ˡ) ἡμῶν οἱ πατέρες, (μ) οἵτε (ν) ἔχοντες ἄνυδρον,

Interp. LAT.

Et adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præ- 4
ceptis: & faciat pacem; Et exaudiat orationes 5
vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in
tempore malo. Et nunc hîc sumus orantes pro 6
vobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexa- 7
gesimo nono, nos Judæi scripsimus vobis in tri-
bulatione & impetu, qui supervenit nobis in istis
annis; ex quo recessit Jason, & qui cum eo, à
sancta terra, et à regno. Et portam succenderunt, 8
& effuderunt sanguinem innocentem. Et oravi-
mus ad Dominum: & exauditi sumus: et obtuli-
mus sacrificium, et similaginem, et accendimus
lucernas, et proposuimus panes. Et nunc, ut aga- 9
tis dies scenopegiæ mensis Chasleu. Anno centesimo 10
octogesimo octavo, qui sũt in Hierosolymis, et qui
in Judæa, Senatusq;, et Judas, Aristobulo magistro
Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sa-
cerdotum, & his qui in Ægypto sunt, Judæis, sa-
lutem, & sanitatem. De magnis periculis à 11
Deo liberati, magnificè gratias agimus ei, ut potè
qui adversùs regem dimicamus. Ipse enim ebul- 12
lire fecit eos qui pugnaverunt in sancta civi-
tate. Nam cùm in Perside esset dux ipse, & 13
qui cum ipso exercitus, qui intolerabilis videbatur
esse; percussi sunt in templo Nanææ, frau-
de utentibus iis qui circa Nanæam, sacerdoti-
bus. Et enim quasi cum ea habitaturus venit 14
ad locum Antiochus, & amici ejus, ut acciperet
pecunias dotis nomine. Cúmque proposuissent eas 15
sacerdotes Nanææ, & ipse cum paucis ingressus
esset intra ambitum phani, clauserunt templum.
Cùm autem intrâsset Antiochus, aperto occulto 16
ostio laquearis, mittentes lapides, percusserunt du-
cem, & diviserunt membratim, & capitibus
amputatis, ad eos qui foris erant, projecerunt.
Per omnia benedictus Deus noster, qui tradidit 17
impios. Facturi igitur quintâ & vigesimâ die 18
mensis Chasleu purificationem templi, necessarium
duximus significare vobis; ut & vos quoq; agatis
[diem] scenopegiæ, et ignis: quando Neemias ædifi-
cato templo, & altari, obtulit sacrificium. Nam 19
cùm in Persidem ducerentur patres nostri; sacer-
dotes, qui tunc erant (a) cultores Dei, acceperunt
de igne altaris occultè, & absconderunt in cavi-
tate putei situm habentis siccum: in quo contu-
tati sunt eum; ita ut omnibus ignotus esset
locus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

Et aperiat aures & corda vestra legibus 4
& præceptis suis: Et pacem faciat vo-
biscum, Et exaudiat supplicationem ve- 5
stram, & acceptos vos habeat, ne-
que deserat vos temporibus malis. Nunc 6
autem nos hîc preces fundimus pro vo-
bis. Anno autem centesimo sexagesimo 7
nono, *regnante* Demetrio, nos Judæi scri-
psimus vobis in angustiis & pressuris quæ
acciderunt his annis, ex quo missus est
Jason, & qui cum eo, à regno, in terram
sanctam. Et *incenderunt* januas, & *fu-* 8
derunt sanguinem innocentem. Et ora-
vimus & precati sumus à Domino, & ex-
audivit vocem nostram. Et obtulimus
oblationem & similam, & accendimus
luminaria, & panes propositionis propo-
suimus. Nunc autem agite dies Sce- 9
nopegii mensis Conun prioris. Anno 10
centesimo octogesimo octavo; Qui Jero-
solymis sunt & in Judæa, cum senioribus
Judæorum, Aristobulo doctori Regis Pto-
lemæi, qui est de familia Sacerdotum
Unctorum, Judæis item qui in Ægypto
sunt, salvere & valere. Multùm magno- 11
que opere confitemur Domino, qui astitit
nobis, & liberavit nos ex omnibus angu-
stiis quæ supervenerunt nobis. Cùm enim 12
venisset in nos Rex, ad bellum contra ci-
vitatem sanctam gerendam, depulit eum,
& in Persiam ejecit. Cùm enim eò ve- 13
nisset ipse & totus exercitus ejus, qui pu-
tabatur insuperabilis, interfectus est in
templo Nanææ, dolo ipsos capientibus &
ligantibus sacerdotibus Nanææ. Ipse enim 14
Antiochus & amici ejus eò profectus fu-
erat, quasi ipsam uxorem ducturus, ut
opes magnas acquireret ratione dotis. Sa- 15
cerdotes autem Nanææ dolo ipsi assensi sunt.
Cùm autem ingressus esset murum templi
cum paucis; Apertâ parvâ portâ intra-
verunt contra eum, jactísque in eum la- 16
pidibus interfecerunt eum, & resectum ca-
put ejus ad eos qui foris erant projece-
runt. In omnibus autem benedictus sit 17
Deus noster, qui impios illos tradidit.
Quoniam igitur acturi sumus mundatio- 18
nem Templi vicesimâ quintâ Conun pri-
oris, vobis idpsum notum facere volumus,
ut & ipsi eam agatis instar Festi Sceno-
pegiæ. Sed & de igni ad vos verba fa-
ciemus: Cùm ædificaret Nehemias Tem-
plum & Altare, offerretque oblationes; Et 19
cùm irent Patres in Persiam, Sacerdotes
justi qui erant tunc temporis acceperunt
clam de igni altaris, & absconderunt in
puteo, in quo non erat aqua, & occultâ-
runt, ne cui homini notus esset locus ejus.

Verſio VULG. LAT.

10 Cùm autem præteriiſſent anni multi, & placuit Deo ut mitteretur Nehemias à rege Perſidis : nepotes ſacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem : & ſicut narraverunt nobis, non in-
11 venerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et juſſit eos haurire, & afferre ſibi : & ſacrificia, quæ impoſita erant, juſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aquâ, &
12 ligna, & quæ erant ſuperpoſita. Utque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, qui priùs erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mira-
13 rentur. Orationem autem faciebant omnes ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium, Jonathâ incho-
14 ante, cæteris autem reſpondentibus. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum : DOMINE Deus, omnium creator, terribilis & fortis, juſtus &
15 miſericors, qui ſolus es bonus rex, Solus præſtans, ſolus juſtus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos & ſan-
16 ctificâſti eos : Accipe ſacrificium pro univerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partem tuam, & ſanctifica.
17 Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſerviunt Gentibus, & contemptos & abominatos reſpice :
18 ut ſciant Gentes quia tu es Deus noſter. Affli ge opprimentes nos, & contumeliam facientes in ſuperbia.
19 Conſtitue populum tuum in loco ſancto tuo, ſicut
20 dixit Moyſes. Sacerdotes autem pſallebant hymnos,
21 uſquequò conſumptum eſſet ſacrificium. Cùm autem conſumptum eſſet ſacrificium, ex reſidua aqua Nehe-
22 mias juſſit lapides majores perfundi. Quod ut factum eſt, ex eis flamma accenſa eſt : ſed ex lumine,
23 quod refulſit ab altari, conſumpta eſt. Ut verò manifeſtata eſt res, renuntiatum eſt regi Perſarum, quòd in loco, in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias,
24 & qui cum eo erant, purificaverunt ſacrificia. Conſiderans autem rex, & rem diligenter examinans, fe-
25 cit ei templum, ut probaret quod factum erat. Et cùm probâſſet, ſacerdotibus donavit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu ſuâ, tribu-
26 ebat eis. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur, Purificatio. Vocatur autem apud plures, Nephi.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

20 Διελθόντων δὲ ἐτῶν ἱκανῶν, ὅτε ἔδοξε τῷ θεῷ, ἀποσταλεὶς Νεεμίας (ξ) ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῆς Περσίδος, τοὺς ἐκγόνους τῶν ἱερέων τῶν ἀποκρυψάντων ἔπεμψεν ἐπὶ τὸ πῦρ. (ο) ὡς δὲ διεσάφη-
21 σαν ἡμῖν μὴ εὑρηκέναι πῦρ, ἀλλὰ ὕδωρ παχὺ, Ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀποβάψαντας φέρειν. ὡς δὲ ἀνηνέχθη τὰ τῶν θυσιῶν, ἐκέλευσε τοὺς ἱερεῖς Νεεμίας (π) ἐπιῤῥᾶναι τῷ ὕδατι τά τε ξύλα, καὶ
22 τὰ ἐπικείμενα. Ὡς δὲ (ρ) ἐγένετο τοῦτο, καὶ χρόνος διῆλθεν ὅτε ἥλιος ἀνέλαμψε (σ) πρότερον ἐπινεφὴς ὢν, ἀνήφθη πυρὰ με-
23 γάλη, ὥστε θαυμάσαι πάντας. Προσευχὴν δὲ ἐποιήσαντο οἱ ἱερεῖς δαπανωμένης τῆς θυσίας, οἵ τε ἱερεῖς, καὶ πάντες, κατ-
24 αρχομένου Ἰωνάθου, (τ) τῶν δὲ λοιπῶν ἐπιφωνούντων, Ὡς Νεεμίου. ἦν δὲ ἡ προσευχὴ τὸν τρόπον ἔχουσα τοῦτον· (υ) Κύριε κύριε ὁ θεὸς ὁ πάντων κτίστης, ὁ φοβερὸς, καὶ (φ) ἰσχυρὸς, καὶ δί-
25 καιος, καὶ ἐλεήμων, ὁ μόνος βασιλεὺς καὶ χρηστὸς, Ὁ μόνος χορηγὸς, ὁ μόνος δίκαιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ αἰώνιος, ὁ διασώζων τὸν Ἰσραὴλ ἐκ παντὸς κακοῦ, ὁ ποιήσας
26 τοὺς πατέρας ἐκλεκτοὺς, καὶ ἁγιάσας αὐτούς, Πρόσδεξαι τὴν θυσίαν ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ σου Ἰσραὴλ, καὶ διαφύλαξον
27 τὴν μερίδα σου καὶ καθαγίασον. Ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν, ἐλευθέρωσον τοὺς δουλεύοντας ἐν τοῖς ἔθνεσι, τοὺς ἐξουθενημένους, καὶ βδελυκτοὺς ἔπιδε, καὶ γνώτωσαν τὰ ἔθνη ὅτι
28 σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν. Βασάνισον τοὺς καταδυναστεύοντας, καὶ
29 ἐξυβρίζοντας ἐν ὑπερηφανίᾳ. Καταφύτευσον τὸν λαόν σου εἰς
30 τὸν τόπον τὸν ἅγιόν σου, καθὼς εἶπε (χ) Μωυσῆς. Οἱ δὲ ἱερεῖς
31 ἐπέψαλλον τοὺς ὕμνους. Καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας, καὶ τὸ περιλειπόμενον ὕδωρ ὁ Νεεμίας ἐκέλευσε λίθους μείζονας
32 καταχεῖν. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγενήθη, φλὸξ ἀνήφθη· τοῦ δὲ ἀπὸ τοῦ
33 θυσιαστηρίου ἀντιλάμψαντος φωτὸς ἐδαπανήθη. Ὡς δὲ φανερὸν ἐγενήθη τὸ πρᾶγμα, καὶ διηγγέλη τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν, ὅτι εἰς τὸν τόπον οὗ τὸ πῦρ (ψ) ἀπέκρυψαν οἱ μεταχθέντες ἱερεῖς, τὸ ὕδωρ ἐφάνη, ἀφ' οὗ καὶ οἱ περὶ τὸν Νεεμίαν ἥγνισαν (ω) τὰ τῆς
34 θυσίας. Περιφράξας δὲ ὁ βασιλεὺς ἱερὸν ἐποίησε, δοκιμάσας
35 τὸ πρᾶγμα. Καὶ (α) οἷς ἐχαρίζετο ὁ βασιλεὺς πολλὰ διάφορα
36 ἐλάμβανε καὶ μετεδίδου. Προσηγόρευσαν δὲ οἱ περὶ τὸν Νεεμίαν τοῦτο Νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται Καθαρισμός· καλεῖται δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς (β) Νεφθαεί.

MS. A. (ξ) ἀπὸ (ο) ὡς διεσάφισαν (π) ἐπιρᾶναι (ρ) ἐγένετο, καὶ (σ) ἐπινεφὴς (τ) τῶν τε (υ) Κύριος ὁ θεὸς (φ) ὁ ἰσχυρὸς, (χ) Μωσῆς. (ψ) ἔκρυψαν (ω) τὰς θυσίας. (α) εἷς ὁ βασιλεὺς (β) Νεφθάρ.

Interp. LAT.

Cùm autem præteriiſſent anni multi, quando placuit Deo, miſſus Neemias à rege Perſidis, nepotes ſacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad ignem. Ut autem narraverunt nobis, non inveniſſe ignem, ſed aquam craſſam; juſſit eos haurientes ferre. Ut autem oblata ſunt ea quæ ad ſacrificia; juſſit ſacerdotes Neemias aſpergere aquâ ipſa, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita. Utque hoc factum eſt, & tempus affuit quo Sol refulſit, qui priùs erat in nubilo; accenſus eſt ignis magnus; ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium, & ſacerdotes, & omnes Jonathâ inchoante, cæteris autem reſpondentibus, ut Neemias. Erat autem oratio hunc habens modum : Domine, Domine Deus, omnium creator, terribilis, & fortis, & juſtus, & miſericors : qui ſolus es rex, & bonus, Solus præſtans, ſolus juſtus, & omnipotens, & æternus : qui liberas Iſrael de omni malo : qui feciſti patres electos, & ſanctificâſti eos : Accipe ſacrificium pro univerſo populo tuo Iſrael : & cuſtodi partem tuam, & ſanctifica. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſerviunt in gentibus : & contemptos & abominatos reſpice : Et ſciant gentes, quia tu es Deus noſter. Afflige opprimentes, & contumeliam facientes in ſuperbia. Planta populum tuum in loco ſancto tuo, ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autem pſallebant hymnos. Cùm autem conſumptum eſſet ſacrificium, ex reſidua aqua juſſit Neemias lapides majores perfundi. Quod ut factum eſt, flamma accenſa eſt: ſed lumine refulgente, ab altari conſumpta eſt. Ut verò manifeſtata eſt res; nuntiatum eſt regi, quòd in loco, in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit; de qua (b) Neemias, & qui cum eo erant, purificaverunt quæ ad ſacrificium. Circumſepiens autem rex (c) templum fecit, ut rem probaret. Et quibus gratificabatur rex, multa eximia accipiebat, & tribuebat. Appellavit autem Neemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur, Purificatio. Vocatur autem apud plures, Nephthai.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
[illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
[illegible]

Cùm autem tranſiiſſent anni multi, & Deo viſum eſſet, miſſus eſt Nehemias à rege Perſiæ, cum filiis Sacerdotum illorum qui abſconderant ignem, Et miſit eos ut afferrent ignem. Et venientes dixerunt non inveniſſe ſe ignē, ſed aquas turbidas. Et juſſit eos tollere indè & afferre. Cúmq; aſcendiſſent ſacrificia et oblationes, præcepit Nehemias Sacerdotibus ut aſpergerent eis ligna & ſacrificia: Cúmq; ita feciſſent, effulſit ſol anteà nubibus involutus, poſtquam tranſiiſſet modicum tempus, & tunc accenſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Sacerdotes autem ſtabant orantes donec perfectum eſſet miniſterium ignis. Sacerdotes autem & Jonathan & reliqui deſcendentes dixerunt quod precibus Nehemiæ accenſus eſt ignis. Fuit autem oratio ejus in hunc modum; Domine Deus Omnipotens, & Creator omnium, terribilis & potens, juſte & miſericors, ſolus Rex & bonus ſolus, Solus nutritius, juſtus, in ſecula vivens, Omnipotens Redemtor Iſraëlis de omnibus malis, qui elegiſti Patres noſtros, & ſanctificâſti eos, Accipe oblationem hanc, pro toto populo tuo Iſraële, & cuſtodi & ſanctifica partem tuam & hæreditatem tuam: Et congrega diſperſionem noſtram, & libera illos qui ſervituti addicti ſunt inter Gentes immundas & reprobas : & intuere nos, & ſciant Gentes te eſſe Deum noſtrum. Et crucia illos qui attollunt ſe, & ſervitute nos premunt cum ſuperbia: Et firma populum tuum in loco tuo ſancto ſicut dixit Moſes. Sacerdotes autem ſtantes pſallebant hymnis. Cúmque perfecti eſſent ſacrificia & oblationes, reſiduas aquas reponi juſſit Nehemias, & circundari locum lapidibus magnis. Quo facto accenſa eſt flamma ignis, eouſque ut conſumeretur lux ignis qui erat ſuper altari. Cùm autem innotuiſſet hoc, & revelatum eſſet Regi Perſarum; In loco, nempe, ubi abſconderunt ignem qui deportabantur, inventam eſſe aquam turbidam, eâque conſecrâſſe Nehemiam & qui cum ipſo erant, oblationes & ſacrificia; Acceſſit Rex ad locum, & re examinatâ, in eo Templum extruxit, Et dedit eis Rex dona magna & eximia : Quæ illi accepta dederunt eis quibus opus erat. Vocârunt autem eam *aquam* domeſtici Nehemiæ Genaphtar; quod interpretatur Mundatio. Apud vulgus autem appellatur Naphtar.

Versio VULG. LAT.

CAP. II.

1 INvenitur autem in descriptionibus Jeremiæ prophe-
tæ, quòd jussit eos ignem accipere qui transmigra-
bant: ut significatum est, & ut mandavit transmi-
2 gratis. Et dedit illis legem ne obliviscerentur præ-
cepta Domini, & ut non exerrarent mentibus viden-
tes simulachra aurea & argentea, & ornamenta eo-
3 rum. Et alia hujusmodi dicens, hortabatur ne legem
4 amoverent à corde suo. Erat autem in ipsa scriptu-
ra, quomodò tabernaculum & arcam jussit propheta
divino responso ad se facto comitari secum, usque-
quò exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vi-
5 dit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Jeremias inve-
nit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, &
6 altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et
accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut nota-
7 rent sibi locum: & non potuerunt invenire. Ut au-
tem cognovit Jeremias, culpans illos, dixit; Quòd
ignotus erit locus, donec congreget Deus congrega-
8 tionem populi, & propitius fiat: Et tunc Dominus
ostendet hæc, & apparebit majestas Domini, & nu-
bes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cùm
Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo,
9 manifestabat hæc. Magnificè etenim sapientiam
tractabat: & ut sapientiam habens, obtulit sacrifi-
10 cium dedicationis & consummationis templi. Sicut
& Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de
cœlo, & consumpsit holocaustum, sic & Salomon o-
ravit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit ho-
11 locaustum. Et dixit Moyses, Eò quòd non sit come-
12 stum quod erat pro peccato, consumptum est. Si-
militer & Salomon octo diebus celebravit dedicatio-
13 nem. Inferebantur autem in descriptionibus &
commentariis Nehemiæ hæc eadem: & ut construens
Bibliothecam congregavit de regionibus libros, &
Prophetarum, & David, & epistolas regum, & de do-
14 nariis. Similiter autem & Judas ea, quæ deciderant
per bellum, quod nobis acciderat, congregavit o-
15 mnia, & sunt apud nos. Si ergò desideratis hæc,
16 mittite qui perferant vobis. Acturi itaque purifica-
tionem scripsimus vobis: benè ergò facietis, si ege-
ritis hos dies.

MAKKABAI'ΩN B'.

ΚΕΦ. β'.

1 Ευρίσκεται δὲ ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς Ἱερεμίας ὁ προφήτης, ὅτι ἐκέ-
λευσε τοῦ πυρὸς λαβεῖν τοὺς (α) μεταγινομένους, ὡς σεσήμανται, καὶ
2 ὡς ἐνετείλατο τοῖς μεταγενομένοις ὁ προφήτης, Δοὺς αὐτοῖς τὸν
νόμον, ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται τῶν προσταγμάτων τοῦ κυρίου, καὶ ἵνα μὴ
ἀποπλανηθῶσι ταῖς διανοίαις, βλέποντες ἀγάλματα χρυσᾶ καὶ ἀρ-
3 γυρᾶ, καὶ τὸν περὶ αὐτὰ κόσμον. Καὶ ἕτερα τοιαῦτα λέγων, παρ-
4 εκάλει μὴ ἀποστῆναι τὸν νόμον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν. Ἦν δὲ
ἐν τῇ γραφῇ, ὡς τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κιβωτὸν ἐκέλευσεν ὁ προφή-
της, χρηματισμοῦ γενηθέντος, αὐτῷ συνακολουθεῖν, ὡς δὲ ἐξῆλθεν
5 εἰς τὸ ὄρος οὗ ὁ Μωϋσῆς ἀναβὰς ἐθεάσατο τὴν τοῦ θεοῦ κληρονομίαν. Καὶ
ἐλθὼν ὁ Ἱερεμίας εὗρεν οἶκον ἀντρώδη, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὴν κιβω-
τὸν, καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος εἰσήνεγκεν ἐκεῖ, καὶ τὴν
6 θύραν ἐνέφραξε. Καὶ (β) προσελθόντες τινὲς τῶν συνακολουθούντων ὥστε
7 (γ) ἐπισημήνασθαι τὴν ὁδὸν, καὶ οὐκ (δ) ἠδυνήθησαν εὑρεῖν. Ὡς δὲ ὁ Ἱερε-
μίας ἔγνω, μεμψάμενος αὐτοῖς εἶπεν, Ὅτι καὶ ἄγνωστος ὁ τόπος
ἔσται ἕως ἂν (ε) συναγάγῃ ὁ θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ, καὶ (ζ) ἵλεως
8 γένηται. Καὶ τότε ὁ κύριος ἀναδείξει ταῦτα, καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα
τοῦ κυρίου καὶ ἡ νεφέλη, (η) ὡς καὶ ἐπὶ Μωϋσῆ ἐδηλοῦτο, ὡς καὶ ὁ Σαλωμῶν
9 ἠξίωσεν ἵνα ὁ τόπος καθαγιασθῇ μεγάλως. Διεσαφεῖτο δὲ καὶ
ὡς σοφίαν ἔχων ἀνήνεγκε θυσίαν ἐγκαινισμοῦ, καὶ τῆς τελειώ-
10 σεως τοῦ ἱεροῦ. Καθὼς καὶ Μωϋσῆς προσηύξατο πρὸς κύριον, καὶ
κατέβη πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ τῆς θυσίας ἐδαπάνησεν·
οὕτως (θ) καὶ Σαλωμὼν προσηύξατο, καὶ καταβὰν τὸ πῦρ ἀνήλωσε τὰ
11 ὁλοκαυτώματα. Καὶ εἶπε (ι) Μωϋσῆς, Διὰ τὸ μὴ βεβρῶσθαι τὸ περὶ
12 τῆς ἁμαρτίας, ἀνηλώθη. Ὡσαύτως καὶ ὁ Σαλωμὼν (κ) τὰς ὀκτὼ
13 ἡμέρας ἤγαγεν. Ἐξηγοῦντο δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, καὶ ἐν τοῖς
ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν τὰ αὐτὰ, καὶ ὡς κατα-
βαλλόμενος βιβλιοθήκην, ἐπισυνήγαγε τὰ περὶ τῶν βασιλέων καὶ
(λ) προφητῶν, καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ, καὶ ἐπιστολὰς βασιλέων περὶ ἀνα-
14 θεμάτων. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰούδας, τὰ διαπεπτωκότα διὰ τὸν
(μ) πόλεμον τὸν γεγονότα ἡμῖν ἐπισυνήγαγε (ν) πάντα, καὶ ἔστι παρ'
15 ἡμῖν. Ὧν οὖν ἐὰν χρείαν ἔχητε, τοὺς ἀποκομιοῦντας ὑμῖν ἀπο-
16 στέλλετε. Μέλλοντες οὖν ἄγειν τὸν καθαρισμὸν, ἐγράψαμεν ὑμῖν·
καλῶς οὖν ποιήσετε (ξ) ἄγοντες τὰς ἡμέρας.

MS.A.(α) μεταγενομένους, (β) πρόσελθόν τινες (γ) ἐπισημάνασθαι (δ) ἐδυνήθησαν (ε) συνάγῃ (ζ) ἔλεος (η) ὡς ἐπὶ Μωσῆ (θ) Σαλωμῶν προσηύξατο πρὸς κύριον, καὶ (ι) Μωσῆς, (κ) μετὰ ὀκτὼ (λ) προφητῶν βιβλία, καὶ (μ) γεγονότα πόλεμον (ν) ταῦτα, καὶ (ξ) ἄγειν

Interp. LAT.

CAP. II.

INvenitur autem in descriptionibus Hieremias 1
propheta, quòd jussit eos ignem accipere, qui trans-
migrabantur, ut significatum est; & ut man-
davit transmigratis propheta, Dans eis legem, 2
ne obliviscerentur præcepta Domini, & ut non
exerrarent mentibus, videntes simulachra aurea,
& argentea: & ornamenta eorum. Et alia 3
hujusmodi dicens, hortabatur ne legem amove-
rent à corde suo. Erat autem in ipsa scriptura, 4
quomodò tabernaculum & arcam jussit propheta
divino responso ad se facto comitari secum, us-
quequò exiit in montem, in quo Moyses ascendit,
& vidit Dei hæreditatem. Et veniens Hie- 5
remias invenit domum speluncæ: & taberna-
culum, & arcam, & altare incensi intulit illuc:
& ostium obstruxit. Et accesserunt quidam ex 6
his qui simul sequebantur, ut notarent viam:
& non potuerunt invenire. Ut autem cognovit 7
Hieremias, culpans illos dixit; Quòd ignotus erit
locus, donec congreget Deus congregationem po-
puli, & propitius fiat: Et tunc Dominus o- 8
stendet hæc: & apparebit majestas Domini, &
nubes, sicut & in Moyse manifestabatur, & sicut
Salomon petiit, ut locus sanctificaretur magni-
ficè. Manifestabatur autem, & ut sapientiam 9
habens obtulit sacrificium dedicationis, & con-
summationis templi: Sicut & Moyses oravit; 10
ad Dominum, & descendit ignis de cœlo, &
consumpsit holocaustum. Sic & Salomon oravit;
& descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocau-
sta. Et dixit Moyses; Eò quòd non sit comestum, 11
quod erat pro peccato, consumptum est. Similiter 12
& Salomon octo diebus celebravit. Narraban- 13
tur autem & in descriptionibus, & in com-
mentariis, qui secundùm Neemiam, hæc eadem:
& qualiter construens bibliothecam congrega-
vit, quæ de regibus, & prophetis, & quæ ipsius
David, & epistolas regum de donariis. Similiter 14
autem & Judas, quæ deciderant per bellum, quod
nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud
nos. Si ergò desideratis hæc; mittite qui perferant 15
vobis. Acturi itaque purificationem, scripsimus 16
vobis. Benè ergò feceritis; si egeritis hos dies.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

CAP. II.

INvenitur autem in scripto Jeremiæ 1
Prophetæ, quod præceperit eis qui post
futuri essent, ut ignem acciperent: Sic-
ut declarat & præcepit post futuris pro-
pheta; Et legem eis dedit, ne oblivi- 2
scerentur præcepta Domini, nec conver-
terentur cogitationes ipsorum, cùm vi-
derent simulachra aurea & argentea, or-
natúmque ipsorum: Et hujusmodi alia 3
dicebat, petebâtque ab eis ne seponerent
legē à corde suo. Continebatur autem in 4
hoc libro secundùm revelationem sibi
factam, præcepisse prophetam, ut comita-
retur se arca & tabernaculum. Cùm au-
tem ascendisset in montem, in quem a-
scendens Moses viderat hæreditatem Do-
mini; Venit Jeremias & reperit domum 5
speluncæ; Et ingressus reposuit ibi ta-
bernaculum & arcam & altare suffitûs,
& ostium obstruxit. Et egressi quidam 6
ex eis qui cum eo venerant, ut viam &
locum agnoscerent, non potuerunt.
Quod cùm rescivisset Jeremias, reprehen- 7
dit eos; & dixit; Non cognitū iri locum,
donec congregaret Dominus synagogam
populi, & propitius esset eis. Tunc 8
ista revelabit eis Dominus, & apparebit
gloria Domini, & nubes, sicut revelata
est super Mosem, sicut & Solomon peti-
it ut magnopere locus sanctificaretur. Lo- 9
quebatur autem, & secundùm sapienti-
am quæ ipsi erat, offerebat oblationes &
sacrificia initiati & conditi Templi. Sicut 10
& Moses oravit ad Dñm, & descendit ignis
de cœlo, & consumpsit sacrificia & obla-
tiones: sic etiam oravit & Solomon, &
descendit ignis & consumpsit sacrificia
& holocausta. Dicebat enim Moses; 11
Quia non est comestus hircus pro pec-
cato, consumptus est igne: Sic etiam de- 12
nuò Solomon octo dies egit. Narrabant 13
autem in libris & commentariis, eadem
fecisse Nehemiam, & congregâsse ordi-
nâsséque libros regnorum & propheta-
rum, & Davidis, epistolas etiam regūm
de oblationibus & sacrificiis. Eodem au- 14
tem modo & Judas, quæ dispersa erant
propter bella quæ fuerunt apud nos col-
legit universa, & penes nos sunt. Si 15
quid igitur eorum requiritis mittentes
accipite vobis. Quoniam igitur festum 16
mundationis acturi sumus, scripsimus vo-
bis, ut & vos agatis.

Versio VULG. LAT.

17 Deus autem, qui liberavit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdoti-
18 um, & sanctificationem, Sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur, & con-
19 gregabit de sub cœlo in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit.
20 De Juda verò Machabæo, & fratribus ejus, & de tem-
21 pli magni purificatione, & de aræ dedicatione; Sed & de præliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem,
22 & filium ejus Eupatorem; Et de illuminationibus quæ de cœlo factæ sunt ad eos, qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita ut universam regionem, cùm pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fuga-
23 rent, Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, restituerentur, Domino cum omni tran-
24 quillitate propitio facto illis; Itémque ab Jasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos
25 uno volumine breviare. Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem re-
26 rum, Curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio: studiosis verò, ut faciliùs possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus
27 utilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causâ suscepimus, non facilem laborem, immò verò negotium plenum vigiliarum & su-
28 doris assumpsimus. Sicut hi qui præparant convivium, & quærunt aliorum voluntati parêre propter
29 multorum gratiam, libenter laborem sustinemus. Veritatem quidem de singulis, auctoribus concedentes, ipsi autem secundùm datam formam brevitati studentes.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

17 Ὁ δὲ θεὸς ὁ σώσας τὸν πάντα λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀποδοὺς τὴν κληρονομίαν (α) πᾶσι, καὶ τὸ βασίλειον, καὶ τὸ ἱεράτευμα, καὶ
18 τὸν ἁγιασμὸν, Καθὼς ἐπηγγείλατο διὰ τοῦ νόμου· ἐλπίζομεν γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ ὅτι ταχέως ἡμᾶς (β) ἐλεήσει, καὶ ἐπισυνάξει
19 ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν εἰς τὸν ἅγιον τόπον. (γ) Ἐξείλετο γὰρ
20 ἡμᾶς ἐκ μεγάλων κακῶν, καὶ τὸν τόπον (δ) ἐκαθάρισε. Τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἰούδαν τὸν Μακκαβαῖον, καὶ τοὺς τούτου ἀδελφοὺς, καὶ τὸν τοῦ ἱεροῦ τοῦ (ε) μεγάλου καθαρισμὸν, καὶ τὸν τοῦ βωμοῦ ἐγκαι-
21 νισμὸν, Ἔτι τε τοὺς πρὸς Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὸν
22 τούτου υἱὸν Εὐπάτορα πολέμους, Καὶ τὰς ἐξ οὐρανοῦ γενομένας ἐπιφανείας τοῖς ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ φιλοτίμως ἀνδραγαθήσασιν, (ζ) ὥστε τὴν ὅλην χώραν ὀλίγους ὄντας λεηλατεῖν, καὶ τὰ βάρβαρα
23 πλήθη διώκειν, Καὶ τὸ περιβόητον καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἱερὸν ἀνακομίσασθαι, καὶ τὴν πόλιν ἐλευθερῶσαι, καὶ τοὺς μέλλοντας καταλύεσθαι νόμους ἐπανορθῶσαι, τοῦ κυρίου μετὰ πάσης
24 ἐπιεικείας (η) ἵλεω γενομένου αὐτοῖς, (θ) Τὰ ὑπὸ Ἰάσωνος τοῦ (ι) Κυρηναίου δεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων, πειρασόμεθα δι' ἑνὸς
25 συντάγματος ἐπιτεμεῖν. Συνορῶντες γὰρ τὸ χῦμα τῶν ἀριθμῶν, καὶ τὴν οὖσαν δυσχέρειαν τοῖς θέλουσιν εἰσκυκλεῖσθαι
26 τοῖς τῆς ἱστορίας διηγήμασι διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὕλης, Ἐφροντίσαμεν τοῖς μὲν βουλομένοις ἀναγινώσκειν ψυχαγωγίαν, τοῖς δὲ φιλοφρονοῦσιν εἰς τὸ διὰ μνήμης ἀναλαβεῖν εὐκοπίαν,
27 πᾶσι δὲ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὠφέλειαν. Καὶ ἡμῖν μὲν τοῖς τὴν κακοπάθειαν (κ) ἐπιδεδεγμένοις τῆς ἐπιτομῆς οὐ ῥᾴδιον, ἱδρῶτος
28 δὲ καὶ ἀγρυπνίας τὸ πρᾶγμα. Καθάπερ τῷ παρασκευάζοντι συμπόσιον, καὶ ζητοῦντι τὴν ἑτέρων λυσιτέλειαν οὐκ (λ) εὐχερὲς μὲν, ὅμως διὰ τὴν τῶν πολλῶν εὐχαριστίαν, ἡδέως τὴν κακοπά-
29 θειαν ὑποίσομεν, Τὸ μὲν διακριβοῦν περὶ ἑκάστων τῷ συγγραφεῖ παραχωρήσαντες, τὸ δὲ ἐπιπορεύεσθαι τοῖς ὑπογραμμοῖς τῆς ἐπιτομῆς (μ) διαπονοῦντες.

MS. A. (α) αὐτοῦ πᾶσιν, (β) ἐλεήσῃ, (γ) Ἐξείλατο (δ) ἐκαθέρισεν. (ε) μεγίστου (ζ) ὡς (η) ἵλεως (θ) Ὑπὸ (ι) Κυρηναίου (κ) ἐπιδεδεγμένοις (λ) εὐχερὲς, ὅμως (μ)* ἀτονοῦντες

Interp. LAT.

Deus autem qui liberavit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem, Sicut promisit in lege; (a) speramus enim in Deo, quòd citò nostrî miserebitur, & congregabit [nos] de ea quæ sub cœlo, in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit. De Juda verò Maccabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & aræ dedicatione, Sed & de præliis quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium ejus Eupatorem, Et de illuminationibus, quæ de cœlo factæ sunt ad eos qui pro Judaismo abundè fortiter fecerunt, ita ut universam regionem, cùm pauci essent, popularentur, & barbaram multitudinem fugarent, Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ futurum erat ut abolerentur, restituerent, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis; Quæ à Jasone Cyrenæo quinque libris declarata sunt, tentavimus nos uno volumine breviare. Considerantes enim effusionem numerorum, & difficultatem quæ adest volentibus aggredi narrationes historiarum, propter multitudinem rerum, Curavimus, volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis verò, ut faciliùs possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur. Et nobis quidem, qui laborem breviandi suscepimus, non facile, sed sudoris & vigiliarum negotium est (Sicut ei qui præparat convivium, & quærenti aliorum utilitatem, non facile quidem est) tamen propter multorum gratiam libenter laborem sustinebimus, Subtilem quidem & exquisitam de singulis tractationem historiographo concedentes, persequi autem delineationes epitomes (b) studentes.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

Deus autem qui redemit populum suum in omnibus, & dedit hæreditatem omnibus hominibus, & regnum & sacerdotium, & sanctificationem. Sicut pollicitus est per Legem; ipse in quo speramus, quòd citò miserebitur nostrî, & congregabit nos de sub cœlis in locum sanctum: Eripuit enim nos de magnis malis, & locum purgavit. De Juda autem Maccabæo, & fratribus ejus, deque mundatione Templi magni & famigerati, & dedicatione Altaris; Præterea, de bellis ab Antiocho Epiphane filióque ejus Antiocho Eupatore illatis, Et de mirandis cælitùs palàm factis, pro eis qui pro Judæis viriliter pugnabant, ita ut numero pauci omnes terrarum populos qui cum fervore & insania in eos irruebant, persequerentur, & dispergerent, Ita ut templum ac Sanctuarium totâ terrâ famigeratum pacatum ac quietum evaderet, & urbs servitute Gentium liberaretur, & leges quæ propè erant ut dispergerentur colligerent, & ordinarent, voluntate Domini & misericordiâ quæ ipsis adfuit; Hæc igitur omnia quæ acciderunt, & scripta sunt quinque libris à Jasone Cyrenæo, curæ mihi fuit labore magno, uno in libro brevibus conscribere. Cùm enim videremus diffusum versuum numerum difficultati esse quærentibus de rerum historia deque narratione verbosa, propter multorum versuum narrationem, curæ nobis fuit, cum labore ea brevibus, sed ordine exponere; Ut legentium animos oblectemur veritate: Utque quibus studium est memoriam rerum assequi, teneant sine difficultate: lectoribus autem universis manifestum adjumentum appareat. Nobis autem, quibus hæc res curæ fuit, quique hæc breviter scripsimus, non fuit facile hoc facere, sed cum sudore & labore lassitudinéque & vigiliis multis coluimus, digessimúsque & breviter scripsimus. Ut enim qui instruere cupit & parare convivium, multísque placere, quidem non est facile, sed quia placere studet, & animi remissionem eis qui vocati sunt conciliare, libenter in se laborem & solicitudinem suscipit; Sic & nos, ut placeamus, & remissionem animi conciliemus multis, libenter laborem & solicitudinem in nos suscepimus, ærumnam magnam subivimus. Igitur ut de omnibus quæ narrantur scribendum vobis sit, hinc excusati simus: diligenter autem & studiosè ea breviter dicere cupimus, quæ multis scriptis dicta sunt.

Versio VULG. LAT.

30 Sicut enim novæ domûs architecto de universa stru-
ctura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ
apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstiman-
31 dum est & in nobis. Etenim intellectum colligere,
& ordinare sermonem, & curiosiùs partes singulas
32 quasque disquirere, historiæ congruit auctori: Bre-
vitatem verò dictionis sectari, & executiones rerum
33 vitare, brevianti concedendum est. Hinc ergò nar-
rationem incipiemus: de præfatione tantum dixisse
sufficiat: stultum etenim est ante historiam effluere, in
ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

1 Igitur cùm sancta civitas habitaretur in omni pa-
ce, leges etiam adhuc optimè custodirentur, propter
Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes
2 mala, Fiebat ut & ipsi reges & principes locum
summo honore dignum ducerent, & templum maxi-
3 mis muneribus illustrarent: Ita ut Seleucus Asiæ rex
de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad mini-
4 sterium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de
tribu Benjamin præpositus templi constitutus, con-
tendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, ini-
5 quum aliquid in civitate moliri. Sed cùm vincere
Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharseæ fi-
lium, qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœ-
6 nicis: Et nuntiavit ei, pecuniis innumerabilibus
plenum esse ærarium Jerosolymis, & communes co-
pias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sa-
crificiorum: esse autem possibile sub potestate regis
7 cadere universa. Cúmque retulisset ad regem Apol-
lonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum He-
liodorum, qui erat super negotia ejus, misit cum man-
8 datis, ut prædictam pecuniam transportaret. Sta-
timque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem
quasi per Cœlesyriam & Phœnicem civitates esset
peragraturus, re vera autem regis propositum perfe-
9 cturus. Sed, cùm venisset Jerosolymam, & benignè
à summo sacerdote in civitate esset exceptus, narra-
vit de dato indicio pecuniarum: &, cujus rei gratiâ
adesset, aperuit: interrogabat autem, si verè hæc ita
essent.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

30 Καθάπερ γὰρ τῆς καινῆς οἰκίας ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης καταβολῆς φροντι-
στέον, τῷ δὲ (α) ἐγκαίειν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι, τὰ ἐπιτήδεια
31 πρὸς διακόσμησιν ἐξεταστέον· (β) οὕτω δοκῶ καὶ ἐπὶ ἡμῖν. Τὸ μὲν ἐμβα-
τεύειν, καὶ (γ) περὶ πάντων ποιεῖσθαι λόγον, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς
32 κατὰ μέρος, τῷ τῆς ἱστορίας (δ) ἀρχηγέτῃ καθήκει. Τὸ δὲ σύντο-
μον τῆς λέξεως μεταδιώκειν, καὶ τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας
33 παραιτεῖσθαι, (ε) τῷ τὴν μετάφρασιν ποιουμένῳ συγχωρητέον. Ἐντεῦ-
θεν οὖν ἀρξώμεθα τῆς διηγήσεως, τοῖς προειρημένοις τοσοῦτον ἐπιζεύ-
ξαντες· εὔηθες γὰρ τὸ μὲν πρὸ τῆς ἱστορίας πλεονάζειν, τὴν δὲ ἱστορίαν
(ζ) ἐπιτεμεῖν.

MS.A. (α) ἐνκαινίζειν (β) οὕτως δοκῶν καὶ ἐπὶ ἡμῶν. (γ) * περίπατον ποιεῖσθαι λόγῳ, καὶ πολυπραγμονεῖ ἐν ταῖς (δ) ἀρχηγενήτῃ (ε) τὴν τῶν μετάφρασιν ποιουμένων (ζ) ἐπιτέμνειν.

ΚΕΦ. γ'.

1 Τῆς (α) ἁγίας τοίνυν πόλεως κατοικουμένης μετὰ πάσης εἰρήνης, καὶ τῶν
νόμων (β) ὅτι κάλλιστα συντηρουμένων διὰ τὴν Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως εὐσέβει-
2 αν τε καὶ μισοπονηρίαν, Συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν τόπον,
3 καὶ τὸ ἱερὸν ἀποστολαῖς ταῖς κρατίσταις δοξάζειν, Ὥστε καὶ Σέλευκον
τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα χορηγεῖν ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων πάντα (γ)
4 τὰ πρὸς τὰς λειτουργίας τῶν θυσιῶν (δ) ἐπιβάλλοντα δαπανήματα. Σί-
μων δέ τις ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς προστάτης τοῦ ἱεροῦ καθεσταμένος,
5 διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ (ε) περὶ τῆς κατὰ τὴν πόλιν παρανομίας. Καὶ νικῆ-
σαι τὸν Ὀνίαν μὴ δυνάμενος, ἦλθε πρὸς Ἀπολλώνιον Θρασαίου, τὸν
6 κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγόν· Καὶ προσ-
ήγγειλε περὶ τῶν χρημάτων ἀμυθήτων γέμειν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις γαζο-
φυλάκιον, ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων (ζ) ἀναρίθμητον εἶναι, καὶ μὴ προσή-
κειν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, εἶναι δὲ δυνατὸν ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως
7 ἐξουσίαν (η) πεσεῖν ἅπαντα ταῦτα. Συμμίξας δὲ (θ) ὁ Ἀπολλώνιος τῷ
βασιλεῖ, περὶ τῶν μηνυθέντων αὐτῷ χρημάτων ἐνεφάνισεν. ὁ δὲ (ι) προχει-
ρισάμενος Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἀπέστειλε δοὺς ἐντολάς,
8 τὴν τῶν προειρημένων χρημάτων ἐκκομιδὴν ποιήσασθαι. Εὐθέως δὲ ὁ Ἡλι-
όδωρος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, τῇ μὲν ἐμφάσει ὡς τὰς κατὰ κοίλην
Συρίαν καὶ Φοινίκην πόλεις (κ) ἐφοδεύσων, τῷ πράγματι δὲ τὴν τοῦ βασι-
9 λέως πρόθεσιν (λ) ἐπιτελέσων. Παραγενηθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ φι-
λοφρόνως (μ) ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως τῆς πόλεως ἀποδεχθείς, ἀνέθετο περὶ
τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ, καὶ τίνος ἕνεκεν πάρεστι (ν) διεσάφησεν· ἐπυν-
θάνετο δὲ εἰ ταῖς ἀληθείαις ταῦτα οὕτως ἔχοντα τυγχάνει.

MS.A. (α) ἁγίας πόλεως (β) ὅτι (γ) τὰς (δ) ἐπιβάλλοντας (ε) τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἀγορανομίας. (ζ) ἀναρίθμητον, καὶ μὴ προσενεγκεῖν (η) παισὶν ταῦτα. (θ) Ἀπολλώνιος (ι) προχειρησάμενος (κ) ἐφόδευσε (λ) ἐπιτελεῖν. (μ) ὁ ἀρχιερεὺς (ν) διεσαφήνισεν.

Interp. LAT.

Sicut enim novæ domûs architecto de universa 30
structura curandum est, ei verò qui inurere &
pingere aggreditur, quæ apta sunt ad ornatum,
exquirenda sunt; ita æstimo & in nobis. Nam pe- 31
netrare quidem, & de omnibus facere sermonem,
& curiosiùs singulas quasque partes disquirere,
historiæ congruit auctori. Brevitatem verò di- 32
ctionis sectari, & subtilem executionem rerum
vitare brevianti concedendum est. Hinc ergò 33
narrationem incipiemus, prædictis hactenus con-
nectentes. Stultum enim est ante historiam effluе-
re, in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

Igitur cùm sancta civitas habitaretur cum o- 1
mni pace, leges autem adhuc optime custodiren-
tur propter Oniæ pontificis pietatem, & odium
malorum: Fiebat ut & ipsi reges locum hono- 2
rarent, & templum maximis muneribus illustra-
rent: Ita ut Seleucus Asiæ rex de reditibus su- 3
is præstaret omnes sumptus ad ministeria sacrifi-
ciorum pertinentes. Simon autem quidam de 4
tribu Benjamin præpositus templi constitutus,
contendebat cum principe sacerdotum de ea quæ
in civitate fiebat, (a) legum transgressione. Sed 5
cùm vincere Oniam non posset; venit ad Apollo-
nium Thraseæ filium, qui illo tempore erat dux
Cælesyriæ, & Phœnicis: Et nuntiavit pe- 6
cuniis immensis plenum esse ærarium Hierosolymis,
ita ut multitudo (b) communium copiarum esset
innumerabilis, & ea non pertinere ad rationem
sacrificiorum, esse autem possibile sub potestate
regis cadere universa hæc. Collocutus autem 7
Apollonius cum rege, de indicatis sibi pecuniis
aperuit. Ille verò eligens Heliodorum, qui erat
super negotia ejus, misit cum mandatis, ut præ-
dictam pecuniam asportaret. Statimque Helio- 8
dorus iter est aggressus, specie quidem quasi eas
quæ per Cælesyriam & Phœnicen, civitates esset
peregraturus, reverà autem regis propositum per-
fecturus. Sed cùm venisset Hierosolymam, & 9
benignè à summo sacerdote civitatis esset exce-
ptus, narravit de dato indicio, & cujus rei gra-
tiâ adesset, aperuit. Interrogabat autem, si ve-
rè hæc ita essent.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

30 [Syriac text illegible]
31 [Syriac text illegible]
32 [Syriac text illegible]
33 [Syriac text illegible]

1 [Syriac text illegible]
2 [Syriac text illegible]
3 [Syriac text illegible]
4 [Syriac text illegible]
6 [Syriac text illegible]
8 [Syriac text illegible]
9 [Syriac text illegible]

Sicut enim architecto, cùm domum ædifi- 30
cat, de tota ædificii structura cura est,
Ei autem qui figuris & coloribus ornat,
quærendum est quicquid usui est ad orna-
tum domûs; Ita & nobis rem se habe-
re puto. De singulis enim inquirere & 31
investigare, & omnia simul scribere,
auctoris est. Capita autem rerum per- 32
sequi, & à scribendo multis excusatum
esse, ei concedendum est, qui breviter
multa paucis exponit. Hinc igitur inci- 33
piamus narrationem eorum quæ prædi-
cta sunt; & breviter composita: Ut
enim quis ante narrandum multis propo-
nat, & conciliet, narrationem autem i-
psam breviter exponat, rectum est.

CAP. III.

Habitante quietè & pacificè civitate 1
Sanctâ, & legibus benè observatis, ob ju-
stitiam Chuniæ Sacerdotis summi, & quòd
mala odio haberet, Etiam Regem ipsum 2
templum & locum glorificare contigit
honoribus & oblationibus multis & glo-
riosis: Adeò ut Seleucus Rex Asiæ quic- 3
quid ad oblationum ministerium pertine-
ret, de suo largiretur. Simon autem qui 4
erat de tribu Benjamin, Templo præfe-
ctus, resistebat Sacerdoti; quippe, qui
auxilio esset iniquitati quæ in civitate ex-
ercebatur. Et cùm Chuniæ sacerdoti 5
summo prævalere non posset, profectus est
ad Apollonium filium Thrasisi, tunc tem-
poris præfectum & ducem Syriæ & Phœ-
nices; Et indicavit ipsi de gaza quæ esset 6
in templo Jerosolymitano: Immensam esse
dicens, nec numerari posse divitias quæ
ibi essent: Neque eas in rationem sacri-
ficiorum & oblationum adduci posse. sed
in potestate Regis esse debere. Profectus 7
autem Apollonius indicavit Regi, quod de
gaza hac & divitiis dictum sibi fuerat: &
rex vocatum Heliodorum rebus præfe-
ctum, misit cum mandatis ut gazam oém
& opes de quibus indicatum sibi fuerat, ac-
ciperet & ad se afferret. Heliodorus auté 8
statim profectus obibat civitates Syriæ &
Phœnices, festinans transire, ut Regis
præceptum perficeret. Veniens autem 9
Jerosolyma Heliodorus, cum honore ma-
gno à Sacerdote summo & civitate acce-
ptus est. Et declaravit ipsis id cujus
causâ missus esset, quod regi indicatum
fuerat: Et ab ipsis quæsivit, num verè
hæc ita se haberent.

Versio VULG. LAT.

10 Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, &
11 victualia viduarum & pupillorum: Quædam verò
esse Hircani Tobiæ viri valdè eminentis, in his quæ
detulerat impius Simon: universa autem argenti ta-
12 lenta esse quadringenta, & auri ducenta. Decipi
verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per
universum mundum honoratur, pro suî veneratione
13 & sanctitate omnino impossibile esse. At ille pro his
quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni gene-
14 re regi ea esse deferenda. Constitutâ autem die in-
trabat de his Heliodor⁹ ordinaturus. Non modica ve-
15 rò per universam civitatem erat trepidatio. Sacerdo-
tes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus jacta-
verunt se, & invocabant de cœlo eum, qui de depo-
sitis legem posuit, ut his, qui deposuerant ea, salva
16 custodiret. Jam verò qui videbat summi sacerdotis
vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color
17 immutatus, declarabat internum animi dolorem. Cir-
cumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror
corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor
18 cordis ejus efficiebatur. Alii etiam gregatim de do-
mibus confluebant, publicâ supplicatione obsecran-
tes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus.
19 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas con-
fluebant: sed & virgines, quæ conclusæ erant, procur-
rebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò
20 per fenestras aspiciebant: Universæ autem proten-
21 dentes manus in cœlum deprecabantur. Erat enim
misera commistæ multitudinis, & magni sacerdotis in
22 agone constituti expectatio. Et hi quidem invoca-
bant omnipotentem Deum, ut credita sibi, his qui cre-
23 diderant, cum omni integritate conservarentur. He-
liodorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem
24 loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. Sed
Spiritus omnipotentis Dei magnâ fecit suæ ostensio-
nis evidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant parêre
ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidi-
nem converterentur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

10 Τοῦ δὲ ἀρχιερέως ὑποδείξαντος (α) παραθήκας εἶναι χηρῶν τε καὶ
11 ὀρφανῶν, Τινὰ δὲ καὶ Ὑρκανοῦ τοῦ Τωβίου σφόδρα ἀνδρὸς ἐν ὑπερο-
χῇ κειμένου, οὐχ (β) ὥσπερ ἦν διαβάλλων ὁ δυσσεβὴς Σίμων, τὰ
δὲ πάντα ἀργυρίου τετρακόσια τάλαντα, χρυσίου δὲ διακόσια,
12 (γ) Ἀδικηθῆναι δὲ τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοῦ τόπου ἁγιωσύνῃ, καὶ τῇ
τοῦ τετιμημένου κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἱεροῦ σεμνότητι καὶ
13 ἀσυλίᾳ, (δ) πάντως ἀμήχανον εἶναι. (ε) Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος δι' ἃς εἶχε
βασιλικὰς ἐντολὰς, πάντως ἔλεγεν εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληπτέα
14 ταῦτα εἶναι. Ταξάμενος δὲ ἡμέραν εἰσῄει τὴν περὶ τούτων ἐπίσκε-
ψιν οἰκονομήσων· ἦν δὲ οὐ μικρὰ καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἀγωνία.
15 Οἱ δὲ ἱερεῖς πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν ταῖς ἱερατικαῖς στολαῖς ῥίψαντες
ἑαυτοὺς, ἐπεκαλοῦντο εἰς οὐρανὸν τὸν περὶ (ζ) παραθήκης νομοθετήσαντα
16 τοῖς παρακαταθεμένοις ταῦτα σῶα διαφυλάξαι. Ἦν δὲ ὁρῶντα
τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἰδέαν, τιτρώσκεσθαι τὴν διάνοιαν· ἡ γὰρ ὄψις
καὶ τὸ τῆς χρόας παρηλλαγμένον ἐνέφαινε τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν.
17 Περιεκέχυτο γὰρ περὶ τὸν ἄνδρα δέος τι καὶ φρικασμὸς σώματος, (η)
δι' ὧν πρόδηλον (θ) ἐγένετο τοῖς θεωροῦσι τὸ κατὰ καρδίαν ἐνεστὸς ἄλ-
18 γος. Οἱ δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀγεληδὸν ἐξεπήδων ἐπὶ πάνδημον
ἱκετείαν, διὰ τὸ (ι) μέλλειν εἰς καταφρόνησιν ἔρχεσθαι τὸν τόπον.
19 Ὑπεζωσμέναι δὲ ὑπὸ τοὺς μαστοὺς αἱ γυναῖκες σάκκους κατὰ τὰς
ὁδοὺς (κ) ἐπλήθυον. αἱ δὲ κατάκλειστοι τῶν παρθένων, αἱ μὲν συνέτρεχον
ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, αἱ δὲ ἐπὶ τὰ τείχη, τινὲς δὲ διὰ τῶν θυρί-
20 δων (λ) διεξέκυπτον. Πᾶσαι δὲ προτείνουσαι τὰς χεῖρας εἰς τὸν
21 οὐρανὸν, ἐποιοῦντο τὴν λιτανείαν. Ἐλεεῖν (μ) δ' ἦν τὴν τοῦ πλήθους παμ-
μιγῆ πρόπτωσιν, τήν τε τοῦ μεγάλως (ν) διαγωνιῶντος ἀρχιερέως
22 προσδοκίαν. Οἱ μὲν οὖν ἐπεκαλοῦντο τὸν (ξ) παντοκράτορα θεὸν
τὰ πεπιστευμένα τοῖς πεπιστευκόσι σῶα διαφυλάσσειν μετὰ πάσης
23 ἀσφαλείας. Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος τὸ διεγνωσμένον ἐπετέλει.
αὐτόθι δὲ αὐτοῦ σὺν τοῖς δορυφόροις κατὰ τὸ γαζοφυλάκιον ἤδη παρ-
24 όντος, Ὁ τῶν (ο) πατέρων κύριος καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάστης ἐπιφά-
νειαν μεγάλην ἐποίησεν, ὥστε πάντας τοὺς κατατολμήσαντας συνελθεῖν,
καταπλαγέντας τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν, εἰς ἔκλυσιν καὶ δειλίαν τραπῆναι.

MS.A. (α) παρακαταθήκας (β) οὕτως διαβάλλων (γ) Ἀδικῆσαι τε (δ) παντελῶς (ε) * Ὁ δ' ἕτερος (ζ) παρακαταθήκας (η) δι' ἣν (θ) ἐγίνετο (ι) μὴ μέλλειν (κ) ἐπλήθυνον. (λ) διέκυπτον (μ) δὲ τὴν (ν) ἀγωνιῶντος (ξ) παντοκράτορα κύριον τα (ο) πνευμάτων καὶ πάσης

Interp. LAT.

Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse vi-
duarum & pupillorum, Quædam verò etiam
Hyrcani Tobiæ viri valdè eminentis, non sicut de-
tulerat impius Simon, universa autem argenti ta-
lenta esse quadringinta, & auri ducenta; Frau-
dari verò eos qui credidissent loci sanctitati, &
honorati per universum mundum templi majesta-
ti, & securitati, (c) omninò impossibile esse. At
Heliodorus pro his quæ habebat in mandatis à
rege, omninò dicebat in (d) regium fiscum refe-
renda hæc esse. Constitutâ autem die intrabat de
his visitationem ordinaturus. Non modica verò
per universam civitatem erat trepidatio. Sa-
cerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotali-
bus jactantes se, invocabant in cœlum eum qui
de deposito legem posuit; ut his qui deposuerant,
ea salva custodiret. Jam verò, qui videret
summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur.
Facies enim & color immutatus declarabat eam,
quæ in animo, agoniam. Circunfusa enim erat
mœstitia quædam viro, & horror corporis; per
quæ manifestus aspicientibus dolor cordis ejus
efficiebatur. Alii autem de domibus gregatim
prosiliebant ad publicam supplicationem, pro eo
quòd in contemptum locus esset venturus. Ac-
cinctæq; mulieres ciliciis sub (e) mammis, per
vias confluebant. Sed & virgines, quæ con-
clusæ erant, aliæ quidem concurrebant ad januas,
aliæ autem ad muros, aliquæ verò per fenestras
aspiciebant. Universæ autem protendentes ma-
nus in cœlum, deprecabantur. Erat autem mi-
serabilis commistæ multitudinis ruina, & summi
sacerdotis in magna agonia constituti expectatio.
Et hi quidem invocabant omnipotentem Deum, ut
credita salva his qui crediderant, cum omni inte-
gritate conservaret. Heliodorus autem, quod de-
creverat, perficiebat. Ibi autem ipso cum satelli-
tibus ad ærarium jam præsente, Patrum domi-
nus, & omnis potestatis dominator magnam fecit
ostensionem; ita ut omnes, qui ausi fuerant con-
venire, obstupescentes Dei virtutem, in dissolu-
tionem & formidinem converterentur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible] *
11 * [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible] *
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Dixit autem ei, & ostendit sacerdos summus deposita esse pupillorum & viduarum. Partim autem Hyrcani Tobiæ filii, viri honorati & divitis, neque juxta quod per calumniam veniens dixerat Simon ille impius: Sed rem totam, talenta esse argenti quadringenta, auri ducenta: Fieri autem non posse, ut per vim & rapinam spoliarentur qui crediderant sanctitati loci, & reverentiæ Templi, nominique ejus maximo, per totum orbem, quasi Asyli & à latrocinio immunis, glorioso. Heliodorus autem, propter mandatum regis, in Regiam afferenda hæc, ibique reponenda dicebat. Et constituit ipsis diem, quo ingrediens ea inspiceret, & in potestatem suam acciperet. Non erat igitur exigua per totam civitatem agonia. Sacerdotes autem sacerdotalia induti projiciebant se in terram, & clamabant petebántque à Legislatore, deposita dominis suis tutò conservari. At qui sacerdotem summum videbant omnibus colliquescebant corda: Oris enim species & vultûs immutatio passionem animi indicabat. Effusa enim diffluebat in virum gratia, & speciei pulchritudo in corpus ejus, propterea dolor quem in animo patiebatur, notus evadebat. Præterea procedebant de ædibus per cœtus, petebántque & supplicabant pro Templo, ne risui esset & ludibrio. Succinctæ autem saccis lumbos mulieres errabant per vias: et conclusæ virgines, hæ quidam ad portas currebant, illæ ad muros, aliæ per fenestras perspiciebant. Omnes autem passis manibus clamantes habitatori cœlorum supplicabant. Erat autem miseratione dignum videre contritionem & afflictionem populi, agoniámque, & angustias, & expectationem summi Sacerdotis. Clamantes autem omnes petebant à Deo Omnipotente, ut quæ credita essent, eis qui credidissent, instar depositorum, cum omni cautione conservarentur. Heliodorus autem solicitus erat ut perficeret negotium cujus causâ venerat. Incipiebátque ingredi Gazophylacium armatus cum satellitibus: Et statim apparuit Dñs Spirituum, & Deus omnis virtutis, omnísq; dominii, ac fecit eis miraculum & revelationem magnam, ita ut omnes qui ausi fuerant introire, solverentur & caderent præ stupore virtutis divinæ quæ apparuit super eos.

Versio VULG. LAT.

25 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens
sessorem, optimis operimentis adornatus: ísque cum
impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autem ei
26 sedebat, videbatur arma habere aurea. Alii etiam
apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi glo-
riâ, speciosíque amictu: qui circumsteterunt eum,
& ex utraque parte flagellabant, sine intermissione
27 multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodo-
rus concidit in terram, eúmque multâ caligine cir-
cumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria posi-
28 tum ejecerunt. Et is, qui cum multis cursoribus &
satellitibus prædictum ingressus est ærarium, porta-
batur nullo sibi auxilium ferente, manifestâ Dei co-
29 gnitâ virtute: Et ille quidem per divinam virtutem
jacebat mutus, atque omni spe & salute privatus.
30 Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat
locum suum: & templum, quod paulò antè timore
ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Do-
31 mino, gaudio & lætitiâ impletum est. Tunc verò
ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oni-
am, ut invocaret Altissimum, ut vitam donaret ei,
32 qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans
autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur ma-
litiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum consum-
matam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem.
33 Cúmque summus sacerdos exoraret, iidem juvenes
eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt;
Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Domi-
34 nus tibi vitam donavit. Tu autem à Deo flagellatus,
nuntia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his
35 dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem, ho-
stiâ Deo oblatâ, & votis magnis promissis ei, qui vi-
vere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto ex-
36 ercitu, repedabat ad regem. Testabatur autem o-
mnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni
37 Dei. Cùm autem rex interrogâsset Heliodorum,
quis esset aptus adhuc semel Jerosolymam mitti, ait;

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

25 Ὤφθη γάρ (α) τις ἵππος αὐτοῖς φοβερὸν ἔχων τὸν ἐπιβάτην, καὶ καλ-
λίστῃ σαγῇ διακεκοσμημένος, φερόμενος δὲ ῥύδην (β) ἀνέσεισε τῷ
Ἡλιοδώρῳ τὰς (γ) ἐμπροσθίους ὁπλάς. ὁ δὲ ἐπικαθήμενος ἐφαίνετο
26 χρυσῆν πανοπλίαν ἔχων. Ἕτεροι δὲ δύο (δ) προσεφάνησαν αὐτῷ
νεανίαι, τῇ ῥώμῃ μὲν ἐκπρεπεῖς, κάλλιστοι δὲ (ε) τῇ δόξῃ, διαπρε-
πεῖς δὲ τὴν περιβολήν· οἳ καὶ παραστάντες ἐξ ἑκατέρου μέρους, ἐμα-
στίγουν αὐτὸν ἀδιαλείπτως, πολλὰς (ζ) ἐπιρριπτοῦντες αὐτῷ πληγάς.
27 Ἄφνω δὲ πεσόντα πρὸς τὴν γῆν, καὶ πολλῷ σκότει περιχυθέντα, συναρ-
28 πάσαντες, καὶ εἰς φορεῖον ἐνθέντες, Τὸν ἄρτι μετὰ πολλῆς παρα-
δρομῆς καὶ πάσης δορυφορίας εἰς τὸ προειρημένον εἰσελθόντα γαζοφυ-
λάκιον, ἔφερον ἀβοήθητον (η) ἑαυτῷ καθεστῶτα, φανερῶς τὴν τοῦ
29 θεοῦ δυναστείαν ἐπεγνωκότες. Καὶ ὁ μὲν διὰ τὴν θείαν ἐνέργειαν
30 ἄφωνος καὶ πάσης ἐστερημένος ἐλπίδος καὶ σωτηρίας (θ) ἔρριπτο. Οἱ
δὲ τὸν κύριον εὐλόγουν τὸν παραδοξάζοντα τὸν ἑαυτοῦ τόπον· καὶ τὸ
μικρῷ πρότερον δέους καὶ ταραχῆς γέμον ἱερὸν, τοῦ παντοκράτορος
31 ἐπιφανέντος κυρίου, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης (ι) ἐπεπλήρωτο. Ταχὺ δέ
τινες τῶν τοῦ Ἡλιοδώρου συνήθων ἠξίουν τὸν Ὀνίαν ἐπικαλέσασθαι
τὸν ὕψιστον, καὶ τὸ ζῆν χαρίσασθαι τῷ παντελῶς ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ
32 κειμένῳ. Ὕποπτος δὲ γενόμενος ὁ ἀρχιερεὺς, μήποτε διάληψιν
ὁ βασιλεὺς σχῇ, κακουργίαν τινὰ περὶ τὸν Ἡλιόδωρον ὑπὸ τῶν Ἰου-
δαίων συντετελέσθαι, προσήγαγε θυσίαν ὑπὲρ τῆς τοῦ ἀνδρὸς σωτηρίας.
33 Ποιουμένου δὲ τοῦ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμὸν, οἱ αὐτοὶ νεανίαι πά-
λιν ἐφάνησαν τῷ Ἡλιοδώρῳ ἐν ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσιν ἐστολισμένοι,
καὶ στάντες (κ) εἶπον, Πολλὰς (λ) τῷ Ὀνίᾳ τῷ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε,
34 διὰ γὰρ αὐτόν σοι κεχάρισται τὸ ζῆν (μ) ὁ κύριος. Σὺ δὲ (ν) ὑπ᾽ αὐτοῦ
μεμαστιγωμένος (ξ) διάγγελλε πᾶσι τὸ μεγαλεῖον τοῦ θεοῦ κράτος.
35 ταῦτα δὲ εἰπόντες ἀφανεῖς ἐγένοντο. Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος θυσίαν
(ο) ἀνενέγκας τῷ κυρίῳ, καὶ εὐχὰς μεγίστας εὐξάμενος τῷ τὸ ζῆν
περιποιήσαντι, καὶ τὸν Ὀνίαν ἀποδεξάμενος, ἀνεστρατοπέδευσε
36 πρὸς τὸν βασιλέα. Ἐξεμαρτύρει δὲ πᾶσιν ἅπερ ἦν ὑπ᾽ ὄψιν
37 τεθεαμένος ἔργα τοῦ μεγίστου θεοῦ. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπερωτήσαν-
τος τὸν Ἡλιόδωρον, ποῖός τις εἴη ἐπιτήδειος ἔτι ἅπαξ διαπεμ-
φθῆναι εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔφησεν,

MS.A. (α) *τοῖς ἵπποις (β) ἔσεισεν (γ) ἐμπροσθεσίους (δ) ἐφάνησαν (ε) τὴν γλῶσσαν, (ζ) ἐπειπτεῦντες (η) αὐτὸν τοῖς *χόλοις καθεστῶτα, φανερῶς τὴν δυναστείαν ἐπεγνωκότα. (θ) ἔκειτο. (ι) ἐπλήρωτο. (κ) εἶπαν, (λ) Ὀνίᾳ (μ) κύριος. (ν) ἐξ οὐρανοῦ (ξ) διάγγελλε (ο) ἀνενεγκὼν τῷ θεῷ,

Interp. LAT.

Apparuit enim illis quidam equus, terribilem 25
habens sessorem, & optimo operimento adorna-
tus: invectus autem cum impetu incussit He-
liodoro anteriores ungulas. Qui autem ei insi-
debat, videbatur arma habere aurea. Alii 26
autem duo apparuerunt ei juvenes, virtute de-
cori, optimi gloriâ, speciosique amictu: qui
etiam circunstantes ex utraque parte flagellabant
cum sine intermissione, multas inferentes ei pla-
gas. Subitò autem concidentem in terram, & 27
multâ caligine circumfusum, rapientes, et
in sellam gestatoriam imponentes, Eum qui nuper 28
cum multo cursorum comitatu, & omni satellitio
prædictum ingressus erat ærarium, portabant
nullius sibi ipsi auxilii ferendi (f) compotem,
manifestò Dei potestatem cognoscentes. Et ille 29
quidem per divinam virtutem jacebat mutus,
atque omni spe & salute privatus. Hi autem 30
Dominum benedicebant, qui magnificabat locum
suum. Et templum, quod paulo antè timore ac
tumultu erat plenum, apparente omnipotente
Domino, gaudio & lætitiâ impletum est. Con- 31
festim verò ex amicis Heliodori quidam roga-
bant Oniam, ut invocaret Altissimum, & vitam
donaret ei qui omnino in supremo spiritu erat
constitutus. Suspicatus autem summus sacerdos, 32
ne forte rex suspicaretur maleficium aliquod circa
Heliodorum à Judæis esse consummatum, ob-
tulit hostiam pro viri salute. Faciente autem 33
summo sacerdote propitiationem, iidem juvenes
rursus apparuerunt Heliodoro eisdem vestibus
amicti: & stantes dixerunt; Multas Oniæ
sacerdoti gratias habe: nam propter eum tibi
Dominus vitam donavit. Tu autem ab (g) eo 34
flagellatus nuntia omnibus magnam Dei potesta-
tem. Et his dictis non comparuerunt. Helio- 35
dorus autem hostiâ Domino oblatâ, & votis
maximis promissis ei qui vivere concessit, &
Oniæ gratias agens, rediit cum exercitu ad re-
gem. Testabatur autem omnibus ea quæ sub 36
oculis suis viderat, opera maximi Dei. Cùm 37
autem rex interrogâsset Heliodorum, quis esset
aptus adhuc semel Hierosolymam mitti, ait;

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

Apparuit enim ipsis equus quidam ro- 25
bustus, sessorem habens virum specie valdè
formosum, & amictu vestitûs gloriosum:
Veniebat autem cum impetu, & sonitum
pulsationis armorum suorum in Heliodo-
rum incutiebat. Videbatur autem insessor
ejus armis aureis accinctus. Apparuerunt 26
autem cum ipso duo alii juvenes specie
formosi, & viribus gloriosi, vestibúsque
decori & stupendi, stabántque ab utroque
latere Heliodori, & flagellabant ipsum fla-
gellis magnis. Cecidítque repentè in ter- 27
ram, circumfusus caligine magnâ: & sub-
latum eum extulerunt extra in atrium.
Qui paulò anteà cum superbia & copiis 28
magnis ingressus erat in Gazophylacium,
nunc autem projectus sine viribus, nec sibi
ipsi opem ferre valebat. Et palàm appa- 29
ruit virtus Dei, & projectus erat quasi re-
solutus operatione veritatis, sine spe vi-
tæ aut expectatione. Populus autem be- 30
nedicebat Deum qui fecerat gloriosa pro
loco templi, quod cum paulò anteà plenum
fuerat commotione & trepidatione, opere
& revelatione Dei omnipotentis plenum
factum fuerat hilaritate & gaudio. Ibi 31
statim accesserunt ex amicis Heliodori qui-
dam, & à Chunia petierunt, ut oraret &
à Domino peteret, ut vitam daret ei qui
omninò projectus sine spe jacebat. Cogi- 32
tans autem apud se summus sacerdos, ne
fortè putaret rex operationem aliquam in-
stitutam fuisse à Judæis adversùs Heliodo-
rum, obtulit sacrificium pro salute viri.
Cùm autem stans summus sacerdos propi- 33
tiationem faceret pro eo, rursus appa-
ruerunt Heliodoro isti duo juvenes eis-
dem quibus anteà vestibus amicti, & dixe-
runt ei; Magnam gratiam accepit Chuni-
as princeps sacerdotum: propter eum
enim indulsit tibi Dominus vitam. Tu 34
autem à Deo flagellatus, abi & prædica
omnibus hominibus magnitudinem & vi-
res potestatis ejus. Et his dictis non ap-
paruerunt amplius. Heliodorus autem ob- 35
tulit oblationes Deo, & supplicavit & oravit
coram eo oratione magnâ, quòd ipsi vitam
reddiderat: Chuniam autem magnopere
honoravit: Itaque reversus ad regem di-
scessit, cum toto comitatu suo. Testa- 36
batur autem & prædicabat universis ope-
ra & virtutem fortem Domini, qui ipsi
coram oculis apparuerat. Rex autem 37
quærebat ab Heliodoro de hac re quo-
modo facta fuerat: Volebátque adhuc
vice alterâ mittere Jerosolyma

Versio VULG. LAT.

38 Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen evaserit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus.
39 Nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, visitator & adjutor est loci illius, & venientes ad malefacien-
40 dum percutit, ac perdit. Igitur de Heliodoro, & ærarii custodia, ita res se habet.

CAP. IV.

1 SImon autem prædictus, pecuniarum & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigâsset ad hæc, & ipse fuisset incentor malo-
2 rum: Provisorémque civitatis, ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiato-
3 rem regni dicere. Sed, cùm inimicitiæ in tantum procederent, ut etiam per quosdam Simonis necessa-
4 rios homicidia fierent: Considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, utpotè ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam mali-
5 tiam Simonis, ad regem se contulit, Non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semet-
6 ipsum universæ multitudinis considerans. Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua.
7 Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambie-
8 bat Jason frater Oniæ summum sacerdotium: Adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexa-
9 ginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta. Super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos, qui in Jerosolymis erant, Antio-
10 chenos scribere. Quod cùm rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

38 Εἴ τινα ἔχεις πολέμιον ἢ πραγμάτων ἐπίβουλον, πέμψον αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ μεμαστιγωμένον αὐτὸν προσδέξῃ, ἐάνπερ καὶ (α) διασωθείη, διὰ τὸ
39 περὶ τὸν τόπον ἀληθῶς εἶναί τινα Θεοῦ δύναμιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ τὴν κατοικίαν ἐπουράνιον ἔχων, ἐπόπτης ἐστὶ καὶ βοηθὸς ἐκείνου τοῦ τόπου,
40 καὶ τοὺς παραγινομένους ἐπὶ κακώσει, τύπτων (β) ἀπολλύει. Καὶ τὰ μὲν (γ) κατὰ Ἡλιόδωρον, καὶ τὴν τοῦ γαζοφυλακίου τήρησιν οὕτως ἐχώρησεν.

MS. A. (α) διασωθῇ, (β) ἀπολλύει. (γ) κατ' Ἡλιόδωρον

ΚΕΦ. δ'.

1 Ὁ δὲ προειρημένος Σίμων ὁ τῶν χρημάτων καὶ τῆς πατρίδος ἐνδείκτης γεγονώς, ἐκακολόγει τὸν Ὀνίαν, ὡς (α) αὐτός τε εἴη τὸν
2 Ἡλιόδωρον ἐπισεσεικώς, καὶ τῶν κακῶν δημιουργὸς καθεστηκώς. Καὶ τὸν εὐεργέτην τῆς πόλεως, καὶ τὸν κηδεμόνα τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ ζηλωτὴν τῶν νόμων, ἐπίβουλον τῶν πραγμάτων ἐτόλμα λέγειν.
3 Τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης, ὥστε καὶ διά τινος τῶν
4 ὑπὸ τοῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων φόνους συντελεῖσθαι, Συνορῶν (β) ὁ Ὀνίας τὸ χαλεπὸν τῆς φιλονεικίας, καὶ Ἀπολλώνιον μαίνεσθαι, (γ) ὡς τὸν Κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν συναύξοντα τὴν κα-
5 κίαν τοῦ Σίμωνος, (δ) ὡς τὸν βασιλέα (ε) διεκομίσθη, Οὐ γινόμενος τῶν πολιτῶν κατήγορος, τὸ δὲ (ζ) συμφέρον κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν παντὶ
6 τῷ πλήθει σκοπῶν. Ἑώρα γὰρ ἄνευ βασιλικῆς προνοίας ἀδύνατον εἶναι τυχεῖν εἰρήνης (η) ἔτι τὰ πράγματα, καὶ τὸν Σίμωνα
7 παῦλαν οὐ ληψόμενον τῆς ἀνοίας. Μεταλλάξαντος δὲ τὸν βίον Σελεύκου, καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν Ἀντιόχου τοῦ προσαγορευθέντος Ἐπιφανοῦς, ὑπενόθευσεν Ἰάσων ὁ ἀδελφὸς Ὀνίου τὴν
8 ἀρχιερωσύνην, Ἐπαγγειλάμενος τῷ βασιλεῖ δι' ἐντεύξεως ἀργυρίου τάλαντα ἑξήκοντα πρὸς τοῖς τριακοσίοις, καὶ προσόδου τινὸς ἄλλης
9 τάλαντα ὀγδοήκοντα. Πρὸς δὲ τούτοις ὑπισχνεῖτο καὶ ἕτερα (θ) διαγράφειν πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν, ἐὰν (ι) συγχωρηθῇ διὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ, γυμνάσιον καὶ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι, καὶ τοὺς ἐν
10 Ἱεροσολύμοις Ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. Ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς ἀρχῆς κρατήσας, εὐθέως (κ) ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τοὺς ὁμοφύλους (λ) μετῆγε.

MS. A. (α) οὗτός (β) Ὀνίας (γ)* ἕως τῶν Κοίλης Φοινίκης καὶ Συρίας στρατηγὸν συναύξαντο (δ) πρὸς τὸν (ε) διεκομίσθη, (ζ) σύμφορον κοινῇ, καὶ κατ' (η) ἐπὶ τὰ (θ) διαγράφειν (ι) ἐπιχορηγηθῇ (κ) πρὸς τὸν (λ) μετέστησε.

Interp. LAT.

Si quem habes hostem, aut rerum insidiatorem, mitte eum illuc: & flagellatum eum recipies, si tamen evaserit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. Nam ipse qui habet (b) supercœlestem habitationem, visitator & adjutor est loci illius: & venientes ad malefaciendum percutit, & perdit. Igitur de Heliodoro, & ærarii custodia, ita res se habet.

CAP. IV.

SImon autem prædictus, pecuniarum & patriæ delator factus, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigâsset, & malorum artifex fuisset: Benefactorémque civitatis, & provisorem gentis suæ, & æmulatorem legum, audebat insidiatorem rerum dicere. Sed cùm inimicitiæ in tantum procederent, ut etiam per quendam ex iis qui à Simone probati erant, homicidia fierent; Considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, ut potè ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, augentem malitiam Simonis; ad regem se contulit, Non civium accusator factus; sed communem utilitatem (a) apud semetipsum universæ multitudinis considerans. Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem ulteriùs rebus dari, nec Simonem cessaturum à stultitia. Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Jason frater Oniæ summum Sacerdotium; Adito rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditu quodam alio talenta octoginta. Super hæc autem promittebat alia centum quinquaginta se tributurum; si per potestatem ejus (b) concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos qui in Hierosolymis erant, Antiochenos scribere. Quod cùm rex annuisset, et obtinuisset principatum; statim ad gentilem ritum contribules transferre cœpit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Cui dixit Heliodorus, Si quis est reus tibi, & rerum tuarum hostis, eum mitte illuc, ut accipias flagellatum & tortum, si tamen adhuc vivum: Quia verò virtus Dei in illo loco est. Qui enim in cœlis habitat, visitat & custodit locum illum; & qui veniunt ut malum ipsi faciant, eos flagellat, cruciat, ac perdit. Et de rebus quidem Heliodori, & conservatione Gazophylacii, ita res fuit.

CAP. IV.

SImon autem iste malus, quem supra diximus, indicem & proditorem urbis & Gazophylacii fuisse, calumniabatur Chuniam, & verbis innuebat, omnium quæ Heliodoro acciderant ipsum gestorem fuisse, omniúmque quæ evenerant malorum opificem: Et de eo qui bona civitatis procurabat, & pro popularibus solicitus erat, & onus legis portabat, audebat dicere, eum omnium malorum opificem fuisse. Crescebat autem eo usque malum inimicitiarum ipsius, ut cædes multæ ab eis fierent qui à Simone instigabantur. Videns igitur Chunias zelum malefaciendi & Apollonium Syriæ & Phœnices præfectum ac ducem, studio adjuvandi incalescentem, addere malis Simonis; Adeò ut ad regem usque diffamaretur quasi accusator & proditor civium suorum; circumspiciebat propterea Chunias & considerabat, quomodo popularibus opitularetur. Considerans autem videbat nullam reliquam esse pacis habendæ rationem, præter Dei gratiam & misericordiam, nec instaurari res posse absque Deo, nec quiescere Simonem à malo suo & zelo, nisi cœlitùs auxilium accederet. Mortuo autem rege Seleuco, cùm post eum accepisset regnum Antiochus qui Epiphanes dictus est, dolo profectus, Chuniæ summi sacerdotis frater Jason, accepit à rege potestatem sacerdotii summi. Pollicitus ipsi dare talenta argenti tercentum sexaginta, aliísque de causis octoginta. Pollicitus præterea centum sexaginta alia, si concederet ipsi rex ædificare gymnasium Jerosolymis, more Græcorum, & constituere Agones certaminum quæ in stadio certabantur, & ut Jerosolymitæ Antiochenses scriberentur. Cúmque regi persuasisset, & obtinuisset summum sacerdotium & principatum in malo, statim convertit omnes populares suos ad studium Gentilismi.

Versio VULG. LAT.

11 Et amotis his, quæ humanitatis causâ Judæis à regi-
bus fuerant constituta, per Joannem patrem Eupole-
mi, qui apud Romanos de amicitia & societate fun-
ctus est legatione legitimâ, civium jura destituens,
12 prava instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa
arce gymnasium constituere, & optimos quosque e-
13 pheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc
non initium, sed incrementum quoddam, & profe-
ctus gentilis & alienigenæ conversationis, propter
impii & non sacerdotis Jasonis nefarium & inaudi-
14 tum scelus: Ita ut sacerdotes jam non circa altaris
officia dediti essent, sed contempto templo, & sacri-
ficiis neglectis festinarent participes fieri palæstræ, &
15 præbitionis ejus injustæ, & in exercitiis disci. Et pa-
trios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias
16 optimas arbitrabantur: Quarum gratiâ periculosa
eos contentio habebat, & eorum instituta æmulaban-
tur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos
17 hostes & peremptores habuerant. In leges enim di-
vinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus
18 sequens declarabit. Cùm autem quinquennalis agon
19 Tyri celebraretur, & rex præsens esset, Misit Jason
facinorosus ab Jerosolymis viros peccatores, portan-
tes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Hercu-
lis: quas postulaverunt hi qui asportaverant ne in sa-
crificiis erogarentur, quia non oporteret, sed in alios
20 sumptus eas deputari. Sed hæ oblatæ sunt quidem
ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter
præsentes autem datæ sunt in fabricam navium trire-
21 mium. Misso autem in Ægyptum Apollonio Mne-
sthei filio, propter primates Ptolemæi Philometoris
regis, cùm cognovisset Antiochus alienum se à nego-
tiis regni effectum, propriis utilitatibus consulens,
profectus indè venit Joppen, & indè Jerosolymam.
22 Et magnificè ab Jasone & civitate susceptus, cum fa-
cularum luminibus & laudibus ingressus est: & indè
in Phœnicen exercitum convertit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

11 Καὶ τὰ κείμενα τοῖς Ἰουδαίοις φιλάνθρωπα βασιλικὰ διὰ Ἰω-
άννου τοῦ πατρὸς Εὐπολέμου, τοῦ ποιησαμένου τὴν πρεσβείαν ὑπὲρ
φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, (α) παρώσατο· καὶ τὰς
μὲν (β) νομίμους καταλύων πολιτείας, παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν.
12 Ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν (γ) τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε,
13 καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων, ὑπὸ πέτασον (δ) ἦγεν. Ἦν δ'
οὕτως ἀκμή (ε) τις Ἑλληνισμοῦ, καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ διὰ
τὴν τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσωνος (ζ) ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν,
14 Ὥστε μηκέτι περὶ τὰς τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίας προθύμους εἶναι τοὺς
ἱερεῖς, ἀλλὰ (η) τοῦ μὲν ναοῦ καταφρονοῦντες, καὶ τῶν θυσιῶν ἀμελοῦντες,
ἔσπευδον μετέχειν τῆς ἐν (θ) παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας, μετὰ τὴν
15 τοῦ δίσκου (ι) πρόκλησιν. Καὶ τὰς μὲν (κ) πατρῴους τιμὰς ἐν οὐδενὶ (λ) τιθέ-
16 μενοι, τὰς δὲ Ἑλληνικὰς δόξας (μ) καλλίστας ἡγούμενοι. Ὧν (ν) χάριν
περιέσχεν αὐτοὺς χαλεπὴ περίστασις, καὶ ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγάς, καὶ
(ξ) καθάπαν ἤθελον ἐξομοιοῦσθαι, (ο) τούτους πολεμίους καὶ τιμωρητὰς ἔσχον.
17 Ἀσεβεῖν γὰρ εἰς τοὺς θείους νόμους οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ ταῦτα ὁ ἀκόλουθος
18 καιρὸς δηλώσει. Ἀγομένου δὲ πενταετηρικοῦ ἀγῶνος ἐν Τύρῳ, καὶ
19 τοῦ βασιλέως παρόντος, Ἀπέστειλεν Ἰάσων ὁ μιαρὸς θεωροὺς (π) ἀπὸ
Ἱεροσολύμων, (ρ) Ἀντιοχεῖς ὄντας, παρακομίζοντας ἀργυρίου
δραχμὰς (σ) τριακοσίας εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν· ἃς καὶ ἠξίω-
σαν οἱ (τ) παρακομίσαντες μὴ χρῆσθαι (υ) πρὸς θυσίαν διὰ τὸ μὴ κα-
20 θήκειν, εἰς ἑτέραν δὲ καταθέσθαι δαπάνην. Ἔπεμψεν οὖν ταῦτα,
διὰ μὲν τὸν ἀποστείλαντα εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν, ἕνεκεν δὲ
21 τῶν παρακομιζόντων, εἰς τὰς τῶν τριήρων κατασκευάς. Ἀποσταλέντος δὲ
εἰς Αἴγυπτον Ἀπολλωνίου τοῦ Μενεσθέως (φ) διὰ τὰ πρωτοκλίσια Πτο-
λεμαίου τοῦ Φιλομήτορος βασιλέως, μεταλαβὼν Ἀντίοχος ἀλλότριον
αὐτὸν τῶν (χ) αὐτοῦ γεγονέναι πραγμάτων, τῆς κατ' αὐτὸν ἀσφαλείας
ἐφρόντιζεν· ὅθεν εἰς (ψ) Ἰόππην παραγενόμενος, κατήντησεν εἰς Ἱε-
22 ροσόλυμα. (ω) Μεγαλοπρεπῶς δὲ ὑπὸ τοῦ (α) Ἰάσωνος καὶ τῆς πόλεως
(β) παραδεχθείς, μετὰ δᾳδουχίας καὶ βοῶν (γ) εἰσεπορεύθη, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν
Φοινίκην κατεστρατοπέδευσε.

MS.A. (α) παρώσας· (β) νομίμας (γ) ἀκρόπολιν (δ) ἤγαγεν. (ε) τοῦ (ζ) ὑπερβάλλουσ* αν ἀγνείαν, (η) τοὺς μὲν ναοῦ καταφρονοῦντας, (θ) παλαίστρῃ (ι) πρόσκλησιν. (κ) πατρῴας (λ) τιθέμενοι, (μ)* καλλίστοις (ν) καὶ χάριν (ξ) καθὸ ἅπαν (ο) τοὺς πολεμίους (π) ὡς ἀπὸ (ρ) Ἀντιοχείας, παρακομίζοντας (σ) τριακοσίους (τ) παρακομίζοντες (υ) εἰς θυσίαν
** ἕνεκα δὲ τῶν παρόντων, εἰς τὰς τῶν τριηρέων (φ) ὡς διὰ τὰ πρωτοκλήσια τοῦ Φιλομήτορος (χ) αὐτοῦ γεγονότων (ψ) Ἰόππην (ω) Μεγαλομερῶς (α) Ἰάσονος (β) ὑποδεχθείς, (γ) εἰσεδέχθη,

Interp. LAT.

Et amotis his quæ humanitate regiâ Judæis fue- 11
rant constituta per Joannem patrem Eupolemi,
qui apud Romanos de amicitia & societate fun-
ctus est legatione, legitima quidem civium jura
dissolvens, prava instituta innovabat. Alacriter 12
enim sub ipsa arce gymnasium constituit, & opti-
mos quosque epheborum subjiciens, sub velum
duxit. Erat autem sic vigor quidam gentilitatis; 13
& profectus alienigenæ conversationis, propter
impii, & non sacerdotis, Jasonis eximium sce-
lus: Ita ut sacerdotes jam non circa altaris 14
officia dediti essent, sed contempto templo, &
sacrificiis neglectis, festinarent participes fieri
ejus quæ in palæstra fiebat, præbitionis iniquæ,
post disci provocationem. Et patrios quidem ho- 15
nores pro nihilo habentes, Græcas glorias optimas
arbitrabantur. Quarum rerum gratiâ occupa- 16
vit eos grave infortunium: & quorum instituta
æmulabantur, ac per omnia consimiles esse cupie-
bant, hos hostes & punitores habuerunt. In leges 17
enim divinas impiè agere non facile est. Sed hæc
tempus sequens declarabit. Cùm autem quinquen- 18
nalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset;
Misit Jason facinorosus ministros ab Hierosolymis, 19
qui erant Antiocheni, portantes argenti drachmas
trecentas in sacrificium Herculis, quas etiam po-
stulaverunt hi qui asportaverant, ne in sacrificium
erogarentur, quia non oporteret, sed in alium
sumptum deputarentur. Misit igitur hæc, quan- 20
tum quidem ad se qui mittebat, pertinebat, in sa-
crificium Herculis, propter eos autem qui porta-
bant, in fabricam triremium. Misso autem in 21
Ægyptum Apollonio Maesthei filio, propter prima-
tes Ptolemæi Philometoris regis, cùm cognovisset
Antiochus alienum se (c) à negotiis ipsis effectum,
propriæ securitati consuluit. Quare Joppen ve-
niens profectus est Hierosolymam. Magnificè au- 22
tem à Jasone & civitate susceptus, cum facu-
larum luminibus, & acclamationibus introductus
est: & inde in Phœnicem exercitum convertit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [Syriac text]
12 [Syriac text]
13 [Syriac text]
14 [Syriac text]
15 [Syriac text]
16 [Syriac text]
17 [Syriac text]
18 [Syriac text]
19 [Syriac text]
21 [Syriac text]
22 [Syriac text]

Et quæ misericordiâ Dei Judæis constituta 11
fuerant & ordinata per Joannem patrem
Eupolemi, qui legatus ad Romanos de
pace profectus fuerat; Hæc ille amovit
& abolevit: Solutisque ritibus & legi-
bus veritatis, leges morésque malos po-
nebat & innovabat. Studiosè enim & 12
festinatò sub muro Jerosolymorum gym-
nasium struxit, & viribus robustos sub-
egit, & subter pileum traduxit. Ea au- 13
tem fuit ad Gentilitatem, stultitiámque
Hellenismi, & errorem nationum festina-
tio, per Jasonem illum impium non sum-
mum sacerdotem, adeoque crescebat im-
munditia; Ut sacerdotibus non ultra curæ 14
esset ministerium altaris, sacrificiorúmque
& oblationum, sed templum & ministeri-
um ejus spernerent, festinarent autem
spectare & delectari certaminibus impiis,
& præbitionibus certaminis athleticæ: Et 15
spernebant gloriam vultûs paterni, & dele-
ctabantur inani gloriâ rituum Gentilium.
Propterea occupavit eos malum: Et quo- 16
rum æmulabantur instituta, quosque in
omnibus imitari studebant, hi ipsis con-
versi, hostes facti sunt, perque eos punita
sunt opera eorum. In legem enim san- 17
ctam impiè agere, bonum non est, neque
convenit: Sed hæc semper suo tempore
nota facit. Cùm autem ageretur agon 18
certaminum quem Tyri per quinquennia
agebant, venit spectandi causâ & rex. Et 19
misit Jason ille abominandus & immun-
dus Jerosolymis spectatores, qui Antio-
chienses erant: Per quos etiam ter mil-
le trecentos argenteos misit ad sacrifici-
um Herculis afferendos. Noluerunt autem
qui pecuniâ afferebant impendi eam in mi-
nisterium sacrificii, quod hoc fieri non opor-
teret, sed consenserunt ut in aliarum rerum
expensas erogaretur. Cecidit autem quo- 20
ad eum qui misit, in hunc usum; Quoad
eos autem qui consenserant simpliciter hoc
modo rem gerere, in ministerium diver-
sum. Misso autem Apollonio Menestesa- 21
ris filio, majoris honoris ergô, ad Philo-
metorem Ægypti regem, putabat eum a-
pud se Antiochus alienum à regni sui re-
bus, & sibi cavebat: Propterea veniens
Joppam negotiorum causâ, inde ascendit
Jerosolyma. Exceptus autem est à Jasone 22
honore eximio, & à civitate honore &
acclamatione, & postea inde in Phœni-
cem profectus est.

Versio VULG. LAT.

23 Et post triennii tempus misit Jason Menelaum, supra-
dicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de
24 negotiis necessariis responsa perlaturum. At ille com-
mendatus regi, cùm magnificâsset faciem potestatis
ejus, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, su-
25 perponens Jasoni talenta argenti trecenta. Acce-
ptisque à rege mandatis venit, nihil quidem habens
dignum sacerdotio; animos verò crudelis tyranni, &
26 feræ belluæ iram gerens. Et Jason quidem, qui pro-
prium fratrem captivaverat, ipse deceptus profugus
27 in Ammanitem expulsus est regionem. Menelaus au-
tem principatum quidem obtinuit: de pecuniis verò
regi promissis, nihil agebat, cùm exactionem faceret
28 Sostratus, qui arci erat præpositus: (Nam ad hunc
exactio vectigalium pertinebat) quam ob causam u-
29 trique ad regem sunt evocati. Et Menelaus amotus
est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo:
30 Sostratus autem prælatus est Cypriis. Et cùm hæc
agerentur, contigit, Tharsenses & Mallotas seditio-
nem movere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ
31 dono essent dati. Festinanter itaque rex venit seda-
re illos, relicto suffecto uno ex comitibus suis Andro-
32 nico. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus op-
portunum, aurea quædam vasa è templo furatus do-
navit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vi-
33 cinas civitates. Quod cùm certissimè cognovisset
Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens
34 Antiochiæ secus Daphnem. Unde Menelaus accedens
ad Andronicum, rogabat ut Oniam interficeret. Qui
cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum jureju-
35 rando (quamvis esset ei suspectus) suasisset de Asylo
procedere, statim eum peremit, non veritus justitiam.
Ob quam causam non solùm Judæi, sed aliæ quoque
nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece
tanti viri injusta.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

23 Μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον ἀπέστειλεν Ἰάσων Μενέλαον τὸν τοῦ προσση-
μαινομένου Σίμωνος ἀδελφὸν, παρακομίζοντα τὰ χρήματα τῷ βα-
σιλεῖ, καὶ περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων ὑπομνηματισμοὺς (α) τελέσοντα.
24 Ὁ δὲ συσταθεὶς τῷ βασιλεῖ, καὶ δοξάσας αὐτὸν τῷ προσώπῳ τῆς
ἐξουσίας, εἰς ἑαυτὸν κατήντησε (β) τὴν ἀρχιερωσύνην, ὑπερβαλὼν τὸν
25 Ἰάσωνα τάλαντα ἀργυρίου τριακόσια. Λαβὼν δὲ τὰς βασιλικὰς
ἐντολὰς (γ) παρεγένετο, τῆς μὲν ἀρχιερωσύνης οὐδὲν ἄξιον φέρων,
26 θυμοὺς δὲ ὠμοῦ τυράννου, καὶ θηρὸς βαρβάρου ὀργὰς ἔχων. Καὶ ὁ
μὲν Ἰάσων ὁ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ὑπονοθεύσας, (δ) ὑπονοθευθεὶς ὑφ'
27 ἑτέρου φυγὰς εἰς τὴν Ἀμμανῖτιν χώραν συνήλαστο. Ὁ δὲ Μενέ-
λαος τῆς μὲν ἀρχῆς ἐκράτει, τῶν δὲ ἐπηγγελμένων τῷ βασιλεῖ
28 χρημάτων οὐδὲν εὐτάκτει, Ποιουμένου δὲ τὴν ἀπαίτησιν Σωστράτου
τοῦ τῆς ἀκροπόλεως ἐπάρχου· πρὸς τοῦτον γὰρ ἦν ἡ τῶν (ε) φόρων πρᾶξις·
29 δι' ἣν αἰτίαν οἱ δύο ὑπὸ τοῦ βασιλέως προσεκλήθησαν. Καὶ ὁ μὲν
Μενέλαος ἀπέλιπε τῆς ἀρχιερωσύνης διάδοχον Λυσίμαχον τὸν ἑαυτοῦ
30 ἀδελφὸν, Σώστρατος δὲ, Κράτητα τὸν ἐπὶ τῶν Κυπρίων. Τοιούτων
δὲ συνεστηκότων, συνέβη Ταρσεῖς καὶ Μαλλώτας στασιάζειν, διὰ τὸ
31 Ἀντιοχίδι τῇ παλλακῇ τοῦ βασιλέως ἐν δωρεᾷ (ζ) δεδόσθαι. Θᾶττον οὖν ὁ
βασιλεὺς ἧκε καταστεῖλαι τὰ πράγματα, καταλιπὼν τὸν διαδεχόμενον
32 Ἀνδρόνικον, τῶν ἐν ἀξιώματι κειμένων. Νομίσας δὲ ὁ Μενέλαος
εἰληφέναι καιρὸν εὐφυῆ, χρυσώματά τινα τῶν τοῦ ἱεροῦ νοσφισάμενος
ἐχαρίσατο τῷ Ἀνδρονίκῳ, καὶ ἕτερα ἐτύγχανε πεπρακὼς εἴς τε
33 Τύρον, καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις. (η) Ἃ καὶ σαφῶς ἐπεγνωκὼς ὁ Ὀνίας,
(θ) παρήλεγχεν ἀποκεχωρηκὼς εἰς ἄσυλον τόπον, ἐπὶ Δάφνης τῆς
34 πρὸς (ι) Ἀντιόχειαν κειμένης. Ὅθεν ὁ Μενέλαος λαβὼν ἰδίᾳ τὸν
Ἀνδρόνικον, παρεκάλει χειρώσασθαι τὸν Ὀνίαν. ὁ δὲ παραγενόμενος
ἐπὶ τὸν Ὀνίαν, καὶ πεισθεὶς ἐπὶ δόλῳ, καὶ δεξιὰς (κ) μεθ' ὅρκων δοὺς,
καίπερ ἐν ὑποψίᾳ κείμενος ἔπεισεν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν, ὃν καὶ
35 παραχρῆμα παρέκλεισεν, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸ δίκαιον. Δι' ἣν αἰτίαν
οὐ μόνον Ἰουδαῖοι, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐδείναζον, καὶ ἐδυσ-
φόρουν ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδίκῳ φόνῳ.

MS. A. (α) τελέσοντας. (β) ἀρχιερωσύνην, (γ) παραγίνεται, (δ) ὑπονομευθεὶς (ε) διαφόρων (ζ) δίδοσθαι. (η) Καὶ σαφῶς (θ) ἀπήνεγκεν (ι) Ἀντιοχείας (κ) θεὶς μετ' ὅρκων, δοὺς δεξιὰν, καίπερ

Interp. LAT.

Post triennii autem tempus misit Jason Menelaum supradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis commonitiones facturum. At ille commendatus regi, & (d) magnificans se facie potestatis, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superans Jasonem talentis argenti trecentis. Acceptisque à rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos verò crudelis tyranni, & feræ barbaræ iras gerens. Et Jason quidem, qui proprium fratrem circumvenerat, circumventus ab alio, profugus in Ammanitem expulsus est regionem. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis verò regi promissis nihil benè disponebat; Cùm exactionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus. Nam ad hunc exactio (e) vectigalium pertinebat. Quam ob causam utrique à rege sunt evocati. Et Menelaus quidem reliquit sacerdotii successorem Lysimachum fratrem suum: Sostratus autem Cratetem, qui erat præpositus Cypriis. His autem constitutis, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem movere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono essent dati. Festinanter itaque rex venit sedare res, relinquens suffectum Andronicum, ex eis qui in dignitate positi erant. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa templi furatus donavit Andronico, & alia vendiderat Tyri. & per circumjacentes civitates. Quæ cùm certissimè cognovisset Onias, arguebat, in loco tuto se continens in Daphne, quæ ad Antiochiam posita est. Unde Menelaus assumens seorsùm Andronicum hortabatur, ut Oniam interficeret. Ille autem veniens ad Oniam, & suadens cum dolo, & dexteram dans cum jurejurando, quamvis esset suspectus, persuasit de asylo procedere: quem etiam statim in carcere peremit, non veritus justitiam. Ob quam causam non solùm Judæi, sed etiam multi ex aliis nationibus indignabantur, & molestè ferebant de nece viri injusta.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
[illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
[illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
35 [illegible]
[illegible]

Post tres autem annos, misit Jason Menelaum fratrem Simonis illius impii, ut afferret donum regi, quod traditurum se ei spoponderat, & illum allocuturum de magni momenti negotiis, quæ in quæstione erant ipsis. Profectus autem, cùm gloriosum se regi stitisset, petiit summum sacerdotium: Et dolo usus adversùs Jasonem, superavit eum dono talentorum tercentum. Accepto igitur mandato regis, venit qui nihil dignum summo sacerdotio fecerat, sed iram & furorem induerat, cogitatione insani zeli repletus. Et Jason quidem, qui proprium fratrem circumvenerat, ipse ab alio circumventus, fugiens in Ammonitidem profectus est. Et Menelaus quidem principatum tenuit: quod autem regi pollicitus erat præstare non poterat. Exigente autem illud Sostrato: qui arci præfectus erat, (cui numorum exigendorum potestas commissa erat) hujus rei causâ ambo ad regem evocati sunt. Menelaus quidem summi sacerdotii vicarium reliquit Lysimachum fratrem suum: Sostratus autem Cratetem Cypriis præfectum. Hæc cum ita se haberent, contigit tumultuari Tarsenses & Mallotas, quòd Antiochia pellici regis data esset. Quibus auditis, profectus festinatò rex venit ut ipsos componeret. Reliquit autem ibi vicarium Andronici rebus honoratis præfecti. Putans autem Menelaus inventum sibi locum, furatus aurea templi vasa quædam Andronico dedit, alia Tyrum & ad circumjacentes civitates missa vendidisse deprehensus est. Quæ cùm verè rescivisset Chunias, correpto ipso, Daphnen, quæ juxta Antiochiam est, secessit. Propterea, clàm profectus ad Andronicum Menelaus petebat ab ipso, ut Chuniam occideret: Ipse autem ad Chuniam veniens, dolo pacificè cum ipso locutus est, & deprecantibus ipsis cum juramentis dextram dedit. Persuaserunt autem ipsi de asylo progredi, & hæsitans animo processit, egressum autem statim interfecit, non erubescens justitiam ejus. Quare non solum Judæi exprobrabrant ipsi, & maledicebant, sed & ex Gentilibus multi per contumeliam ipsi maledicebant, propter cædem viri impiè factam.

Versio VULG. LAT.

36 Sed regressum regem de Ciliciæ locis, adierunt Judæi
apud Antiochiam, simul & Græci, conquerentes de
37 iniqua nece Oniæ. Contristatus itaque animo An-
tiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam,
lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, &
38 modestiam. Accensisque animis, Andronicum pur-
purâ exutum, per totam civitatem jubet circumduci:
& in eodem loco, in quo in Oniam impietatem com-
miserat, sacrilegum vitâ privari, Domino illi condi-
39 gnam retribuente pœnam. Multis autem sacrilegiis
in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio,
& divulgatâ famâ, congregata est multitudo adver-
40 sùm Lysimachum, multo jam auro exportato. Tur-
bis autem insurgentibus, & animis irâ repletis, Ly-
simachus armatis ferè tribus millibus iniquis mani-
bus uti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter
41 & dementiâ provecto. Sed, ut intellexerunt cona-
tum Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arri-
puêre: quidam verò cinerem in Lysimachum jecêre.
42 Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati,
omnes verò in fugam conversi sunt: ipsum etiam sa-
43 crilegum secus ærarium interfecerunt. De his ergò
44 cœpit judicium adversùs Menelaum agitari. Et cùm
venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt
45 missi tres viri à senioribus. Et cùm superaretur Me-
nelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad
46 suadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio
positum quasi refrigerandi gratiâ regem adiit, & de-
47 duxit à sententia: Et Menelaum quidem universæ
malitiæ reum criminibus absolvit: miseros autem,
qui, etiamsi apud Scythas causam dixissent, inno-
48 centes judicarentur, hos morte damnavit. Citò
ergò injustam pœnam dederunt, qui pro civitate,
& populo, & sacris vasis, causam prosecuti sunt.
49 Quam ob rem Tyrii quoque indignati, erga sepultu-
ram eorum liberalissimi extiterunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β'.

36 Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπανελθόντος ἀπὸ τῶν κατὰ Κιλικίαν τόπων, ἐνε-
τύγχανον οἱ κατὰ πόλιν Ἰουδαῖοι συμμισοπονηρούντων, καὶ τῶν Ἑλ-
37 λήνων, ὑπὲρ τοῦ παρὰ λόγον τὸν Ὀνίαν (α) ἀπεκτάνθαι. Ψυχικῶς
οὖν ὁ Ἀντίοχος (β) ἐπιλυπηθεὶς, καὶ τραπεὶς (γ) εἰς ἔλεον, καὶ δακρύσας
38 διὰ τὴν τοῦ μετηλλαχότος σωφροσύνην, καὶ πολλὴν εὐταξίαν, Καὶ
πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς, παραχρῆμα τὴν τοῦ Ἀνδρονίκου πορφύραν
περιελόμενος, καὶ τοὺς χιτῶνας (δ) περιῤῥήξας, περιαγαγὼν καθ'
ὅλην τὴν πόλιν, ἐπ' αὐτὸν τὸν τόπον (ε) οὗπερ εἰς τὸν Ὀνίαν ἠσέβησεν,
ἐκεῖ τὸν μιαιφόνον ἀπεκόσμησε, τοῦ κυρίου τὴν ἀξίαν αὐτῷ (ζ) κόλασιν
39 ἀποδόντος. Γενομένων δὲ πολλῶν ἱεροσυλημάτων κατὰ τὴν πόλιν
ὑπὸ τοῦ Λυσιμάχου μετὰ τῆς (η) Μενελάου γνώμης, καὶ διαδοθείσης ἔξω
τῆς φήμης, ἐπισυνήχθη τὸ πλῆθος ἐπὶ τὸν Λυσίμαχον, χρυσωμάτων
40 ἤδη πολλῶν διενηνεγμένων. Ἐπεγειρομένων δὲ τῶν ὄχλων, καὶ ταῖς ὀρ-
γαῖς (θ) διεμπιμπλαμένων, καθοπλίσας ὁ Λυσίμαχος πρὸς τρισχιλίους,
κατήρξατο χειρῶν ἀδίκων, προηγησαμένου τινὸς (ι) Τυράννου προ-
41 βεβηκότος τὴν ἡλικίαν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὴν (κ) ἄνοιαν. Συνιδόντες
δὲ καὶ τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Λυσιμάχου, συναρπάσαντες οἱ μὲν πέτρους, οἱ δὲ
ξύλων πάχη, τινὲς δὲ ἐκ τῆς παρακειμένης σποδοῦ δρασσόμενοι, φύρδην
42 ἐνετίνασσον εἰς τοὺς περὶ τὸν Λυσίμαχον. Δι' ἣν αἰτίαν πολλοὺς
μὲν αὐτῶν τραυματίας ἐποίησαν, τινὰς (λ) δὲ καὶ κατέβαλον, πάντας
δὲ εἰς φυγὴν συνήλασαν, αὐτὸν δὲ τὸν ἱερόσυλον παρὰ τὸ γαζοφυλά-
43 κιον ἐχειρώσαντο. Περὶ δὲ τούτων ἐνέστη κρίσις (μ) πρὸς τὸν Μενέλαον.
44 Καταντήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως εἰς Τύρον, ἐπ' αὐτοῦ τὴν δικαιολογί-
45 αν ἐποιήσαντο οἱ πεμφθέντες (ν) ἄνδρες τρεῖς ὑπὸ τῆς γερουσίας. Ἤδη
δὲ λελειμμένος ὁ Μενέλαος ἐπηγγείλατο χρήματα ἱκανὰ τῷ Πτολε-
46 μαίῳ (ξ) τοῦ Δορυμένους πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα. Ὅθεν ἀπολαβὼν ὁ
Πτολεμαῖος εἴς τι περίστυλον ὡς (ο) ἀναψύξοντα τὸν βασιλέα, μετέθηκε.
47 Καὶ τὸν μὲν τῆς ὅλης κακίας αἴτιον Μενέλαον ἀπέλυσε τῶν (π) κατηγορημά-
των, τοῖς δὲ ταλαιπώροις, οἵτινες εἰ καὶ ἐπὶ Σκυθῶν ἔλεγον,
48 ἀπελύθησαν (ρ) ἂν ἀκατάγνωστοι, τούτοις θάνατον ἐπέκρινε. Ταχέως
οὖν τὴν ἄδικον ζημίαν ὑπέσχον οἱ (σ) ὑπὲρ πόλεως καὶ δήμων καὶ τῶν
49 ἱερῶν σκευῶν (τ) προηγορήσαντες. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ Τύριοι (υ) μισο-
πονηρήσαντες τὰ πρὸς τὴν κηδείαν αὐτῶν (φ) μεγαλοπρεπῶς ἐχορήγησαν.

MS. A. (α) ἀπεκτόνησεν. (β) ὑπολυπηθεὶς, (γ) ἐπὶ ἔλεος, (δ) περιρήξας, (ε) οὗ περ τὸν (ζ) * κολασκσιν (η) τοῦ Μενελάου (θ) διεμπιπλαμένων, (ι) Αὐράνου (κ) * αγνοιαν. Συνειδότες (λ) δὲ κατέβαλον, (μ) ἐπὶ τὸν (ν) τρεῖς ἄνδρες (ξ) Δορυμένου πρὸς τὸ * πεσαι (ο) ἀναψύχοντα (π) κατηγορημένων, (ρ) ἀκατάγνωστοι, (σ) περὶ (τ) προηγορήσαντες. (υ) μισοπονηρούσαντες (φ) μεγαλομερῶς

Interp. LAT.

Sed regressum regem de Ciliciæ locis adierunt Judæi, 36
qui per civitatem, ex iis qui simul scelus oderant, &
Græci, de eò quòd præter rationem Onias interfectus
fuerat. Contristatus itaque animo Antiochus, & 37
flexus ad misericordiam, & lachrymas fundens, pro-
pter defuncti sobrietatem, & magnam modestiam,
Accensúsque animis, confestim Andronico purpuram 38
auferens, & vestes scindens, circunducens per totam
civitatem, in eodem loco, in quo in Oniam impieta-
tem commiserat, ibi homicidam è mundo sustulit,
Domino illi condignam retribuente pœnam. Multis 39
autem sacrilegiis per civitatem à Lysimacho com-
missis Menelai consilio, & divulgatâ famâ, con-
gregata est multitudo adversùs Lysimachum, multis
jam vasis aureis exportatis. Turbis autem insur- 40
gentibus, & irâ repletis, Lysimachus armatis ferè
tribus millibus, iniquis manibus uti cœpit, duce
quodam (f) Tyranno: ætate pariter & (g) dementiâ
provecto. Intelligentes autem & conatum Lysima- 41
chi, alii lapides, alii fustes validos arripuêre: qui-
dam verò ex vicino cinere apprehendentes, mixtum
in (h) eos qui circa Lysimachum, jecerunt. Quam 42
ob causam multos quidem eorum vulnerârunt, quos-
dam autem & prostraverunt, omnes verò in fugam
compulerunt: ipsum verò sacrilegum apud ærarium
interfecerunt. De his autem instabat judicium 43
adversùs Menelaum. At, cùm venisset rex Tyrum, 44
ad ipsum retulerunt judicium missi tres viri à senio-
ribus. Et cùm jam superaretur Menelaus, promisit 45
pecunias multas Ptolemæo Dorymenis filio, ut sua-
deret regi. Itaque Ptolemæus adiens in quodam 46
atrio, quasi refrigerandi gratiâ, positum regem, de-
duxit à sententia: Et Menelaum quidem universæ 47
malitiæ reum criminibus absolvit; miseros autem,
qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, absoluti
essent innocentes judicati, hos morte damnavit.
Citò ergò injustam pœnam dederunt, qui pro civitate, 48
& populis, & sacris vasis causam persecuti sunt.
Quamobrèm Tyrii quoque in malefactum indignati, 49
quæ ad sepulturam eorum pertinebant, magnificè
suppeditaverunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]

Reversum autem regem de locis Ciliciæ, 36
adibant Judæi ex omnibus civitatibus,
de iniquitate quæ in occidendo Chuniâ
facta fuerat: quos & multi Græci ad-
juvabant, quòd displiceret ipsis cædes
Chuniæ contra jus facta. Audiens au- 37
tem rex Antiochus ex animo doluit,
flevítque multùm, & resolutus est do-
lore suo, propter mortem viri justi,
modesti, ac humilis, pacificique & boni.
Itâque magnâ accensus, præcepit spoli- 38
ari purpurâ suâ Andronicum, & scissis
vestibus, traductum per totam civitatem,
in loco ubi impietatem in Chuniam
commiserat interfecit impium, reddi-
dítque ipsi Dominus quam commeri-
tus fuerat pœnam. Congregati autem 39
Jerosolymitani in civitate, conscio Me-
nelao, adversùs Lysimachum, de auro
multo quod sustulerat, ipsum interroga-
bant. Quâ famâ extra *urbem* auditâ, ve- 40
nerunt multi contra Lysimachum: Vi-
dente autem Lysimacho clamare turbas
& incalescere, arma sumpserunt cum Ly-
simacho viri quasi tria millia: Et ma-
nibus impiis cædem cœpit: Fuit autem
ipsi adjutor, & princeps sicariorum im-
mundus quidam & abominandus, ætate
provectus, sensu animi valdè alienato.
Videntes autem impetum & malitiam 41
Lysimachi, arreptis lapidibus & fusti-
bus, partim autem cineribus, pavorem
incusserunt & tumultum Lysimachianis,
eísque qui ab ipso erant. Et ipsorum 42
quidem multos interfectos straverunt,
alios terræ afflixerunt, reliquis autem
fugientibus, ipsum templi expilatorem
juxta gazophylacium occiderunt. Ad- 43
versùs hos autem stetit in judicio Me-
nelaus; Cúmque rex Tyrum venisset, 44
coram eo causam dixerunt tres viri, à
senioribus synagogæ missi. Et cùm 45
jam vinci se videret Menelaus, promi-
sit dona multa Ptolemæo, ut persuade-
ret regi: Et acceptum regem Ptolo- 46
mæus seduxit ab eis paululum, quasi re-
quiescendi causâ, & animum ejus mu-
tavit, Et Menelaum, qui omnium ma- 47
lorum causa fuerat, absolvit ab accu-
satoribus suis, pauperes autem illos ac
miseros, qui etiamsi coram Scythis cau-
sam dixissent, absoluti fuissent, morte
damnavit. Statímque imposita est mul- 48
cta civibus, quasi pro injuriâ pendenda
pro civitate, & populo, & vasis sacris.
Quare & Tyriis ipsis displicuit judicium 49
iniquum, quòd sine causa viros inter-
fecisset, qui & acceptos ipsos sepeli-
verunt cum honore magno.

Versio VULG. LAT.

50 Menelaus autem, propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias civium.

CAP. V.

1 Eodem tempore Antiochus secundam profectionem paravit in Ægyptum.
2 Contigit autem per universam Jerosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos,
3 Et cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominùs, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum jactus, & aureorum armorum splendorem, omnísque generis
4 loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum
5 monstra converti. Sed cùm falsus rumor exisset, tanquam vitâ excessisset Antiochus, assumptis Jason non minùs mille viris, repentè aggressus est civitatem: & civibus ad murum convolantibus, ad ultimum apprehensâ
6 civitate, Menelaus fugit in arcem: Jason verò non parcebat in cæde civibus suis, nec cogitabat prosperitatem adversùm cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non civium se trophæa captu-
7 rum. Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & pro-
8 fugus iterùm abiit in Ammanitem. Ad ultimum, in exitium suî conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus odiosus, ut refuga legum & execrabilis, ut patriæ &
9 civium hostis, in Ægyptum extrusus est: Et qui multos de patria sua expulerat, peregrè periit, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium
10 habiturus: Et qui insepultos multos abjecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abjicitur, sepulturâ neque peregrinâ usus, neque patrio sepulchro participans.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

50 Ὁ δὲ Μενέλαος διὰ τὰς τῶν κρατούντων πλεονεξίας, ἔμενεν ἐπὶ (α) τῆς ἀρχῆς, ἐπιφυόμενος τῇ κακίᾳ, μέγας τῶν πολιτῶν ἐπίβουλος καθεστώς.

MS. A. (α) τῇ ἀρχῇ,

ΚΕΦ. ε΄.

1 Περὶ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον τὴν δευτέραν ἔφοδον ὁ Ἀντίοχος εἰς
2 Αἴγυπτον ἐστείλατο. Συνέβη δὲ καθ' ὅλην τὴν πόλιν σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας (α) τεσσαράκοντα φαίνεσθαι διὰ (β) τοῦ ἀέρος τρέχοντας ἱππεῖς διαχρύσους στολὰς ἔχοντας, καὶ λόγχας σπειρηδὸν (γ) ἐξωπλισμένους,
3 Καὶ ἴλας ἵππων διατεταγμένας, καὶ προσβολὰς γινομένας, καὶ καταδρομὰς ἑκατέρων, καὶ ἀσπίδων κινήσεις, καὶ (δ) χαμάκων πλήθη, καὶ μαχαιρῶν σπασμοὺς, καὶ βελῶν βολὰς, καὶ
4 χρυσῶν κόσμων ἐκλάμψεις, καὶ παντοίους θωρακισμούς. Διὸ
5 πάντες ἠξίουν ἐπ' ἀγαθῷ τὴν ἐπιφάνειαν (ε) γενέσθαι. Γενομένης δὲ λαλιᾶς ψευδοῦς, ὡς (ζ) μετηλλαχότος τὸν βίον Ἀντιόχου, παραλαβὼν ὁ Ἰάσων οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων, αἰφνιδίως ἐπὶ τὴν πόλιν συνετελέσατο ἐπίθεσιν. Τῶν δὲ ἐπὶ τῷ τείχει συνελασθέντων, καὶ τέλος ἤδη καταλαμβανομένης τῆς πόλεως, ὁ Μενέλαος εἰς τὴν
6 ἀκρόπολιν ἐφυγάδευσεν. Ὁ δὲ Ἰάσων ἐποιεῖτο σφαγὰς (η) τῶν πολιτῶν τῶν ἰδίων ἀφειδῶς, οὐ συννοῶν τὴν εἰς (θ) τοὺς συγγενεῖς εὐημερίαν δυσημερίαν εἶναι τὴν μεγίστην, δοκῶν δὲ πολεμίων καὶ (ι) οὐχ ὁμοεθνῶν
7 τρόπαια καταβάλλεσθαι. Τῆς μὲν ἀρχῆς οὐκ ἐκράτησε, τὸ δὲ τέλος τῆς ἐπιβουλῆς αἰσχύνην λαβὼν, φυγὰς πάλιν εἰς τὴν Ἀμμανῖ-
8 τιν (κ) ἀπῆλθεν. Πέρας οὖν κακῆς (λ) ἀναστροφῆς ἔτυχεν ἐγκλεισθεὶς πρὸς Ἀρέταν τὸν τῶν Ἀράβων τύραννον, πόλιν ἐκ πόλεως φεύγων, διωκόμενος ὑπὸ πάντων, (μ) καὶ στυγούμενος ὡς τῶν νόμων ἀποστάτης, καὶ βδελυσσόμενος ὡς πατρίδος καὶ πολιτῶν δή-
9 μιος, εἰς Αἴγυπτον (ν) συνεβράσθη. Καὶ ὁ (ξ) συχνοὺς τῆς πατρίδος ἀποξενώσας, ἐπὶ ξένης ἀπώλετο πρὸς Λακεδαιμονίους
10 ἀναχθεὶς, ὡς διὰ τὴν συγγένειαν τευξόμενος σκέπης. Καὶ ὁ πλῆθος ἀτάφων ἐκρίψας ἀπένθητος ἐγενήθη, καὶ κηδείας οὐδ' (ο) ἡστινοσοῦν οὔτε πατρῴου (π) τάφου μετέσχε.

MS. A. (α) τεσσαράκοντα (β) τῶν ἀέρων (γ) ἐξωπλισμένους, καὶ μαχαιρῶν σπασμοὺς, Καὶ εἴλας (δ)* χαμάκων πλ... καὶ βελῶν βολὰς, καὶ χρυσέων (ε) γεγενῆσθαι. (ζ) μετηλλαχότος Ἀντιόχου τὸν βίον, (η) τῆς πόλεως (θ)* (ι) οὐκ (κ) παρῆλ... (λ) καταστροφῆς (μ) στυγούμενος (ν) ἐξεβράσθη. (ξ) συχνοὺς (ο) ἥστινος οὔτε (π) νομοῦ

Interp. LAT.

Menelaus autem, propter eorum qui in potentia erant, avaritiam, permanebat in principatu, crescens in malitia, magnus civium insidiator constitutus.

CAP. V.

Circa hoc autem tempus Antiochus secundam profectionem paravit in Ægyptum. Contigit autem per universam civitatem ferè per dies quadraginta videri per aëra equites currentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos, Et turmas equorum per ordinem digestas, & congressiones fieri, & incursiones utrinque, & scutorum motus, & spiculorum multitudinem, & gladiorum eductiones, & telorum jactus, & aureorum ornamentorum splendores, omnísque generis loricas. Quamobrem omnes rogabant in bonum ostenta converti. Sed cùm falsus rumor exisset tanquam vitâ excessisset Antiochus; assumptis Jason non minùs mille viris, aggressus est civitatem repentè. His autem ad murum compulsis & ad ultimum jam apprehensâ civitate, Menelaus fugit in arcem. Jason vero non parcebat in cæde civibus suis, non cogitans, prosperitatem adversus cognatos, calamitatem esse maximam. Arbitrans autem, hostium & non civium se trophæa dejicere. Principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum confusionem accipiens, profugus iterùm abiit in Ammanitem. Itaque ad ultimum nactus malum (a) reditum, est inclusus apud Aretam Arabum tyrannum, fugiens de civitate in civitatem, expulsus ab omnibus, odiosus ut fuga legum, & execrabilis ut patriæ & civium hostis, in Ægyptum extrusus est: Et qui multos de patria expellendo peregrinos fecerat, peregrè periit, ad Lacedæmonas delatus, quasi pro cognatione refugium habiturus. Et qui insepultos multos abjecerat; (b) illamentatus fuit, neque exequiis ullis omninò, neque patrio sepulchro participavit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

50 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]

Menelaus autem misit qui exigeret mulctam iniquam quam promiserat, crescebátque malitiâ & fortificabatur, magnúsque civibus suis adversarius fuit.

CAP. V.

Hoc eodem tempore profectus est secundò Antiochus in Ægyptum. Contigit autem, per totam civitatem, quasi quadraginta diebus videri discurrentes in aëre equites, indutos stolis aureis, hastas tenentes, & panopliis accinctos. Frænati erant equi eorum, & huc illuc discurrebant, sublatis scutis, gladiis e vaginatis, tensísque arcubus, loricis induti, omniáque quibus pugnatur arma ex auro accincti, splendebant autem simul omnes & fulgebant. Populus autem omnis precibus petebat hoc ostentum in bonum converti. Eodem tempore fama invaluit de Antiocho, mortuum eum esse: Et Jason, assumptis quasi mille viris, repentè venit, impetumq; in civitatem fecit, premebatque, & invalescebat in civitatem, & multi è populo cursu ascendebant in murum, quia propè erat civitas ut periret. Menelaus autem in arcem fugiens ascendit. Jason autem cives suos interficiebat, non respiciens impius, nec considerans, gaudium suum tristitiæ plenam esse, & dolorem magnum. Qui bellum & cædem magnam civium suorum & gentis suæ faciebat, & his omnibus factis principatum tenere non potuit, sed extremum ejus pudor fuit, & dimisso *principatu* rursus in Ammanitidem fugit. Finis ejus demùm malus & amarus fuit; captus enim à Aretâ Arabum rege, evasit inde, & fugiens de civitate in civitatem, persequentibus omnibus tanquam apostatam legis, & spernentibus contemnentibúsque tanquam civitatis & populi sui proditorem, cum pudore magno in Ægyptum fugit. Utque fimus ex ædibus projicitur, sic de loco suo ejectus Lacedæmone, in terra peregrina periit, eò profectus, tanquam ad cognatos, ut refugium inveniret apud eos; Ibique mortuus, non est dignus habitus sepulchro parentum, non fletu, non luctu, non illis omnibus quibus sepeliuntur homines.

Versio VULG. LAT.

11 His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deser-
turos Judæos, & ob hoc profectus ex Ægypto effera-
11 tus animis, civitatem quidem armis cepit. Jussit
autem militibus interficere, nec parcere occursanti-
13 bus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebant
ergò cædes juvenum ac seniorum, & mulierum & na-
torum exterminia, virginúmque & parvulorum ne-
14 ces. Erant autem toto triduo octoginta millia inter-
fecti, quadraginta millia vincti, non minus autem ve-
15 nundati. Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam in-
trare templum universâ terrâ sanctius, Menelao du-
16 ctore, qui legum & patriæ fuit proditor: Et scele-
stis manibus sumens sancta vasa, quæ ab aliis regibus
& civitatibus erant posita ad ornatum loci, & glori-
17 am, contrectabat indignè, & contaminabat. Ita a-
lienatus mente Antiochus, non considerabat, quòd
propter peccata habitantium civitatem, modicùm
Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa lo-
18 cum despectio: Alioquin nisi contigisset eos multis
peccatis esse involutos, sicut Heliodorus, qui missus
est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam
hic statim adveniens flagellatus, & repulsus utique
19 fuisset ab audacia. Verùm non propter locum, gen-
20 tem; sed propter gentem, locum Deus elegit. Ideó-
que & ipse locus particeps factus est populi malo-
rum: posteà autem fiet socius bonorum, & qui dere-
lictus in ira Dei omnipotentis est, iterùm in magni
Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabi-
21 bitur. Igitur Antiochus mille & octingentis abla-
tis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus
est, existimans se præ superbia terram ad navigan-
dum, pelagus verò ad iter agendum deducturum pro-
22 pter mentis elationem. Reliquit autem & præpositos
ad affligendam gentem: Jerosolymis quidem Philip-
pum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso,
23 à quo constitutus est: In Garizim autem Androni-
cum & Menelaum, qui graviùs quàm cæteri immine-
bant civibus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

11 Προσπεσόντων δὲ τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν γεγονότων, διέλαβεν ἀπο-
στατεῖν τὴν Ἰουδαίαν· ὅθεν ἀναζεύξας ἐξ Αἰγύπτου τεθηριωμένος
12 τῇ ψυχῇ, ἔλαβε τὴν μὲν πόλιν (α)δορυάλωτον. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς
στρατιώταις κόπτειν ἀφειδῶς τοὺς ἐμπίπτοντας, καὶ τοὺς (β)εἰς τὰς οἰ-
13 κίας ἀναβαίνοντας κατασφάζειν. Ἐγίνοντο δὲ νέων καὶ πρεσβυτέρων
ἀναιρέσεις, (γ)ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων ἀφανισμὸς, παρθένων
14 τε καὶ νηπίων σφαγαί. Ὀκτὼ δὲ μυριάδες ἐν ταῖς πάσαις ἡμέραις
τρισὶ κατεφθάρησαν, (δ)τέσσαρες μὲν ἐν χειρῶν (ε)νομαῖς, οὐχ ἧττον δὲ
15 τῶν ἐσφαγμένων ἐπράθησαν. (ζ)Καὶ οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις, κατετόλ-
μησεν εἰς τὸ πάσης τῆς γῆς ἁγιώτατον ἱερὸν εἰσελθεῖν, ὁδηγὸν
ἔχων τὸν Μενέλαον, τὸν καὶ τῶν νόμων καὶ τῆς πατρίδος προδότην
16 γεγονότα. Καὶ ταῖς μιαραῖς χερσὶ τὰ ἱερὰ σκεύη λαμβάνων,
καὶ τὰ (η)ὑπ᾽ ἄλλων βασιλέων ἀνατεθέντα πρὸς αὔξησιν καὶ δόξαν
17 τοῦ τόπου καὶ τιμὴν, ταῖς βεβήλοις χερσὶ (θ) συσσύρων ἐπεδίδου. Καὶ
ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν ὁ Ἀντίοχος, οὐ συνορῶν ὅτι διὰ τὰς
ἁμαρτίας τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἀπώργισται βραχέως ὁ δεσπότης,
18 διὸ γέγονε περὶ τὸν τόπον παρόρασις. Εἰ δὲ μὴ (ι)συνέβαινε προσ-
ενέχεσθαι πολλοῖς ἁμαρτήμασι, καθάπερ (κ) ὁ Ἡλιόδωρος ὁ πεμφθεὶς
ὑπὸ Σελεύκου τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ γαζοφυλακίου,
19 οὗτος προσαχθεὶς παραχρῆμα μαστιγωθεὶς ἀνετράπη τοῦ θράσους. Ἀλλ᾽
οὐ διὰ τὸν τόπον τὸ ἔθνος, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔθνος τὸν τόπον ὁ κύριος
20 ἐξελέξατο. Διόπερ καὶ αὐτὸς ὁ τόπος συμμετασχὼν (λ)τῶν τοῦ ἔθνους
δυσπετημάτων γενομένων, ὕστερον εὐεργετημάτων (μ)ὑπὸ τοῦ κυρίου
ἐκοινώνησε· καὶ ὁ καταλειφθεὶς ἐν τῇ τοῦ παντοκράτορος ὀργῇ, πάλιν
ἐν τῇ τοῦ μεγάλου δεσπότου καταλλαγῇ μετὰ πάσης δόξης ἐπαν-
21 ωρθώθη. Ὁ (ν)γοῦν Ἀντίοχος ὀκτακόσια πρὸς τοῖς χιλίοις ἀπε-
νεγκάμενος ἐκ τοῦ ἱεροῦ τάλαντα, θᾶττον εἰς (ξ)Ἀντιόχειαν ἐχωρίσθη,
οἰόμενος ἀπὸ τῆς ὑπερηφανίας τὴν μὲν γῆν (ο)πλωτὴν, καὶ τὸ πέλαγος
22 πορευτὸν θέσθαι διὰ τὸν μετεωρισμὸν τῆς καρδίας. Κατέλιπε δὲ καὶ
ἐπιστάτας τοῦ κακοῦν τὸ γένος, ἐν μὲν Ἱεροσολύμοις Φίλιππον, τὸ μὲν
23 γένος Φρύγα, τὸν δὲ τρόπον βαρβαρώτερον ἔχοντα τοῦ καταστήσαντος.
Ἐν δὲ Γαριζὶν Ἀνδρόνικον, πρὸς δὲ τούτοις Μενέλαον, ὃς
χεῖριστα τῶν ἄλλων ὑπερῄρετο τοῖς πολίταις,

MS. A. (α)δοριάλωτον. (β)ἐν ταῖς οἰκείαις (γ)ἀνήβων τε (δ)τέσσαρας (ε) νομοῖς, (ζ) Οὐκ (η) ὑπὸ πολλῶν βασιλέων ἀνασταθέντα (θ) συνσύρων. Καὶ (ι)συνέβη προσενέχεσθαι (κ) ἦν ὁ (λ) τοῦ (μ)ἐκοινώνησαν· καὶ ὁ καταληφθεὶς (ν) οὖν (ξ) τὴν Ἀντιόχειαν (ο)* πορευτὴν,

Interp. LAT.

Cùm innotuissent autem regi, pro his rebus gestis 11
suspicatus est societatem desertuos Judæos: & ob
hoc profectus ex Ægypto, efferatus animo, civi-
tatem quidem armis cepit. Jussit autem militibus 12
interficere occursantes, nemini parcendo, & eos qui
in domos ascenderent, trucidare. Fiebant ergò cæ- 13
des juvenum ac seniorum, virorúmque & mulie-
rum, & natorum exterminium, virginumque &
parvulorum neces. Erant autem toto triduo octo- 14
ginta millia interfecti, quadraginta quidem millia
in ipso manuum conflictu. Non minus autem jugu-
latis venundati. Non contentus autem his, ausus 15
est intrare templum universæ terræ sanctissimum,
Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor:
Et scelestis manibus sumens sancta vasa, etiam quæ 16
ab aliis (ι) regibus erant posita ad augmentum, &
gloriam loci, & honorem, prophanis manibus con-
trectans procedebat. Et elevatus est mente Antio- 17
chus, non considerans, quòd propter peccata habi-
tantium civitatem, modicùm Dominus fuerat ira-
tus: propter quod accidit circa locum despectio.
Alioquin, nisi contigisset eos multis peccatis esse in- 18
volutos; sicut Heliodorus, qui missus est à Seleuco
rege ad visitationem ærarii, hic adveniens statim
flagellatus, repulsus fuisset ab audacia. Verùm 19
non propter locum gentem, sed propter gentem locum
Dominus elegit. Ideóque & ipse locus particeps fa- 20
ctus malorum gentis, quæ acciderunt, posteà benefi-
ciorum à Domino particeps fuit: & qui derelictus
in ira Omnipotentis fuit; iterùm in magni Domini
reconciliatione cum summa gloria exaltatus est.
Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de 21
templo talentis, velociter Antiochiam regressus est,
existimans præ superbia se terram quidem naviga-
bilem, pelagus verò deambulabile facturum propter
cordis elationem. Reliquit autem & præpositos ad 22
affligendam gentem, Hierosolymis quidem Philippum,
genere quidem Phrygem, moribus autem magis bar-
barum eo ipso à quo constitutus est: In Garizin 23
autem Andronicum: præterea verò Menelaum, qui
graviùs quàm cæteri, imminebat civibus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

Cùm autem de his omnibus quæ acci- 11
derant regi misissent, putabat defecti-
onem struere Judæam. Festinatò igitur ex
Ægypto reversus cum ira & furore, mul-
tos in civitate gladio interfecit. Præ- 12
ceperat enim servis suis, ut omnes qui
in manus suas caderent, occiderent sine
misericordia: sed & in domos ingressi
interficiebant. Facta est itaq; cædes se- 13
num & puerorũ, juvenum & virginum:
filiíque ac filiæ cum parvulis interibant.
Adeò ut tribs diebs interierint perdiráq; 14
sint octoginta millia, cæsis quadraginta,
reliquis in servitutem venundatis. Neq; 15
hisce omnibus contentus rex, ausus est
præterea ingredi templum illud magnum
& sanctum, per totam terram gloriosum;
Dux enim ei erat Menelaus, legis tra-
ditor & terræ suæ. Accipiénsque ma- 16
nibus immundis vasa sancta, etiam quæ
ab aliis regibus data fuerant, quæque à
civitatibus reposita in honorem & ma-
gnitudinem & gloriam templi, per to-
tum Sanctuarium in honorem ejus, ma-
nibus suis immundis accipiens dedit
eis. Elatus autem superbiâ mentis suæ 17
Antiochus non respiciebat neque con-
siderabat, propter peccata incolarum
civitatis iratum Dominum, in tempus
exiguum aspectum suum à loco aver-
tisse. Nam si peccatis multis impliciti 18
non fuissent, non hæc passi fuissent, nec
tulissent. Ut cùm missus est à Seleuco rege
Heliodorus propter thesaurum Gazo-
phylacii: Quò cùm ingredi vellet, im-
missi sunt ipsi flagellatores amari, itaque
à cogitatione sua altâ humiliatus, rever-
sus est. Non enim propter locum, po- 19
pulum, sed propter populum locum ele-
git Dominus. Propterea cum populo, 20
locus etiam malorum populi vindictam
tulit: Et postea cùm existeret redem-
ptio à Domino, bonorum ipsius parti-
ceps factus est. Templum quod Dei
irâ relictum fuerat, rursus consilio Al-
tissimi honori magno restitutum est.
Antiochus autem mille octingenta ta- 21
lenta de templo sustulit, & festinans
subitò Antiochiam profectus est: Pu-
tavítque præ superbia suâ terram se in
mare versurum, mare autem in aridam,
adeò multùm animi superbiâ sublatus
erat. Reliquit autem præfectos qui 22
Gentem nostram affligerent, Jerosoly-
mis autem Philippum genere Phrygem,
mente immundum, tyrannum, & abo-
minandum, pejorem eo qui ipsum re-
liquerat. Gazaris autem Andronicum, 23
cúmque ipsis Menelaum misit, qui u-
trumque iniquitate & superbiâ malefi-
ciísque in cives suos superabat.

Versio VULG. LAT.

24 Cúmque appositus esset contra Judæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis in-
25 terficere, mulieres ac juvenes vendere. Qui cùm venisset Jerosolymam, pacem simulans, quievit usque ad diem sanctum sabbati: & tunc feriatis Judæis, arma
26 capere suis præcepit. Omnésque qui ad spectaculum processerant, trucidavit: & civitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.
27 Judas autẽ Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI.

1 SEd non post multum temporis, misit rex senem quendam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut
2 se transferrent à patriis & Dei legibus: Contaminare etiam quod in Jerosolymis erat templũ, & cognominare Jovis Olympii: & in Gazirim, prout erant hi, qui locum inhabitabant, Jovis Hospitalis.
3 Pessima autem & universis gravis erat malorum in-
4 cursio: Nam templum luxuriâ & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratísque ædibus mulieres se ultrò ingere-
Tu autem qui multa mala excogitâsti & fecisti Hebræis, non effugies manus Dei. 31 Nos enim propter peccata 32 nostra hæc sustinemus; Et quasi ad 33 correptionem & castigationem: Iratúsque nobis modicum temporis Dominus Deus noster, reconciliabitur servis suis. Tu autem impie & immun- 34 de, omniúmqne hominum abominandissime, noli te extollere, & spe vanâ in servos Dei superbire. Non- 35 dum enim judicium Dei omnipotentis effugisti. Fratres enim mei, to- 36 leratis parvo tempore afflictionibus, vitâ ac luce in gloriâ regni Dei, cum ipso fruuntur. Tu autem, recto Dei judicio, vindictam operum tuorum sustinebis, prout dignus es. Ego qui- 37 dem & fratres mei, animam & corpus pro lege patrum trado, obsecrans Deum, ut citò concilietur & propitius sit populo nostro; tu autem cruciatu & tormentis examinatus fatearis, illum solum Deum esse: Et in me, fra- 38 tribúsque meis deficiat ira Excelsi, quæ in populum nostrum meritò supervenit. His autem auditis magnopere 39 accensus rex, ultra modum acerbè torsit ipsum supra fratres, & cruciavit. Verùm & hic etiam mundus è 40 sæculo decessit, perfectè Domino confisus. Post omnes autem mortua est 41 & mater ipsorum. De quæstioni- 42 bus igitur, & tormentis flagellationibúsque magnis & duris, hucusque dicendi terminus promotus sit.

CAP. VIII.

Judas autem Maccabæus & qui cum 1 eo erant clàm ingressi civitates congregabant cognatos suos, & qui manserant in lege Judaismi, & coacta sunt ad sex millia virorũ. Et oraverunt 2 Dñm ut respiceret populum à multis conculcatum, misereretúrque Templi ab impiis polluti; Redimerétque ci- 3 vitatem exterminatam, & penè in desertum conversam, intueretúrque etiam occisos, quorum sine causa fusus sanguis fuerat; Et recordaretur par- 4 vulos peccati expertes, qui per iniquitatem interierant, & blasphemias quas nomini suo intulerant, & exurgeret in ipsos in zelo furoris.

Versio VULG. LAT.

5 At Machabæus, congregatâ multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Domini in miseri-
6 cordiam conversa est. Et superveniens castellis & civitatibus improvisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages da-
7 bat: Maximè autem noctibus ad hujuscemodi excursus ferebatur, & fama virtutis ejus ubique dif-
8 fundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentiùs res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, ut auxilium ferret regis negotiis.
9 At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minùs viginti millibus, ut universum Judæorum genus deleret, adjuncto ei & Gorgiâ viro mili-
10 tari, & in bellicis rebus experientissimo. Constituit autem Nicanor, ut regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captivitate Judæ-
11 orum suppleret: Statímque ad maritimas civitates misit, convocans ad coëmptionem Judaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente esset consecutura.
12 Judas autem ubi comperit, indicavit his qui secum
13 erant Judæis, Nicanoris adventum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei justitiæ, in
14 fugam vertebantur: Alii verò si quid eis supererat vendebant, simúlque Dominum deprecabantur, ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos, priusquam
15 cominùs veniret, vendiderat; Et si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter invocationem sancti & magnifici
16 nominis ejus super ipsos. Convocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neque metuerent iniquè venientium adversùm se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent,

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β'.

5 Γενόμενος δὲ (α) ἐν συστήματι ὁ Μακκαβαῖος, ἀνυπόστατος ἤδη τοῖς
6 ἔθνεσιν ἐγίνετο, τῆς ὀργῆς τοῦ κυρίου εἰς ἔλεον (β) τρεπείσης. Πόλεις
δὲ καὶ (γ) κώμας ἀπροσδοκήτως ἐρχόμενος ἐνεπίμπρα, καὶ τοὺς ἐπικαίρους τόπους ἀπολαμβάνων, οὐκ ὀλίγους τῶν πολεμίων (δ) ἐνίκα τροπού-
7 μενος. Μάλιστα τὰς νύκτας πρὸς τὰς τοιαύτας (ε) ἐπιβουλὰς συνεργοὺς ἐλάμβανε· καὶ (ζ) λαλιά τις τῆς εὐανδρίας αὐτοῦ (η) διεχεῖτο παν-
8 ταχῆ. Συνορῶν δὲ ὁ Φίλιππος κατὰ μικρὸν εἰς προκοπὴν (θ) ἐρχόμενον τὸν ἄνδρα, πυκνότερον δὲ ἐν ταῖς εὐημερίαις προβαίνοντα, πρὸς Πτολεμαῖον τὸν κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν
9 ἔγραψεν ἐπιβοηθεῖν τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν. Ὁ δὲ ταχέως προχειρισάμενος, Νικάνορα τὸν τοῦ Πατρόκλου, τῶν πρώτων φίλων, ἀπέστειλεν, ὑποτάξας παμφύλων ἔθνη οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, (ι) τὸ σύμπαν τῶν Ἰουδαίων ἐξᾶραι γένος. Συνέστησε δὲ αὐτῷ καὶ Γοργίαν ἄνδρα στρατηγὸν, καὶ ἐν πολεμικαῖς χρείαις
10 (κ) πεῖραν ἔχοντα. Διεστήσατο δὲ ὁ Νικάνωρ τὸν φόρον τῷ βασιλεῖ τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα ταλάντων δισχιλίων ἐκ τῆς τῶν
11 Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας ἐκπληρώσειν. Εὐθέως δὲ εἰς τὰς παραθαλασσίους πόλεις ἀπέστειλε (λ) προσκαλούμενος ἐπ' ἀγορασμὸν (μ) Ἰουδαϊκῶν σωμάτων, (ν) ὑπισχνούμενος ἐνενήκοντα σώματα ταλάντου παραχωρήσειν· οὐ προσδεχόμενος τὴν παρὰ τοῦ παντοκράτορος μέλλουσαν
12 (ξ) παρακολουθήσειν ἐπ' αὐτῷ δίκην. Τῷ δὲ Ἰούδᾳ προσέπεσε περὶ τῆς τοῦ Νικάνορος ἐφόδου· καὶ μεταδόντος (ο) αὐτοῦ τοῖς σὺν αὐτῷ τὴν
13 παρουσίαν τοῦ στρατοπέδου, Οἱ δειλανδροῦντες καὶ ἀπιστοῦντες τὴν τοῦ
14 θεοῦ δίκην, (π) διεδίδρασκον, καὶ ἐξετόπιζον ἑαυτούς. Οἱ δὲ τὰ περιλελειμμένα πάντα ἐπώλουν, ὁμοῦ δὲ τὸν κύριον (ρ) ἠξίουν ῥύσασθαι
15 τοὺς ὑπὸ τοῦ δυσσεβοῦς Νικάνορος πρὶν συντυχεῖν πεπραμένους· Καὶ εἰ μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλὰ διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν διαθήκας, καὶ (σ) ἕνεκεν τῆς ἐπ' (τ) αὐτοὺς ἐπικλήσεως τοῦ σεμνοῦ καὶ μεγα-
16 λοπρεποῦς ὀνόματος αὐτοῦ. Συναγαγὼν δὲ ὁ Μακκαβαῖος τοὺς περὶ αὐτὸν ὄντας (υ) τὸν ἀριθμὸν ἑξακισχιλίους, παρεκάλει μὴ καταπλαγῆναι (φ) τοὺς πολεμίους, μηδὲ εὐλαβεῖσθαι τὴν τῶν ἀδίκως παραγινομένων ἐπ' αὐτοὺς ἐθνῶν πολυπληθίαν, ἀγωνίσασθαι δὲ γενναίως,

MS.A. (α) ὁ Μακκαβαῖος ἐν συστέματι, (β) * τραπεῖσιν. (γ) χώρας (δ) τροπούμενος. (ε) ἐπιβολὰς (ζ) λαλιὰν τῆς (η) διηχεῖτο (θ) * ἐρχόμενος (ι) τὸ πᾶν τῆς Ἰουδαίας (κ) ἔχοντα πεῖραν. (λ) προκαλούμενος (μ) Ἰουδαίων (ν) ὑπισχνούμενος, (ξ) παρακολουθοῦσαν αὐτῷ (ο) τοῖς σὺν (π) διεδίδρασκον ἑαυτοὺς καὶ ἐξετόπιζον. (ρ) * ἤξιον (σ) ἕνεκα (τ) αὐτοῦ (υ) ἀριθμὸν (φ) τοῖς δεσμίοις,

Interp. LAT.

At Maccabæus congregatâ multitudine, intolerabilis jam gentibus efficiebatur, irâ Domini in misericordiam conversâ. Et superveniens civitatibus, & castellis improvisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans; non paucas hostium strages dabat: Maximè autem noctes ad hujuscemodi incursiones adjutrices assumebat. Et fama quædam virtutis ejus ubique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentiùs ei res cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, ut auxilium ferret regis negotiis. At ille velociter deligens, Nicanorem Patrocli de primoribus amicorum, misit, subdens de permistis gentibus non minùs viginti millibus; ut universum Judæorum genus deleret. Adjunxit autem ei & Gorgiam virum militarem, & in bellicis rebus experientissimum. Constituit autem Nicanor, tributum, quod à rege Romanis dandum erat, duo millia talentorum, de captivitate Judæorum supplere: Statimque ad maritimas civitates misit, convocans ad coëmptionem (a) Judaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento traditurum, non respiciens ad vindictam, quæ cum ab Omnipotente esset consecutura. Judæ autem allatum fuit de Nicanoris adventu: &, cùm indicâsset his qui secum erant, exercitûs adventum; Qui formidabant, & non credebant Dei justitiæ, diffugiebant, & sese de loco removebant. Alii verò, quæ supererant, omnia vendebant: simulque Dominum deprecabantur, ut eriperet eos, ab impio Nicanore, priusquàm cominùs veniret, venditos: Et, si non propter eos, propter testamentum tamen, quod erat ad patres eorum, & propter invocationem sancti & magnifici nominis ejus super ipsos. Congregatis autem Maccabæus sex millibus, qui cum ipso erant, hortabatur ne terrerentur ab hostibus, neque metuerent iniquè venientium adversùm se gentium multitudinem, sed fortiter contenderent,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Confirmatus igitur & corroboratus cum cœtu populi sui Maccabæus, timorem sui & trepidationem gentibus omnibus incussit: Conversa enim fuerat ira Domini erga ipsos in misericordiam. Ingressus igitur derepentè, urbes & oppida perdebat, locáque ipsis propinqua capiebat, victóque bello multos interficiebat; Præsertim autem noctu in multos incidens proterebat, & in omni loco divulgabatur nomen ejus & virtus. Videns autem Philippus crescere Maccabæum & famigerari, & in omnibus congressibus suis superiorem discedere & victorem, scripsit Ptolemæo præfecto ac duci Syriæ & Phœnices, ut succurreret rebus regis. Ptolemæus autem statim Nicanorem Patrocli filium, ex primis amicorum suorum cum mandatis misit, (tradito ei quasi viginti milliũ exercitu) ut universum Judæorũ gen⁹ deleret: misit etiam cum ipso Gorgiam præfectum ac ducem, virúmque certaminum & bellorum expertum. Pollicitus autem fuerat Nicanor regi & confirmaverat, illaturum se in ærarium regis, de captivitate Judæorum, bis mille talenta. Et statim ad urbes maritimas mittens, advocavit eos, ut Judæos in captivitatem emerent, nonaginta pro talento daturum se pollicitus: judiciũ Dei omnipotentis, assecuturum se, non respiciens nec expectans. Venientes autem indicârunt Judæ de adventu Nicanoris, de copiis exercitûs ejus narrantes: Quibus auditis, Judæorum multi timore de judicio justo Dei dubitantes, cœperunt huc illuc diffugere. Alii, quod ipsis reliquum fuerat vendiderunt, omnes autem universim Domino supplicabant, ut redimeret eos à manibus impii Nicanoris, qui ipsos, priusquam veniens videret, vendiderat: Etsi non propter ipsos, tamen propter fœdus quod statuerat cum patribus suis, & propter nomen suum magnum, & sanctum & gloriosum, quo vocabantur. Coactos autem eos qui secum erant, numero quasi sex mille viri, Judas Maccabæus orabat & corroborabat, ne prælium timerent, neque trepidarent aut commoverentur, propter multitudinem Gentium quæ in ipsos veniebant per iniquitatem.

Versio VULG. LAT.

17 Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco sancto ab his injustè esset illata, itémque & ludibrio habitæ civitatis injuriam, adhuc etiam veterum instituta convulsa.
18 Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul & audaciâ: nos autem in omnipotente Domino, qui potest & venientes adversùm nos, & universum mundum uno nutu delere, confidimus.
19 Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta sunt erga parentes: & quòd sub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierunt:
20 Et de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babylonia, ut omnes, ubi ad rem ventum est, Macedonibus sociis hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt.
21 His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati.
22 Constituit itaque fratres suos duces utrique ordini, Simonem, & Josephum, & Jonatham, subjectis unicuique millenis & quingentenis.
23 Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adjutorii Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore.
24 Et facto sibi adjutore Omnipotente, interfecerunt super novem millia hominum: majorem autem partem exercitûs Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt.
25 Pecuniis verò eorum, qui ad emptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos usquequaque persecuti sunt,
26 Sed reversi sunt horâ conclusi: nam erat ante sabbatum: quam ob causam non perseveraverunt insequentes.
27 Arma autem ipsorum & spolia congregantes, sabbatum agebant: benedicentes Dominum, qui liberavit eos in isto die, misericordiæ initium stillans in eos.
28 Post sabbatum verò debilibus, & orphanis, & viduis diviserunt spolia: & residua ipsi cum suis habuere.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

17 Πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντας τὴν ἀνόμως εἰς τὸν ἅγιον τόπον συντετελεσμένην ὑπ' αὐτῶν ὕβριν, καὶ τὸν τῆς ἐμπεπαιγμένης πόλεως αἰκισμὸν,
18 ἔτι δὲ τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας κατάλυσιν. Οἱ μὲν γὰρ ὅπλοις (α) πεποίθασιν ἅμα καὶ τόλμαις, (β) ἔφησεν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῷ παντοκράτορι Θεῷ δυναμένῳ καὶ τοὺς ἐρχομένους ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὸν ὅλον κόσμον (γ) ἐν ἑνὶ νεύματι (δ) καταβαλεῖν, πεποίθαμεν.
19 Προσαναλεξάμενος δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων γενομένας ἀντιλήψεις, καὶ τὴν ἐπὶ Σενναχηρεὶμ (ε) τῶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε (ζ)
20 χιλιάδων ὡς ἀπώλοντο, Καὶ τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ τὴν πρὸς (η) αὐτοὺς Γαλάτας παράταξιν γενομένην, ὡς οἱ πάντες ἐπὶ τὴν χρείαν ἦλθον ὀκτακισχίλιοι σὺν Μακεδόσι τετρακισχιλίοις· τῶν Μακεδόνων ἀπορουμένων, οἱ (θ) ὀκτακισχίλιοι τὰς δώδεκα μυριάδας ἀπώλεσαν διὰ τὴν (ι) γενομένην αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ βοήθειαν, καὶ ὠφέλειαν πολλὴν ἔλαβον.
21 Ἐφ' οἷς εὐθαρσεῖς αὐτοὺς παραστήσας, καὶ ἑτοίμους ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν, τετραμερὲς π(κ)τὸ στράτευμα
22 ἐποίησε· Τάξας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ προηγουμένους ἑκατέρας τάξεως, Σίμωνα καὶ (λ) Ἰώσηπον καὶ Ἰωνάθαν, ὑποτάξας ἑκάστῳ
23 χιλίους πρὸς τοῖς πεντακοσίοις, Ἔτι δὲ καὶ Ἐλεάζαρον, (μ) παραγνοὺς τὴν ἱερὰν βίβλον, καὶ δοὺς σύνθημα Θεοῦ βοηθείας, τῆς πρώτης (ν) σπείρας
24 αὐτὸς προηγούμενος, συνέβαλε τῷ Νικάνορι. Γενομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ παντοκράτορος συμμάχου, κατέσφαξαν τῶν πολεμίων ὑπὲρ τοὺς ἐννακισχιλίους, τραυματίας δὲ καὶ τοῖς μέλεσιν (ξ) ἀναπήρους τὸ πλεῖστον μέρος τῆς τοῦ Νικάνορος (ο) στρατιᾶς ἐποίη-
25 σαν, πάντας δὲ (π) φυγεῖν ἠνάγκασαν. Τὰ δὲ χρήματα τῶν (ρ) παραγεγονότων ἐπὶ τὸν ἀγορασμὸν αὐτῶν ἔλαβον. Συνδιώ-
26 ξαντες δὲ αὐτοὺς ἐφ' ἱκανὸν, Ἀνέλυσαν (σ) ὑπὸ τῆς ὥρας συγκλειόμενοι. ἦν γὰρ ἡ πρὸ τοῦ (τ) σαββάτου, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ
27 (υ) ἐμακροθύμησαν κατατρέχοντες αὐτούς. Ὁπλολογήσαντες δὲ αὐτοὺς, καὶ τὰ σκῦλα ἐκδύσαντες τῶν πολεμίων, περὶ τὸ σάββατον ἐγίνοντο, περισσῶς εὐλογοῦντες, καὶ ἐξομολογούμενοι τῷ κυρίῳ τῷ διασώσαντι (φ) αὐτοὺς εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην, ἀρχὴν ἐλέους
28 τάξαντος αὐτοῖς. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τοῖς ᾐκισμένοις, καὶ ταῖς χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, μερίσαντες ἀπὸ τῶν σκύλων, τὰ λοιπὰ αὐτοὶ, καὶ τὰ παιδία, (χ) ἐμερίσαντο.

MS.A. (α) πεποίθοσιν (β) ἔφησεν, (γ) ἑνὶ (δ) * καταλαβεῖν, (ε) ἑκατὸν (ζ) χιλιάδες (η) τοὺς Γαλάτας (θ) ἑξακισχίλιοι (ι) γενομένην (κ) ἐποίησεν τὸ στράτευμα· Τάξας ἀδελφοὺς (λ) Ἰώσηπον καὶ Ἰωνάθην, (μ) παραναγνοὺς (ν) σπείρης (ξ) ἀναπείρους τὸ πλεῖον (ο) στρατείας, πάντας (π) φεύγειν ἠνάγκασεν. (ρ) παραγενομένων (σ) ἀπὸ τῆς χώρας (τ) σαββάτου δίκη, δι' ἣν (υ) ἐμακροθύμησεν (φ) εἰς τὴν (χ) διεμερίσαντο.

Interp. LAT.

Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco sancto injustè ab his esset illata, itémque ludibrio habitæ civitatis injuriam, adhuc etiam avitæ reipublicæ dissolutionem. 17
Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul & audaciâ, nos autem in omnipotente Deo, qui potest & advenientes adversùm nos, & universum mundum uno nutu delere, confidimus: 18
Admonens etiam eos & de auxiliis, quæ facta sunt erga parentes, & de illo, quòd sub Sennacherim centum octoginta quinque millia perierunt: 19
Et de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babylonia, quomodò omnes ad rem venerunt octo mille cum Macedonibus quatuor millibus: Macedonibus hæsitantibus, ipsi octo mille peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo: Et utilitatem multam acceperunt. 20
His verbis cùm benefidentes illos effecisset, paratósque pro legibus & patria mori; quadripertitum exercitum fecit, 21
Constituens etiam fratres suos duces utrique ordini, Simonem, & Josephum, & Jonathan, subjectis unicuique millenis & quingentenis. 22
Adhuc etiam, cùm (c) jussisset Eleazarum legere sacrum librum, & dedisset tesseram adjutorii Dei, primæ aciei ipse dux commisit cum Nicanore. 23
Et facto sibi adjutore Omnipotente, interfecerunt super novem millia hostium: vulneratos autem, & membris mutilos majorem partem exercitûs Nicanoris fecerunt: omnes autem fugere compulerunt: 24
Pecunias verò eorum, qui ad emptionem ipsorum venerant, tulerunt. 25
Persecuti autem eos multùm, Reversi sunt ab hora conclusi. Nam erat ante sabbatum: quam ob causam non diu perseveraverunt insequentes illos. 26
Arma autem ipsorum congregantes, & spolia exuentes hostium, sabbatum agebant, valdè benedicentes, & confitentes Domino, qui liberavit eos in isto die, principium misericordiæ (d) statuendo in eos. 27
Post sabbatum verò, debilibus, & viduis, & orphanis distribuerunt de spoliis: residua ipsi, & pueri, partiti sunt. 28

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

17 Dicebátque ipsis; Respicite ac intuemini quâ affectus est contumeliâ ab ipsis per injuriam locus sanctus, & expositis vitis vestris pugnate viriliter. Monebátq; ipsos factæ ab ipsis civitati, per contemptum, contumeliæ: præterea, solutarum per ipsos, legum patriarum:
18 Et dicebat eis; Hi armis & viribus carnis fidunt, nos autem Domino Deo nostro omnipotenti confidimus, qui viribus pollet, ut non hostes nostros tantùm, sed totum orbem oris spiritu destruat.
19 Commemorabat ipsis etiam quæ cum patribus effectæ fuerant in dieb° eorũ redemptiones, quæq; tempore Sennacherib, q 6 ; modo interierint centum octoginta quinque millia;
20 Et prælium quod cum Gallis factum fuerat, qui cum robore exercitûs octoginta millium ipsos aggressi fuerant, præter quadraginta alia Macedonum millia, qui auxilio ipsis venerant: Et quod egressi in ipsos cum exercitu exiguo vicerunt ipsos, propter auxilium cælitùs eis factum.
21 Quibus auditis confortati, & adjuti, & corroborati tradiderunt seipsos viriliter pro legibus & loco suo: & exercitu in quatuor partibus diviso,
22 Fratres suos, Simeonem, Josephũ & Jonathan, singulis partibus capita & duces præfecit, traditis singulis mille quingintis viris.
23 Eliezarum etiã præterea jussit legere populo legem sanctam, & tesseram salutarem edere auxilii divini, & primæ quidem partis caput ipse ac dux erat.
24 Cœpítque cum Nicanore congredi: Et Deus omnipotens ipsis auxilio fuit de cœlo, & occiderunt ex eis quasi novem millia, plerísque autem exercitûs eorum manus præciderunt, vel oculos eruerunt, vel membra inutilia reddiderunt: toti° autem exercitûs residui fugerunt.
25 Ceperúntque divitias omnes illorum qui ipsos vendituri venerant: & persecuti ipsos multùm, ita reversi sunt, quia festinabant.
26 Propè enim erat tempus introitûs Sabbati, propterea non perseverârunt insequi ipsos.
27 Spoliârunt autem & tulerunt quicquid apud ipsos erat: Reversíque sunt ut venirent & Sabbatum agerent, confitentes & laudantes magnoperè Dominum, qui fecerat ipsis salutem die isto, & misericordiam erga ipsos facere cœperat.
28 Post diem autem Sabbati distribuerunt de præda ipsorum ærumnosis, egenis, pupillis & viduis: Residuum *inter se* ipsi, ac adolescentes qui cum ipsis erant, diviserunt.

Versio VULG. LAT.

29 His itaque gestis, & communiter ab omnibus factâ obsecratione, misericordem Dominum postulabant,
30 ut in finem servis suis reconciliaretur. Et ex his, qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contendentes, super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diviserunt, æquam portionem debilibus, pupillis, &
31 viduis, sed & senioribus facientes. Et cùm arma eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis opportunis, residua verò spolia Jerosolymam
32 detulerunt: Et Philarchen, qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum scelestum, qui in multis Judæos
33 afflixerat. Et cùm epinicia agerent Jerosolymis, eum, qui sacras januas incenderat, id est, Callisthenem, cùm in quoddam domicilium refugisset, incenderunt, dignâ ei mercede pro impietatibus suis red-
34 ditâ. Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Judæorum venditionem adduxerat,
35 Humiliatus auxilio Domini, ab his quos nullos existimaverat, depositâ veste gloriæ, per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infœlicita-
36 tem de interitu sui exercitûs consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captivitate Jerosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Judæos, & ob ipsum invulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

1 Eodem tempore Antiochus inhonestè reverteba-
2 tur de Perside. Intraverat enim in eam, quæ dicitur Persepolis, & tentavit expoliare templum, & civitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit ut
3 Antiochus post fugam turpiter rediret. Et cùm venisset circa Ecbatanam, recognovit quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta sunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

29 Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι, καὶ κοινὴν ἱκετείαν ποιησάμενοι, τὸν ἐλεήμονα κύριον ἠξίουν, εἰς τέλος καταλλαγῆναι τοῖς αὐτοῦ
30 δούλοις. Καὶ (α) τῶν περὶ Τιμόθεον καὶ Βακχίδην (β) συνερειζόντων, ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους αὐτῶν ἀνεῖλον, καὶ (γ) ὀχυρωμάτων ὑψηλῶν εὖ μάλα ἐγκρατεῖς ἐγένοντο· καὶ λάφυρα (δ) πλεῖστα ἐμερίσαντο, ἰσομοίρους (ε) ἑαυτοὺς καὶ τοῖς ᾐκισμένοις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ χή-
31 ραις, ἔτι δὲ καὶ πρεσβυτέροις, ποιήσαντες. Ὁπλολογήσαντες δὲ αὐτοὺς, ἐπιμελῶς πάντα συνέθηκαν εἰς τοὺς ἐπικαίρους
32 τόπους, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν σκύλων ἤνεγκαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Τὸν δὲ Φυλάρχην τῶν περὶ Τιμόθεον ἀνεῖλον, ἀνοσιώτατον ἄν-
33 δρα καὶ πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐπιλελυπηκότα. Ἐπινίκια δὲ (ζ) ἄγοντες ἐν τῇ πατρίδι, τοὺς ἐμπρήσαντας τοὺς (η) ἱεροὺς πυλῶνας, Καλλισθένην, (θ) καί τινας ἄλλους ὑφῆψαν εἰς ἓν οἰκίδιον πεφευγό-
34 τας, οἵτινες ἄξιον τῆς δυσσεβείας (ι) ἐκομίσαντο μισθόν. Ὁ δὲ (κ) τρισαλιτήριος Νικάνωρ, ὁ (λ) τοὺς χιλίους ἐμπόρους ἐπὶ τὴν πρᾶσιν
35 τῶν Ἰουδαίων ἀγαγὼν, Ταπεινωθεὶς ὑπὸ τῶν (μ) κατ᾽ αὐτὸν νομιζομένων ἐλαχίστων εἶναι, τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ, τὴν δοξικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα, διὰ τῆς μεσογείου, (ν) δραπέτου τρόπον ἔρημον ἑαυτὸν ποιήσας, ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν, (ξ) ὑπεράγαν δυσημερή-
36 σας ἐπὶ τῇ τοῦ στρατοῦ διαφθορᾷ. Καὶ ὁ τοῖς Ῥωμαίοις ἀναδεξάμενος φόρον ἀπὸ τῆς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις αἰχμαλωσίας κατορθώσασθαι, κατήγγελλεν ὑπέρμαχον ἔχειν (ο) τὸν θεὸν τοὺς Ἰουδαίους, καὶ διὰ τὸν τρόπον τοῦτον ἀτρώτους εἶναι τοὺς Ἰουδαίους, διὰ τὸ ἀκολουθεῖν (π) τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ προστεταγμένοις νόμοις.

MS.A. (α) τοῖς (β) συνερείσαντες, (γ) τὸ ὀχύρωμα τῶν ὑψηλῶν (δ) πλεῖον (ε) αὐτοῖς (ζ) ἄγοντας (η) * ἱερεῖς (θ) ὑφ * εἰς ἓν οἰκεῖον πεφευγότα, καὶ τὸν ἄξιον (ι) ἐκομίσατο (κ) τρισαλιτήριος (λ) τρισχιλίους (μ) καθ᾽ αὐτὸν (ν) * τ... πέτου τόπον (ξ) ὑπὲρ ἅπαν * συμμεμηκὼς (ο) τοὺς Ἰουδαίους, (π) τοῖς ἑαυτοῦ προστεταγμένοις

ΚΕΦ. Θ΄.

1 Περὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐτύγχανεν Ἀντίοχος ἀναλελυκὼς
2 ἀκόσμως ἐκ τῶν (α) κατὰ τὴν Περσίδα τόπων. Εἰσεληλύθει γὰρ εἰς τὴν λεγομένην Περσέπολιν, καὶ ἐπεχείρησεν ἱεροσυλεῖν, καὶ τὴν πόλιν συνέχειν. διὸ δὴ τῶν πληθῶν ὁρμησάντων, ἐπὶ τὴν τῶν ὅπλων βοήθειαν ἐτράπησαν· καὶ συνέβη τροπωθέντα τὸν Ἀντίοχον ὑπὸ
3 τῶν ἐγχωρίων, ἀσχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι. Ὄντι δὲ αὐτῷ κατ᾽ Ἐκβάτανα, προσέπεσε τὰ κατὰ Νικάνορα, καὶ τοὺς περὶ Τιμόθεον, γεγονότα. MS.A. (α) περὶ τὴν

Interp. LAT.

His itaque gestis, & communi factâ obsecratione, misericordem Dominum postulabant, ut in finem servis suis reconciliaretur. Et ex 30 his qui cum Timotheo & Bacchide erant, (e) contra se contendentes super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas valdè obtinuerunt, & plures prædas diviserunt, æquam secum portionem debilibus, pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes. Et cùm arma eorum 31 collegissent, diligenter omnia composuerunt in locis opportunis: Residua verò spolia Hierosolymam detulerunt. Et Phylarchen, qui cum Ti- 32 motheo erat, interfecerunt, virum scelestissimum, & qui in multis Judæos afflixerat. Et cum 33 epinicia agerent in patria; eos qui sacras januas incenderant, id est, Callisthenem, (f) & quosdam alios, cùm in quoddam domicilium refugissent, incenderunt: & dignam impietate reportârunt mercedem. Facinorosissimus autem Nicanor, 34 qui mille negotiantes ad Judæorum venditionem adduxerat, Humiliatus auxilio Domini 35 ab his quos nullos existimaverat, depositâ veste gloriæ per mediterranea fugitivi modo solitariam se faciens, venit Antiochiam, summam infœlicitatem de interitu exercitûs consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum resti- 36 tuere de eorum qui in Hierosolymis, captivitate, prædicabat protectorem Deum habere Judæos, & hoc modo invulnerabiles esse Judæos, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

Circa illud autem tempus Antiochus in- 1 honestè revertebatur ex iis qui circa Persidem, locis. Intraverat enim in eam quæ dicitur; Persepolis; & tentavit spoliare templa, & ci- 2 vitatem opprimere. Sed multitudine ad armorum auxilium concurrente, in fugam versi sunt: & contigit ut fugatus Antiochus à regionis habitatoribus turpiter rediret. Et cùm esset Ec- 3 batanis, allata sunt, quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta sunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* [illegible] 29.
[illegible] * [illegible] 30.
[illegible]
[illegible]
[illegible] 31
[illegible]
[illegible] 32
[illegible] 33
[illegible]
[illegible]
[illegible] 34
[illegible] 35
[illegible]
[illegible]
[illegible] 36
[illegible]
[illegible]

Cúmque ita fecissent, clamârunt omnes & precati sunt coram Domino misericorde, ut tandem reconciliaretur servis suis. Tum venerunt contra ipsos Timotheus & Bicrius, & interfecerunt ex ipsis supra triginta millia, & subegerunt & ceperunt munitiones magnas & fortes, ceperúntque ac diviserunt prædam multam: Pupillis etiam, viduis & egenis qui in populo erant distribuerunt, diviserúntque ibi etiam senibus. Sumptáque omnia arma eorum collegerunt, & in locis notis reposuerunt: Reliquam autem prædam Jerosolyma ad principem populi attulerunt. Et ex domesticis Timothei impium quendam occiderunt, qui multum presserat Judæos. Cùm autem in terram suam reversi, victoriam belli hujus celebrarent, adductum Callisthenem & qui cum eo erant, in domo quadam igni incenderunt, propterea quòd januas sacras incenderant, & demoliti fuerant; & vindictam dignam malis impietatis suæ operibus reportârunt. Nicanor autem ille damnatus & immundus, apud quem mille mercatores erant qui Judæos emerent, Afflictus cecidit sub eis quos minores se viribus putaverat, à Deo autem adjuti fuerant: Et gloriosâ suâ veste dimissâ, instar servi fugiens Antiochiam venit, dolore & pudore multo affectus ob exercitûs sui jacturam. Qui pollicitus fuerat Romanis tributum se ipsis ex captivitate Jerosolymâ confecturum, prædicabat & dicebat; Deū Judæis adjutorē esse ac propterea vinci eos non posse, quòd in præceptis ejus ambularent.

* ܛ * ܩܦܠܐܘܢ *

1 [illegible] *
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible] *
[illegible]

CAP. IX.

Eodem tempore contigit reverti & ascendere è Perside Antiochum regem, cum confusione & pudore multo. Descenderat enim Persopolim quæ dicitur, urbem capere studens, & templum quod in ea erat spoliare. Quòd cùm acies vidissent, coacti sunt adversùs eum cum exercitu magno, & vicerunt totum exercitum ejus. Et cùm se victum videret, rediit confusus cum toto exercitu suo: Cúmque propè esset Antiochus ut veniret Babnan, indicârunt ei de rebus Nicanoris & Timothei.

Versio VULG. LAT.

4 Elatus autem in ira, arbitrabatur se, injuriam illorum
qui se fugaverant, posse in Judæos retorquere: ideóque jussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cœlesti eum judicio perurgente, eò quòd ita superbè locutus est se venturum Jerosolymam, &
5 congeriem sepulchri Judæorum eam facturum. Sed
qui universa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & invisibili plagâ. Ut enim finivit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus
6 viscerum, & amara internorum tormenta: Et qui-
dem satis justè, quippe qui multis & novis cruciatibus aliorum torserat viscera, licèt ille nullo modo à
7 sua malitia cessaret. Super hoc autem superbiâ re-
pletus, ignem spirans animo in Judæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & gravi corporis collisione
8 membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam flu-
ctibus maris imperare, supra humanum modum superbiâ repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso
9 contestans: Ita ut de corpore impii vermes scatu-
rirent, ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus gravaretur.
10 Et qui paulò antè sidera cœli contingere se arbitra-
batur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœ-
11 toris portare. Hinc igitur cœpit ex gravi superbia
deductus ad agnitionem suî venire, divinâ admonitus plagâ, per momenta singula doloribus suis augmenta
12 capientibus. Et cùm nec ipse jam fœtorem suum fer-
re posset, ita ait; Justum est subditum esse Deo, & mor-
13 talem non paria Deo sentire. Orabat autem hic sce-
lestus Dominum, à quo non esset misericordiam con-
14 secuturus. Et civitatem, ad quam festinans veniebat
ut eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congesto-
15 rum faceret, nunc optat liberam reddere: Et Judæ-
os, quos nec sepulturâ quidem se dignos habiturum, sed avibus ac feris diripiendos traditurum, & cum parvulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Atheniensibus facturum pollicetur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

4 Ἐπαρθεὶς δὲ τῷ θυμῷ ᾤετο καὶ τὴν τῶν πεφυγαδευκότων αὐτὸν
κακίαν εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἀναστρέψασθαι· διὸ συνέταξε τὸν ἀρ-
ματηλάτην ἀδιαλείπτως ἐλαύνοντα (α) κατανύειν τὴν πορείαν, τῆς
ἐξ οὐρανοῦ δὴ κρίσεως συνούσης αὐτῷ. (β) Οὕτω γὰρ ὑπερηφάνως εἶπε,
Πολυάνδριον Ἰουδαίων Ἱεροσόλυμα ποιήσω παραγενόμενος ἐκεῖ.
5 Ὁ δὲ (γ) παντεπόπτης κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπάταξεν αὐτὸν
ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ· ἄρτι δὲ αὐτοῦ καταλήξαντος τὸν λόγον,
ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν, καὶ πικραὶ τῶν
6 ἔνδον βάσανοι, Πάνυ δικαίως, τὸν πολλαῖς καὶ ξενιζούσαις συμ-
7 φοραῖς ἑτέρων σπλάγχνα βασανίσαντα. Ὁ δὲ οὐδαμῶς
τῆς ἀγερωχίας ἔληγεν· ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεπλήρωτο,
πῦρ πνέων τοῖς θυμοῖς ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ κελεύων ἐποξύνειν
τὴν πορείαν. Συνέβη δὲ καὶ πεσεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος
φερομένου ῥοίζῳ, καὶ (δ) δυσχερεῖ πτώματι περιπεσόντα, πάντα τὰ
8 μέλη τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι. Ὁ δ' (ε) ἄρτι δοκῶν τοῖς τῆς
θαλάσσης (ζ) κύμασιν ἐπιτάσσειν, διὰ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀ-
λαζονείαν, καὶ πλάστιγγι τὰ τῶν ὀρέων οἰόμενος (η) ὕψη στή-
σειν, κατὰ γῆν γενόμενος, ἐν φορείῳ παρεκομίζετο, φανερὰν
9 τοῦ θεοῦ πᾶσι τὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος· Ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σώ-
ματος τοῦ δυσσεβοῦς σκώληκας ἀναζεῖν, καὶ ζῶντος ἐν ὀδύναις
καὶ ἀλγηδόσι τὰς σάρκας αὐτοῦ διαπίπτειν, ὑπὸ δὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ
10 πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι (θ) τῇ σαπρίᾳ. Καὶ τὸν μικρῷ
πρότερον τῶν οὐρανίων ἄστρων ἅπτεσθαι δοκοῦντα, παρακομίζειν
11 οὐδεὶς ἐδύνατο, διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος. Ἐνταῦθα
οὖν ἤρξατο τὸ πολὺ τῆς ὑπερηφανίας (ι) λήγειν ὑποτεθραυσμένος,
καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἔρχεσθαι θείᾳ μάστιγι κατὰ στιγμὴν ἐπιτεινόμενος
12 ταῖς ἀλγηδόσι. Καὶ μηδὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ (κ) δυνάμενος ἀνέχεσθαι,
ταῦτ' ἔφη, Δίκαιον ὑποτάσσεσθαι τῷ θεῷ, καὶ μὴ θνητὸν ὄντα
13 (λ) ἰσόθεα φρονεῖν ὑπερηφάνως. Ηὔχετο δὲ ὁ μιαρὸς πρὸς τὸν οὐκέτι
14 αὐτὸν ἐλεήσοντα δεσπότην, (μ) οὕτω λέγων, Τὴν μὲν ἁγίαν πόλιν
ἣν σπεύδων παρεγίνετο ἰσόπεδον ποιῆσαι, καὶ πολυάνδριον
15 οἰκοδομῆσαι, ἐλευθέραν ἀναδεῖξαι· Τοὺς δὲ Ἰουδαίους (ν) οὓς
διεγνώκει μηδὲ ταφῆς ἀξιῶσαι, οἰωνοβρώτους (ξ) δὲ σὺν τοῖς
νηπίοις (ο) ἐκρίψειν θηρίοις, πάντας αὐτοὺς ἴσους Ἀθηναίοις
ποιήσειν·

MS. A. (α) καταλύειν (β) οὕτως (γ) παντεπόπτης (δ) δυσχερῆ (ε) ἀντιδοκῶν (ζ) κύμασιν* διὰ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ὑπερηφανίαν, καὶ πλάστιγγι τῶν (η) ὕψει (θ) τὴν σαπρίαν. (ι) λήγειν τεθραυσμένος, (κ) ἀνέχεσθαι δυνάμενος, (λ) ὑπερήφανα φρονεῖν. (μ) οὕτως (ν) ὡς (ξ) σὺν τοῖς (ο) ἐκρίψας

Interp. LAT.

Elatus autem irâ, arbitrabatur se etiam illo- 4
rum qui se fugaverant, injuriam in Judæos
retorquere: ideóque jussit aurigam sine inter-
missione agitantem expedire iter, cœlesti cum
judicio jam perurgente. Sic enim superbè locutus
erat; Congeriem sepulchri Judæorum faciam
Hierosolymam, cùm illuc venero. Sed, qui (a) u- 5
niversa conspicit Dominus Deus Israel, percussit
cum insanabili & invisibili plagâ. Ut enim finivit
hunc ipsum sermonem; apprehendit eum dolor
dirus viscerum, & amara internorum tormenta,
Valdè justè; quippe qui multis et novis cruciatibus 6
aliorum torserat viscera. Ille autem nullo modo ab
insolentia cessabat: Adhuc autem, & superbiâ 7
repletus erat, ignem spirans animo in Judæos,
& præcipiens accelerari iter. Contigit autem
& cadere ipsum de curru, qui impetu ferebatur,
& gravi ruinâ decidentem omnibus corporis mem-
bris distorqueri. Isque, qui nuper sibi videbatur 8
fluctibus maris imperare, supra humanum mo-
dum superbiâ repletus, & montium altitudines
in statera putabat apprehendere, humiliatus ad
terram, in gestatorio portabatur, manifestam
Dei virtutem omnibus contestans: Ita, ut de 9
corpore impii vermes etiam scaturirent, & vi-
ventis in doloribus & cruciatibus carnes ejus
diffluerent; odore etiam illius universus exerci-
tus gravaretur ob putredinem. Et eum, qui paulò 10
antè sydera cœli se contingere arbitrabatur, eum
nemo poterat propter intolerabilem odoris gravi-
tatem portare. Hic igitur cœpit à magnitudine 11
superbiæ desistere, vulneratus; & ad agnitionem
venire, divino flagello per momenta singula dolo-
ribus suis augmenta capientibus. Et cùm nec 12
ipse jam fœtorem suum ferre posset, hæc ait;
Justum est subditum esse Deo, & mortalem non
paria Deo sentire superbè. Orabat autem hic 13
scelestus Dominum, à quo non esset ampliùs mise-
ricordiam consecuturus, sic dicens; Ipsam quidem 14
sanctam civitatem, ad quam festinans veniebat, ut
eam ad solum deduceret, ac sepulchrorum congeriem
faceret liberam redditurum; Judæos autem quos 15
ne sepulturâ quidem se dignos habiturum, sed avibus
devorandos unà cum parvulis projecturum feris di-
xerat, omnes æquales Atheniensibus facturum:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quibus auditis, confirmatus & elatus 4
furore majorem in modum, cogitabat
quicquid in Perside sibi fecerant, veni-
entem se de Judæis exacturum. Jussitque
aurigam validè ac cum festinatione agi-
tare currum ut citò ascenderet: Et
sic dicebat; Civitatem Judæorum Je-
rosolyma diruam, faciámque habi-
taculum Gentium. Statímque obvi- 5
am ipsi factum est judicium Domini
Dei Israëlis omnipotentis: percussitque
ipsum plagâ amarâ et invisibili. Cúmq;
egressum quæreret omnis sermo ejus, ap-
prehendit eum dolor amarus & durus
intestinorum ac viscerum: Justam vin- 6
dictam accipientem, qui doloribus tor-
mentísque ac cruciatibus multis cruci-
averat, torserátque viscera aliorum.
Cúmque hæc omnia ipsi accidissent, ad-
huc confortabatur & elevabat se cogi-
tatione suâ. Plenúsque furore instar 7
ignis adversùs Judæos accenso, supra
modum velociter agere aurigæ suo præ-
cepit: cursûs autem currûs sui impetu
excussus est, & excidit eo, casu duro
& amaro, fractis omnibus membris
ejus. Qui autem paulò anteà præce- 8
pturum se fluctibus maris putabat, præ
superbiâ quâ omnes homines superabat,
& montes omnes altos depressurum,
projectus in terram, palàm omnibus
virtutem Dei demonstrabat. Adeò au- 9
tem dura erant quæ patiebatur impius,
ut ex corpore ejus ebullirent vermes,
& vivi caro deflueret & ab ipso deci-
deret, adeóque fœteret corporis ejus
odor, ut ne quis de exercitu ejus ferre
posset. Et qui paulò antè etiam stellis 10
cœli imperaturũ se putabat, ad eũ nemo
appropinquare poterat, propter fœto-
rem ejus. Hinc autem de magnitudine 11
superbiæ suæ decedere cœpit, & humi-
liatus ad veri cognitionem respexit, cru-
ciatus cœlitùs, ac omnibus plagis tor-
tus. Cúmque odorem suum ferre non 12
posset, respondens sic dixit; Oportet
hominem subjici Deo: Non autem,
mortalis qui sit, cogitationem adversùs
Deum cogitare. Orabat autem im- 13
pius, & supplicabat Domino, qui mise-
ricordiam ultra assecuturus non erat, sic
dicens; Urbem sanctam, quò festina- 14
bam iter, ut eam diruerem, & facerem
omnium Gentium habitaculum; eam
ædificabo liberámque faciam: De Ju- 15
dæis autem sic dicebat; Cogitabam de
eis, ne sepultum quidem iri eos, sed
volucri cœli, & feræ terræ pabulum
fore, cum uxoribus liberísque suis: Hos
omnes Athenienses faciam.

Versio VULG. LAT.

15 Templum etiam sanctum, quod priùs expoliaverat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de reddi-
17 tibus suis præstaturum: Super hæc, & Judæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum,
18 & prædicaturum Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus (supervenerat enim in eum justum Dei judicium) desperans scripsit ad Judæos in modum deprecationis epistolam hæc continentem:
19 OPTIMIS civibus Judæis plurimam salutem, & benè valere, & esse felices, rex & princeps Antio-
20 chus. Si benè valetis, & filii vestri, & ex senten-
21 tia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate constitutus, vestrî autem memor benignè, reversus de Persidis locis, & infirmitate gravi apprehensus, necessarium duxi pro communi
22 utilitate curam habere: Non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmi-
23 tatem. Respiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exer-
cirum, ostendit qui post se susciperet principatum:
24 Ut si quid contrarium accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset
25 rerum summa derelicta, non turbarentur. Ad hæc considerans de proximo potentes quosque & vicinos temporibus insidiantes, & eventum expectantes, designavi filium meum Antiochum regem, quem sæpè recurrens in superiora regna multis vestrûm commendabam: & scripsi ad eum quæ subjecta sunt.
26 Oro itaque vos & peto, memores beneficiorum publicè & privatim, ut unusquisque conservet fidem
27 ad me & ad filium meum. Confido enim, eum modestè & humanè acturum, & sequentem propositum
28 meum, & communem vobis fore. Igitur homicîda & blasphemus pessimè percussus, & ut ipse alios tractaverat, peregrè in montibus miserabili obitu
29 vitâ functus est. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus ejus: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abiit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

16 Ὃν δὲ πρότερον ἐσκύλευσεν ἅγιον (α) νεὼν, καλλίστοις ἀναθήμασι κοσμήσειν, ϗ τὰ ἱερὰ σκεύη πολυπλάσια πάντα ἀποδώσειν, τὰς δὲ ἐπιβαλλούσας πρὸς τὰς θυσίας συντάξεις ἐκ τῶν ἰδίων
17 προσόδων χορηγήσειν· Πρὸς δὲ τούτοις, ϗ (β) Ἰουδαῖον ἔσεσθαι, ϗ πάντα τόπον οἰκητὸν (γ) ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντα τὸ τοῦ Θεοῦ
18 κράτος. Οὐδαμῶς δὲ ληγόντων τῶν πόνων, ἐπεληλύθει γὰρ ἐπ᾽ αὐτὸν δικαία ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις, τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἀπελπίσας, ἔγραψε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολὴν, (δ) ἱκετη-
19 ρίας τάξιν ἔχουσαν, περιέχουσαν δὲ οὕτως· Τοῖς χρηστοῖς Ἰουδαίοις τοῖς πολίταις πολλὰ χαίρειν, ϗ ὑγιαίνειν, ϗ εὖ πράττειν,
20 (ε) βασιλεὺς, ϗ στρατηγὸς Ἀντίοχος. Εἰ ἔρρωσθε, ϗ τὰ τέκνα, ϗ τὰ ἴδια κατὰ γνώμην (ζ) ἐστὶν ὑμῖν, εὔχομαι μὲν τῷ Θεῷ τὴν
21 μεγίστην χάριν, εἰς οὐρανὸν τὴν ἐλπίδα ἔχων. Κἀγὼ δὲ ἀσθενῶς διεκείμην, ὑμῶν τὴν τιμὴν ϗ τὴν εὔνοιαν (η) ἂν ἐμνημόνευον φιλοστόργως. (θ) ἐπανάγων ἐκ τῶν περὶ τὴν Περσίδα τόπων, ϗ περιπεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ, ἀναγκαῖον ἡγησάμην φροντί-
22 σαι τῆς κοινῆς πάντων (ι) ἀσφαλείας. Οὐκ ἀπογινώσκων τὰ (κ) κατ᾽ ἐμαυτὸν, ἀλλὰ ἔχων πολλὴν ἐλπίδα ἐκφεύξεσθαι τὴν ἀσθέ-
23 νειαν, Θεωρῶν δὲ ὅτι ϗ ὁ πατὴρ καθ᾽ οὓς καιροὺς εἰς τοὺς ἄνω
24 τόπους ἐστρατοπέδευσεν, ἀνέδειξε τὸν (λ) διαδεξόμενον, Ὅπως ἐάν τι παράδοξον ἀποβαίνῃ, (μ) ἢ ϗ προσαγγελθῇ τι δυσχερὲς, εἰδότες οἱ κατὰ τὴν χώραν ᾧ καταλέλειπται τὰ πράγματα, μὴ ἐπι-
25 ταράσσωνται· Πρὸς δὲ τούτοις κατανοῶν τοὺς παρακειμένους δυνάστας, ϗ γειτνιῶντας (ν) τῇ βασιλείᾳ τοῖς καιροῖς ἐπέχοντας, (ξ) προσδεχομένους τὸ ἀποβησόμενον, ἀναδέδειχα τὸν (ο) υἱόν μου Ἀντίοχον βασιλέα, ὃν πολλάκις ἀνατρέχων εἰς τὰς ἐπάνω σατραπείας τοῖς πλείστοις ὑμῶν (π) παρακατετιθέμην ϗ συνίστων· γέγρα-
26 φα δὲ πρὸς αὐτὸν τὰ ὑπογεγραμμένα· Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ϗ ἀξιῶ, μεμνημένους τῶν εὐεργεσιῶν κοινῇ ϗ κατ᾽ ἰδίαν, ἕκαστον συν-
27 τηρεῖν τὴν οὖσαν εὔνοιαν εἰς ἐμὲ ϗ τὸν (ρ) υἱόν μου. Πέπεισμαι γὰρ αὐτὸν ἐπιεικῶς ϗ φιλανθρώπως (σ) παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαι-
28 ρέσει, συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν. Ὁ μὲν οὖν ἀνδροφόνος ϗ βλάσφημος τὰ χείριστα παθὼν, ὡς ἑτέρους διέθηκεν, ἐπὶ ξένης
29 ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκτίστῳ μόρῳ κατέστρεψε τὸν βίον. Παρεκομίζετο δὲ τὸ σῶμα Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ· ὃς ϗ (τ) διευλαβηθεὶς τὸν υἱὸν Ἀντιόχου, πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλομήτορα εἰς Αἴγυπτον διεκομίσθη.

Interp. LAT.

Templum etiam sanctum, quod priùs expoliaverat, optimis donis ornaturum, & sacra vasa multiplicia omnia restituturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de reditibus suis præstiturum: Super hæc & Judæum se futurum, & omnem locum habitabilem perambulaturum, prædicantem Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus, (supervenerat enim in eum justum Dei judiciū,) de se desperans scripsit ad Judæos subscriptam epistolam, deprecationis quidem modum habentem; hæc autem continentem: Optimis Judæis civibus plurimam salutem, & benè valere, & esse fœlices, rex & princeps Antiochus. Si benè valetis, & filii, & vestra ex sententia vobis sunt; (b) ago quidem Deo maximas gratias; in cœlo spem habens. Et ego in infirmitate autem constitutus, vestri honoris & benevolentiæ memor eram benignè. Reversus autem de Persidis locis, & in infirmitate gravi apprehensus necessarium duxi communis omnium securitatis curam habere. Non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmitatem, Respiciens autem, quòd & pater meus, quibus temporibus in loca superiora duxit exercitum, declaravit successorem, ut, si quid præter opinionem accideret, aut etiam difficile quid nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus, cui esset rerum summa relicta, non turbarentur: Ad hæc autem considerans proximos dynastas, & vicinos regno, temporibus attendentes, & eventum expectantes; designavi filium meum Antiochum regem: quem sæpè recurrens in superiora regna multis vestrûm deponebam, & commendabam. Scripsi autem ad eum, quæ subjecta sunt. Oro itaque vos, & peto, memores beneficiorum publicè & privatim, ut unusquisque conservet præsentem benevolentiam ad me, & filium meum. Confido enim eum, modestè & humanè, sequentem propositum meum, conversaturum vobiscum. Igitur homicida & blasphemus pessima passus ut alios tractaverat, in peregrina terra in montibus misero obitu vitâ excessit. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus ejus: qui etiam metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abiit.

MS. A. (α) νεὼ, (β) Ἰουδαῖος (γ) ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντας (δ) ἔχουσαν ἱκετηρίας τάξιν, (ε) βασιλεὺς Ἀντίοχος ϗ στρατηγός. Ἔρρωσθε (ζ) ἔσται ὑμῖν, εἰς οὐρανὸν τὴν ἐλπίδα ἔχων. Ὑμῶν τὴν (η) ἐμνημόνευον (θ) ἐπαναγαγὼν ἐκ τῶν κατὰ τὴν (ι) ὑμῶν ἀσφαλείας. (κ) καθ᾽ ἐμαυτὸν, (λ) διαδεξάμενον, (μ) ϗ προσαπέλθῃ (ν) τῆς βασιλείας (ξ) ϗ προσ[illegible]κῶντας τὸ (ο) υἱὸν Ἀντίοχον (π) παρεκατετιθέμην (ρ) υἱόν. Πέπεισμε (σ) συνισταθέντα (τ) εὐλαβηθεὶς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible] *
[illegible]
17 [illegible] *
18 [illegible] *
19 [illegible] *
[illegible]
20 [illegible] *
21 [illegible] *
[illegible]
[illegible]
22 [illegible] *
[illegible] *
24 [illegible] *
25 [illegible] *
[illegible]
[illegible]
26 [illegible] *
[illegible]
27 [illegible] *
28 [illegible] *
[illegible]
29 [illegible] *
[illegible]
[illegible]

Templum sanctum quod olim spernebā coronabo, omnibúsq; ornamentis ornabo, vasáque sacra multiplicia dabo, impensámq; quotidianam sacrificiorum & oblationum de meo præbebo. Et ultra hæc *omnia* Judæus fiam, & quocunque ibo, magnitudinem potestatis Dei prædicabo. His omnibus cùm non cessarent dolores ejus, (assecutum enim eum fuerat justum Dei judicium) de se sperans, scripsit Judæis supplicationis literas in hunc formam; Antiochus rex & imperator, bonis Judæis, civibus meis pacem, ac quietem, ac valetudinem, ipsis ac liberis. Preces fundo supplicóque Deo qui est in cœlis, in quo spero pro magna ejus bonitate. Quòd cùm ægrotâssem, vestrî recordatus sim, ut honorem ac quietem multam vobis reddam. Fervebat enim mihi mens amore vestrî, ex quo in Perside ascendi; Cùm autem propè essem ut *ad vos* pervenirem, in infirmitatem duram & amaram incidi: Placuit autem mihi super omnia vestrî curam gerere: Quippe, qui non novi quid mihi accidere possit; spem tamen habeo evasurum me ex hac infirmitate. Video autem & patrem, quum in regiones superiores ascenderet, declarâsse successorem: Ut si quid abominandum accideret, scientes qui per loca *habitata* quis constitutus sit, non confligant inter se. Et ego autem videns magnates regni mei paratos insurgere in regnum & quid accidet expectantes, Antiochum filium meū regem declaravi & constitui quem sæpius, in superiores regiones profecturus, vobis commendavi. Scripsi autem & ei hæc quæ scripta sunt: Peto igitur à vobis, & vobis suadeo, ut memores beneficiorum meorum erga vos universos ac singulos, amorem & dilectionem fraternam erga filium meum conservetis. Novi enim ipsum mentis meæ consentientem, cum facilitate ac dilectione versaturum vobiscum. Igitur homicida Antiochus impiúsque ac blasphemus mortuus est inter montes in terra peregrina, in tormentis & plagis & cruciatibus multis, sicut & ipse alios cruciaverat. Philippus filius nutricis ejus corpus ejus sustulit ut secum afferret. Cùm autem pervenire cœpisset, filio Antiocho sibi metuens, fugiens evasit ad Ptolemæum filium Philometoris in Ægyptum.

Versio VULG. LAT.

CAP. X.

1 MAchabæus autem, & qui cum eo erant, Domino se protegente, templum quidem, & civitatem recepit:
2 Aras autem, quas alienigenæ per plateas extruxerant, itémque delubra demolitus est.
3 Et purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post biennium, & incensum, & lucernas, & panes propositionis posuerunt.
4 Quibus gestis, rogabant Dominum prostrati in terram, ne ampliùs talibus malis inciderent: sed &, si quando peccâssent, ut ab ipso mitiùs corriperentur, & non barbaris ac blasphemis hominibus traderentur.
5 Quo die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eâdem die purificationem fieri, vigesimâ quintâ mensis, qui fuit Casleu.
6 Et cùm lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quòd ante modicum temporis, diem solennem tabernaculorum in montibus & in speluncis more bestiarum egerant.
7 Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperavit mundari locum suum.
8 Et decreverunt communi præcepto & decreto, universæ genti Judæorum, omnibus annis agere dies istos.
9 Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit.
10 Nunc autem de Eupatore Antiochi impii filio, quæ gesta sunt narrabimus, breviantes mala, quæ in bellis gesta sunt.
11 Hic enim suscepto regno, constituit super negotia regni Lysiam quendam, Phœnicis & Syriæ militiæ principem.
12 Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, justi tenax erga Judæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis.
13 Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eò quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem translatus etiam ab eo recessisset, veneno vitam finivit.

ΚΕΦ. ι'.

1 ΜΑκκαβαῖος δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, (α) τοῦ κυρίου προάγοντος
2 αὐτοὺς, τὸ μὲν ἱερὸν ἐκομίσαντο, καὶ τὴν πόλιν, τοὺς δὲ κατὰ τὴν
ἀγορὰν βωμοὺς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων (β) δεδημιουργημένους, ἔτι δὲ τεμένη
3 (γ) καθεῖλον. Καὶ τὸν (δ) νεὼν καθαρίσαντες, ἕτερον θυσιαστήριον
ἐποίησαν, καὶ πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνή-
νεγκαν (ε) θυσίαν μετὰ διετῆ χρόνον, καὶ θυμίαμα καὶ λύχνους, καὶ
4 τῶν ἄρτων τὴν πρόθεσιν ἐποιήσαντο. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες,
ἠξίωσαν τὸν κύριον πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, μηκέτι (ζ) περιπεσεῖν
τοιούτοις κακοῖς, ἀλλ' ἐάν ποτε καὶ ἁμάρτωσιν, ὑπ' αὐτοῦ (η) μετ'
ἐπιεικείας παιδεύεσθαι, καὶ μὴ βλασφήμοις καὶ βαρβάροις ἔθνεσι παρα-
5 δίδοσθαι. Ἐν ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ὁ νεὼς ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐβεβηλώθη,
συνέβη κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τὸν καθαρισμὸν γενέσθαι
τοῦ ναοῦ, τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, (θ) ὅς ἐστι Χασελεῦ.
6 Καὶ μετ' εὐφροσύνης ἦγον ἡμέρας ὀκτὼ σκηνωμάτων τρόπον,
μνημονεύοντες ὡς πρὸ μικροῦ χρόνου τὴν τῶν σκηνῶν ἑορτὴν ἐν τοῖς
7 ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις θηρίων τρόπον ἦσαν νεμόμενοι. Διὸ
θύρσους καὶ κλάδους ὡραίους, ἔτι (ι) δὲ φοίνικας ἔχοντες, ὕμνους ἀνέ-
8 φερον τῷ εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι τὸν ἑαυτοῦ τόπον. (κ) Ἐδογμά-
τισαν δὲ μετὰ κοινοῦ προστάγματος καὶ ψηφίσματος παντὶ τῷ τῶν
9 Ἰουδαίων ἔθνει κατ' ἐνιαυτὸν ἄγειν (λ) τάσδε τὰς ἡμέρας. Καὶ τὰ
μὲν τῆς Ἀντιόχου τοῦ προσαγορευθέντος Ἐπιφανοῦς τελευτῆς οὕτως
10 εἶχε. Νυνὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν (μ) Εὐπάτορα Ἀντίοχον, υἱὸν δὲ τοῦ
ἀσεβοῦς γενόμενον, δηλώσομεν, αὐτὰ συντέμνοντες (ν) τὰ τῶν πολέμων
11 κακά. Αὐτὸς γὰρ παραλαβὼν (ξ) βασιλείαν, ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν
πραγμάτων Λυσίαν τινὰ, κοίλης δὲ Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν
12 πρώταρχον. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ καλούμενος Μάκρων τὸ δίκαιον
συντηρεῖν προηγούμενος (ο) εἰς τοὺς Ἰουδαίους διὰ τὴν γε-
γονυῖαν (π) εἰς αὐτοὺς ἀδικίαν, καὶ ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς
13 διεξάγειν. Ὅθεν κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν φίλων πρὸς τὸν Εὐ-
πάτορα, καὶ προδότης παρέκαστα ἀκούων, διὰ τὸ τὴν Κύπρον
ἐμπιστευθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Φιλομήτορος ἐκλιπεῖν, καὶ πρὸς Ἀντίοχον
τὸν Ἐπιφανῆ ἀναχωρῆσαι, (ρ) μήτ' εὐγενῆ τὴν (σ) ἐξουσίαν ἔχων, ὑπ'
ἀθυμίας φαρμακεύσας ἑαυτὸν ἐξέλιπε τὸν βίον.

Interp. LAT.

CAP. X.

MAccabæus autem, & qui cum eo erant, Domino provehente eos, templum quidem & civitatem 1
receperunt: Aras autem, quas alienigenæ ad forum extruxerant, itémque delubra demoliti sunt. 2
Et purgato templo aliud altare fecerunt: & cùm 3
ignivissent lapides, & ex his ignem accepissent, sacrificium obtulerunt post biennium: & incensum, & lucernas, & panum propositionem fecerunt. Qui- 4
bus gestis, rogaverunt Dominum, prostrati super ventrem; ne ampliùs talibus malis inciderent; sed, & si quando peccâssent, ab ipso cum mansuetudine corriperentur, & non blasphemis ac barbaris gentibus traderentur. Quâ die autem templum ab a- 5
lienigenis pollutum fuerat; contigit eâdem die purificationem templi fieri vigesimâ & quintâ ejusdem mensis, qui est Chasleu. Et cum lætitia dies 6
octo egerunt in modum tabernaculorum; recordantes quòd ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in montibus & in speluncis more bestiarum solitarii egerant. Propter quod thyrsos & ramos 7
virides, itémque palmas habentes, hymnos referebant ei qui prosperavit mundari locum suum. Et 8
decreverunt communi præcepto & decreto, universæ genti Judæorum omnibus annis agere dies istos.
Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, vitæ 9
excessus ita se habuit. Nunc autem, quæ ad Antio- 10
chum Eupatorem pertinent, qui quidem impii filius (a) fuit, narrabimus, ipsa breviantes (b) bellorum mala. Hic enim suscepto regno, constituit super ne- 11
gotia Lysiam quendam Cœlesyriæ & Phœnicis ducem primarium. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, 12
justitiam conservare eligens erga Judæos, propter iniquitatem quæ facta erat in eos, etiam conabatur, quæ ad illos pertinebant, pacificè transigere. Unde 13
accusatus ab amicis apud Eupatorem, & frequenter proditor audiens, (eò quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem transiisset,) (c) neque nobilem potestatem habens, præ tristitia veneno sumpto vitam reliquit.

MS. A. (α) τῷ τοῦ (β) δεδημιουργημένους (γ) καθεῖλαν. (δ) ναῷ (ε) θυσίας (ζ) παραπεσεῖν (η) μετὰ ἐπιεικείας* μὴ βλασφήμοις (θ) τοῦ Χασελεῦ. (ι) δὲ καὶ φοίνικας ἔχοντες, ηὐχαρίστουν τῷ εὐοδώσαντι καθαρίσαι τὸν (κ) Ἐδογμάτισάν τε (λ) τὰς * δεκάτας ἡμέρας. (μ) * ὕπατον (ν) τὰ συνέχοντα τῶν * πόλεων κακά. Οὗτος (ξ) τὴν βασιλείαν, (ο) πρὸς τοὺς (π) πρὸς αὐτοὺς ἀδικίαν ἐπειρᾶτο (ρ) μήτε (σ) ἐξουσίαν *, εὐγεννασίας φαρμακεύσας

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

CAP. X.

MAccabæus autem & qui cum ipso erant, Dei auxilio ipsos adjuvantis, ceperunt templum & urbem; 1
Destruxerúntque altaria & idola quæ ædificaverant gentes in plateis ejus. 2
Et mundârunt templum, fecerúntque altare aliud, (lapides enim per ignem traduxerunt) sumptóque ex eis igne, sacrificia & oblationes adoleverunt post duos annos. Fecerúntque lucernas & candelabra, & thymiamata & panes propositionis. 3
Cúmque hæc fecissent, procidentes in faciem orabant, supplicabántque Domino, ne rursus in has angustias & cruciatus venirent: Sed si quando ipsos peccare contingeret, ab ipso castigarentur, nec traderentur gentibus incircumcisis, immundis & blasphemis. 4
Quo die autem pollutum fuerat templum à nationibus, eodem ipsum mundari contigit, vigesimo quinto mensis qui Conun prior dicitur. 5
Et cum gaudio tripudiísque multis egerunt quotannis festum instar Scenopegiæ octo dies, recordantes paulò antè in Scenopegia, montes & speluncas habitâsse se, ferarum instar pascentes. 6
Propterea palmarum ramos tenentes, cantabant & confitebantur ei qui salutem sibi fecerat, viréque mundando sanctificandóque loco suo suppeditaverat. 7
Cogitârunt autem simul omnes agi quotannis hos dies, per totam synagogam Judæorum. 8
Et mors quidem Antiochi, qui Epiphanes dictus est, hunc finem habuit. 9
Nunc autem de Antiocho Eupatore filio impii dicemus; brevibus scilicet, de multis malis quæ in præliis evenerunt. 10
Constitutus enim in regno paterno, præfecit rebus suis Lysiam, olim præfectum factum ac ducem Syriæ & Phœnices. 11
Ptolemæus autem qui Macedo dictus erat, amicitiam cum Judæis conservabat, angebatúrque animo propter mala quæ apud ipsos contigerant, & pacem erga eos agere volebat. 12
Sed profecti quidam ex amicis ejus accusabant eum Eupatori, proditorem perpetuò appellantes, quod creditam à Philometore Cyprum relinquens, ad Antiochum Epiphanem venisset: Quare nec magnitudinem nec honorem in regno invenit: Et cùm hæc omnia sibi accidisse videret, veneno se ipsum sustulit. 13

Versio VULG. LAT.

14 Gorgias autem, cùm esset dux locorum, assumptis
15 advenis frequenter Judæos debellabat. Judæi verò, qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab
16 Jerosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi verò qui erant cum Machabæo, per orationes Dominum rogantes ut esset sibi adjutor, impetum fecerunt
17 in munitiones Idumæorum: Multâque vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul non minùs viginti millibus trucidave-
18 runt. Quidam autem, cùm confugissent in duas turres valdè munitas, omnem apparatum ad repu-
19 gnandum habentes, Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simone, & Josepho, itémque Zachæo, eísque qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas, quæ ampliùs perurgebant, pugnas conver-
20 sus est. Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecuniâ: & septuaginta millibus didrachmis acce-
21 ptis, dimiserunt quosdam effugere. Cùm autem Machabæo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis, accusavit, quòd pecuniâ fratres vendidissent, adversariis eorum dimissis.
22 Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim
23 duas turres occupavit, Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus
24 plus quàm viginti millia peremit. At Timotheus, qui priùs à Judæis fuerat superatus, convocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano, advenit quasi armis Judæam capturus.
25 Machabæus autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terrâ
26 aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, Ad altaris crepidinem provoluti, ut sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, & adversariis adver-
27 saretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem, sumptis armis, longiùs de civitate procedentes, & proximi hostibus effecti, resederunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

14 Γοργίας δὲ γενόμενος στρατηγὸς τῶν (α) τόπων, ξενοτρόφει, καὶ παρ' ἕκαστα πρὸς τοὺς (β) Ἰουδαίους ἐπολεμοτρόφει. Ὁμοῦ δὲ (γ) τούτῳ καὶ
15 οἱ Ἰδουμαῖοι ἐγκρατεῖς ἐπικαίρων ὀχυρωμάτων ὄντες, ἐγύμναζον τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τοὺς (δ) φυγαδευθέντας ἀπὸ Ἱεροσολύμων προσ-
16 λαβόμενοι πολεμοτροφεῖν ἐπεχείρουν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον ποιησάμενοι (ε) λιτανείαν, καὶ ἀξιώσαντες τὸν Θεὸν σύμμαχον αὐ-
17 τοῖς γενέσθαι, ἐπὶ τὰ τῶν Ἰδουμαίων ὀχυρώματα ὥρμησαν. Οἷς καὶ προσβαλόντες εὐρώστως, ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τῶν τόπων, πάντας τε τοὺς ἐπὶ τῷ τείχει μαχομένους ἠμύναντο· (ζ) κατέσφαζον δὲ τοὺς ἐμπίπτοντας, ἀνεῖλον δὲ οὐκ ἧττον τῶν δισμυρίων.
18 Συμφυγόντων δὲ οὐκ ἔλαττον τῶν ἐνακισχιλίων εἰς δύο πύργους ὀχυροὺς εὖ μάλα καὶ πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν ἔχοντας,
19 Ὁ Μακκαβαῖος εἰς ἐπείγοντας τόπους, ἀπολιπὼν Σίμωνα καὶ (η) Ἰώσηπον, ἔτι δὲ καὶ Ζακχαῖον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἱκανοὺς πρὸς
20 τὴν τούτων πολιορκίαν, αὐτὸς ἐχωρίσθη. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σίμωνα φιλαργυρήσαντες ὑπό τινων τῶν ἐν τοῖς πύργοις ἐπείσθησαν ἀργυρίῳ· ἑπτάκις δὲ (θ) μυριάδας δραχμὰς λαβόντες, εἴασάν τινας διαρρυῆναι.
21 (ι) Προσαγγελθέντος δὲ τῷ Μακκαβαίῳ περὶ τοῦ γεγονότος, συναγαγὼν τοὺς ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, κατηγόρησεν ὡς ἀργυρίου (κ) πεπράκασι τοὺς ἀδελφούς, τοὺς πολεμίους κατ'
22 αὐτῶν ἀπολύσαντες. Τούτους μὲν οὖν προδότας γενομένους ἀπ-
23 έκτεινε, καὶ παραχρῆμα τοὺς δύο πύργους κατελάβετο. Τοῖς δὲ ὅπλοις τὰ πάντα ἐν ταῖς χερσὶν εὐοδούμενος, ἀπώλεσεν ἐν
24 τοῖς δυσὶν ὀχυρώμασι πλείους τῶν δισμυρίων. Τιμόθεος δὲ ὁ (λ) πρότερον ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, συναγαγὼν ξένας δυνάμεις παμπληθεῖς, καὶ τοὺς τῆς Ἀσίας γενομένους ἵππους συναθροίσας οὐκ ὀλίγους, παρῆν ὡς δοριάλωτον ληψόμενος τὴν Ἰουδαί-
25 αν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον, συνεγγίζοντος αὐτοῦ, πρὸς (μ) ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ ἐτράπησαν, γῇ τὰς κεφαλὰς καταπάσαντες, καὶ
26 τὰς ὀσφύας σάκκοις ζώσαντες, Ἐπὶ τὴν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου κρηπῖδα προσπεσόντες, ἠξίουν (ν) ἵλεων αὐτοῖς γενόμενον ἐχθρεῦσαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, καὶ ἀντικεῖσθαι τοῖς ἀντικειμένοις,
27 καθὼς (ξ) ὁ νόμος διασαφεῖ. Γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς δεήσεως, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, προῆγον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖον· (ο) συνεγγίσαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐφ' ἑαυτῶν ἦσαν.

MS. A. (α) * τρόπων, (β) ἰδίοις (γ) τούτων (δ) φυγαδεύσαντες, (ε) λιτανείαν, (ζ) κατέσφαζόν τε (η) Ἰώσηπον, ἔπι δὲ Ζακχαῖον (θ) μυρίας (ι) Προσαγγελθέντος (κ) πέπρακαν (λ) πρῶτον (μ) ἱκεσίαν τοῦ Θεοῦ, γῇ (ν) ἵλεως (ξ) καὶ ὁ (ο) συνεγγίσαντος

Interp. LAT.

Gorgias autem, cum esset dux locorum, assumptis advenis, assiduè contra Judæos bellum trahebat. Simul autem cum hoc & Idumæi, qui tenebant opportunas munitiones, exercebant Judæos, & fugatos ab Hierosolymis suscipientes, bellum nutrire tentabant. Hi verò qui erant cum Maccabæo, facientes supplicationem, & Deum rogantes ut esset sibi adjutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: Quibus & insistentes multâ vi, loca obtinuerunt, omnesque qui in muro pugnabant, ulti sunt, occurrentes autem (d) interemerunt: interfecerunt autem non minus viginti millibus. Cum autem (e) confugissent non minùs novem millibus in duas turres valdè munitas, & omnia quæ adversùs expugnationem, habentes, Maccabæus ad eorum expugnationem relicto Simone, & Josepho, itémque Zacchæo, eísque qui cum ipso erant, satis multis, ipse ad loca, quæ perurgebant, conversus est. Hi verò qui cum Simone erant, argenti cupiditate ducti, à quibusdam, qui in turribus erant, suasi sunt pecunia: & septuaginta millibus drachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. Cum autem Maccabæo nuntiatum esset, quod factum est, principibus populi congregatis, accusavit, quòd pecunia fratres vendidissent, adversariis contra eos dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupavit. Armis autem omnia in manibus prospere agens, in duabus munitionibus plusquàm viginti millia peremit. At Timotheus, qui priùs à Judæis fuerat superatus, convocato magno exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato Asiano equitatu non pauco, advenit quasi armis Judæam capturus. Maccabæus autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo, ad supplicationem Dei se verterunt, caput terrâ aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, Ad eam, quæ est ante altare, crepidinem provoluti, rogabant ut propitius sibi factus, inimicis ipsorum esset inimicus, & adversariis adversaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longiùs de civitate processerunt: proximi autem hostibus effecti resederunt.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
[illegible]
[illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Gorgias autem ejus loco præfectus & dux constitutus, coactis ad se turbis multis, perpetuò cum Judæis bellabat. Idumæi etiam ipsi adjuncti, venientes pugnabant adversùs munita loca sibi propinqua, Judæósque valdè conterebant, & suscipientes eos qui ab Jerosolymis fugiebant, bellum cum Israële agere parabant. Maccabæus autem cum suis cum clamore precantes, supplicabant Deo majorem in modum, ut sibi auxilio esset. Et ad arces Idumæorum recta profecti, fortiter cum ipsis ac viriliter pugnarunt, ita ut ipsas subigere valuerunt, interfectis iis qui de muro pugnabant: occiderúntque quasi viginti millia. Fugerunt autem quasi novem millia, & ingressi sunt duas arces magnas & robustas. Judas autem Maccabæus ad ea loca profectus quæ urgebant, reliquit Simeonem, Josephum & Zacchæum multósque eorum qui ipsi aderant, ut obsidentes pugnarent in arces, donec eos captivos facerent. Profecto inde Judâ, eorum qui cum Simone erant quidam, torti amore pecuniæ ab eis qui in arce erant, acceptis ab eis septuaginta mille argenteis, quosdam eorum aufugere permiserunt. Quod cùm Maccabæo palàm factum esset, coactos populi duces arguit, quòd fratres pecuniâ vendidissent, dimissis hostibus ipsorum. Interfectísque proditoribus arces citò subegit; cùm paucos ad modum haberet: Et in duobus istis arcibus supra viginti millia interfecit. Timotheus autem qui à Judæis initio victus fuerat, coacto exercitu peregrino magno ac robusto, fortibúsque Asiæ equitibúsque multis, Jerosolyma venit Judæam vastaturum se sperans, ac quicquid in ea esset capturum. Maccabæus autem cum suis audito propè eum esse ut veniret, ad clamorem & preces coram Deo conversi, pulvere capitibus inspersο, cinctísque sacco lumbis; Coram altari projecti petebant à Domino ut ipsis propitius esset, opémque ferret, & cum inimicis eorum pugnaret, hostibúsque adversaretur, ut lex dicit. Finitis orationibus supplicationibusque armis captis, cum fiduciâ adversùs eos profecti sunt: & cùm ad prælium venissent, taciti apud se erant.

Versio VULG. LAT.

28 Primo autem Solis ortu utrique commiserunt : isti
quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum vir-
tute Dominum habentes : illi autem ducem belli ani-
29 mum habebant. Sed, cùm vehemens pugna esset,
apparuerunt adversariis de cœlo viri quinque in e-
quis, frænis aureis decori, ducatum Judæis præstan-
30 tes : Ex quibus duo Machabæum medium habentes,
armis suis circumseptum incolumem conservabant :
in adversarios autem tela & fulmina jaciebant, ex
quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione ca-
31 debant. Interfecti sunt autem viginti millia quin-
32 genti, & equites sexcenti. Timotheus verò confu-
git in Gazaram præsidium munitum, cui præerat
33 Chæreas. Machabæus autem, & qui cum eo erant,
34 lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. At
hi qui intùs erant, loci firmitate confisi, supra mo-
dum maledicebant, & sermones nefandos jactabant.
35 Sed cùm dies quinta illucesceret, viginti juvenes ex
his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter
blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & fe-
36 roci animo incedentes ascendebant : Sed & alii si-
militer adscendentes, turres portásque succendere
aggressi sunt, atque ipsos maledicos vivos concrema-
37 re. Per continuum autem biduum præsidio vastato,
Timotheum occultantem se, in quodam repertum
loco peremerunt : & fratrem illius Chæream & A-
38 pollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hy-
mnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui
magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

1 SEd parvo pòst tempore, Lysias procurator regis,
& propinquus, ac negotiorum præpositus, graviter
ferens de his quæ acciderant,

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

28 Ἄρτι δὲ τῆς ἀνατολῆς (α) διαδεχομένης, προσέβαλον ἑκάτεροι.
οἱ μὲν (β) ἔγγυον ἔχοντες εὐημερίας καὶ νίκης (γ) μετ' ἀρετῆς τὴν ἐπὶ
τὸν κύριον καταφυγὴν, οἱ δὲ καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων τιθέμενοι
29 τὸν θυμόν. (δ) Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, ἐφάνησαν τοῖς
ὑπεναντίοις ἐξ οὐρανοῦ ἐφ' ἵππων χρυσοχαλίνων (ε) ἄνδρες πέντε
30 διαπρεπεῖς, καὶ ἀφηγούμενοι τῶν Ἰουδαίων οἱ δύο, Καὶ τὸν Μακ-
καβαῖον μέσον λαβόντες, καὶ σκεπάζοντες ταῖς ἑαυτῶν πανο-
πλίαις ἄτρωτον (ζ) διεφύλαττον· εἰς δὲ τοὺς ὑπεναντίους τοξεύματα
καὶ κεραυνοὺς (η) ἐξερρίπτουν· διὸ συγχυθέντες ἀορασίᾳ, (θ) κατεκό-
31 πτοντο ταραχῆς πεπληρωμένοι. Κατεσφάγησαν δὲ δισμύριοι
32 πρὸς τοῖς πεντακοσίοις, ἱππεῖς δὲ ἑξακόσιοι. Αὐτὸς δὲ ὁ
Τιμόθεος συνέφυγεν εἰς Γάζαρα λεγόμενον ὀχύρωμα, οὗ
33 μάλα φρούριον, στρατηγοῦντος ἐκεῖ Χαιρέου. Οἱ δὲ περὶ τὸν
Μακκαβαῖον (ι) ἄσμενοι περιεκάθισαν τὸ φρούριον ἡμέρας (κ) τέσσαρας.
34 Οἱ δὲ ἔνδον τῇ ἐρυμνότητι τοῦ τόπου πεποιθότες, ὑπέρ ἄγαν ἐβλα-
35 σφήμουν καὶ λόγους ἀθεμίτους (λ) προΐεντο. Ὑποφαινούσης δὲ τῆς
πέμπτης ἡμέρας, (μ) εἴκοσι νεανίαι τῶν περὶ τὸν Μακκαβαῖον πυρω-
θέντες τοῖς θυμοῖς διὰ τὰς βλασφημίας, προσβαλόντες τῷ
τείχει, ἀρρενωδῶς καὶ θηριώδει θυμῷ τὸν ἐμπίπτοντα ἔκοπτον.
36 Ἕτεροι δὲ ὁμοίως προσαναβάντες ἐν τῷ περισπασμῷ πρὸς τοὺς
ἔνδον, ἐνεπίμπρων τοὺς πύργους, καὶ πυρὰς (ν) ἀνάπτοντες ζῶντας
37 τοὺς βλασφήμους κατέκαιον. Οἱ δὲ τὰς πύλας διέκοπτον, εἰσ-
δεξάμενοι δὲ τὴν λοιπὴν τάξιν, προκατελάβοντο τὴν πόλιν,
καὶ τὸν Τιμόθεον ἀποκεκρυμμένον ἔν τινι λάκκῳ κατέσφαξαν,
38 καὶ τὸν τούτου ἀδελφὸν Χαιρέαν, καὶ τὸν (ξ) Ἀπολλοφάνη. Ταῦτα
δὲ διαπραξάμενοι, μεθ' ὕμνων καὶ (ο) ἐξομολογήσεων εὐλόγουν τῷ
κυρίῳ τῷ μεγάλως εὐεργετοῦντι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸ νῖκος
αὐτοῖς διδόντι.

MS. A. (α) διαχεθμένης, προσέβαλον (β) οὐν ἔγγυον (γ) μετὰ (δ) Γινομένης (ε) πέντε ἄνδρες (ζ) διεφύλασσον· εἰς δὲ τοὺς ἐναντίους (η) ἐξεπίπτουν· (θ) διεκόπτοντο (ι) ἀσμένως (κ)* τεσσεράκοντα. (λ) παριέντες. Ὑποφαινούσης (μ) καὶ εἰκασῆς, (ν) ἀνάπτοντες (ξ) Ἀπολλοφάνην. (ο) ἐξομολογήσεως

ΚΕΦ. ια'.

1 ΜΕτ' ὀλίγον δὲ παντελῶς (α) χρόνον Λυσίας ἐπίτροπος τοῦ βα-
σιλέως καὶ συγγενὴς, καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, λίαν βαρέως φέρων
ἐπὶ τοῖς γεγονόσι,

MS. A. (α)* χρονίσκον

Interp. LAT.

Primo autem Solis ortu utrique commiserunt, 28
isti quidem prosperitatis & victoriæ sponsorem
cum virtute refugium in Dominum habentes, illi
autem ducem certaminum statuentes furorem. Sed 29
cùm vehemens pugna esset, apparuerunt adversa-
riis de cœlo viri quinque in equis auro frænatis
decori, & ducatum Judæis præstantes duo, Et 30
Maccabæum assumentes medium, & armis suis
tegentes invulneratum conservabant, in adversa-
rios autem tela, & fulmina jaciebant: ex quo
cæcitate confusi intercidebantur repleti perturba-
tione. Interfecti sunt autem viginti millia quin- 31
genti, & equites sexcenti. Ipse verò Timotheus 32
confugit in Gazaram dictum præsidium valdè
munitum, cui præerat Chæreas. Maccabæus au- 33
tem & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præ-
sidium diebus quatuor. At hi qui intùs erant, loci 34
firmitate confisi, supra modum blasphemabant, &
sermones nefandos jactabant. Sed cùm dies quinta 35
illucesceret, viginti juvenes ex his qui cum Mac-
cabæo erant, accensi animis propter blasphemias,
viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo
occurrentem cædebant. Sed & alii similiter ascen- 36
dentes in circumflexione adversùs eos qui intùs
erant, incendebant turres, & pyras incendentes,
ipsos blasphemos vivos concremârunt. Alii autem 37
portas interciderunt: & intromittentes reliquam
aciem, occupaverunt civitatem, & Timotheum
occultantem se in quodam lacu peremerunt, & fra-
trem illius Chæream, & Apollophanem. Quibus 38
gestis, cum hymnis & confessionibus benedicebant
Dominum, qui magnificè benefaciebat Israel, &
victoriam ipsis dabat.

CAP. XI.

SED *parvo prorsùs pòst tempore Lysias procu-* 1
rator regis, & propinquus, ac negotiorum præpo-
situs, valdè graviter ferens de his quæ accide-
rant,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

Ascendente autem die, & oriente Sole, 28
cœperunt partes committere prælium:
Hi quidem Deo fisi, qui ipsis victoriam ac
salutem procurabat, illi copiarum sua-
rum duci. Facto autem prælio magno & 29
forti, de cœlo apparuerunt hostib⁹ quinq;
equites speciosi & gloriosi, equis auro
frænatis, adjuvantes Judæos. Judam 30
autem Maccabæum in medio suî tenen-
tes, protegebant orâ armorum suorum,
& ab omni ictu conservabant, hostibus
sagittas & jacula conjicientibus: quæ
cùm viderunt, caligantibus oculis, solu-
ta est tota acies ipsorum. Et interfecerunt 31
ex ipsis peditum viginti mille quingen-
tos, equites sexcentos. Timotheus autem 32
ad arcem difficilem atque fortem fu-
git quam Gazara dicunt, quam pro
carcere habuerat Chœreas, olim ejus
loci præfectus ac dux. Maccabæani au- 33
tem cum fiduciâ locum obsederunt
quatuor dies. Qui autem in eo erant, 34
confisi robori ejus ac munitioni majo-
rem in modum, Judam Maccabæum cum
suis probris ac maledictis afficiebant
dicta impura & obscæna proferentes.
Cùm autem illucesceret in diē quintum, 35
ex Maccabæanis viginti juvenes zelum in-
duti, & furore incensi propter blasphe-
mias eorum, cursu arcem petiverunt, &
insilientes viriliter instar ferarum valida-
rum, quicquid occurrebat interficiebant.
Alii autem saltu ascendentes, eos qui in 36
turribus erant incendebant, & accenso
igne blasphemos illos vivos exurebant:
Alii portas perfregerunt, itáque civita- 37
tem ingressi subegerunt, Timotheúmque
in fovea quadam occultatum cùm inve-
nissent, occiderunt ibi, ejusque fratres
Chæream & Apollonium cum eo. Qui- 38
bus gestis, cum hymnis & canticis
Deo benedicebant, qui magnam mise-
ricordiam erga Israëlem ostendisset, &
ipsis victoriam dedisset.

CAP. XI.

1 [illegible]

Post tempus autem exiguum, Lysias 1
procurator & cognatus regis, auditis quæ
acciderant omnibus, incensus est & exa-
cerbatus majorem in modum.

Versio VULG. LAT.

2 Congregatis octoginta millibus, & equitatu univer-
so, veniebat adversùs Judæos, existimans se civitatem
quidem captam Gentibus habitaculum facturum,
3 Templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera de-
lubra gentium, habiturum, & per singulos annos ve-
4 nale sacerdotium: Nusquam recogitans Dei pote-
statem, sed mente effrænatus, in multitudine pedi-
tum, & in millibus equitum, & in octoginta ele-
5 phantis confidebat. Ingressus autem Judæam, &
appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab
Jerosolyma intervallo quinque stadiorum, illud præ-
6 sidium expugnabat. Ut autem Machabæus, & qui
cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia, cum
fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis tur-
ba simul, ut bonum angelum mitteret ad salutem Is-
7 rael. Et ipse primus Machabæus, sumptis armis,
cæteros adhortatus est simul secum periculum subire,
8 & ferre auxilium fratribus suis. Cúmque pariter
prompto animo procederent, Jerosolymis apparuit
præcedens eos eques in veste candida, armis aureis
9 hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt
misericordem Dominum, & convaluerunt animis:
non solùm homines, sed & bestias ferocissimas, &
10 muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prom-
pti, de cœlo habentes adjutorem, & miserantem su-
11 per eos Dominum. Leonum autem more impetu ir-
ruentes in hostes, prostraverunt ex eis undecim mil-
12 lia peditum, & equitum mille sexcentos: Univer-
sos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis
vulnerati nudi evaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter
13 fugiens evasit. Et quia non insensatus erat, secum
ipse reputans, factam erga se diminutionem, & intel-
ligens invictos esse Hebræos, omnipotentis Dei au-
14 xilio innitentes, misit ad eos: Promisítque se con-
sensurum omnibus quæ justa sunt, & regem compul-
15 surum amicum fieri. Annuit autem Machabæus pre-
cibus Lysiæ, in omnibus utilitati consulens: & quæ-
cunque Machabæus scripsit Lysiæ de Judæis, ea rex
16 concessit. Nam erant scriptæ Judæis epistolæ à Ly-
sia quidem hunc modum continentes: LYSIAS
populo Judæorum Salutem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

2 Συναθροίσας περὶ τὰς ὀκτὼ μυριάδας καὶ τὴν ἵππον (α) πᾶσαν, παρε-
γένετο ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, λογιζόμενος τὴν μὲν πόλιν Ἕλλησιν οἰκη-
3 τήριον ποιήσειν, Τὸ δὲ ἱερὸν ἀργυρολόγητον καθὼς τὰ λοιπὰ
τῶν ἐθνῶν τεμένη, πρατὴν (β) δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην κατ' ἔτος
4 ποιήσειν, Οὐδαμῶς ἐπιλογιζόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ κράτος, πε-
φρενωμένος δὲ ταῖς μυριάσι τῶν (γ) πεζῶν καὶ ταῖς χιλιάσι τῶν ἱππέων
5 καὶ τοῖς ἐλέφασι τοῖς ὀγδοήκοντα. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἰου-
δαίαν, καὶ συνεγγίσας (δ) τῷ Βαιθσούρᾳ, ὄντι μὲν ἐρυμνῷ (ε) χωρίῳ,
ἀπὸ δὲ Ἱεροσολύμων ἀπέχοντι ὡσεὶ (ζ) σταδίους πέντε, τοῦτο ἔθλι-
6 βεν. Ὡς δὲ μετέλαβον οἱ περὶ τὸν Μακκαβαῖον πολιορκοῦντα αὐτὸν
τὰ ὀχυρώματα, (η) μετ' ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ἱκέτευον σὺν τοῖς ὄ-
χλοις τὸν κύριον, ἀγαθὸν ἄγγελον ἀποστεῖλαι πρὸς σωτηρίαν τῷ Ἰσραήλ.
7 Αὐτὸς δὲ πρῶτος ὁ Μακκαβαῖος ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα προετρέ-
ψατο τοὺς ἄλλους, ἅμα αὐτῷ διακινδυνεύοντας, ἐπιβοηθεῖν τοῖς
8 ἀδελφοῖς αὐτῶν. Ὁμοῦ δὲ καὶ προθύμως (θ) ἐξώρμησαν. αὐτόθι
δὲ καὶ πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντων, ἐφάνη προηγούμενος
αὐτῶν ἔφιππος ἐν λευκῇ ἐσθῆτι, πανοπλίαν χρυσῆν κραδαί-
9 νων. Ὁμοῦ δὲ πάντες εὐλόγησαν τὸν ἐλεήμονα Θεόν, καὶ ἐπερ-
ρώσθησαν ταῖς ψυχαῖς, οὐ μόνον ἀνθρώπους (ι) ἀλλὰ καὶ θῆρας τοὺς ἀ-
10 γριωτάτους, καὶ σιδηρᾶ τείχη τιτρώσκειν ὄντες ἕτοιμοι. (κ) Προσ-
ῆγον ἐν διασκευῇ τὸν ἀπ' οὐρανοῦ σύμμαχον ἔχοντες, ἐλεή-
11 σαντος αὐτοὺς τοῦ κυρίου. (λ) Λεοντηδὸν δὲ ἐντινάξαντες εἰς τοὺς
πολεμίους, κατέστρωσαν αὐτῶν χιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις,
12 ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους (μ) πρὸς τοῖς χιλίοις· Τοὺς δὲ πάντας ἠνάγ-
κασαν (ν) φυγεῖν. οἱ πλείονες δὲ αὐτῶν τραυματίαι γυμνοὶ διεσώ-
13 θησαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λυσίας αἰσχρῶς φεύγων διεσώθη. Οὐκ
ἄνους δὲ ὑπάρχων, πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλων τὸ γεγονὸς περὶ
(ξ) ἑαυτὸν ἐλάττωμα, καὶ συννοήσας ἀνικήτους εἶναι τοὺς Ἑβραίους, (ο) τοῦ
πάντα δυναμένου Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτοῖς, προσαπέστειλας
14 (π) Ἔπεισε συλλύσεσθαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, καὶ διότι καὶ τὸν βασι-
15 λέα πείσειν φίλον αὐτοῖς ἀναγκάζειν γενέσθαι. Ἐπένευσε δὲ
ὁ Μακκαβαῖος ἐπὶ πᾶσιν οἷς ὁ Λυσίας παρεκάλει τοῦ συμφέ-
ροντος φροντίζων. ὅσα γὰρ ὁ Μακκαβαῖος ἐπέδωκε τῷ Λυσίᾳ
16 διὰ γραπτῶν περὶ τῶν Ἰουδαίων, συνεχώρησεν (ρ) ὁ βασιλεύς. Ἦσαν
γὰρ αἱ γεγραμμέναι τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιστολαὶ παρὰ μὲν Λυσίου περιέ-
χουσαι τὸν τρόπον τοῦτον· Λυσίας τῷ πλήθει τῶν Ἰουδαίων χαίρειν.

MS. A. (α) ἅπασαν, παρεγένετο (β) δὲ κατ' ἔτος τὴν ἀρχιερωσύνην ποιήσειν, (γ)* πεδῶν (δ) Βεθσουρῶν, (ε)* χωρίον,
Ἱεροσολύμων δὲ ἀπέχοντι (ζ) σχοίνους πέντε, (η) μετὰ (θ) ἐξώρμησαν. αὐτόθι δὲ πρὸς (ι) θῆρας δὲ τοὺς (κ) Προῆγον (λ) Λεόν-
των (μ) πρὸς χιλίοις· (ν) φεύγειν. (ξ) αὐτὸν ἐλάττωμα, (ο) τοῦ δυναμένου (π) * Ἔπεισε συλλύεσθαι (ρ) ὁ γραμματεύς. Ἦσαν γὰρ γεγραμμέναι

Interp. LAT.

Congregatis octoginta circiter millibus, & equitatu
universo, veniebat adversùm Judæos, existimans
se civitatem quidem Græcis habitaculum facturum,
3 Templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera de-
lubra gentium, venale autem per singulos annos sum-
mum sacerdotium facturum, Nusquam recogitans 4
Dei potestatem, sed mente effrænatus ob myriades
peditum, & millia equitum, et elephantos octoginta.
Ingressus autem Judæam, & appropians Beth- 5
suræ, munito quidem loco, distanti autem ab Hie-
rosolyma quasi stadiis quinque, illud vexabat. Ut 6
autem Maccabæus, & qui cum eo erant, cognove-
runt expugnari ab illo præsidia, cum fletu & la-
chrymis rogabant unà cum turbis Dominum, ut bo-
num angelum mitteret ad salutem Israel. Et ipse 7
primus Maccabæus sumptis armis cæteros exhorta-
tus est simul secum periculum subire, & ferre auxi-
lium fratribus suis. Pariter autem & prompto 8
animo processerunt. Ibidem verò, cùm etiam apud
Hierosolymam essent; apparuit præcedens eos eques
in veste candida, armaturam auream vibrans. Tunc 9
omnes simul benedixerunt misericordem Deum, &
convaluerunt animis, non solùm homines, sed &
bestias ferocissimas & muros ferreos parati ferire.
Ibant prompti, de cœlo habentes adjutorem, mise- 10
rante super eos Domino. Leonum autem more irruen- 11
tes in hostes, prostraverunt ex eis undecim millia,
equitum verò mille sexcentos: Universos autem in 12
fugam verterunt: plures autem ex eis vulnerati,
nudi evaserunt: sed & ipse Lysias turpiter fugiens
evasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse re- 13
putans factam circa se diminutionem, & intelligens
invictos esse Hebræos, omnipotente Deo auxilium
eis ferente, misit ad eos: Persuasitque se consen- 14
surum omnibus quæ justa sunt, idcóque regem etiam
compulsurum amicum fieri. Annuit autem Mac- 15
cabæus precibus Lysiæ, in omnibus utilitati consu-
lens. Quæcunque enim Maccabæus tradidit Lysiæ
per scripta de Judæis, ea rex concessit. Nam erant 16
scriptæ Judæis epistolæ à Lysia siquidem hunc mo-
dum continentes. Lysias populo Judæorum Salu-
tem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

Et coacto plusquam octoginta millium
exercitu, equitibúsque multis, venit
adversùs Judæos: putabant autem ur-
bem ipsam gentibus habitandam; Tem-
plum autem pecuniæ exigendæ assigna-
turum, instar reliquorum Idoliorum,
Sacerdotium autem summum soluturum
& aboliturum: Nec recordatus est, nec
ob oculis posuit Dei magnitudinē ac ju-
dicium, sed superbiâ elatus est, & myria-
dibus exercitûs sui fidebat, equitúm-
que millibus & elephantis. Et ingres-
sus Judæam Bethsuræque appropinquans
ad urbem quandam magnam castra
posuit, distantem Jerosolymis quasi XII
milliaria & quinq; stadia, et arctare cœ-
pit. Maccabæani autem, audito præ-
dari ipsum cœpisse, & arces subigere,
cum fletu & lachrymis à Domino pete-
bant, ut Angelum bonum mitteret re-
dimendo Israëli. Primus autem Mac-
cabæus sumptis armis incitavit & con-
fortavit socios, ut sociis auxilium fer-
rent, in angustiis hostilibus constitutis.
Profectiq; simul omnes corde prompti,
cùm essent juxta Jerosolyma, apparuit
ipsis dux eorum vestitu albo, equo in-
sidens, arma aurea indutus, quibus ful-
gebat, quæque vibrabat: Statímque
omnes elatâ voce benedixerunt De-
um cœli misericordem: corroborati a-
nimis & certiores facti, non homines
tantum se eversuros, sed & feras syl-
vestres & muros ferreos destructuros,
Profectiq; cum fiducia, credebant Deum
ipsis propitiū & adjutorium esse; Instar
leonum in hostes incurrentes sustule-
runt ex ipsis quasi undecim millia, e-
quitésque mille sexcentos; Fugienti-
bus autem reliquis, vulnerati quidam
ex ipsis fugerunt nudi, ipse etiam Ly-
sias cum pudore multo fugiens evasit.
Et cùm Lysias apud se esset, cogitarétque
quod sibi acciderat, venit ipsi in men-
tem & dixit, insuperabiles esse Ebræ-
os, quòd ipsis Deus fortis auxilio sit:
misitque ad eos; Et amicitiam cum
ipsis facere voluit, dixítque regem et-
iam coacturum se ut amicus ipsis fieret.
Annuit autē Maccabæus eis quæ petebat
Lysias; quòd, quæ usui essent, fieri vel-
let & quicquid Maccabæus de Judæis
scripto ad Lysiam miserat, indulserat
ipsis rex. Erant autem epistolæ quas
Lysias Judæis scripsit, in hunc modum
Lysias, Synagogæ Judæorum Salutem.

Versio VULG. LAT.

17 Joannes & Abesalom, qui missi fuerant à vobis, tra-
dentes scripta, postulabant ut ea, quæ per illos signi-
18 ficabantur, implerem. Quæcunque igitur regi po-
tuerunt perferri, exposui : & quæ res permittebat,
19 concessit. Si igitur in negotiis fidem conservave-
ritis, & deincèps bonorum vobis causa esse tenta-
20 bo. De cæteris autem per singula verbo mandavi,
& istis, & his qui à me missi sunt, colloqui vobis-
21 cum. Benè valete. Anno centesimo quadragesimo
octavo, mensis Dioscori die vigesimâ & quartâ.
22 Regis autem epistola ista continebat : REX Anti-
23 ochus Lysiæ fratri Salutem. Patre nostro inter deos
translato, nos volentes eos, qui sunt in regno nostro,
sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligenti-
24 am, Audivimus Judæos non consensisse patri meo
ut transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere
velle suum institutum, ac propterea postulare à no-
25 bis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc
quoque gentem quietam esse, statuentes judicavi-
mus, templum restitui illis, ut agerent secundùm suo-
26 rum majorum consuetudinem. Benè igitur feceris,
si miseris ad eos, & dexteram dederis : ut cognitâ
nostrâ voluntate, bono animo sint, & utilitatibus pro-
27 priis deserviant. Ad Judæos verò regis epistola ta-
lis erat : REX Antiochus senatui Judæorum, & cæ-
28 teris Judæis Salutem. Si valetis, sic estis ut volu-
29 mus : sed & ipsi benè valemus. Adiit nos Mene-
laus, dicens velle vos descendere ad vestros, qui sunt
30 apud nos. His igitur, qui commeant usque ad diem
trigesimum mensis Xanthici, damus dextras securita-
31 tis, Ut Judæi utantur cibis & legibus suis, sicut &
priùs : * nemo eorum ullo modo molestiam patia-
32 tur de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus
33 autem & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete.
Anno centesimo quadragesimo octavo, Xanthici men-
34 sis quintadecimâ die. Miserunt autem etiam Roma-
ni epistolam, ita se habentem : QUINTUS
Memmius & Titus Manilius, legati Romanorum, po-
35 pulo Judæorum Salutem. De his, quæ Lysias cogna-
tus regis concessit vobis, & nos concessimus.

ΜΑΚΚΑΒΑΪΩΝ Β'.

17 Ἰωάννης καὶ Ἀβεσσαλὼμ οἱ πεμφθέντες παρ' ὑμῶν, ἐπιδόντες
τὸν ὑπογεγραμμένον χρηματισμὸν, ἠξίουν περὶ τῶν δι' αὐτοῦ
18 σημαινομένων. Ὅσα μὲν οὖν ἔδει καὶ τῷ βασιλεῖ προσενε-
χθῆναι, διεσάφησα, ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, συνεχώρησεν.
19 Ἐὰν μὲν οὖν συντηρήσητε τὴν εἰς τὰ πράγματα εὔνοιαν, καὶ
εἰς τὸ λοιπὸν πειράσομαι (α) παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν γενέσθαι.
20 Ὑπὲρ δὲ (β) τῶν κατὰ μέρος ἐντέταλμαι τούτοις τε καὶ τοῖς παρ'
21 ἐμοῦ διαλεχθῆναι ὑμῖν. Ἔρρωσθε. ἔτους ἑκατοστοῦ (γ) τεσσαρακο-
22 στοῦ ὀγδόου, Διοσκορινθίου (δ) εἰκοστῇ τετάρτῃ. Ἡ δὲ τοῦ βασι-
λέως ἐπιστολὴ περιεῖχεν οὕτως· Βασιλεὺς Ἀντίοχος τῷ ἀδελ-
23 φῷ Λυσίᾳ χαίρειν. Τοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς θεοὺς μεταστάντος,
(ε) βουλόμενοι τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας ἀταράχους ὄντας γενέσθαι
24 πρὸς τὴν τῶν (ζ) ἰδίων ἐπιμέλειαν, Ἀκηκοότες τοὺς Ἰουδαίους μὴ
συνευδοκοῦντας τῇ τοῦ πατρὸς (η) ἐπὶ τὰ Ἑλληνικὰ μεταθέσει, ἀλλὰ
τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν (θ) αἱρετίζοντας, καὶ διὰ τοῦτο ἀξιοῦντας
25 συγχωρηθῆναι αὐτοῖς τὰ (ι) νόμιμα αὐτῶν· Αἱρούμενοι οὖν καὶ
τοῦτο τὸ ἔθνος ἐκτὸς ταραχῆς εἶναι, κρίνομεν τό, τε (κ) ἱερὸν
αὐτοῖς ἀποκατασταθῆναι, καὶ πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προ-
26 γόνων αὐτῶν ἔθη. Εὖ οὖν ποιήσεις διαπεμψάμενος πρὸς αὐ-
τοὺς καὶ δοὺς δεξιὰς, ὅπως (λ) εἰδότες τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν,
εὔθυμοί τε ὦσι, καὶ ἡδέως διαγίνωνται (μ) πρὸς τῇ τῶν ἰδίων
27 ἀντιλήψει. Πρὸς δὲ τὸ ἔθνος ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ (ν) τοι-
αύτη ἦν· Βασιλεὺς Ἀντίοχος τῇ γερουσίᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ
28 τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις χαίρειν. (ξ) Εἰ ἔρρωσθε, εἴη ἂν ὡς βουλό-
29 μεθα· καὶ αὐτοὶ δὲ ὑγιαίνομεν. Ἐνεφάνισεν ἡμῖν (ο) ὁ Μενέλαος
30 βούλεσθαι κατελθόντας ὑμᾶς γίνεσθαι πρὸς τοῖς ἰδίοις. Τοῖς
οὖν (π) καταπορευομένοις μέχρι τριακάδος Ξανθικοῦ ὑπάρξει δεξιὰ
31 μετὰ τῆς (ρ) ἀδείας, χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ἑαυτῶν δαπανή-
μασι καὶ νόμοις καθὰ καὶ τὸ πρότερον, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν κατ'
32 οὐδένα τρόπον παρενοχληθήσεται περὶ τῶν ἠγνοημένων. Πέπομ-
33 φα δὲ καὶ τὸν Μενέλαον (σ) παρακαλέσοντα ὑμᾶς. Ἔρρωσθε. ἔτους
34 ἑκατοστοῦ (τ) τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου, Ξανθικοῦ (υ) πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ. Ἔ-
πεμψαν δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως·
Κόϊντος Μέμμιος, Τίτος (φ) Μάνλιος, πρεσβύται Ῥωμαίων, τῷ
35 δήμῳ τῶν Ἰουδαίων χαίρειν. Ὑπὲρ ὧν Λυσίας ὁ συγγενὴς τοῦ βα-
σιλέως συνεχώρησεν ὑμῖν, καὶ ἡμεῖς συνευδοκοῦμεν.

Interp. LAT.

Joannes, & Abessalom, qui missi fuerant à vo- 17
bis, tradentes subscriptum responsum, rogabant
pro iis quæ per illud significabantur. Quæcun- 18
que igitur regi etiam oportebat perferri; exposui:
quæ autem res permittebat, (a) concessit. Si 19
igitur in negotiis fidem conservaveritis; &
deincèps bonorum vobis causa esse tentabo. De 20
singulis autem quibusque rebus mandavi & istis
& his qui missi sunt à me, colloqui vobiscum. Be- 21
nevalete. Anno centesimo quadragesimo octavo
Dioscorinthii die vigesimâ quartâ. Regis au- 22
tem epistola hæc continebat : Rex Antiochus
Lysiæ fratri Salutem. Patre nostro inter deos 23
translato, nos (b) volentes, eos qui sunt in re-
gno, sine tumultu degentes rebus suis adhibere di-
ligentiam, Cùm audissemus Judæos non consentire 24
ei quæ à patre jussa fuit, ad Græcorum ritum
translationi, sed tenere velle suum institutum,
ac propterea postulare concedi sibi legitima sua;
Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, 25
judicamus & templum restitui illis, & ut agant
secundùm suorum majorum consuetudinem. Benè 26
igitur feceris, si miseris ad eos & dexteram dede-
ris; ut cognitâ nostrâ voluntate, & bono animo
sint, & jucundè rebus propriis deserviant. Ad 27
gentem verò ipsam regis epistola talis erat.
Rex Antiochus senatui Judæorum, & cæteris
Judæis Salutem. Si valetis; sic est, ut vo- 28
lumus : sed & ipsi benè valemus. Significa- 29
vit nobis Menelaus velle vos descendere, &
esse cum propriis. His igitur qui commeant, 30
usque ad diem trigesimum mensis Xanthici erit
dextera cum securitate : Ut Judæi utantur 31
cibis, & legibus suis, sicut & priùs : &
nemo eorum ullo modo molestiam patiatur
de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Mi- 32
si autem & Menelaum, qui vos alloqua-
tur. Valete : Anno centesimo quadragesimo octa- 33
vo, Xanthici mensis quintadecimâ die. Mise- 34
runt autem etiam Romani ad eos epistolam ita
habentem. Quintus Memmius, Titus (c) Man-
lius, legati Romanorum, populo Judæorum Sa-
lutem. De his quæ Lysias cognatus regis con- 35
cessit vobis, & nos consentimus.

MS.A. (α) παραίτιος ἀγαθῶν (β) τῶν κατὰ (γ) τεσσαρακοστοῦ (δ) τετράδι καὶ εἰκάδι. (ε) βουλομένου (ζ) Ἰουδαίων (η) εἰς τὰ (θ) αἱρετίζοντας ἀξιοῦν (ι) νόμιμα· Αἱρούμενοι (κ) ἱερὸν ἀποκατασταθῆναι αὐτοῖς, (λ) ἰδόντας (μ) πρὸς τῇ τῶν ἰδίων ἀντιλήψει. (ν) τοιάδε (ξ) Ἔρρωσθαι, (ο) Μενέλαος βουλόμενος κατελθόντας * ἡμᾶς (π) * καταπορευόμενος (ρ) * ἰδίας, (σ) παρακαλέσαντα (τ) τεσσαρακοστοῦ (υ) πεντεκαιδεκάτῃ. * Ἐπέμψαμεν (φ) Μάνιος

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
31 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
[illegible]
35 [illegible]

Juchanan & Abisalom à vobis missi, 17
traditis literis, de eo quod in eis scri-
ptum erat postulârunt : Quod igitur 18
ad regem referendum fuit, retuli &
dixi ei : Quodque ipsum concedere
æquum fuit, concessit. Quare si con- 19
ferretis amicitiam quam habetis nobis-
cum, omnium vobis bonorum causa ero.
De eis autem, de quibus misistis, scri- 20
psi & mandavi omnia secundùm volun-
tatem vestram fieri. Anno centesimo 21
quadragesimo octavo, vicesimo quarto
Tisri posterioris. Venit à rege epi- 22
stola, in hunc modum scripta; An- 23
tiochus rex, Lysiæ fratri, Salutem; Pa-
tre in deos translato, regnum nostrum
sine motu esse cupio : scripsi igitur de
negotio Judæorum; Eò quòd accepi 24
de eis, quod nolint annuere voluntati
patris mei de Hellenismo; sed in legi-
bus suis perseverare velint, & propter-
ea leges sibi suas concedi postulant.
Nos etiam populum istum sine pertur- 25
batione ac timore degere volumus, tem-
plúmque ipsis suum restitui, & secun-
dùm leges moresque patrios degere i-
psos ac vivere. Si igitur ad eos mi- 26
seris, fidémque dederis, & mentem er-
ga eos nostram videntes læti ac quie-
ti operibus se suis accingant, rectè fe-
ceris. Ad Judæos autem epistola regis 27
sic scripta erat : Antiochus rex Sena-
tui, reliquísque Judæis, salvere ac va-
lere, Sicut & cupimus : nos autem et- 28
iam valemus. Retulit ad nos Menelaus 29
de vobis, quod quieti operibus vestris
& negotiis adesse cupitis, secundùm
leges vestras agentes. Nos etiam, fide 30
datâ, remittimus quod erratum fuerit,
usque ad finem mensis Nisan. Vivant 31
igitur Judæi legibus suis ut olim, nec
quisquam eis de re quaquam molestus
sit. Misi autem Menelaum, qui vos 32
horum certiores faciat. Valete. An- 33
no centesimo quadragesimo octavo, de-
cimo quinto Nisan. Miserunt autem 34
& Romani Judæis epistolam, sic scri-
ptam; QUINTUS Memistitus & Ma-
nius Senatores Romanorum, cœtui
Judæorum Salutem; Quæcunque con- 35
cessit vobis Lysias cognatus regis, eis
nos etiam consentimus.

Versio VULG. LAT.

36 De quibus autè ad regem judicavit referendum, confestim aliquem mittite, diligentiùs inter vos conferentes, ut decernamus, sicut congruit vobis: nos
37 enim Antiochiam accedimus. Ideóque festinate rescribere, ut nos quoque sciamus cujus estis volunta-
38 tis. Benè valete. Anno centesimo quadragesimo octavo, quintadecimâ die mensis Xanthici.

CAP. XII.

1 His factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem,
2 Judæi autem agriculturæ operam dabant. Sed hi qui resederant, Timotheus, & Apollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon super hos, & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silen-
3 tio agere, & quiete. Joppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrârunt: rogaverunt Judæos, cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas paraverant, cum uxoribus & filiis, quasi nullis inimici-
4 tiis inter eos subjacentibus. Secundùm commune itaque decretum civitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causâ nihil suspectum habentibus: cùm in altum processissent, submerserunt non minùs ducen-
5 tos. Quam crudelitatem Judas in suæ gentis homines factam ut cognovit, præcepit viris, qui erant cum
6 ipso: & invocato justo judice Deo, Venit adversùs interfectores fratrum, & portum quidem noctu succendit, scaphas exussit, eos autem, qui ab igne
7 refugerant, gladio peremit. Et cùm hæc ita egisset, discessit quasi iterum reversurus, & universos
8 Joppitas eradicaturus. Sed cùm cognovisset & eos, qui erant Jamniæ, velle pari modo facere habitanti-
9 bus secum Judæis, Jamnitis quoque nocte supervenit, & portum cum navibus succendit: ita ut lumen ignis appareret Jerosolymis à stadiis ducentis qua-
10 draginta. Indè cùm jam abiissent novem stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes, quinque millia viri, & equites quingenti.
11 Cùmque pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui Arabes victi, petebant à Juda dextrâ sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

36 Ἃ δὲ ἔκρινε (α) προσανενεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, πέμψατέ τινα παραχρῆμα ἐπισκεψάμενοι περὶ τούτων, (β) ἵνα ἐκθῶμεν ὡς καθήκει (γ) ὑμῖν·
37 ἡμεῖς γὰρ προσάγομεν πρὸς Ἀντιόχειαν. Διὸ σπεύσατε, καὶ πέμψατέ
38 τινας, ὅπως καὶ ἡμεῖς ἐπιγνῶμεν ὁποίας ἐστὲ γνώμης. Ὑγιαίνετε. Ἔτους ἑκατοστοῦ (δ) τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου, Ξανθικοῦ (ε) πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ.

MS.A. (α) προσανενήνεχθαι (β) ἵν' ἔχωμεν (γ) ἡμῖν· (δ) τεσσαρακοστοῦ (ε) πεντεκαιδεκάτῃ.

ΚΕΦ. ιβ'.

1 Γενομένων (α) τῶν συνθηκῶν τούτων, ὁ μὲν Λυσίας ἀπῆλθε πρὸς τὸν βα-
2 σιλέα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι περὶ τὴν γεωργίαν ἐγίνοντο. Τῶν δὲ κατὰ τόπον στρατηγῶν Τιμόθεος καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Γενναίου, ἔτι δὲ Ἱερώνυμος καὶ Δημοφῶν, πρὸς δὲ τούτοις Νικάνωρ ὁ Κυπριάρχης, οὐκ
3 εἴων αὐτοὺς (ϛ) εὐσταθεῖν, καὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἄγειν. Ἰοππῖται δὲ τηλικοῦτο συνετέλεσαν τὸ δυσσέβημα. παρακαλέσαντες (γ) τοὺς σὺν αὐτοῖς οἰκοῦντας Ἰουδαίους ἐμβῆναι εἰς τὰ (δ) παρασταθέντα ὑπ' αὐτῶν σκάφη σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ὡς μηδεμιᾶς ἐνεστώσης πρὸς
4 αὐτοὺς δυσμενείας, (ε) Κατὰ δὲ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, καὶ τούτων ἐπιδεξαμένων ὡς ἂν εἰρηνεύειν θελόντων, καὶ μηδὲν ὕποπτον ἐχόντων, (ζ) ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐβύθισαν, ὄντας οὐκ ἔλαττον τῶν
5 διακοσίων. Μεταλαβὼν δὲ (η) Ἰούδας τὴν γεγενημένην εἰς τοὺς ὁμοεθνεῖς ὠμότητα, παραγγείλας τοῖς περὶ αὐτὸν ἀνδράσι, καὶ ἐπικα-
6 λεσάμενος τὸν δίκαιον κριτὴν Θεὸν, (θ) Παρεγένετο ἐπὶ τοὺς μιαιφόνους τῶν ἀδελφῶν· (ι) καὶ τὸν μὲν λιμένα νύκτωρ ἐνέπρησε, καὶ τὰ σκάφη κατέ-
7 φλεξε, τοὺς δὲ ἐκεῖ συμφυγόντας ἐξεκέντησε. Τοῦ δὲ χωρίου συγκλεισθέντος, (κ) ἀνέλυσεν, ὡς πάλιν ἥξων καὶ τὸ σύμπαν τῶν
8 Ἰοππιτῶν ἐκριζῶσαι πολίτευμα. Μεταλαβὼν δὲ καὶ τοὺς ἐν Ἰαμνείᾳ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν βουλομένους τρόπον τοῖς (λ) παροικοῦσιν Ἰου-
9 δαίοις, Καὶ τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλὼν, ὑφῆψε τὸν λιμένα σὺν τῷ στόλῳ, ὥστε (μ) φαίνεσθαι τὰς αὐγὰς τοῦ φέγγους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα,
10 σταδίων ὄντων διακοσίων (ν) τεσσαράκοντα. Ἐκεῖθεν δὲ (ξ) ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα, ποιουμένων τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν Τιμόθεον, (ο) προσέβαλον Ἄραβες αὐτῷ οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ πεντα-
11 κόσιοι. Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν διὰ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν εὐημερησάντων, (π) ἐλαττωθέντες οἱ Νομάδες Ἄραβες ἠξίουν δοῦναι τὸν Ἰούδαν δεξιὰν αὐτοῖς, ὑπισχνούμενοι καὶ βοσκήματα δώσειν, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ὠφελήσειν αὐτούς.

MS.A. (α) δὲ τῶν (β) εὐσταθεῖν, καὶ * τὰς ἡσυχίας (γ) τοὺς ἐν ἑαυτοῖς (δ) παρακατασταθέντα (ε) Μετὰ δὲ (ζ) ἀχθέντας (η) ὁ Ἰούδας (θ) Παραγενόμενος (ι) τὸν μὲν * ἐνέπρησε (κ) * ἀνέζευξεν, πάλιν (λ) κατοικοῦσιν (μ) ἐπιφαίνεσθαι (ν) τεσσαράκοντα. (ξ) ἀποσπάσαντες (ο) ἐπέβαλλον (π) ἐλαττονωθέντες Νομάδες ἠξίουν

Interp. LAT.

De quibus autem ad regem judicavit referendum, confestim aliquem mittite consideraturum de his, ut decernamus, sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Ideò festinate, & mittite aliquos; ut nos quoque sciamus, cujus estis voluntatis. Valete: Anno centesimo quadragesimo octavo quintadecimâ die mensis Xanthici.

CAP. XII.

His autem factis pactionibus, Lysias quidem pergebat ad regem; Judæi autem agriculturæ operam dabant. Ex ducibus autem qui erant per loca, Timotheus, & Apollonius Gennei filius, sed & Hieronymus, & Demophon, præter hos autem Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in quiete agere, & silentio. Joppitæ verò tale quoddam flagitium perpetraverunt. Cùm rogâssent eos qui secum habitabant, Judæos, ascendere in paratas ab ipsis scaphas, cum uxoribus & filiis, quasi nullis inimicitiis erga eos subjacentibus, Secundùm autem commune decretum civitatis, & his acquiescentibus, tanquam pacificè agere volentibus, nihilque suspectum habentibus, eos cùm in altum processissent, submerserunt, cùm essent non minùs ducentis. Quam crudelitatem Judas in suæ gentis homines factam ut cognovit; præcipiens viris qui erant cum ipso, & invocato justo judice Deo, Venit adversùs interfectores fratrum: & portum quidem nocte succendit, & scaphas exussit, eos autem, qui illuc refugerant, peremit. Ipsâ autem regione conclusâ, discessit quasi iterum reversurus, & universam Joppitarum rempublicam eradicaturus. Sed cùm cognovisset, & eos qui erant Jamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Judæis; Jamnitis quoque nocte supervenit, & portum cum navibus succendit; ita ut lumen ignis appareret Hierosolymis ab stadiis ducentis quadraginta. Indè autem cùm abiissent novem stadiis, & iter facerent contra Timotheum; commiserunt cum eo Arabes non pauciores quinque millibus, & equites quingenti. Cùmque pugna valida facta esset, & his, qui circa Judam, auxilio Dei prosperè cessisset; victi Nomades Arabes petebant à Juda dextras sibi dari, promittentes, se & pascua daturos, & in cæteris profuturos ipsis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

Quæ autem ad regem de vobis retulit, de eis, qui agant vestro nomine mittite, ut fiat quod gratum sit vobis, in omnibus quæ vultis. Antiochiam enim profecturi sumus: Festinatò igitur ad nos mittite qui nos certiores faciant quomodo agatis. Anno centesimo quadragesimo octavo, quintodecimo Nisan.

CAP. XII.

His rebus gestis, profectus Lysias ad regem discessit, Judæi autem ad agros suos colendos conversi sunt. Præfecti autem & duces qui in locis erant, Timotheus & Apollonius Gannæi filius, & Hieronymus & Ramphon & Nicanor, Cypriique cum eis quietos illos ac pacatos non sinebant. Joppenses autem magnum flagitium sic fecerunt: Judæis qui cum ipsis erant persuaserunt scaphas habitare cum uxoribus & liberis: nullis intercedentibus inter eos inimicitiis, aut litibus, Sed omnibus, concives se reputantibus: quibus consentientibus, quasi scilicet qui pacem agere cuperent, nec quicquam in mente repositum gererent, ingressos quasi ducentos submerserunt in medio mari. Cùm igitur audisset Judas malum & iniquitatem factam popularibus suis, præcepit eis qui secum erant, & precatus cum clamore Deum judicem justum; Venit in fratricidas, portúmque ipsorum noctu incendit, cum navibus qui in eo erant, & qui in eis inventi sunt, interfecit. Quod cùm persensissent cives, clauserunt portas: ipse autem reversus discessit, quòd aliam in eos expeditionem meditaretur, qua Joppam cum incolis funditus everteret. Cùm autem persensisset Jamnitas etiam idem facere cupere Judæis inquilinis suis; Noctu eò profectus incendit portum ipsorum cum omnibus quæ in eo erant, ita ut fulgor ignis incendii Jerosolyma usq; conspiceretur, ducentorum & quadraginta stadiorum intervallo. Digressos inde quasi novem stadia, quasi adversùs Timotheum proficiscerentur, aggressi sunt Arabum pedites ad quinque millia, cum equitibus quingentis. Facto autem prælio & pugnâ magnâ, vicerunt Maccabræi, propter Dei qui ipsis adfuerat auxilium: victi autem Nomades petierunt à Juda ut dextram sibi daret, pascua etiam ipsi daturos pollicentes.

Versio VULG. LAT.

12 Judas autem, arbitratus verè in multis eos utiles,
promisit pacem: dextrísque acceptis, discessêre ad
13 tabernacula sua. Aggressus est autem & civitatem
quandam firmam, pontibus murísque circumseptam,
quæ à turbis habitabatur Gentium promiscuarum,
14 cui nomen Casphin. Hi verò qui intùs erant, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Judam, & blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est.
15 Machabeus autem, invocato magno mundi principe,
qui sine arietibus & machinis temporibus Jesu præ-
16 cipitavit Jericho, irruit ferociter muris: Et captâ
civitate per Domini voluntatem, innumerabiles cædes fecit, ita ut adjacens stagnum stadiorum duorum latitudinis, sanguine interfectorum fluere videretur.
17 Indè discesserunt stadia septingenta quinquaginta, &
venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tubianæi,
18 Judæos: Et Timotheum quidem in illis locis non
comprehenderunt, nullóque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsi-
19 dio. Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos
20 in præsidio, decem millia viros. At Machabæus, ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, adversùs Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditum, equitúmque
21 duo millia quingentos. Cognito autem Judæ adventu, Timotheus præmisit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in præsidium, quod Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & accessu difficile
22 propter locorum angustias. Cùmque cohors Judæ
prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei, qui universa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita ut magìs à suis dejicerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

12 Ἰȣδας δὲ ὑπολαβὼν ὡς ἀληθῶς ὀν πολλοῖς αὐτὺς χρησίμȣς,(α)ἐπε-
χώρησεν εἰρήνην ἄξειν πρὸς αὐτȣς. καὶ λαβόντες δεξιὰς, εἰς τὰς
13 σκηνὰς(β)αὐτῶν ἐχωρίσθησαν. Ἐπέβαλε δὲ καὶ ἐπί τινα πόλιν
γεφυροῦν ὀχυρὰν καὶ τείχεσι περιπεφραγμένην, καὶ παμμιγέσιν
14 ἔθνεσι κατοικȣμένην, ὄνομα δὲ Κάσπιν. Οἱ δ᾽ ἔνδον πεποιθό-
τες τῇ τῶν τειχέων(γ)ἐρυμνότητι, τῇ τε τῶν βρωμάτων παραθέσει,
ἀναγωγότερον ἐχρῶντο, τοῖς περὶ τὸν Ἰȣδαν λοιδορȣ̃ντες, καὶ προσ-
15 ἔτι βλασφημȣ̃ντες, καὶ λαλȣ̃ντες ἃ μὴ θέμις. Οἱ (δ) δὲ περὶ
τὸν Ἰȣδαν ἐπικαλεσάμενοι τὸν μέγαν τȣ̃ κόσμου δυνάστην, τὸν ἄτερ
κριῶν καὶ μηχανῶν ὀργανικῶν καταχρημνίσαντα τὴν Ἱεριχὼ κα-
16 τὰ τοὺς Ἰησοῦ χρόνȣς, ἐνέσεισαν θηριωδῶς τῷ τείχει. Κα-
ταλαβόμενοί τε τὴν πόλιν τῇ τȣ̃ Θεοῦ θελήσει, ἀμυθήτȣς ἐποιή-
σαντο σφαγὰς, ὥστε τὴν παρακειμένην λίμνην τὸ πλάτος ἔχȣσαν
17 (ε)σαδίων δύο, καταῤῥυτον αἵματι πεπληρωμένην φαίνεσθαι. Ἐκεῖ-
θεν δὲ ἀποσπάσαντες σαδίȣς ἑπτακοσίȣς πεντήκοντα διήνυσαν
18 εἰς τὸν Χάρακα,(ζ)πρὸς τȣ̀ς λεγομένȣς Τȣβιηνȣ̀ς Ἰȣδαίȣς. Καὶ Τι-
μόθεον μὲν ἐπὶ τῶν τόπων ȣ̓ κατέλαβον,(η)ἄπρακτον τε ἀπὸ τῶν
τόπων ἐκλελυκότα, καταλελοιπότα δὲ φρȣρὰν ἔν τινι τόπῳ, καὶ
19 μάλα ὀχυράν. Δωσίθεος δὲ καὶ Σωσίπατρος τῶν περὶ τὸν Μακκα-
βαῖον ἡγεμόνων,(θ)ἐξοδεύσαντες ἀπώλεσαν τȣ̀ς ὑπὸ Τιμοθέȣ κατα-
20 λειφθέντας ἐν τῷ ὀχυρώματι πλείȣς τῶν μυρίων ἀνδρῶν. Ὁ δὲ
Μακκαβαῖος διατάξας(ι)τὴν ἑαυτȣ̃ σρατιὰν σπειρηδὸν, κατέσησεν αὐ-
τȣ̀ς ἐπὶ τῶν σπειρῶν, καὶ ἐπὶ τὸν Τιμόθεον(κ)ὥρμησεν ἔχοντα περὶ
αὐτὸν μυριάδας δώδεκα πεζῶν, ἱππεῖς δὲ (λ) χιλίȣς πρὸς τοῖς
21 πεντακοσίοις. Τὴν δὲ ἔφοδον μεταλαβὼν (μ) Ἰούδα, ὁ Τιμόθεος
προεξαπέσειλεν τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὴν ἄλλην ἀπο-
σκευὴν εἰς τὸ λεγόμενον Καρνίον· ἦν γὰρ δυσπολιόρκητον καὶ δυσ-
πρόσιτον τὸ χωρίον διὰ (ν) τὴν τῶν πάντων τῶν τόπων σενότητα.
22 Ἐπιφανείσης δὲ τῆς (ξ) Ἰȣδα σπείρας πρώτης, καὶ γενομένȣ δέȣς ἐπὶ
τȣ̀ς πολεμίȣς, φόβȣ τε ἐκ τȣ̃ (ο) πάντα ἐφορῶντος ἐπιφανείας
(π) γενομένȣ ἐπ᾽ αὐτȣ̀ς, (ρ) εἰς φυγὴν ὥρμησαν ἄλλος ἀλλαχῆ
φερόμενος, ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι, καὶ ταῖς τῶν ξιφῶν
ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι.

MS. A. (α)ὑπεχώρησεν (β)ἐχωρίσθησαν. (γ)εὐρυμνότητι, (δ) δὲ τὸν (ε)σαδίους δύο, καταῤῥεῖν τὸ αἷμα (ζ) καὶ πρὸς τȣ̀ς λεγομένȣς Τȣβείνους (η) ἄπρακτον τότε ἐκ τῶν (θ) ἐξοδεύσαντες τȣ̀ς ὑπὸ Τιμοθέȣ ἀπώλεσαν καταλειφθέντας (ι) τὴν περὶ αὐτὸν σρατιὰν (κ) ὥρμησαν (λ) τετρακισχιλίους καὶ πρὸς τοῖς ἑπτακισχιλίοις. (μ) Ἰȣδου, προεξαπέσειλεν ὁ Τιμόθεος τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην (ν) τὴν πάντων (ξ) Ἰȣδου σπείρης, πρώτου (ο) τὰ πάντα (π) γενομένης (ρ) εἰς φυγὴν

Interp. LAT.

Judas autem arbitratus verè in multis eos utiles, 12
concessit pacem acturum se cum eis: dextrísque
acceptis discessêre ad tabernacula sua. Aggressus 13
est autem & civitatem quandam firmam pontibus, murísque circumseptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiscuarum: cui nomen Caspis.
Hi verò qui intùs erant, confidentes in stabilita- 14
te murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Judam, & præterea blasphemantes, & loquentes quæ fas non est.
Qui autem circa Judā erant, invocato magno 15
mundi principe, qui sine arietibus & machinis temporibus Jesu præcipitavit Hiericho, irruerunt ferociter in muros. Et captâ civitate per 16
Dei voluntatem, innumerabiles cædes fecerunt: ita ut adjacens stagnū stadiorū duorū latitudinis
repletū sanguine fluere videretur. Inde autē disce- 17
dentes stadia septingenta quinquaginta venerūt in Characa, ad eos qui dicuntur Tubieni, Judæos.
Et Timotheum quidem in illis locis non compre- 18
henderunt, nullis rebus gestis tunc à locis illis regressum, relicto autem in quodam loco firmissimo
præsidio. Dositheus autem, & Sosipater, ex iis 19
ducibus qui cum Maccabæo, exeuntes, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio plures quàm
decem millia viros. At Maccabæus ordinato 20
exercitu suo per cohortes, constituit eos super cohortes, & adversùs Timotheum processit habentem secum centum viginti millia peditum, equi-
túmque duo millia quingentos. Cognito autem 21
Judæ adventu Timotheus præmisit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in locum qui Carnion dicitur. Erat enim inexpugnabile & accessu difficile castellum, propter omnium loco-
rum angustias. Cúmque cohors Judæ prima ap- 22
paruisset, & exorto timore in hostibus ac terrore, ex præsentia illius qui universa conspicit; in fugam versi sunt, alius aliò delatus: ita ut sæpè à suis læderentur, & gladiorum mucronibus trajicerentur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Judas autem cogitans eos sibi multis 12
in rebus utiles esse, annuit pacem cum illis agere: Acceptâque dextrâ, pro-
fecti ad tentoria sua discesserunt. Ju- 13
das autem in civitatem quandam impetum fecit, fortem & firmis muris circundatam, quam multæ gentes habi-
tabant, nomine Caspin. Incolæ au- 14
tem murorum firmitati confisi, armísque, quæ multa eis reposita erant in ea supra modum elati Maccabæanos probris & contumeliis afficiebant, dictis immundis, quibus nefas est eos im-
petentes. Maccabæani autem Deum 15
seculorum omnipotentem cum clamore precati, qui diebus Josuæ, muros Jericho sine petris aut machinis aut artificio humano destruxit, accedentes ferarum instar in muros impetum fe-
cerunt, Deique voluntate muro diru- 16
to civitatem subegerunt, multis in ea interfectis, ita ut lacus ipsis propinqua, continens quasi duo stadia, tota
sanguine inficeretur. Inde digressi, 17
confectis stadiis quasi septingentis quinquaginta, Charocem, ad Judæos qui
Tubieni dicuntur, ingressi sunt. Et 18
Timotheum quidem in loco invenerunt sine exercitu, manibus remissis quòd copias non haberet, reliquerat autem in arce quadam magna & for-
ti custodiam. Profecti autem ex Mac- 19
cabæanis præfecti ac duces Dositheus & Sosipater, relictos in arce à Timotheo
supra decē mille interfecerunt. Macca- 20
bæus autē collectū exercitū cùm per cohortes divisisset, singulísq; cohortibus duces præfecisset, contra Timotheum profectus est, adversùs se, cum centum triginta peditum millibus, equitum bis
mille quingentis, venientem. Timo- 21
theus cùm de Maccabæanis inaudivisset, dimisit uxores & liberos omniáque impedimenta ipsorum ad civitatem quæ dicitur Karna, quòd difficile accessu esset castellū, & munitū, nec facile subigi posset, aut spoliari, quòd angustos ab omni parte aditus habe-
ret. Visâ autem primâ acie Macca- 22
bæi, cecidit timor pavorque in hostes voluntate Dei omnipotentis, qui adversùm se illis ostendit, cúmque in pedes se dedissent, in suam quisque partem fugerunt, ita ut alter in alterum incurreret & ascenderet, altérq; ab altero confoderetur, membrísque impotens redderetur, quòd gladios nudos haberent.

Versio VULG. LAT.

23 Judas autem vehementer instabat puniens profanos,
24 & prostravit ex eis triginta millia virorum. Ipse
verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipa-
tris : & multis precibus postulabat ut vivus dimitte-
retur, eò quòd multorum ex Judæis parentes habe-
25 ret, ac fratres, quos morte ejus decipi eveniret. Et
cùm fidem dedisset restiturum se eos secundùm con-
stitutum, illæsum eum dimiserunt, propter fratrum
26 salutem. Judas autem egressus est ad Carnion, in-
27 terfectis vigintiquinque millibus. Post horum fu-
gam & necem, movit exercitum ad Ephron civita-
tem munitam, in qua multitudo diversarum gentium
habitabat : & robusti juvenes pro muris consistentes
fortiter repugnabant : in hac autem machinæ multæ,
28 & telorum erat apparatus. Sed, cùm Omnipoten-
tem invocâssent, qui potestate suâ vires hostium con-
fringit, ceperunt civitatem : & ex eis qui intùs erant,
29 vigintiquinque millia prostraverunt. Indè ad civi-
tatem Scytharum abierunt, quæ ab Jerosolymis sex-
30 centis stadiis aberat. Contestantibus autem his, qui
apud Scythopolitas erant, Judæis, quòd benignè ab
eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis quòd
31 modestè secum egerint : Gratias agentes eis, & ex-
hortati etiam de cætero erga genus suum benignos
esse, venerunt Jerosolymam die solenni septimana-
32 rum instante. Et post Pentecosten abierunt contra
33 Gorgiam præpositum Idumææ. Exivit autem cum
peditibus tribus millibus, & equitibus quadringen-
34 tis. Quibus congressis, contigit paucos ruere Ju-
35 dæorum. Dositheus verò quidam de Bacenoris eques,
vir fortis, Gorgiam tenebat : &, cùm vellet illum
capere vivum, eques quidam de Thracibus irruit in
eum, humerúmque ejus amputavit : atque ita Gorgias
36 effugit in Maresa. At illis, qui cum Esdrin erant,
diutiùs pugnantibus & fatigatis, invocavit Judas
37 Dominum adjutorem & ducem belli fieri : Incipi-
ens voce patriâ, & cum hymnis clamorem extol-
lens, fugam Gorgiæ militibus incussit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

23 Ἐποιεῖτο δὲ τὸν διωγμὸν (α) εὐτονώτερον Ἰούδας, συγκεντῶν τοὺς (β)
24 ἀλιτηρίους, διέφθειρέ τε εἰς μυριάδας τρεῖς ἀνδρῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ
Τιμόθεος ἐμπεσὼν τοῖς περὶ τὸν Δωσίθεον καὶ Σωσίπατρον, ἠξίου
μετὰ πολλῆς γοητείας ἐξαφεῖναι σῶον αὐτόν· διὰ τὸ πλειόνων μὲν γο-
νεῖς, ὧν δὲ ἀδελφοὺς ἔχειν, καὶ τούτους ἀλογηθῆναι (γ) συμβήσεται,
25 εἰ ἀποθάνοι. Πιστώσαντος δὲ αὐτοῦ διὰ πλειόνων τὸν ὁρισμὸν (δ) ἀποκα-
ταστήσειν τούτους ἀπημάντους, ἀπέλυσαν αὐτὸν ἕνεκα τῆς τῶν ἀδελφῶν
26 σωτηρίας. Ἐξελθὼν δὲ ἐπὶ τὸ Καρνίον καὶ τὸ (ε) Ἀταργατεῖον, κατ-
27 έσφαξε μυριάδας σωμάτων (ζ) δύο καὶ πεντακισχιλίους. Καὶ μετὰ τὴν
τούτων τροπὴν καὶ ἀπώλειαν (η) ἐπεστράτευσεν Ἰούδας καὶ ἐπὶ Ἔφρων,
πόλιν ὀχυράν, (θ) ἐν ᾗ κατῴκει Λυσίας, καὶ πάμφυλα πλήθη· νεανίαι
δὲ πρὸ τῶν τειχῶν καθεστῶτες ῥωμαλέοι ἀπεμάχοντο εὐρώστως, ἐν-
28 θάδε ὀργάνων καὶ βελῶν πολλαὶ παραθέσεις ὑπῆρχον. Ἐπικαλε-
σάμενοι δὲ τὸν δυνάστην τὸν μετὰ κράτους συντρίβοντα τὰς τῶν πολε-
μίων (ι) ἀλκάς, ἔλαβον τὴν πόλιν ὑποχείριον, (κ) καὶ κατέστρωσαν τῶν
29 ἔνδον εἰς μυριάδας (λ) δύο καὶ πεντακισχιλίους. Ἀναζεύξαντες δὲ ἐκεῖ-
θεν, ὥρμησαν ἐπὶ Σκυθῶν πόλιν, ἀπέχουσαν ἀπὸ Ἱεροσολύμων
30 σταδίους ἑξακοσίους. Ἀπομαρτυρησάντων δὲ τῶν ἐκεῖ (μ) κατοικούντων
Ἰουδαίων, ἣν οἱ Σκυθοπολῖται ἔσχον πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, καὶ ἐν τοῖς
31 τῆς ἀτυχίας καιροῖς ἥμερον (ν) ἀπάντησιν ἐποιοῦντο, Εὐχαριστήσαντες
αὐτοῖς, καὶ προσπαρακαλέσαντες καὶ εἰς τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ γένος
εὐμενεῖς εἶναι, (ξ) παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, τῆς τῶν ἑβδομάδων
32 ἑορτῆς οὔσης ὑπογύου. Μετὰ δὲ τὴν λεγομένην Πεντηκοστήν, ὥρμη-
33 σαν ἐπὶ Γοργίαν τὸν τῆς Ἰδουμαίας στρατηγόν. Ἐξῆλθεν δὲ μετὰ πεζῶν
34 τρισχιλίων, ἱππέων δὲ τετρακοσίων. (ο) Καὶ παραταξαμένων συμ-
35 έβη πεσεῖν ὀλίγους τῶν Ἰουδαίων. Δωσίθεος δέ τις τῶν τοῦ Βα-
κήνορος, ἔφιππος ἀνὴρ καὶ καρτερός, εἴχετο τοῦ Γοργίου, καὶ λαβό-
μενος τῆς χλαμύδος, ἦγεν αὐτὸν εὐρώστως, καὶ (π) βουλόμενος τὸν κατά-
ρατον λαβεῖν ζωγρείαν, τῶν (ρ) ἱππέων Θρακῶν τινος ἐπενεχθέντος
36 αὐτῷ καὶ τὸν ὦμον καθελόντος, διέφυγεν (σ) ὁ Γοργίας εἰς Μαρισά. Τῶν
δὲ περὶ τὸν Ἔσδριν ἐπιπλεῖον μαχομένων, καὶ κατακόπων ὄντων,
ἐπικαλεσάμενος (τ) ὁ Ἰούδας τὸν κύριον σύμμαχον φανῆναι καὶ προοδη-
37 γὸν (υ) τοῦ πολέμου, Καταρξάμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ τὴν μεθ᾽ ὕμνων
κραυγήν, (φ) ἀναβοήσας, καὶ ἐνσείσας ἀπροσδοκήτως τοῖς περὶ τὸν
Γοργίαν, τροπὴν αὐτῶν ἐποιήσατο.

Interp. LAT.

Judas autem vehementer instabat, trucidans prophanos, & prostravit ad triginta millia virorum. Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei, & Sosipatris & multis precibus postulabat, ut vivus dimitteretur; eò quòd plurium quidem parentes, aliorum verò fratres haberet, quos morte ejus (a) decipi eveniret. Cùm autem multis modis firmâsset hoc constitutum, restituturum se eos illæsos; dimiserunt eum propter fratrum salutem. Egressus autem in Carnion, & (b) Atergatæum, interfecit vigintiquinque millia corporum. Post horum autem fugam, & necem, movit exercitum Judas etiam super Ephron civitatem munitam, in qua habitabat Lysias, & multitudo diversarum gentium : & robusti juvenes pro muris consistentes fortiter repugnabant : in hac autem machinarum & telorum multus erat apparatus. Sed cùm Omnipotentem invocâssent, qui cum potestate vires hostium confringit; ceperunt civitatem, & ex eis qui intùs erant, ad vigintiquinque millia prostraverunt. Indè autem abeuntes ad civitatem Scytharum processerunt, quæ ab Hierosolymis, sexcentis stadiis aberat. Contestantibus autem his qui ibi erant, Judæis, quòd benignè à Scythopolitis haberentur, & temporibus infœlicitatis mansuetè secum egerint; Gratias agentes, & exhortati etiam de cætero erga genus ipsum benignus esse, venerunt Hierosolymam die solenni septimanarum instante. Post eam verò, quæ dicitur Pentecoste, abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. Exivit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos cadere Judæorum. Dositheus verò quidam de iis qui Bacenoris, eques vir, & fortis, Gorgiam tenuit, & apprehendens eum chlamyde ducebat eum fortiter : & cùm vellet sceleratum illum capere vivum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerúmque amputavit : atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis, qui cum Esdrin erant, diutiùs pugnantib' & fatigatis; cùm invocâsset Judas Dominum, ut adjutorem se ostenderet, & ducem belli, Incipiens patriâ voce cum hymnis clamorem, exclamans & irruens improvisò in eos qui circa Gorgiam, in fugam eos vertit.

MS. A. (α) εὐτονότερον* ον Ἰούδας, (β) ἀλητηρίους, διέφθειρεν δὲ (γ) συμβήσεται Πιστώσαντος (δ) ἀποκαταστῆσαι (ε) Ἀτεργατῖον, (ζ) δυοπεντακισχιλίους. Μετὰ δὲ τὴν (η) ἐπεστράτευσεν καὶ (θ) ἐν ᾗ πάμφυλα ἐν αὐτῇ πλήθη· νεανίαι δὲ ῥωμαλαῖοι πρὸ τῶν τειχῶν καθεστῶτες εὐρώστως ἀπεμάχοντο. ἔνθα ὀργάνων (ι) ὁλκάς, (κ) κατέστρωσαν δὲ τῶν (λ) δυοπεντακισχιλίους. Ἀναζεύξαντές τε (μ) καθεστώτων (ν) ἀπάντησιν, Εὐχαριστήσαντες, καὶ (ξ) παρεγενήθησαν (ο) Παραταξαμένους δὲ (π) βουλόμενος (ρ) ἱππέων τινὸς Θρακῶν (σ) Γοργίας (τ) Ἰούδας (υ)* φανῆναι τὸν (φ) ἐνσείσας (χ) ἐποιήσατο αὐτῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 [illegible] *
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]

* Judas autem fortiter persequens, impios cædebat, ita ut triginta millia ex eis interficeret. Timotheus autem in Dositheanos & Sosipatrianos incidit, comprehensúsque petebat ab eis supplicabátque ut vivum dimitterent. Qui ipsum, quod apud eum essent fratres cognatíque multorum, quos vivos se dimissurum pollicebatur, verecundiâ erga ipsû, propter vitas fratrû suorum, vivum dimiserunt. Judas Maccabæus autem egressus adversùs locû qui dicitur Karna, & Atergata, interfecit ibi viginti quinque millia. Victis his & occisis, confirmatus Judas cum exercitu suo, profectus est Ephronem civitatem fortem, in qua morabatur Lysias, cum cœtu qui ex multis Gentibus constabat, & adolescentibus robustis; Qui fortiter pugnabant pro muro, jaculis & lanceis omníque telo bellico. Supplicantibus autem Deo cum clamore Maccabæanis, qui conterere potest & confringere omne robur hostile, tradidit civitatem in manus eorum; Quam ingressi subegerunt, occisis in ea quasi viginti quinq; millibus. Inde digressi venerunt ad Baishan, ab Jerosolymis quasi sexcenta stadia dissitam. Quam qui habitabant Judæi, professi sunt magnam sibi cives quietem præstitisse, etiam honoris sui tenaces. Maccabæani autem benignitatem ipsorum gratam habentes occurrerunt ipsis cum pace; Indè Jerosolyma concesserunt ad agendum festum Azymorum. Et post Pentecosten, adversùs Gorgiam profecti sunt, præfectum ac ducem Idumæorum. Profectus autem est adversùs eos cum tribus peditum millibus equitibúsq; quadringentis. Et cùm pugnare cœpissent, ceciderunt quidam ex Idumæis. Et Dositheus quidam ex Tubienis eques, vir fortis, prehensum chlamyde suâ Gorgiam trahebat in vallem, vivum abducere damnatum illum studens; Occurrens autem ex servis ejus Thrax quidam, percussum eum in humerum interfecit, Gorgias autem Samariam evasit. Azareanis autem vehementiùs pugnantibus, & interficientibus, clamans ad Dominum fortem Judas; ut auxilio ipsis esset, impetum præsens in eos fecit, Hymnos voce patriâ cantans : cúmque cœpisset interficere ex ipsis quosdam, victi Gorgiani fugerunt.

Versio VULG. LAT.

38 Judas autem collecto exercitu venit in civitatem O-
dollam: &, cùm septima dies superveniret, secun-
dùm consuetudinem purificati, in eodem loco sab-
39 batum egerunt. Et sequenti die venit cum suis Ju-
das, ut corpora prostratorum tolleret, & cum pa-
40 rentibus poneret in sepulchris paternis. Invenerunt
autem sub tunicis interfectorum de donariis idolo-
rum, quæ apud Jamniam fuerunt, à quibus lex prohi-
bet Judæos: omnibus ergò manifestum factum est,
41 ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque be-
nedixerunt justum judicium Domini, qui occulta fe-
42 cerat manifesta. Atque ita ad preces conversi, ro-
gaverunt, ut id quod factum erat delictum oblivioni
traderetur. At verò fortissimus Judas hortabatur po-
pulum conservare se sine peccato, sub oculis videntes
quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt.
43 Et factâ collatione, duodecim millia drachmas ar-
genti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuo-
rum sacrificium, benè & religiosè de resurrectione
44 cogitans: (Nisi enim eos, qui ceciderant, resurre-
cturos speraret, superfluum videretur & vanum ora-
45 re pro mortuis:) Et quia considerabat quòd hi,
qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam
46 haberent repositam gratiam. Sancta ergò & salu-
bris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à pecca-
tis solvantur.

CAP. XIII.

1 ANno centesimo quadragesimo nono, cognovit
Judas Antiochum Eupatorem venire cum multitudi-
2 ne adversùs Judæam, Et cum eo Lysiam procurato-
rem & præpositum negotiorum, secum habentem pe-
ditum centum decem millia, & equitum quinque mil-
lia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus
3 trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus:
& cum multa fallacia deprecabatur Antiochum,
non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in
principatum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

38 Ἰούδας δὲ ἀναλαβὼν τὸ στράτευμα, (α) ἦγεν εἰς Ὀδολλὰμ πόλιν.
τῆς δὲ ἑβδομάδος ἐπιβαλλούσης, κατὰ τὸν ἐθισμὸν ἁγνισθέντες
39 αὐτόθι τὸ σάββατον (β) διήγαγον. Τῇ δὲ ἐχομένῃ ἦλθον οἱ περὶ
τὸν Ἰούδαν καθ' ὃν (γ) τρόπον τὸ τῆς χρείας ἐγεγόνει, (δ) τὰ τῶν προ-
πεπτωκότων σώματα ἀνακομίσασθαι, καὶ μετὰ τῶν συγγενῶν ἀποκα-
40 ταστῆσαι εἰς τοὺς πατρῴους τάφους. Εὗρον δὲ ἑκάστου τῶν τεθνηκό-
των ὑπὸ τοὺς χιτῶνας ἱερώματα τῶν ἀπὸ Ἰαμνείας εἰδώλων, ἀφ'
ὧν ὁ νόμος ἀπείργει τοὺς Ἰουδαίους. τοῖς δὲ πᾶσι σαφὲς ἐγένετο
41 διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν τούσδε πεπτωκέναι. Πάντες οὖν εὐλο-
γήσαντες (ε) τοῦ δικαιοκρίτου κυρίου τοῦ τὰ κεκρυμμένα φανερὰ ποι-
42 οῦντος, Εἰς (ζ) ἱκετείαν ἐτράπησαν, ἀξιώσαντες τὸ γεγονὸς
ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι. ὁ δὲ γενναῖος Ἰούδας παρε-
κάλεσε τὸ πλῆθος συντηρεῖν (η) ἑαυτοὺς ἀναμαρτήτους εἶναι, ὑπ' ὄψιν
ἑωρακότας τὰ γεγονότα, διὰ τὴν τῶν προπεπτωκότων (θ) ἁμαρτίαν.
43 Ποιησάμενός τε (ι) κατ' ἀνδρολογίαν κατασκευάσματα εἰς ἀργυρίου
δραχμὰς δισχιλίας, ἀπέστειλεν εἰς Ἱεροσόλυμα προσαγαγεῖν περὶ
ἁμαρτίας θυσίαν, πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως (κ) πράττων, ὑπὲρ ἀναστά-
44 σεως (λ) διαλογιζόμενος· Εἰ γὰρ μὴ τοὺς προπεπτωκότας ἀνα-
στῆναι προσεδόκα, (μ) περισσὸν ἂν ἦν, καὶ ληρῶδες ὑπὲρ νεκρῶν (ν) προσ-
45 εύχεσθαι· Εἶτ' ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλι-
46 στον ἀποκείμενον (ξ) χαριστήριον· Ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια. ὅθεν
περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο, τῆς ἁμαρτίας ἀπο-
λυθῆναι.

MS. A. (α) ἧκεν (β) διῆγεν. (γ) χρόνον (δ) τὰ σώματα τῶν προπεπτωκότων (ε) τὰ τοῦ (ζ) οἰκεσίαν (η) αὐτοὺς (θ) * ἁμαρτημάτων. (ι) κατ' ἀνδρολόγιον εἰς ἀργυρίου (κ) πράττειν, (λ) ἀναλογιζόμενος· Εἰ μὴ γὰρ (μ) περισσῶς, καὶ (ν) εὔχεσθαι· Εἶτε (ξ) εὐχαριστήριον·

ΚΕΦ. ιγ΄.

1 Τῷ δὲ ἐνάτῳ καὶ (α) τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει προσέπεσε τοῖς
περὶ τὸν Ἰούδαν, Ἀντίοχον τὸν Εὐπάτορα παραγενέσθαι σὺν πλή-
2 θεσιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν. Καὶ σὺν αὐτῷ Λυσίαν τὸν ἐπίτροπον καὶ
ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἕκαστον ἔχοντα δύναμιν Ἑλληνικὴν πεζῶν
μυριάδας ἕνδεκα, καὶ ἱππεῖς πεντακισχιλίους τριακοσίους, καὶ ἐλέ-
3 φαντας εἰκοσιδύο, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα τριακόσια. (β) Καὶ
Μενέλαος δὲ συνέμιξεν αὐτοῖς, καὶ παρεκάλει μετὰ πολλῆς εἰρωνείας
τὸν Ἀντίοχον, οὐκ ἐπὶ (γ) σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος, οἰόμενος δὲ ἐπὶ τῆς
ἀρχῆς (δ) κατασταθήσεσθαι.

MS.A. (α) τεσσερακοστῷ (β) Συνέμιξεν δὲ αὐτοῖς καὶ Μενέλαος, καὶ (γ) σωτηρίας (δ) κατασταθήσεται.

Interp. LAT.

Judas autem collecto exercitu venit in civitatem 38
Odollam. Et cùm septima dies superveniret;
secundùm consuetudinem purificati in eodem loco
sabbatum egerunt. At sequenti die venit cum 39
suis Judas, eo quo oportebat, tempore, ut cor-
pora prostratorum tolleret, & cum cognatis
reponeret in sepulchris paternis. Invenerunt 40
autem sub tunicis mortuorum quorumque de sa-
cris Idolorum, quæ de Jamnia: à quibus lex
prohibet Judæos. Omnibus ergò manifestum fa-
ctum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes
itaque benedixerunt justum judicem Dominum,
qui occulta facit manifesta. Atque ita ad pre- 42
ces conversi (ζ) rogaverunt, ut id quod factum
erat, delictum, perfectè deleretur. At verò
fortissimus Judas hortabatur populum conser-
vare se sine peccato, sub oculis videntes quæ
facta sunt peccato eorum qui prostrati sunt.
Et factâ viritim collatione, ad duo millia 43
drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro
peccato sacrificium, valdè benè, & religiosè fa-
ciens, de resurrectione cogitans: (Nisi enim 44
eos qui ceciderant, resurrecturos speraret; super-
fluum & vanum esset orare pro mortuis:) De- 45
inde considerans, his qui cum pietate dormiunt,
optimam esse repositam gratiam. Sancta & 46
pia consideratio. Quarè pro defunctis propitia-
tionem fecit, ut à peccato solverentur.

CAP. XIII.

ANno centesimo quadragesimo nono cognovit 1
Judas Antiochum Eupatorem venire cum mul-
titudine adversùs Judæam, Et cum eo Lysiam 2
procuratorem, & præpositum negotiorum, unum-
quemque habentem exercitum Græcum, peditum
centum decem millia, & equites quinque millia
trecentos, & elephantes viginti duos, currus
autem cum falcibus trecentos. Commiscuit 3
autem se illis & Menelaus, & hortabatur cum
multa ironia Antiochum, non pro patriæ salute,
sed sperans se constitui in principatum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]

[illegible]

[illegible]

Indè profectus cum exercitu Judas, 38
ad civitatem Dullam venit: Accedentéque Sabbato, pro more suo sanctificati Sabbatum in loco suo egerunt.
Die crastino Judam accedentes, allo- 39
cuti sunt, ut sublata eorum qui occiderant cadavera in sepulchris paternis
sepelirent. Et invenerunt sub vestibus 40
singulorum aurum absconditum Idolis Jamniæ *ablatum*, quorum sacra vetabat lex à Judæis conservari, omnibúsque notum evasit, & creditum est
ob hanc rem cecidisse eos. Et bene- 41
dixerunt omnes, & confessi sunt justũ Dei judiciũ, qui abscondita propterea
palã facit. Cœperúntq; omnes orare, & 42
à Deo petere, ne in ipsos propterea scriberetur peccatũ completum. Judas autẽ ille fortis populũ omnẽ orabat, ut custodirent se, & caverent *sibi* à peccatis: dicens eis; Quid his acciderit, oculis
vestris vidistis. Et imposuit toti po- 43
pulo ut pecuniam darent: Collectósque ter mille argenteos Jerosolyma misit, ut pro eis oblationes offerrent; Rectè ac justè faciens propter spem
resurrectionis à mortuis. Nisi enim 44
expectaretur & speraretur resurrectio à mortuis, fatuum esset ac stultum pro mortuis, oblatis sa-
crificiis orare: Intuebatur enim & 45
expectabat mercedem ac spem requiémque iis paratam qui sanctè obdor-
miunt: Propterea misit, qui, pro 46
peccatis eorum qui obdormierant propitiationem facerent.

CAP. XIII.

ANno autem centesimo quadrage- 1
simo nono venit adversùs Judæos An-
tiochus Eupator; Cúmque eo Lysi- 2
as rebus præfectus, cum exercitu ex multis gentibus constante, centum decem millium peditum, equitum quinque millium ter centum, elephantorum viginti duo, curruum scutis munitorum
ad prælium, tercentum. Commiscu- 3
it autem se cum eis & Menelaus, petebátque & supplicabat Antiocho, ut iret ad locum suum & cives suos destruendos, non autem auxilio eis: Quod expectaret, profectum se in principatu constitutum iri.

Versio VULG. LAT.

4 Sed Rex regum suscitavit animos Antiochi in peccatorem : & suggerente Lysiâ hunc esse causam omnium malorum, jussit (ut eis est consuetudo) ap-
5 prehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum undique habens cineris : hæc prospectum ha-
6 bebat in præceps. Indè in cinerem dejici jussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad inte-
7 ritum. Et tali lege prævaricatorem legis contigit
8 mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis justé : nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cujus ignis & cinis erat sanctus, ipse in ci-
9 neris morte damnatus est. Sed rex mente effrænatus veniebat, nequiorem se patre suo Judæis osten-
10 surus. Quibus Judas cognitis, præcepit populo ut die ac nocte Dominum invocarent, quò, sicut sem-
11 per, & nunc adjuvaret eos : Quippe qui lege, & patriâ, sanctóque templo privari vererentur : ac populum, qui nuper paululùm respirâsset, ne sineret
12 blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à Domino misericordiam, cum fletu & jejuniis, per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Judas
13 ut se præpararent. Ipse verò cum senioribus cogitavit, priùs quàm rex admoveret exercitum ad Judæam, & obtineret civitatem, exire, & Domini
14 judicio committere exitum rei. Dans itaque potestatem omnium Deo mundi creatori, & exhortatus suos ut fortiter dimicarent, & usque ad mortem pro legibus, templo, civitate, patria, & civibus sta-
15 rent, circa Modin exercitum constituit. Et dato signo suis Dei victoriæ, juvenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuor millia, & maximum elephanto-
16 rum cum his qui superpositi fuerant : Summóque metu ac perturbatione hostium castra replentes, re-
17 bus prosperè gestis, abierunt. Hoc autem factum est die illucescente, adjuvante eum Domini protectione.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

4 Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν βασιλέων ἐξήγειρε τὸν θυμὸν τοῦ Ἀντιόχου ἐπὶ τὸν ἀλιτήριον, καὶ Λυσίου ὑποδείξαντος τοῦτον (α) αἴτιον εἶναι πάντων τῶν κακῶν, προσέταξεν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ, προσαπολέσαι, ἀγαγόντας
5 αὐτὸν εἰς Βέροιαν. Ἔστι δὲ ἐν τῷ τόπῳ πύργος πεντήκοντα (β) πηχῶν πλήρης (γ) σποδοῦ, οὗτος δὲ ὄργανον εἶχε περιφερὲς πάντοθεν ἀπόκρη-
6 μνον εἰς τὴν σποδόν. Ἐνταῦθα τὸν ἱεροσυλίας (δ) ἔνοχον ὄντα, ἢ καί τινων ἄλλων κακῶν ὑπεροχὴν πεποιημένον, ἅπαντες προσ-
7 ωθοῦσιν εἰς ὄλεθρον. Τοιούτῳ μόρῳ τὸν παράνομον συνέβη θανεῖν,
8 μηδὲ τῆς γῆς (ε) τυχόντα Μενέλαον. Πάνυ δικαίως. ἐπεὶ γὰρ συνετελέσατο πολλὰ περὶ τὸν βωμὸν ἁμαρτήματα, οὗ τὸ πῦρ ἁγνὸν ἦν καὶ
9 ἡ σποδὸς, ἐν σποδῷ τὸν θάνατον ἐκομίσατο. Τοῖς δὲ φρονήμασιν ὁ βασιλεὺς (ζ) βεβαρβαρωμένος ἤρχετο, τὰ χείρισα τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς
10 αὐτοῦ γεγονότων ἐνδειξόμενος τοῖς Ἰουδαίοις. Μεταλαβὼν δὲ Ἰούδας ταῦτα, παρήγγειλε τῷ πλήθει δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς (η) ἐπικαλεῖ-
11 σθαι τὸν κύριον, εἴποτε (θ) ἄλλοτε, καὶ νῦν ἐπιβοηθεῖν Τοῖς τοῦ νόμου καὶ πατρίδος καὶ ἱεροῦ ἁγίου στερεῖσθαι μέλλουσι, καὶ τὸν ἄρτι βραχέως ἀνεψυχότα λαὸν μὴ ἐᾶσαι τοῖς δυσφήμοις ἔθνεσιν ὑποχειρίους
12 γενέσθαι. Πάντων δὲ τὸ αὐτὸ ποιησάντων ὁμοῦ καὶ καταξιωσάντων τὸν ἐλεήμονα κύριον μετὰ κλαυθμοῦ καὶ νηστειῶν καὶ προπτώσεως (ι) ἐφ' ἡμέρας τρεῖς ἀδιαλείπτως, παρακαλέσας αὐτοὺς ὁ Ἰούδας ἐκέλευσε
13 παραγίνεσθαι. Καθ' ἑαυτὸν δὲ σὺν τοῖς πρεσβυτέροις γενόμενος, ἐβουλεύσατο πρὶν εἰσβαλεῖν (κ) τοῦ βασιλέως τὸ στράτευμα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, (λ) καὶ γενέσθαι τῆς πόλεως ἐγκρατεῖς, ἐξελθόντας κρῖναι
14 τὰ πράγματα τῇ τοῦ (μ) κυρίου βοηθείᾳ. Δοὺς δὲ τὴν ἐπιτροπὴν τῷ (ν) κτίστῃ τοῦ κόσμου, παρακαλέσας τοὺς σὺν αὐτῷ γενναίως ἀγωνίσασθαι μέχρι θανάτου περὶ (ξ) νόμων, περὶ ἱεροῦ, πόλεως, πατρίδος,
15 πολιτείας, (ο) ἐποιήσατο περὶ Μωδεῒν τὴν στρατοπεδείαν. Δοὺς δὲ τοῖς περὶ αὐτὸν σύνθημα Θεοῦ (π) νίκης, μετὰ νεανίσκων ἀρίστων κεκριμένων ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλὴν, (ρ) ἐν τῇ παρεμβολῇ ἀνεῖλεν εἰς ἄνδρας (σ) τετρακισχιλίους, καὶ τὸν πρωτεύοντα τῶν ἐλεφάντων
16 σὺν τῷ κατ' οἰκίαν (τ) ὄχλῳ συνέθηκε, Καὶ τὸ τέλος τὴν παρεμβολὴν
17 (υ) δέους καὶ ταραχῆς ἐπλήρωσαν, καὶ ἐξέλυσαν εὐημεροῦντες, Ὑποφαινούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας (φ) τοῦτ' ἐγεγόνει, διὰ τὴν ἐπαρήγουσαν αὐτῷ (χ) τοῦ κυρίου σκέπην.

MS.A. (α) αἴτιον τῶν κακῶν εἶναι καὶ πάντων, προσέταξεν (β) πήχεων (γ) σποδοῦ, ὄργανον δὲ εἶχεν (δ) ἔνοχον, ἢ καὶ (ε) τυγχάνοντα (ζ) βεβαρημένος (η) ἐπικαλέσασθαι (θ) καὶ ἄλλοτε, (ι) ἐπὶ (κ) τὸ στράτευμα τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν (λ) γενέσθαι (μ) θεοῦ βοηθείᾳ. (ν) κυρίῳ τοῦ (ξ) νόμων, ἱεροῦ, (ο) περὶ Μωδεῒμ ἐποιήσατο τὴν στρατιάν. Ἀναδοὺς (π) νίκην, (ρ) τὴν παρεμβολὴν (σ) δισχιλίους, (τ) ὄντι συνέθηκεν, (υ) δέους (φ) τοῦτο (χ) τῇ κυρίου

Interp. LAT.

Sed rex regum suscitavit animos Antiochi in peccatorem : & suggerente Lysiâ hunc esse causam omnium malorum, jussit, ut est consuetudo in loco, necare, adducentes illum in Beræam. Est autem in loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum habens cineris : hæc autem instrumentum habebat rotundum undique præceps in cinerem. Hic sacrilegii reum, & quorundam etiam aliorum malorum summitatem factum, omnes propellunt ad interitum. Tali lege prævaricatorem legis contigit mori, neque etiam terram nactum Menelaum : Valdè justé. Nam quia multa erga aram delicta commisit, cujus ignis, & cinis erat sanctus ; in cinere mortem reportavit. Sed rex superbiâ barbarus factus veniebat pessima eorum, quæ sub patre ipsius facta fuerant, Judæis repræsentaturus. Quibus Judas cognitis præcepit populo, ut die ac nocte Dominum invocarent, siquando & aliàs, etiam nunc adjuvaret eos: Qui lege, & patriâ, & sancto templo privandi essent, ac populum, qui nuper paululum respirâsset, ne sineret blasphemis nationibus subdi. Omnibus itaq; simul idem facientibus et obsecrantibus misericordē Dominū cum fletu, & jejuniis, & prostratione per triduum continuum ; hortatus eos Judas jussit venire. Ipse autem seorsùm cum senioribus, consilium cepit, priusquàm rex admoveret exercitum ad Judæam, & obtinerent civitatem, egressos dijudicare res Domini auxilio. Dans itaque procurationem creatori mundi, hortatus suos, ut fortiter dimicarent usque ad mortem pro legibus, pro templo, civitate, patria, republica, circa Modin exercitum constituit. Et dato signo suis Dei victoriæ, cum juvenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit ad viros (a) quatuor millia, & maximum elephantorum cum ea quæ in domo turba coacervavit : Ac demum metu ac perturbatione castra repleverunt, rebúsque prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die jam illucescente, adjuvante cum Domini protectione.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

Dominus autem Rex regum excitavit iram Antiochi adversùs damnatum illum Menelaum, propterea quòd notum ipsi fecerat Lysias, illum omnium malorum auctorem esse...... Hoc cruciatu mortuus est damnatus ille ac impius ille Menelaus, ne dignus quidem habitus qui terrâ conderetur. Et justam vindictam tulit : quia in altare malum fecisset, ubi ignis erat sacer, & cinis; propterea in cinere mortem subiit. Rex autem adhuc in furore, & mente erga Judæos durâ positus, cogitabat facere eis mala multa, supra patrem suum. Judæ autem cum palàm factus esset adventus regis, & mens, præcepit populo ut precibus invigilarent die ac nocte, clamantes ad Dominum, ut auxilio ipsis esset, & & eriperet eos, nunc, & semper, è manu gentium ; Qui ipsos à lege, & loco templóque sancto abducere studebant ; nec populum hunc, qui parvo tempore quieverat & respiraverat, servum fieri sineret gentium impiarum & incircumcisarum. Omnes igitur sic precati sunt & clamârunt, supplicantes fletu multo Deo misericordi, cum tribus diebus jejunâssent sine intermissione in facies prostrati, & clamantes : & post tres dies, consolatus eos Judas, oravit ut cibum sumerent. Secedénsque ad seniores Judas, cum eis consilium cepit, dixitque Priusquam ingrediatur Judæam exercitus regis, subigátque, & prævaleat civitati, egressi inspiciamus res & ordinemus, auxilio Dei. Et Deo creatori orbis commendato *rerum* ductu, eos qui secum erant oravit, ut viriliter pugnarent, traderéntque seipsos etiam ad mortem usque, pro lege, templo & civitate, & loco, & gente coactísque omnibus copiis, in Modin paratus substitit. Signóque suis dato Salutis Dei, ductis secum adolescentibus fortitudine eximiis, adversùs castra profectus est. Factóque noctu in prætorium regis impetu, interfecit tria millia, cum præfecto elephantum omnémque qui cum eo erat apparatum contrivit, & disjecit : Totis castris trepidatione & tumultu completis, reversi sunt indè cum hilaritate & gaudio. Hoc autem factum est cùm illucesceret aurora, viribus & auxilio Domini, qui ipsos protegebat.

Versio VULG. LAT.

18 Sed rex, accepto gustu audaciæ Judæorum, arte dif-
19 ficultatem locorum tentabat : Et Bethsuræ, quæ e-
rat Judæorum præsidium munitum, castra admove-
bat : sed fugabatur, impingebat, minorabatur.
20 His autem, qui intùs erant, Judas necessaria mitte-
21 bat. Enuntiavit autem mysteria hostibus Rhodocus
quidam de Judaico exercitu, qui requisitus compre-
22 hensus est, & conclusus. Iterùm rex sermonem ha-
buit ad eos qui erant in Bethsuris : dextram dedit :
23 accepit : abiit. Commisit cum Juda : superatus est.
Ut autem cognovit rebellâsse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatus, Judæos deprecans, subditúsque eis, jurat de omnibus quibus justum visum est : & reconciliatus obtulit sacrificium, honoravit templum, & munera po-
24 suit. Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide usque ad Gerrenos ducem & principem.
25 Ut autem venit Ptolemaidam, graviter ferebant Ptolemenses amicitiæ conventionem, indignantes ne
26 fortè fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedavit, regressúsque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIV.

1 SEd post triennii tempus, cognovit Judas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, cum multitudine valida, & navibus, per portum Tripolis ascendisse
2 ad loca opportuna, Et tenuisse regiones adversùs
3 Antiochum, & ducem ejus Lysiam. Alcimus autem quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum
4 ad altare, Venit ad regem Demetrium, centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & thallos, qui templi esse videbantur. Et ipsâ quidem die siluit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

18 Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰληφὼς (α) γεῦσιν τῆς τῶν Ἰουδαίων εὐτολμίας, κατ-
19 επείρασε διὰ μεθόδων τοὺς τόπους. Καὶ ἐπὶ (β) Βαιθσοῦρα φρούριον ὀχυρὸν τῶν Ἰουδαίων προσῆγεν (γ) καὶ ἐτροποῦτο, προσέκρουεν,
20 ἠλαττονοῦτο. Τοῖς δὲ ἔνδον Ἰούδας τὰ δέοντα εἰσέπεμψε.
21 Προσήγγειλε δὲ τὰ μυστήρια τοῖς πολεμίοις Ῥόδοκος ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς τάξεως (δ) ἀνεζητήθη δὲ, καὶ κατελήφθη, καὶ κατεκλεί-
22 σθη. Ἐδευτερολόγησεν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐν (ε) Βαιθσοῦρα, δεξιὰν
23 ἔδωκεν, ἔλαβεν, ἀπῄει, Προσέβαλε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, ἥττων ἐγένετο, μετέλαβεν ἀπονενοῆσθαι τὸν Φίλιππον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸν ἀπολελειμμένον ἐπὶ τῶν πραγμάτων, συνεχύθη, τοὺς Ἰουδαίους παρεκάλεσεν, ὑπετάγη, καὶ ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, συνελύθη, καὶ θυσίαν προσήγαγε, ἐτίμησε τὸν νεὼ,
24 καὶ τὸν τόπον ἐφιλανθρώπησε, Καὶ τὸν Μακκαβαῖον (ζ) ἀπεδέξατο, κατέλιπε στρατηγὸν ἀπὸ Πτολεμαΐδος ἕως τῶν (η) Γερρηνῶν
25 ἡγεμονίδην, Ἦλθεν εἰς Πτολεμαΐδα (θ) ἐδυσφόρουν περὶ τῶν συνθηκῶν οἱ Πτολεμαεῖς, (ι) ἐδείναζον γὰρ ὑπὲρ ὧν ἠθέλησαν ἀθε-
26 τεῖν τὰς διαστάσεις. Προσῆλθεν ἐπὶ τὸ βῆμα Λυσίας, ἀπελογήσατο ἐνδεχομένως, συνέπεισε, (κ) κατεπράϋνεν, εὐμενεῖς ἐποίησεν, ἀνέζευξεν εἰς Ἀντιόχειαν. οὕτω τὰ (λ) τοῦ βασιλέως τῆς ἐφόδου καὶ τῆς ἀναζυγῆς ἐχώρησε.

MS. A. (α) γεῦμα (β) Βαιθσούροις φρούριον ὀλίγον τῶν (γ) ἐτροποῦτο, προσενέκρουσεν (δ) ἀνεζητήθη, καὶ (ε) Βαιθσούροις, (ζ) ἐπεδέξατο, (η) Γεννηρῶν (θ) ἐδυσφόρουν (ι) ἐδιλίαζον γὰρ ὑπεράγαν ἠθέλησαν (κ) καὶ κατεπράϋνεν, (λ) τῆς ἐφόδου τοῦ βασιλέως

ΚΕΦ. ΙΔ'.

1 ΜΕτὰ δὲ τριετῆ χρόνον προσέπεσε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, Δημήτριον τὸν τοῦ Σελεύκου διὰ τοῦ κατὰ Τρίπολιν λιμένος εἰσπλεύσαν-
2 τα μετὰ πλήθους ἰσχυροῦ καὶ στόλου, Κεκρατηκέναι τῆς χώρας, ἐπανε-
3 λόμενον Ἀντίοχον καὶ τὸν τούτου ἐπίτροπον Λυσίαν. Ἄλκιμος δέ τις (α) προγενόμενος ἀρχιερεὺς, ἑκουσίως δὲ (β) μεμολυμμένος ἐν τοῖς τῆς (γ) ἐπιμιξίας χρόνοις, συννοήσας ὅτι καθ' ὁντιναοῦν τρόπον οὐκ ἔστιν αὐτῷ σωτηρία, οὐδὲ πρὸς (δ) ἅγιον θυσιαστήριον ἔτι πρόσοδος,
4 (ε) Ἧκε πρὸς τὸν βασιλέα Δημήτριον (ζ) πρώτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει, προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν καὶ φοίνικα, πρὸς δὲ τούτοις (η) τῶν νομιζομένων θαλλῶν τοῦ ἱεροῦ· καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡσυχίαν ἔσχε.

MS. A. (α) προγεγονὼς (β) μεμολυσμένος (γ) * ἀμιξίας (δ) τὸ ἅγιον (ε) Ἦλθεν (ζ) ὡς πρώτῳ καὶ ἑκατοστῷ, καὶ πεντηκοστῷ ἔτει, (η) τοῖς νομιζομένοις

Interp. LAT.

Sed rex accepto gustu audaciæ Judæorum, arte 18
tentabat loca. Et Bæthsuræ, quæ erat Judæ- 19
orum præsidium, castra admovit : sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem, qui 20
intùs erant, Judas necessaria mittebat. E- 21
nuntiavit autem mysteria hostibus Rodocus de Judaico exercitu : qui requisitus, comprehensus est, & conclusus. Iterum rex sermonem 22
habuit ad eos qui erant in Bæthsura : dexteram dedit, accepit, abiit. Commisit cum Juda, 23
superatus est; cognovit rebellâsse Philippum Antiochiæ; qui relictus erat super negotia; confusus est : Judæos deprecatus est, subditusque eis juravit de omnibus quæ justa erant, & reconciliatus obtulit sacrificium, honoravit templum, & in locum humaniter se gessit: Et Macchabæum amplexatus est : reliquit à 24
Ptolemaide usque ad Gerrenos ducem principem: Venit Ptolemaidam. Graviter ferebant 25
conventiones Ptolomeenses : indignabantur enim pro quibus voluerant rumpere fœdera. Ac- 26
cessit Lysias ad tribunal, exposuit rationem, quantum fieri potuit, persuasit, sedavit, tranquillos fecit, regressus est in Antiochiam. Hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIV.

SEd post triennii tempus cognovit Judas, & 1
qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, per portum, qui ad Tripolim, adnavigantem cum multitudine valida, & classe, Tenuisse regio- 2
nem, postquàm occîdisset Antiochum, & ejus procuratorem Lysiam. Alcimus autem qui- 3
dam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ultrà ad sanctum altare, Venit ad 4
regem Demetrium quasi centesimo quinquagesimo primo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc autem thallos, qui templi esse videbantur. Et illâ quidem die siluit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
4 [illegible]

Rex autem ex hoc gustu fortitudinem 18
Judæorum animíque promptitudinem videns, arte ipsos ac dolo subigere cupiebat. Misítque ad Bethsuram 19
munimentum Judæorum custodiam, qui cum ipsis confligentes victi sunt, multóque inferiores tulerunt. Judas 20
autem, obsessis cibaria quibus opus erat, misit. Et Durocus Judæâ pro- 21
fectus, secretum ipsorum hostibus enuntiavit, quem præcepto Judæ inventum interfecerunt. Iteratò collocutus 22
rex, prope Bethsuram veniens, datâ acceptâque dexterâ profectus discessit. profectíque Maccabæani pugnârunt cum eo, victúsque reversus est. Su- 23
spectans Philippum, quem rebus Antiochiensibus præfecerat, defectionem à se parare, pacem fecit cum Judæis, subjecítque se ipsis, & juravit ipsis, firmavítque cum ipsis amicitiam, oblationésque obtulit, & templum valdè honoravit, locúmque dilexit, Et Mac- 24
cabæum cum amore multo suscepit. Reliquit autem præfectum ac ducem, à 25
Ptolemaide usque ad Gazara, Hegemonidem. Ptolemaidem venit : graviter tulerunt Ptolemaidenses fœdus quod cum Judæis fecerat; magnoperè ipsi irati sunt : solvere voluerunt pactum quod cum ipsis fecerat : Acces- 26
sit ad tribunal Lysias, mentem suam ipsis exposuit, persuasit ipsis, pacavit eos, indè profectus est Antiochiam. Iter enim adventúsque regis ita fuit.

CAP. XIV.

POst tres autem annos venit adver- 1
sùs Maccabæanos Demetrius Seleuci filius ingressus portum Elas, cum exercitu magno & forti, supra modum armis instructus; Ut totam terram ca- 2
peret, quia Antiochum & Lysiam domo ejus præfectum interfecerat. Alcimus 3
autē qui anteà fuerat sacerdos princeps, tempore autem commixtionis consummatam in se pollutionem admiserat, considerans & videns nullo modo sibi ullam spem reliquam esse, nec posse se ad altare accedere; Profectus ad 4
Demetrium, anno centesimo quinquagesimo primo, attulit ei coronam spicámque auream, & ramos palmarum ex eis qui in templo sunt, & die quidem isto quievit.

Versio VULG. LAT.

5 Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, convocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus
6 quibus rebus & consiliis Judæi niterentur, Respondit; Ipsi qui dicuntur Assidæi Judæorum, quibus præest Judas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones
7 movent, nec patiuntur regnum esse quietum. Nam & ego defraudatus parentum gloriâ (dico autem
8 summo sacerdotio) huc veni: Primò quidem utilitatibus regis fidem servans, secundò autem etiam civibus consulens: nam illorum pravitate universum
9 genus nostrum non minimè vexatur. Sed oro his singulis, ô rex, cognitis, & regioni, & generi, secundùm humanitatem tuam pervulgatam omnibus, pro-
10 spice. Nam, quamdiu superest Judas, impossibile
11 est, pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici, hostiliter se habentes ad-
12 versùs Judam, inflammaverunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem
13 misit in Judæam: Datis mandatis, ut ipsum quidem Judam caperet; eos verò, qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi
14 summum sacerdotem. Tunc gentes, quæ de Judæa fugerant Judam, gregatim se Nicanori miscebant; miserias & clades Judæorum, prosperitates rerum
15 suarum existimantes. Audito itaque Judæi Nicanoris adventu, & conventu nationum, conspersi terrâ rogabant eum, qui populum suum constituit, ut in æternum custodiret, quique suam portionem si-
16 gnis evidentibus protegit. Imperante autem duce, statim indè moverunt, conveneruntque ad ca-
17 stellum Dessau. Simon verò frater Judæ commiserat cum Nicanore: sed conterritus est repentino
18 adventu adversariorum. Nicanor tamen, audiens virtutem comitum Judæ, & animi magnitudinem, quam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine judicium facere metuebat.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

5 Καιρὸν δὲ λαβὼν τῆς ἰδίας ἀνοίας συνεργὸν, προσκληθεὶς εἰς συνέδριον ὑπὸ τοῦ Δημητρίου, καὶ ἐπερωτηθεὶς, ἐν τίνι διαθέσει καὶ
6 βουλῇ (α) καθεστήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι, Πρὸς ταῦτα ἔφη, Οἱ λεγόμενοι τῶν Ἰουδαίων Ἀσιδαῖοι, ὧν ἀφηγεῖται Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος, πολεμοτροφοῦσι καὶ στασιάζουσιν, οὐκ ἐῶντες τὴν βασιλείαν
7 εὐσταθείας τυχεῖν. Ὅθεν ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, (β) λέγω
8 δὴ τὴν ἀρχιερωσύνην, (γ) δεῦρο νῦν ἐλήλυθα, Πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῷ βασιλεῖ γνησίως φρονῶν, δεύτερον δὲ καὶ τῶν ἰδίων πολιτῶν (δ) στοχαζόμενος· τῇ μὲν γὰρ τῶν προειρημένων
9 ἀλογιστίᾳ τὸ σύμπαν ἡμῶν γένος οὐ μικρῶς ἀκληρεῖ. Ἕκαστα δὲ τούτων ἐπεγνωκὼς σὺ βασιλεῦ, καὶ τῆς χώρας καὶ τοῦ περιϊσταμένου γένους ἡμῶν (ε) προνοήθητι, καθ' ἣν ἔχεις πρὸς ἅπαντας εὐαπάντη-
10 τον φιλανθρωπίαν. Ἄχρι γὰρ Ἰούδας περίεστιν, ἀδύνατον εἰ-
11 ρήνης τυχεῖν τὰ πράγματα. Τοιούτων δὲ ῥηθέντων ὑπὸ τούτου, θᾶττον οἱ λοιποὶ φίλοι δυσμενῶς ἔχοντες τὰ πρὸς τὸν Ἰούδαν προσ-
12 επύρωσαν τὸν Δημήτριον. (ζ) Προσκαλεσάμενος δὲ εὐθέως (η) Νικάνορα τὸν γενόμενον ἐλεφαντάρχην, καὶ στρατηγὸν ἀναδείξας τῆς
13 Ἰουδαίας, ἐξαπέστειλε, Δοὺς (θ) ἐντολὰς, αὐτὸν μὲν τὸν (ι) Ἰούδαν ἐπανελέσθαι, τοὺς δὲ σὺν αὐτῷ σκορπίσαι, καταστῆσαι δὲ Ἄλκιμον
14 ἀρχιερέα τοῦ μεγίστου ἱεροῦ. (κ) Τὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαίας πεφυγαδευκότα τὸν Ἰούδαν ἔθνη συνέμισγον ἀγεληδὸν τῷ Νικάνορι, τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀτυχίας καὶ συμφορὰς, ἰδίας εὐημερίας δοκοῦντες
15 ἔσεσθαι. Ἀκούσαντες δὲ τὴν τοῦ Νικάνορος ἔφοδον καὶ τὴν ἐπίθεσιν τῶν ἐθνῶν, καταπασάμενοι γῆν (λ) ἐλιτάνευον τὸν ἄχρι αἰῶνος συστήσαντα τὸν (μ) ἑαυτοῦ λαὸν, ἀεὶ δὲ μετ' ἐπιφανείας (ν) ἀντιλαμβανόμενον τῆς
16 ἑαυτοῦ μερίδος. Προστάξαντος δὲ τοῦ ἡγουμένου, ἐκεῖθεν εὐθέως
17 (ξ) ἀνέζευξαν, καὶ συμμίσγουσιν αὐτοῖς ἐπὶ κώμην Δεσσαοῦ. Σίμων δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα συμβεβληκὼς ἦν τῷ Νικάνορι, (ο) βραχέως δὲ
18 διὰ τὴν αἰφνίδιον τῶν ἀντιπάλων ἀφασίαν ἐπταικώς. Ὅμως δὲ ἀκούων ὁ Νικάνωρ ἣν εἶχον οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν ἀνδραγαθίαν, καὶ ἐν τοῖς (π) ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν εὐψυχίαν, (ρ) ἐπευλαβεῖτο τὴν κρίσιν δι' αἱμάτων ποιήσασθαι.

MS.A. (α) *καθέστηκεν (β) λέγων (γ) δεύτερον (δ) στοχασάμενος· (ε) προσνοήθητι, (ζ) Προχειρησάμενος (η) τὸν Νικάνορα (θ) ἐπιστολὰς, (ι) Ἰούδα (κ) Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας πεφυγαδευκότες (λ) ἐλιτάνευσαν (μ) αὐτοῦ (ν) ἀντιλαμβανόμενος (ξ) ἀναζεύξας συνμίσγει (ο) βραδέως (π) περὶ τῆς (ρ) ὑπευλαβεῖτο

Interp. LAT.

Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, convocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus, quâ dispositione & consilio Judæi niterentur, Ad hæc respondit; Ipsi, qui dicuntur Assidæi Judæorum, quibus præest Judas Maccabæus, bella nutriunt, & seditiones movent, nec patiuntur regnum esse quietum. Quare defraudatus majorum gloriâ, (dico autem summo sacerdotio,) huc nunc veni, Primò quidem de rebus ad regem spectantibus legitimè sentiens, secundò autem etiam propriis civibus consulens. Nam illorum pravitate universum genus nostrum non minimè vexatur. Sed his singulis, ô rex, cognitis, & regioni, & obsesso generi nostro prospice pro ea quam erga omnes habes obviam humanitatem. Nam quamdiu superest Judas; impossibile est pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc dictis, citò cæteri amici hostiliter habentes adversùs Judam inflammaverunt Demetrium. Advocans autem confestim Nicanorem præpositum elephantorum, & ducem declarans Judææ, misit: Datis mandatis, ut ipsum quidem Judam occideret; eos verò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes quæ de Judæa fugerant Judam, gregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Judæorum, prosperitates rerum suarum æstimantes fore. Audito itaque Nicanoris adventu, & conventu nationum, conspersi terrâ, rogabant eum qui populum suum constituit in æternum, quique suam portionem signis evidentibus protegebat. Imperante autem duce, statim indè moverunt, & commisceat se eis ad castellum Dessau. Simon verò frater Judæ commiserat cum Nicanore, paululùm verò ob repentinum adversariorum adventum timore prolapsus. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Judæ, & animi magnitudinem, quam in certaminibus pro patria habebant; sanguine judicium facere metuebat.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Cùm autẽ invenisset Alcimus locum audaciæ & impietati suæ, vocatus à Demetrio ad consessũ, interrogante eũ verbis rege; Quâ mente ac cogitatione munirent se adeò Judæi; Respondens dixit ei; Judæorum illi qui Zelatores dicuntur, quibus præest Judas Maccabæus, defectiones concitant, belláque confirmant, nec regnum pacatum esse sinunt. Quare ego etiam relicto honore paterno, sacerdotum principatu, veni ecce ad te bis: Quia onus solicitudinis rerum regis in me suscepi: deindè propter filios populi nostri: video enim elationem & superbiam horum quos prædixi, quomodo conterant populum nostrum, ne minimo quidem tempore quiescere eum sinentes. Tu autem rex hæc cùm resciveris, suscipe onus terræ gentísque nostræ mœstæ & afflictæ, secundùm humanitatem quam habes erga omnes homines. Vivo enim Judâ, ut in terra nostra pax sit, fieri non potest. Quæ cùm ab eo rex accepisset, confestim amici regis etiam, quòd cum Juda inimicitias gererent, incenderunt iram Demetrii adversùs eum. Statim igitur Demetrius, vocato Nicanore, qui elephantis præerat, præfecto ac duce, epistolis ei datis misit cum mandatis; Ut Judam interficeret, eos qui cum eo erant dispergeret, Alcimúmque in summo templi magni & gloriosi sacerdotio constitueret. Tunc gentes quæ de Judæa exulabant, venientes cum Nicanore se commiscebant, læti & gaudentes de angustiis ac dolore quæ Maccabæanis accidebant. Qui cùm de adventu Nicanoris, deque susurris gentium accepissent, injecto capitibus pulvere clamantes orabant coram eo qui semper ipsis auxilio fuerat, semperque palam hæreditatem suam redimit. Cúmq; præcipiente Juda, armis se accinxissent, illicò profecti occurrerunt ipsis ad oppidum cui nomen Desu. Et cùm frater Judæ Simeon festinatò in Nicanorem impetum fecisset, turbati sunt ab eo, propter repentinum in ipsum incursum. Nicanor autem auditâ Maccabæorum fortitudine, & victoriis, & quo pacto pro populo & loco se suo traderent, noluit cæde & sanguine decernere.

Versio VULG. LAT.

19 Quam ob rem præmisit Posidonium, & Theodotium,
20 & Matthiam, ut darent dextras atque acciperent. Et
cùm diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad
multitudinem retulisset, omnium una fuit sententia
21 amicitiis annuere. Itaque diem constituerunt, quâ
secretò inter se agerent: & singulis sellæ prolatæ
22 sunt, & positæ. Præcepit autem Judas armatos esse
locis opportunis, ne fortè ab hostibus repentè mali
aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt.
23 Morabatur autem Nicanor Jerosolymis, nihílque ini-
què agebat, gregésque turbarum, quæ congregatæ
24 fuerant, dimisit. Habebat autem Judam semper cha-
25 rum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogavítque
eum ducere uxorem, filiósque procreare. Nuptias
26 fecit: quietè egit, communitérque vivebant. Alci-
mus autem, videns charitatem illorum ad invicèm,
& conventiones, venit ad Demetrium, & dicebat,
Nicanorem rebus alienis assentire, Judámque regni
27 insidiatorem successorem sibi destinâsse. Itaque rex
exasperatus, & pessimis hujus criminationibus irri-
tatus, scripsit Nicanori, dicens; Graviter quidem se
ferre de amicitiæ conventione, jubere tamen Macha-
28 bæum citiùs vinctum mittere Antiochiam. Quibus
cognitis, Nicanor consternabatur, & graviter fere-
bat, si ea, quæ convenerant, irrita faceret, nihil læsus
29 à viro: Sed, quia regi resistere non poterat, op-
portunitatem observabat, quâ præceptum perficeret.
30 At Machabæus, videns secum austeriùs agere Nica-
norem, & consuetum occursum ferociùs exhiben-
τραχύτητα, Μόλις (σ) τε ὑπό τε τῶν γεραιῶν καὶ τῶν πρεσβυτέρων ἀποτραπέντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς
20 δεήσεως (τ) ἔστησαν στάσιν. Καὶ τὸ μὲν πλῆθος, ὡς ἔμπροσθεν, (υ) ἐν τούτοις ἀνεστρέφετο δεόμενον.
21 οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα πρεσβύτεροι πολλαχῶς ἐπειρῶντο τὸν ἀγέρωχον αὐτοῦ νοῦν ἐξιστάνειν τῆς
22 ἐντεθυμημένης (φ) βουλῆς. Θρασυνθεὶς δὲ καὶ (χ) πάντα παραπέμψας, ἤδη καὶ πρόσβασιν (ψ) ἐποιεῖτο,
τέλος ἐπιθήσειν δοκῶν τῷ προειρημένῳ. Ταῦτ' οὖν καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες θεωροῦντες ἐτράπησαν εἰς
23 τὸ σὺν τοῖς ἡμετέροις ἐπικαλεῖσθαι τὸν πᾶν κράτος ἔχοντα, τοῖς παροῦσιν ἐπαμῦναι, μὴ
ὑπεριδόντα τὴν ἄνομον καὶ ὑπερήφανον πρᾶξιν. Ἐκ δὲ τῆς πυκνοτάτης τε καὶ ἐμπόνου τῶν ὄχλων
24 συναγομένης κραυγῆς, ἀνείκαστός τις ἦν βοή.

Interp. L A T.

Sacratáque lege non cessabat provehere se, Intrandum omninò dicens; Et, si 12
illi privati sunt hoc honore; me non oportet. Et interrogabat, quam ob
causam, intrantem ipsum in quodcunque phanum, nemo eorum qui aderant,
prohibuisset. Et quidam imprudenter dixit male hoc ipsum prodigiosum 13
esse. Factum autem hoc fuerit, inquit, quavis de causa; nónne omninò se
intraturum, & volentibus ipsis, & nolentibus? Cùm autem sacerdotes 14
cum omnibus vestibus procidissent, & orarent maximum Deum auxilium
ferre imminenti necessitati, & impetum malè irruentis reprimere, clamoré-
que cum lachrymis templum implerent; qui in civitate remanserant, tur-
bati exilierunt, occultum quid esse, quod fiebat, existimantes: Et in- 15
clusæ virgines in thalamis, cum genitricibus proruperunt, & cinere & pul-
vere aspersis capitibus, gemitibus & suspiriis plateas implebant. Et aliæ 16
verò nuper astrictæ, thalamos ad occursum assignatos, & congruum pudorem
relinquentes, cursum inordinatum in civitate faciebant. Infantes autem 17
filii, & cum his matres, & nutrices defatigatæ aliter & aliter, hæ
quidem per domos, hæ verò per vias irrevocabiliter ad eminentissimum
templum congregabantur. Varia autem erat eorum qui in illud convenie- 18
bant, oratio, pro his quæ ab illo injustè tentabantur. Cum his autem non- 19
nulli ex civibus audaces facti non ferebant illum omninò instantem, &
propositum suum implere statuentem. Clamantes autem se ruituros ad ar-
ma, & audacter pro patria lege obituros, magnam fecerunt in loco aspe-
ritatem, Vixque à senibus & presbyteris cohibiti, ad eandem orationis 20
(a) steterunt stationem. Et turba quidem, ut anteà, in his versabatur 21
orans. Seniores autem, qui erant circa regem, multis modis conabantur
superbam ejus mentem à suscepto consilio removere. Induratus autem, & 22
omnia abjiciens, jam & impetum faciebat, finem putans se impositurum rei
prædictæ. Hæc igitur & qui circa illum erant, spectantes, eò se converte- 23
runt, ut cum nostris invocarent eum qui omnem potestatem habet, ut his
qui aderant, auxilium ferret, non despiciens iniquum & superbum faci-
nus. Ex densissima autem & laboriosa turbarum collecta vociferatione, 24
incomparabilis quidam erat clamor.

MS.A. (α) παραναγνωσθέντος, * οὐδ' ὡς (β) ἐμὲ δὲ οὐ δεῖ. (γ) * ἥντινα αἰτίαν αὐτὸν εἰσερχόμενον εἰς (δ) τε τέμενος, (ε) γινομένου (ζ) πάντων (η) ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν προσ-
πιπτόντων (θ) τοῖς ἐνεστῶσιν, καὶ τὴν (ι) καὶ ἀποδόντων κόνει τὰς κόμας πασάμεναι, γόου τε καὶ στεναγμῶν ἐνεπίμπλων τὰς πλατείας. (κ) πρὸς * ἅπαντα νῦν διατεταγμένον, καὶ τὴν ἁρμάζουσαν (λ) ἄ-
τακτον συνίσταντο. (μ) καὶ μὲν (ν) ἀνεπιστρέπτως (ξ) συλλεγέντων (ο) οἱ περὶ τῆς (π) προθέσεως ἐκπληροῦν (ρ) ὑπὸ τοῦ (σ) δὲ (τ) παρῆσαν στάσιν. (υ) τούτοις (φ) ἐπιβουλῆς. (χ) πάντας (ψ) ἤδη ἐποιεῖτο,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
24 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Cúmq; allatam legẽ corã eis recitâssent, 12
adhuc non acquievit, sed dixit; Opor-
tet me introire: Et siquidem hi ho-
nore hoc carent, ego non carebo. In-
terrogavítque eos; Quare cùm ingre-
dior omnia fana idolorum, nemo ex
eis qui inibi sunt me prohibet? Re- 13
spondens autem quidam eorum auda-
cter dixit; Malè hoc facitis. Ipse au-
tem respondens dixit; Sive volueritis
sive non, oportet me introire. Sa- 14
cerdotes autem vestes sacras induti ca-
dentes in facies, clamabant & suppli-
cabant coram Deo magno ac potenti,
ut adjuvaret eos & salvaret: men-
témque ejus malam & cogitationem
iniquam retrò ageret: impleverúntque
templum lachrymis & voce clamanti-
um. Cives autem omnes cum motu &
trepidatione exilientes egrediebantur,
quid accideret expectantes. Virginés- 15
que conclusæ cum matribus suis prodi-
bant, pulveréque ac cinere capitibus
insperso, cum fletu lachrymísque ac
suspiriis plateas circuibant. Sponsæ- 16
que jam viris nuptæ, ejus temporis
thalamos relinquentes, & schema in-
dutûs modestiæ suæ, sine pudore cur-
sitantes per plateas errabant. Uxorésque 17
relictis infantibus suis, hàc illàc per
vicos plateásque civitatis circumibant.
Totus autem populus in unum coactus 18
ad templum gloriosum venit, clamans,
oránsque ut consilium ejus, & quæ co-
gitaverat omnia irrita fierent. Cùm 19
autem viderent qui de gente erant ob-
stinatum eum ut intraret, nec pati sibi
persuaderi ut à mente suâ malâ se co-
hibeat, dixerunt alter alteri; Sumenda
arma, promptéque & viriliter mori-
endum pro lege & fœdere patrio.
Tumultúsque magnus & conculcatio
in loco extitit: Difficiléque surgen- 20
tes sacerdotes & presbyteri vi cohibi-
tum populum ad preces & clamorem
converterunt. Et populus quidem uni- 21
versus stabat coram eis in oratione &
supplicatione: magnates autem & ho-
norati qui cum rege erant, divisim pe-
tebant, suadebántque ei, ut à mente
sua malâ, & cogitatione iniquâ rediret
ac desisteret. Quorum nullo ipsi per- 22
suadebatur, sed exaltatus & elatus, in-
cipiebat ingredi, duritie suâ; putans
effecturum se cogitationem suam. Quæ 23
cùm fieri, qui cum ipso erant viderent,
conversi præ timore suo, videbant to-
tum populum nostrum orantem &
invocantem eum qui potestatem habet
in omnia, ut vindictam malam inimi-
cis retribueret, nec aspectum suum ab
opere iniquo, studióque superbiæ &
arrogantiæ in transgrediendo legem,
averteret. Coactorum autem in unum 24
omnium, orantiumque ac clamantium
cum voce suspirii, supra quam dici pos-
sit, usque adeò invaluit ea vox.

MAKKABAΙΏΝ Γ'.

25 (α)Δοκεῖν γὰρ ἦν μὴ μόνον τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ τείχη καὶ τὸ πᾶν ἔδαφος ἠχεῖν,
ἅτε δὴ τῶν πάντων τότε θάνατον ἀλλασσομένων ἀντὶ τῆς τοῦ τόπου βεβηλώσεως.

MS. A. (α) * ηδοκειν

ΚΕΦ. β'.

1 (α)Ὁ μὲν οὖν ἀρχιερεὺς Σίμων ἐξεναντίας τοῦ ναοῦ κάμψας τὰ γόνατα, καὶ τὰς χεῖρας προτείνας
2 εὐτάκτως, ἐποιήσατο τὴν δέησιν τοιαύτην· Κύριε κύριε βασιλεῦ τῶν οὐρανῶν, καὶ δέσποτα πάσης
(β)κτίσεως, ἅγιε ἐν ἁγίοις, μόναρχε, παντοκράτωρ, πρόσχες ἡμῖν καταπονουμένοις ὑπὸ ἀνοσίου
3 καὶ βεβήλου θράσει καὶ (γ)σθένει πεφρυαγμένου. Σὺ γὰρ ὁ κτίσας τὰ πάντα, καὶ τῶν ὅλων ἐπικρατῶν
4 δυνάστης δίκαιος εἶ, καὶ τοὺς ὕβρει καὶ ἀγερωχίᾳ (δ)πράσσοντάς τι κρίνεις. Σὺ τοὺς ἔμπροσθεν
ἀδικίαν ποιήσαντας, ἐν οἷς (ε) καὶ γίγαντες ἦσαν ῥώμῃ καὶ θράσει πεποιθότες, διέφθειρας, ἐπα-
5 γαγὼν (ζ) αὐτοῖς ἀμέτρητον ὕδωρ. Σὺ τοὺς ὑπερηφανίαν ἐργαζομένους Σοδομίτας, (η)διαδήλους ταῖς
κακίαις γενομένους, πυρὶ καὶ θείῳ κατέφλεξας, παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις καταστήσας.
6 Σὺ τὸν θρασὺν Φαραὼ καταδουλωσάμενον τὸν λαόν σου τὸν ἅγιον Ἰσραήλ, ποικίλαις καὶ πολλαῖς
7 (θ)δοκιμάσας τιμωρίαις, ἐγνώρισας τὴν σὴν (ι) δυναστείαν· Ἐφ' αἷς ἐγνώρισας τὸ μέγα σου κράτος.
καὶ ἐπιδιώξαντα αὐτὸν σὺν ἅρμασι καὶ ὄχλων πλήθει, ἐπέκλυσας βάθει θαλάσσης, τοὺς δὲ
ἐμπιστεύσαντας ἐπὶ σοὶ τῷ τῆς ἁπάσης κτίσεως δυναστεύοντι, σώους διεκόμισας. οἳ καὶ (κ) συνει-
8 δότες ἔργα σῆς χειρὸς, ᾔνεσάν σε τὸν παντοκράτορα. Σὺ βασιλεῦ κτίσας τὴν (λ) ἀπέραντον
καὶ ἀμέτρητον γῆν, ἐξελέξω τὴν πόλιν ταύτην, καὶ (μ) ἁγιάσας τὸν τόπον τοῦτον εἰς ὄνομά σοι τῷ
τῶν ἁπάντων ἀπροσδεεῖ, καὶ παρεδόξασας ἐν ἐπιφανείᾳ μεγαλοπρεπεῖ, σύστασιν ποιησάμενος αὐτοῦ
9 πρὸς δόξαν τοῦ μεγάλου καὶ ἐντίμου ὀνόματός σου. Καὶ ἀγαπῶν τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ, ἐπηγγείλω
(ν)δὴ ὅτι ἐὰν γένηται ἡμῶν ἀποστροφὴ, καὶ καταλάβῃ ἡμᾶς στενοχωρία, καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν (ξ)τόπον
10 τοῦτον δεηθῶμεν, εἰσακούσῃ τῆς δεήσεως ἡμῶν. Καὶ δὴ (ο) πιστὸς εἶ καὶ ἀληθινός. ἐπεὶ δὲ πλεο-
νάκις (π) θλιβέντων τῶν πατέρων ἡμῶν ἐβοήθησας αὐτοῖς ἐν τῇ ταπεινώσει, καὶ ἐρρύσω αὐτοὺς ἐκ
11 (ρ) μεγάλων κινδύνων, Ἰδοὺ δὴ νῦν ἅγιε βασιλεῦ, διὰ τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἡμῶν
ἁμαρτίας καταπονούμεθα, καὶ ὑποτετάγμεθα τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, καὶ παρείμεθα ἐν ἀδυναμίαις.
12 Ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ καταπτώσει ὁ θρασὺς καὶ βέβηλος οὗτος ἐπιτηδεύει καθυβρίσαι τὸν ἐπὶ τῆς γῆς
13 ἀναδεδειγμένον τῷ ὀνόματι τῆς δόξης σου ἅγιον τόπον. Τὸ μὲν γὰρ (σ) οἰκητήριόν σου οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ
ἀνέφικτος ἀνθρώποις ἐστίν. (τ) ἀλλ' ἐπεὶ εὐδόκησας τὴν δόξαν σου ἐν τῷ λαῷ σου Ἰσραήλ, ἡγίασας
τὸν τόπον τοῦτον.

MS. A. (α) * Κύριε κύριε (β) τῆς κτίσεως (γ) * ασθενει πεφρυασμένους. Σὺ γὰρ εἶ ὁ (δ) τι πράσσοντας (ε) γίγαντες (ζ) αὐτοὺς (η) ἀδήλους (θ) ἐδοκίμασας (ι) δύναμιν (κ) συνιδόντες (λ) ἀπέρατον (μ) ἡγίασας (ν) διότι (ξ) τόπον ἡμῶν δεηθῶμεν, (ο) πιστὸς καὶ (π) καὶ θλιβέντων (ρ)* μελλον κακῶν, Ἰδοὺ δὲ (σ) κατοικητήριόν (τ) ἀλλὰ

Interp. LAT.

Existimare enim licebat, non modò homines, sed etiam muros, & totum solum resonare, quasi jam omnibus tunc mortem obeuntibus pro loci contaminatione.

CAP. II.

Atqui summus sacerdos Simon, ex adverso templi, flectens genua, & 1
manus extendens honestè, talem orationem habebat: Domine, Domine rex 2
cœlorum, & dominator omnis creaturæ, sancte in sanctis, monarcha, Omnipotens, intende nobis opppressis ab impio, & prophano, qui præ audacia &
robore intumuit: Tu enim qui creâsti omnia, & omnia imperio tenes, 3
Dominus justus es: & eos qui contumeliâ & superbiâ in agendo utuntur, judicas. Tu illos, qui olim iniquitatem fecerunt, inter quos & gi- 4
gantes fuerunt, robore & audaciâ freti, perdidisti, superinducens eis immensam aquam. Tu superbiam operantes Sodomitas, conspicuos iniquita- 5
tibus factos, igne & sulphure combussisti, exemplum posteris constituens.
Tu confidentem illum Pharaonem, qui servitute oppresserat populum tuum 6
sanctum Israel, cùm variis & multis suppliciis examinâsses, notam fecisti
potentiam tuam: In quibus declarâsti magnitudinem fortitudinis tuæ: 7
& cùm ille persequeretur cum currubus, & turbarum multitudine, obruisti profundo mari: eos autem qui se tibi crediderant, qui omni creaturæ dominaris, salvos traduxisti. Qui etiam cognoscentes opera manûs tuæ, laudaverunt
te omnipotentem. Tu rex, qui creâsti interminatam immensamque terram, ele- 8
gisti civitatem hanc, & sanctificâsti locum hunc ad nomen tibi, nullius rei egenti; & mirum in modum glorificâsti apparitione magnificâ commendationem
faciens ejus ad gloriam magni & honorati nominis tui. Et diligens domum Is- 9
rael, pollicitus utique es, si accidat nobis adversitas, & apprehendat nos angustia, & venientes ad locum hunc oremus, exauditurum te orationem nostram. Et 10
quidem fidelis es, & verax. Quoniam autem sæpe afflictis patribus nostris, auxilium tulisti eis in humilitate, & eruisti eos de magnis periculis; Ecce nunc, 11
sancte rex, propter multa & magna peccata nostra opprimimur, & subjecti sumus
inimicis nostris, & collabimur in infirmitatibus. In nostra autem calamitate 12
audax hic & prophanus conatur afficere injuriâ locum hunc sanctum super terram erectum nomini gloriæ tuæ. Nam habitaculum quidem tuum, cœlum cœli 13
est, incomprehensibile hominibus: sed quoniam elegisti gloriam tuam in populo tuo
Israel, sanctificâsti locum hunc.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]

Quasi non homines tantùm sed & muri, & parietes terráque ipsa clamarent: 25
erántque omnium animæ morti traditæ pro templo, ne pollueretur.

CAP. II.

Simeon autem sacerdos summus, po- 1
sitis ad altare genibus, passisque manibus, oravit sapienter, sic dicens; 2
Domine, Domine, Rex cœlorum, Do-
mine omnium, Judex, Sancte inter sanctos solus, Princeps, Omnipotens; Intuere nos in angustiis positos ab immundo hoc & polluto, superbóque;
viréisque infirmas & miseras. Tu enim 3
is es qui creâsti omnia: omniáq; potentiâ tuâ justâ obtines: Tu omnes qui ulla
in re exaltant se extollúntque diruis. Tu 4
fortes illos antiquos judicâsti qui iniquè egerũt, etiã gigantes qui cum ipsis erant,
viriũ suarũ robori confidẽtes, perdidisti aquis diluvii multis, quæ cohiberi non
potuerunt. Tu Sodomitas exaltantes 5
se & extollentes operibus suis, palàm factâ notâque iniquitate ipsorum, igne
ac sulphure combussisti: spectaculúmque fecisti stupendum omnibus seculis
sequentibus. Tu Pharaonem illum, 6
magnum & superbum, qui populum tuũ sanctum Israëlis servitute premebat, cruciâsti & flagellâsti omnibus plagis, notam faciens majestatem tuam, Et o- 7
stendens fortitudinẽ potentiæ tuæ: cúmque persequeretur populũ tuũ cum equis
& curribus populóq; multo, submersisti eũ & omnes qui cum eo erant profundo
mari. Eos autem qui tibi credebant, qui, quicquid vis potes in tota creatura, salvos conservâsti: Qui cùm vi-
dissent opera tua, laudârunt, te Omnipotens. Tu rex qui fecisti terram in- 8
comprehensibilem & immensurabilem, nullâ re indigens, elegisti civitatem
hanc, & locum hunc sanctificâsti nomini tuo, glorificâstíque eum revelatione majestatis decoris tui: fecistique ei nomen & exaltationem, in gloriam nominis tui magni & honorandi. Et quòd feceris & amaveris, 9
gentem Israelitarum, promisisti eis, si peccando à te averterentur, occurréntque ipsis angustiæ & dolores, &
venientes orarent in loco hoc, auditurum te vocem orationis ipsorum.
Jam autem fidus tu & verax es, qui 10
sæpenumerò in angustiis positos patres nostros, ope tuâ ab angustiis liberâsti,
& ab omni dolore & periculo redemisti. Et nunc rex sancte, ecce, pro- 11
pter peccata nostra magna multáque in angustiis & servitute hostium nostrorum positis, & ægritudine nostrâ resolutis nobis, Impius iste, immundúsque 12
& pollutus, locum sanctum electum dicatúmque in terra nomini tuo sancto
probro afficere studet. Habitatio enim 13
tua in cœlis cœlorum est, supra omnes filios hominum; sed quòd gloriam tuam in populo tuo Israële collocare
velles, sanctificâsti locum hoc modo.

MAKKABAΙ'ΩΝ Γ'.

(μὴ) ἐκδικήσῃς ἡμᾶς ἐν τῇ τούτων ἀκαθαρσίᾳ, μηδὲ εὐθύνῃς ἡμᾶς ἐν βεβηλώσει· ἵνα μὴ
καυχήσωνται οἱ παράνομοι ἐν θυμῷ αὐτῶν, μηδὲ ἀγαλλιάσωνται ἐν ὑπερηφανίᾳ γλώσσης αὐτῶν,
λέγοντες, Ἡμεῖς κατεπατήσαμεν τὸν οἶκον τοῦ ἁγιασμοῦ, ὡς καταπατοῦνται οἱ οἶκοι τῶν προσο-
15 χθισμάτων. Ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ διασκέδασον τὰς (α) ἀμπλακίας ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον
τὸ ἔλεός σου κατὰ τὴν ὥραν ταύτην. Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν (β) ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ δὸς αἰνέσεις
16 ἐν στόματι τῶν καταπεπτωκότων καὶ συντετριμμένων τὰς ψυχάς, ποιήσας ἡμῖν εἰρήνην. Ἐν-
ταῦθα ὁ πάντων ἐπόπτης θεός, (γ) καὶ πρὸ πάντων ἅγιος ἐν ἁγίοις εἰσακούσας τῆς ἐνθέσμου λιτανείας,
τὸν ὕβρει καὶ θράσει μεγάλως ἐπηρμένον ἐμάστιξεν αὐτόν, ἔνθεν καὶ ἔνθεν κραδαίνων αὐτὸν ὡς
κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου, ὥστε κατ' ἐδάφους ἄπρακτον εἶναι, καὶ τοῖς μέλεσι παραλελυμένον, μηδὲ
17 φωνῆσαι δύνασθαι δικαίᾳ δὲ (δ) περιπεπληγμένον κρίσει. Ὅθεν οἵ τε φίλοι (ε) καὶ οἱ σωματοφύλακες
αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ ὀξεῖαν ἰδόντες τὴν καταλαβοῦσαν αὐτὸν (ζ) εὐθύνην, φοβούμενοι μὴ καὶ τὸ ζῆν ἐκλείπῃ,
18 ταχέως αὐτὸν ἐξείλκυσαν ὑπερβάλλοντι καταπεπληγμένοι φόβῳ. Ἐν χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀναλεξάμενος
19 (η) ἑαυτόν, οὐδαμῶς εἰς μετάμελον ἦλθεν ἐπιτιμηθείς, (θ) μετ' ἀπειλῆς δὲ (ι) πικρᾶς ἀνέλυσε. Διακο-
μισθεὶς δὲ εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὰ τῆς κακίας (κ) ἐπαύξων, διὰ δὲ τῶν προαποδεδειγμένων
συμποτῶν καὶ ἑταίρων τοῦ παντὸς δικαίου κεχωρισμένων, οὐ μόνον ταῖς ἀναριθμήτοις ἀσελγείαις
διηρκέσθη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον θράσους προῆλθεν, ὥστε δυσφημίας ἐν τοῖς τόποις συνίστασθαι,
καὶ πολλοὺς τῶν φίλων ἀτενίζοντας εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν καὶ αὐτοὺς ἕπεσθαι τῇ ἐκείνου
20 θελήσει. Προέθετο (λ) δὲ δημοσίᾳ κατὰ τοῦ ἔθνους διαδοῦναι ψόγον· (μ) καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν αὐλὴν πύργου
στήλην ἀναστήσας, (ν) ἐξεκόλαψε γραφήν, μηδένα τῶν μὴ θυόντων (ξ) εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν εἰσιέναι,
πάντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους εἰς λαογραφίαν καὶ οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας βίᾳ
21 φερομένους τοῦ ζῆν μεταστῆσαι, (ο) τούτους τε ἀπογραφομένους (π) χαράσσεσθαι καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ σῶμα
22 παρασήμῳ Διονύσου κισσοφύλλῳ, οὓς καὶ (ρ) καταχωρίσαι εἰς τὴν προσυνεσταλμένην αὐθεντίαν. Ἵνα
δὲ μὴ τοῖς πᾶσιν ἀπεχθόμενος φαίνηται, ὑπέγραψεν, Ἐὰν δέ τινες ἐξ αὐτῶν προαιρῶνται ἐν
23 τοῖς (σ) κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοις ἀναστρέφεσθαι, τούτους ἰσοπολίτας Ἀλεξανδρεῦσιν εἶναι. Ἔνιοι
(τ) μὲν οὖν ἐπὶ πόλεως τὰς τῆς πόλεως εὐσεβείας (υ) ἐπιβάθρας στυγοῦντες, εὐχερῶς ἑαυτοὺς ἐδί-
δοσαν, ὡς μεγάλης τινὸς κοινωνήσοντες εὐκλείας ἀπὸ τῆς ἐσομένης τῷ βασιλεῖ συναναστρο-
φῆς.

MS. A. (α) ἀμβλακίας (β) οἱ οἰκτιρμοί (γ) καὶ προπάτωρ ἅγιος (δ) πεπληγμένον (ε) καὶ σωματοφύλακες ὀξεῖαν (ζ) εὐθύνας (η) αὐτὸν, (θ) μετὰ (ι) πικραθέμενος ἀνέλυσεν. (κ) * ἐπαυ-των, διά τε (λ) δημοσίᾳ (μ) ἐπὶ τοῦ (ν) ἐκόλαψεν (ξ) ἐπὶ τὰ (ο) Τούς τε (π) χαράσσεσθε (ρ) προκαταχωρεῖσθαι (σ) κατὰ τελετὰς μεμυημένοις (τ) μὲν ἐπὶ * πόλεως (υ) ἐπιβάθρα συγοῦντες,

Interp. LAT.

Non ulciscaris nos in horum immunditia, neque punias nos in contamina- 14
tione: ne glorientur iniqui in furore suo, neque exultent in superbia linguæ
suæ, dicentes; Nos conculcavimus domum sanctificationis, sicut conculcan-
tur domus abominationum. Dele peccata nostra, & dissipa errata nostra, 15
& ostende misericordiam tuam in tempore hoc. Citò præoccupent nos mise-
rationes tuæ: & da laudationes in ore prostratorum, & contritorum ani-
mis, faciens nobis pacem. Hic omnium inspector Deus, & ante omnes 16
sanctus in sanctis, exauditâ sanctâ supplicatione, eum qui contumeliâ &
audaciâ valdè elatus erat, flagellavit; hinc & indè vibrans eum, ut a-
rundinem à vento, ita ut in solo jam inutilis, & membris resolutus, ne-
que loqui posset, justo implicatus judicio. Quamobrèm amici, & corporis 17
ejus custodes, cùm celerem & acutam viderent eum apprehendisse pœnam,
timentes ne & vitâ deficeret, citò illum extraxerunt, ingenti perculsi ti-
more. Sequenti autem tempore cùm se collegisset, nequaquam ad pœni- 18
tentiam venit castigatus: sed cum amara comminatione discessit. Rever- 19
sus autem in Ægyptum, & malitiam adaugens, per compotores, & sodales
jam indicatos, ab omni justitia semotos, non solùm in innumerabilibus li-
bidinibus perseveravit, sed etiam eo temeritatis processit, ut infanda in lo-
cis constitueret, & multi ex amicis intendentes in regis propositum etiam
ipsi sequerentur illius voluntatem. Proposuit autem publicè contra gen- 20
tem disseminare vituperationem: & in turri, quæ erat ad aulam, erigens
columnam, insculpsit scripturam, Neminem eorum qui non sacrificarent, ad
sacra eorum ingredi; omnes autem Judæos in vulgi (b) descriptionem &
servilem conditionem abduci; qui autem contradicerent, vi ablatos, vitâ
privari: Hos autem descriptos signari etiam per ignem insigni Liberi he- 21
deræ folio, ac secedere ob jam (c) coercitam libertatem. Verùm ne omni- 22
bus infensus videretur, subscripsit: sin autem ex eis aliqui elegerint versa-
ri cum iis qui secundùm Teletas initiati sunt, hos æquo jure cives cum
Alexandrinis esse. Igitur nonnulli quidem in civitate civilis religionis 23
gradus (d) honorantes facilè seipsos dederunt, tanquam magnæ cujusdam
gloriæ participes futuri ex ea quæ futura esset cum rege conversatione.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

Noli itaque vindictam de nobis sumere 14
per horum impuritatem, neque per eo-
rum immunditiam nos corripere, ne
extollantur perversi in impietate suâ,
nec lætantes exalcatione linguæ suæ di-
cant; Conculcavimus sanctuarium sicut
conculcantur idola: Sed dele peccata 15
nostra, & dimitte errores nostros, &
serenum ostende vultum tuum erga nos
hoc tempore, statimque occurrat nobis
misericordia tua Domine: Pone lau-
des tuas in ore humilium & corde
contritorum, & præsta nobis in hoc
loco pacem. Dominus autem Deus 16
videns omnia, pater patrum, & san-
ctus sanctorum, vocem orationis quâ
supplicabat audivit, & eum qui paulò
anteà gloriabatur & sese extollebat,
flagris huc illuc egit, multis angustiis
cruciatum, ita ut solutus in terram cade-
ret, totus tremens instar arundinis vento
agitatæ, ac ne verbum quidem proferre
posset, per justi judicii vindictâ quæ ipsũ
occupaverat. Adeò ut videntes amici 17
ac custodes ejus asperam ultionem quæ
ipsum assecuta erat, metuerent ne mo-
riendo etiam moreretur; igitur timore
magno perculsi, tractum eum foràs ex-
tulerunt. Post modicum autem tem- 18
pus, reversâ animâ compos sui factus,
à mente suâ durâ recedere noluit, sed
minitans ipsis furore magno ac duro,
profectus inde discessit. Profectus igi- 19
tur in Ægyptum Philometor, augescente
adhuc & crescente malitiâ ipsius, ma-
gnatúmq; ejus omniũ & amicorũ ab omni
justitia alienorum, non satis ipsi factum
est iniquitatibus ipsorũ innumeris, sed ad
eam audaciæ summam venit, ut verba
blasphema in locum proferret: multiq; ex
amicis ejus, perspectâ regis mente, vo-
luntatem impii affectarentur. Scripsit 20
igitur rex & decretum constituit de
gente nostra, factum simulachrum scul-
ptile inter turres palatii posuit; scri-
pto edicens, qui non sacrificaret ipsi,
ne in Dei templum introiret: descri-
ptos autem Judæos omnes abductos in
servitutem, subigi in sortem servorum:
Quod si qui ex eis repugnarent, abdu-
ctos eos per vim cum cruciatu necari.
Descriptos autẽ multos p̃ ignem signari 21
notâ Dionysii, ut in servitute regis essent.
Utque vulgò non videretur, quasi per 22
vim nos constringere, sic scripsit; Qui-
cunque ex eis sensui religionis nostræ
communicare voluerint, eos Alexandri-
nos esse, civitatis regiæ cives. Et 23
pauci quidem eorum quorum mens sta-
bilis non erat in cultu religionis Dei,
& fœderis civitatis suæ, prompti se
tradiderunt (quasi qui bono suo eximio
communicarent) præcepto regis.

[illegible]

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ΄.

24 Οἱ δὲ πλεῖστοι γενναίᾳ ψυχῇ ἐνίσχυσαν, ϗ οὐ διέστησαν τῆς εὐσεβείας· τά τε χρήματα περὶ τοῦ ζῆν ἀντικαταλλασσόμενοι, ἀδεῶς ἐπειρῶντο ἑαυτοὺς ῥύσασθαι ἐκ τῶν ἀπογραφῶν. (α) εὐέλπιδες δὲ καθει-
25 στήκεισαν ἀντιλήψεως τεύξεσθαι, Καὶ τοὺς ἀποχωροῦντας ἐξ αὐτῶν ἐβδελύσσοντο, ϗ ὡς πολεμίους τοῦ ἔθνους ἔκρινον, ϗ τῆς κοινῆς συναναστροφῆς ϗ εὐχρηστίας ἐστέρουν.

MS. A. (α) εὐέλπιδές τε

ΚΕΦ. γ΄.

1 Α ϗ μεταλαμβάνων ὁ δυσσεβὴς, ἐπὶ τοσοῦτον (α) ἐχόλησεν, ὥστε οὐ μόνον τοῖς (β) κατ' Ἀλεξάνδρειαν (γ) διοργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ βαρυτέρως ἐναντιωθῆναι,
2 ϗ προστάξαι (δ) σπεύσαντας συναγαγεῖν πάντας ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ϗ χειρίστῳ μόρῳ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. Τούτων δὲ (ε) οἰκονομουμένων, φήμη δυσμενὴς (ζ) ἐξηχεῖτο κατὰ τοῦ γένους ἀνθρώποις (η) συμφρονοῦσι εἰς κακοποίησιν,
3 ἀφορμῆς (θ) διδομένης εἰς διάθεσιν, ὡς ἂν ἀπὸ τῶν νομίμων αὐτοὺς κωλυόντων. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τὴν μὲν πρὸς τοὺς βασιλεῖς εὔνοιαν ϗ πίστιν ἀδιάστροφον ἦσαν (ι) διαφυλάσσοντες, σεβόμενοι δὲ τὸν θεὸν καὶ τῷ τούτου νόμῳ πολιτευόμενοι, χωρισμὸν ἐποίουν (κ) ἐπί τινων ϗ καταστροφάς· δι' ἣν αἰτίαν (λ) ἐνίοις ἀπεχθεῖς ἐφαίνοντο. τῇ δὲ τῶν δικαίων εὐπραξίᾳ κοσμοῦντες τὴν συναναστροφὴν, ἅ-
4 πασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμοι καθειστήκεισαν. Τὴν μὲν οὖν περὶ τοῦ γένους ἐν πᾶσι (μ) θρυλλουμένην εὐπραξίαν οἱ ἀλλόφυλοι οὐδαμῶς διηριθμήσαντο. τὴν δὲ περὶ τῶν προσκυνήσεων ϗ τροφῶν διάστασιν (ν) ἐθρύλλουν, φάσκοντες, Μήτε τῷ βασιλεῖ μήτε ταῖς δυνάμεσιν ὁμοσπόνδους τοὺς ἀνθρώπους (ξ) γίνεσθαι, δυσμενεῖς δὲ εἶναι ϗ μέγα τι τοῖς πράγμασιν ἐναντιουμένους· ϗ οὐ τῷ τυχόντι (ο) περιῆψαν ψόγῳ.
5 Οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν Ἕλληνες οὐδὲν ἠδικημένοι, ταραχὴν ἀπροσδόκητον περὶ τοὺς (π) ἀνθρώπους θεωροῦντες, ϗ συνδρομὰς ἀπροσκόπους γινομένας, βοηθεῖν μὲν οὐκ (ρ) ἔσθενον· τυραννικὴ γὰρ ἦν ἡ
6 διάθεσις· Παρεκάλουν δὲ ϗ δυσφόρως εἶχον, ϗ μεταπεσεῖσθαι ταῦτα ὑπελάμβανον. μὴ γὰρ (σ) οὕτως
7 παροραθήσεσθαι τηλικοῦτο (τ) σύστημα μηδὲν ἠγνοηκός. Ἤδη δὲ καί τινες γείτονές τε ϗ φίλοι ϗ συμπραγματευόμενοι, μυστικῶς τινας ἐπισπώμενοι, πίστεις ἐδίδουν συνασπιεῖν, ϗ πᾶν ἐκτενὲς
8 προσοίσεσθαι πρὸς ἀντίληψιν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τῇ κατὰ τὸ παρὸν εὐημερίᾳ γεγαυρωμένος, ϗ οὐ καθορῶν τὸ τοῦ μεγίστου θεοῦ κράτος, (υ) ὑπολαμβάνων δὲ διηνεκῶς ἐν τῇ αὐτῇ διαμενεῖν βουλῇ, ἔγραψε κατ' αὐτῶν ἐπιστολὴν τήνδε.

MS. A. (α) ἐξεχόλησεν, (β) κατὰ (γ) ὀργίζεσθαι, (δ) σπεύδοντας (ε) οἰκοδομουμένων, (ζ) ἐξεχεῖτο (η) *συμφρονοῦσιν (θ) διδομένης (ι) φυλάσσοντες. (κ) *ἐπὶ τῷ καταστροφάς. (λ) αἰτ... (μ) θρυλουμένην (ν) ἐθρύλουν, (ξ) γίνεσθαι, (ο) περιήψαντο φόβῳ. (π) ἄνδρας (ρ) ἔσθενον· (σ) οὕτω παροραθήσεσθαι (τ) σύστημα (υ) ὑπολαμβάνειν

Interp. LAT.

Plerique autem (e) generoso animo seipsos confirmaverunt, & à pietate non recesserunt: & pecunias pro vita commutantes, intrepidè conabantur seipsos liberare à descriptionibus. Bonâ autem spe freti perstabant, auxilium se consecuturos; Et suos illos, qui recesserant, abominabantur, & tanquam hostes gentis judicabant, & communi consuetudine & utilitate privabant.

CAP. III.

Quæ cùm comperisset impius; adeò iratus est, ut non solùm iis qui ad Alexandriam, succenseret, sed etiam iis qui in regione, graviùs adversaretur: & juberet festinantes congregare omnes simul, & pessima nece vitam ipsis adimere. His autem constitutis, fama inimica pervulgabatur contra ipsum genus, hominibus consentientibus ad maleficium, occasione datâ ad constitutionem, tanquam eos à legitimis prohiberent. At Judæi erga reges quidem benevolentiam & fidem immutabilem conservabant; venerantes autem Deum, & ex ipsius lege rempublicam gerentes, secessionem in aliquibus faciebant, & mutationes: quamob causam aliquibus odiosi videbantur. Sed justarum actionum functione conversationem ornantes, omnibus hominibus probati extiterunt. Igitur ipsam quidem de genere in omnibus pervulgatam rectè agendi rationem alienigenæ nequaquam recensuerunt: verùm de adorationibus & cibis discrimen pervulgabant, dicentes; Neque regi, neque exercitibus fœderatos esse homines, sed esse odiosos, & majorem in modum negotiis adversari: & non mediocrem excitârunt vituperationem. Græci autem, qui erant in civitate, nullis injuriis affecti tumultum inexpectatum circa homines videntes, & concursus improvisos fieri; auxiliari quidem non poterant (tyrannica enim erat constitutio:) Sed consolabantur, & graviter ferebant, & mutatum hæc iri putabant: non enim sic contemnet talem constitutionem, (f) qui nihil ignoraverit. Jam verò quidam vicini, & amici, & qui simul negotiabantur, secretò quosdam accersentes, fidem dabant contegendi, & omnem (g) diligentiam ad defensionem. Igitur ille quidem præsenti prosperitate exultans, & non considerans maximi Dei potestatem, putans autem perpetuò in eodem perseverare consilio, scripsit contra eos epistolam hanc:

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
[illegible]
1 [illegible]
[illegible]
[illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Maxima autem pars populi confortati & corroborati viriliter, non destiterunt, nec discesserunt ab omni justitiâ, sed facultates suas pro vitis suis tradiderunt, ut à descriptione se redimerent; sperantes expectantésque redemptum se iri. Eósque qui subducerent se, & ab eis discederent pro pollutis habentes, hostium loco reputabant, privabántque eos vulgus gratiâ conversationis.

CAP. III.

Statim autem ut hæc audivit impius, vehementer irâ incensus est, non solum in eos qui Alexandriâ incolebant, sed et plebi quæ regionem habitabat gravis hostis factus, præciperet; coactos statim & derepentè in unum omnes morte dirâ & amarâ interfici. Sancito decreto hoc impuro malóque & acerbo, inque totum populum nostrum edito, procurantibus quibusdam qui à lege defecerant, quod communicare ipsis non sustinerent, Judæi amorem erga regem, prout præceptis legibúsque Dei monebantur, conservabant: Sed quod discrimina ciborum observarent, visi sunt multis elati & arrogantes. In omni tamen justitiæ cultu vitam agebant, ita ut eximii & electi ex omni genere humano viderentur. Quod autem ad decretum attinet, quod prodierat de populo nostro ut numerarentur à gentibus, annumerare ipsos non poterant. Et quod cibis eorum adorationibúsque non annuerent, famam disperserunt de eis, dicentes; Neque regem nos in æstimatione habere, neque servituti exercituum ejus assentiri, sed rebelles esse, multúmque præceptis regis & rebus repugnare: neque benè in nos odium & infamiam protulerunt. Gentes autem quæ in civitate erant; cùm nihil mali in Judæis qui cum ipsis erant, viderent, malum autem viderent & perturbationem quæ ipsis derepentè accideret, festinatúmque violentiæ cursum; neque ipsis quicquam auxiliari possent propter duritiem & asperitatem edicti de eis publicati; Orabant tamen suadebántque angustiatoribus eorum, cum mœstitia magna, dicentes eis; Nolite tam durè ipsos premere: neque enim fieri potest ut pereat tanta gentis multitudo sine errore. Cœperúntque quidam ex amicis vicinísque ipsorum, eorúmque qui cum ipsis commercia exercebant, suadere dolo affligentibus eos, dicentes; Nos faciemus ut sacrificent. Illi autem in oratione & clamore positi sperabant spectabántque futuram sibi salutem. Rex autem superbiens exaltatusque & infremens cogitatione suâ elatâ, virtutem potentiámque Dei magni non intuebatur, nec respectabat, sed in eadem cogitatione, ejusdémque potestatis imperio & per substitutum se sperans, epistolam in eos scriptam misit:

MAKKABAΪΩΝ Γ΄.

9 Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ τοῖς κατ᾽ Αἴγυπτον, ϗ κατὰ τόπον στρατηγοῖς ϗ στρατιώταις,
10 χαίρειν καὶ ἐῤῥῶσθαι. ἔῤῥωμαι δὲ ϗ (α) ἐγὼ αὐτὸς καὶ τὰ πράγματα ἡμῶν. (β) Ἐκ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν
γενομένης ἡμῖν ἐπιστρατείας, ἧς ἴστε ϗ αὐτοὶ, τῇ τῶν (γ) θεῶν πρὸς ἡμᾶς ἀπροπτώτῳ συμμαχίᾳ,
ϗ τῇ ἡμετέρᾳ δὲ ῥώμῃ κατὰ λόγον ἐπ᾽ ἄριστον τέλος ἀχθείσης, ἡγησάμεθα μὴ βίᾳ δόρατος, ἐπι-
εικείᾳ δὲ ϗ πολλῇ φιλανθρωπίᾳ τιθηνήσασθαι τὰ κατοικοῦντα κοίλην Συρίαν ϗ Φοινίκην
11 ἔθνη, (δ) εὐποιῆσαί τε ἀσμένως. Καὶ τοῖς κατὰ πόλεσιν ἱεροῖς ἀπονείμαντες προσόδους πλείστας,
(ε) προήχθημεν καὶ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀναβάντες τιμῆσαι τὸ ἱερὸν τῶν ἀλιτηρίων ϗ μηδέποτε
12 ληγόντων τῆς ἀνοίας. Οἱ δὲ λόγῳ μὲν τὴν ἡμετέραν ἀποδεξάμενοι παρουσίαν, τῷ δὲ πράγ-
ματι νόθως, προθυμηθέντων ἡμῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν αὐτῶν, ϗ τοῖς ἐκπρεπέσι ϗ καλλίστοις
13 (ζ) ἀναθήμασι τιμῆσαι, τύφοις φερόμενοι παλαιοτέροις, εἶρξαν ἡμᾶς τῆς εἰσόδου, (η) Ἀπολειπόμενοι
τῆς ἡμετέρας ἀλκῆς, δι᾽ ἣν ἔχομεν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους φιλανθρωπίαν. Τὴν δὲ αὐτῶν εἰς
ἡμᾶς δυσμένειαν ἔκδηλον καθιστάντες, ὡς μονώτατοι τῶν ἐθνῶν βασιλεῦσι ϗ τοῖς ἑαυτῶν
14 εὐεργέταις ὑψαυχενοῦντες, οὐδὲν γνήσιον βούλονται φέρειν. Ἡμεῖς δὲ τῇ τούτων ἀνοίᾳ συμ-
περιενεχθέντες, καὶ μετὰ νίκης διακομισθέντες, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι φιλαν-
15 θρώπως ἀπαντήσαντες, καθὼς ἔπρεπεν ἐποιήσαμεν. Ἐν δὲ τούτοις πρὸς τοὺς ὁμοφύλους
αὐτῶν ἀμνησικακίαν ἅπασι γνωρίζοντες, διά τε τὴν συμμαχίαν καὶ τὰ πεπιστευμένα μετὰ
ἁπλότητος αὐτοῖς ἀρχῆθεν μύρια (θ) πράγματα τολμήσαντες ἐξαλλοιῶσαι, ἐβουλήθημεν ϗ πολιτείας
16 αὐτοὺς Ἀλεξανδρέων καταξιῶσαι, ϗ μετόχους τῶν ἀεὶ ἱερέων καταστῆσαι. Οἱ δὲ τοὐναντίον
ἐκδεχόμενοι, καὶ τῇ συμφύτῳ κακοηθείᾳ τὸ καλὸν ἀπωσάμενοι, διηνεκῶς δὲ εἰς τὸ φαῦλον
ἐκνεύοντες, Οὐ μόνον ἀπεστρέψαντο τὴν ἀτίμητον πολιτείαν, ἀλλὰ καὶ βδελύσσονται λόγῳ
τε καὶ σιγῇ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὀλίγους πρὸς ἡμᾶς γνησίως διακειμένους, παρέκαστα ὑφορώμενοι
17 (ι) διὰ τῆς δυσκλεεστάτης ἐμβιώσεως διὰ τάχους ἡμᾶς καταστρέψαι τὰ (κ) κατορθώματα. Διὸ
καὶ τεκμηρίοις καλῶς πεπεισμένοι τούτους κατὰ πάντα δυσνοεῖν ἡμῖν τρόπον, ϗ προνοούμε-
νοι μήποτε αἰφνιδίου μετέπειτα ταραχῆς ἐνστάσης ἡμῖν, τοὺς δυσσεβεῖς τούτους κατὰ νώτου
18 προδότας ϗ βαρβάρους ἔχωμεν πολεμίους, Προστετάχαμεν ἅμα τῷ προσπεσεῖν τὴν ἐπιστολὴν τήνδε,
αὐθωρὶ τοὺς ἐννεμομένους σὺν (λ) γυναιξὶ καὶ τέκνοις μετὰ (μ) ὕβρεων ϗ σκυλμῶν ἀποστεῖλαι πρὸς
ἡμᾶς ἐν δεσμοῖς σιδηροῖς πάντοθεν (ν) κατακεκλεισμένους, εἰς ἀνήκεστον ϗ δυσκλεῆ πρέποντα
δυσμενέσι φόνον.

Interp. LAT.

Rex Ptolemæus Philopator iis qui per Ægyptum, & per loca, ducibus, & mi- 9
litibus, gaudere, & valere. Valeo autem & ego ipse, & res nostræ. Post 10
factam nobis in Asiam expeditionem, quam ipsi etiam scitis, quæ deorum erga
nos improviso consilio; & fortitudine etiam nostrâ secundùm rationem ad
optimum finem perducta est, putavimus non violentiâ lanceæ, sed æquitate, &
multâ humanitate indulgenter tractare gentes, quæ habitant Cœlesyriam, &
Phœnicem, ac libenter benefacere. Et cùm templis, quæ sunt per civitates, 11
tribuissemus reditus multos; venimus etiam Hierosolymam, ascendentes hono-
rare templum scelestorum illorum, & nunquam desistentium ab amentia. Illi 12
autem verbo quidem nostram suscipientes præsentiam, re autem falsò, volen-
tibus nobis introire in templum eorum, & decentibus ac pulcherrimis donis
honorare, tumoribus antiquioribus agitati prohibuerunt nos ab ingressu, (Cùm 13
inferiores essent nostris viribus) ob eam quam erga omnes homines habemus,
humanitatem. Suam autem erga nos malevolentiam manifestam facientes, quippe
soli prorsus gentium contra reges & beneficos suos cervicem erigentes, nihil
legitimum ferre volunt. Nos autem cum horum amentia conversati, & cum 14
victoria reversi, & in Ægypto omnibus nationibus humaniter occurrentes,
prout decebat, fecimus. In his autem erga gentiles eorum oblivionem injuria- 15
rum omnibus notam facientes, propter societatem, & commissa eis antiquitùs
cum simplicitate sexcenta negotia aggressi mutare, voluimus Alexandrinorum
etiam republicâ eos dignari, & participes semper sacerdotum constituere. Illi 16
autem in contrariam partem accipientes, & insitâ improbitate honestum re-
pellentes, perpetuò autem ad malum proni, non solùm cum ignominia repudi-
ârunt jus civitatis; sed etiam abominantur, & verbo (h) & silentio paucos
quosdam ex eis erga nos legitimè affectos, semper suspicantes, ob infamem vitæ
rationem citò nos eversuros rectè facta. Quamobrèm argumentis etiam probè 17
persuasi hos omnibus modis contra nos malè sentire, & providentes ne fortè
repentinâ post hac turbatione nobis imminente hos à tergo proditores, & bar-
baros habeamus hostes, Jussimus, simul atque allata fuerit epistola hæc, eâdem 18
horâ eos qui habitant cum uxoribus & filiis, cum contumeliis & vexationibus
mittere ad nos vinculis ferreis undique conclusos, ad tetram & infamem ini-
micis convenientem cædem.

MS. A. (α) αὐτὸς ἐγὼ (β) Τῆς (γ) θεῶν ἀπροπτώτῳ συμμαχίᾳ, κατὰ λόγον ἐπὶ τέλος ἀχθείσης, (δ) εὐποιήσαντες *μένως.
(ε) προσήχθημεν (ζ) ἀνοήμασιν (η) Λειπόμενοι (θ) πράγματα ἐξαλλοιῶσαι, (ι) μετὰ τῆς (κ) πράγματα. (λ) ταῖς γυναιξὶ (μ) ὕβρεως (ν) καταλεκλεισμένοις,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

Ptolemæus Philometor rex, Imperato- 9
ribus, ducibúsque & militibus qui in
Ægypto sunt, & per omnia loca, Salvere
& valere: Nos autem etiam valemus
& res nostræ. Postquam victores à bel- 10
lo Asiatico auxilio deorum invicto-
rum quod nobis adfuit, reversi su-
mus, cujus nec vos ignari estis, non
pressuris neque vi, sed cum mansue-
tudine multa & humanitate cum gen-
tibus Syriam & Phœnicem colenti-
bus agere voluimus; Quod & fe- 11
cimus, oblatis omnibus omnium ci-
vitatum sacerdotibus, oblationibus
multis magnísque: Jerosolyma etiam
egressi, templum damnatorum, mentéque
semper captorum honorare volu-
imus. Qui verbo quidem adventum 12
nostrum exceperunt, re autem pro
peregrinis nos habuerunt: volentes
enim templum ipsorum ingredi, ut do-
nariis illud honoribúsque magnis affi-
ceremus, prohibuerunt nos; Et ho- 13
nore quidem quem ipsis pro humani-
tate nostra erga omnes habere volui-
mus, exciderunt: ipsi autem odium er-
ga nos suum manifestò ostenderunt:
qui quasi gentibus tantùm imperemus
etiam eas qui sibi semper benefaci-
unt, propter elationem arrogantiám-
que suam, cum probro accipiunt, nul-
lum erga nos amorem ostendentes.
Multùm igitur nobis displicuit hæc 14
eorum audacia & stoliditas, victoréſ-
que in Ægyptum reversi, omnes gen-
tes læti ac cum pace excepimus, quod
nos facere conveniebat, facientes.
Cùm autem erga illos, ipsorúmq; po- 15
pulares, nullam iracundiam aut excan-
descentiam foveamus, æquanimitate
concordiam colentes, res etiam nostras
ipsis crediderimus, in eorum manibus
relictas, errores ipsis, & quæ olim
multoties ausi sunt remittentes, volui-
mus ipsos Alexandrinos, cives nostros,
sociósque sacerdotum patriorum scri-
bere. Ipsi autem, odii intuitu & re- 16
spectu, propter insitam sibi maligni-
tatem, propulerunt & à se projece-
runt bonum: sempérque malum spe-
ctantes, non solum à religione sua stul-
ta & probrosa, non discesserunt, nec
defecerunt, sed & verbo operéque
eos rejiciunt, quos paucos esse amore
erga nos integros invenerunt, semper
nobis resistentes, Omnéque edictum 17
& legem à nobis positam violantes,
nobis in omnibus adversi: adeò ut
si bellum nobis in hostes nostros ac-
cideret, conjungerent se ipsis impii
isti & damnati, hostes ex proditoribus
facti. His igitur de causis scripto e- 18
dicimus, acceptâ hâc epistolâ quam-
primùm comprehensos in ea scriptos,
cum uxoribus liberisq; ac facultatibus
ipsorum, cum ignominia vinculorum
ad nos mitti, ferro constrictos omni-
búsque angustiis pressos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Γ'.

19 Τέτων γὰρ ὁμοῦ κολασθέντων, διειλήφαμεν εἰς τὸ ἐπίλοιπον χρόνον τελείως ἡμῖν τὰ πράγματα
20 ἐν εὐσταθείᾳ καὶ (α) βελτίστῃ διαθέσει καταστάθήσεσθαι. Ὃς δ' ἂν σκεπάσῃ τινὰ τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ γεραιοῦ μέχρι νηπίου (β) μέχρι τῶν ὑπομασθίων, αἰσχίσταις βασάνοις ἀποτυμπανισθήσεται (γ) παν-
21 οικί. Μηνύειν δὲ τὸν βουλόμενον, ἐφ' ᾧ τὴν οὐσίαν τοῦ ἐμπίπτοντος ὑπὸ τὴν εὔθυναν λήψεται, καὶ ἐκ τοῦ (δ) βασιλικοῦ ἀργυρίου δραχμὰς δισχιλίας, καὶ τῆς (ε) ἐλευθερίας τεύξεται καὶ στεφανωθή-
22 σεται. Πᾶς δὲ τόπος οὗ ἐὰν φωραθῇ τὸ σύνολον σκεπαζόμενος Ἰουδαῖος, ἄβατος καὶ πυριφλεγὴς γινέσθω, καὶ πάσῃ θνητῇ φύσει (ζ) κατὰ πάντα ἄχρηστος φανήσεται εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. καὶ ὁ μὲν τῆς ἐπιστολῆς τύπος οὕτως ἐγέγραπτο.

MS.A. (α) τῇ βελτίστῃ (β) καὶ μέχρι τῶν ὑπομασταίων, ἐχθίσταις (γ) πανοικίᾳ. (δ) βασιλείου δραχμὰς (ε) ἐλευθερίας στεφανωθήσεται. (ζ) καθάπαν

ΚΕΦ. δ'.

1 Πάντη δὲ ὅπου προσέπιπτε τοῦτο τὸ πρόσταγμα, δημοτελὴς συνίστατο τοῖς ἔθνεσιν (α) εὐωχία μετὰ ἀλαλαγμῶν καὶ χαρᾶς, ὡς ἂν τῆς (β) προκατεσκιρρωμένης αὐτοῖς πάλαι κατὰ διάνοιαν, μετὰ παρρησίας (γ) συν-
2 εκφαινομένης ἀπεχθείας. Τοῖς δὲ Ἰουδαίοις (δ) ἀνήκεστον πένθος ἦν καὶ (ε) πανόδυρτος μετὰ δακρύων βοὴ, στεναγμοῖς (ζ) πεπυρωμένης τῆς αὐτῶν πάντοθεν καρδίας, ὀλοφυρομένων τὴν ἀπροσδόκητον ἐξαίφνης
3 (η) ἐπικεκριμένην αὐτοῖς ὀλεθρίαν. Τίς νομὸς ἢ πόλις, ἢ τίς τὸ σύνολον (θ) οἰκητὸς τόπος, ἢ τίνες ἀγυιαὶ
4 κοπετοῦ καὶ γόων ἐπ' (ι) αὐτοῖς οὐκ ἐνεπιπλῶντο; Οὕτω γὰρ μετὰ (κ) πικρᾶς καὶ ἀνοίκτου ψυχῆς ὑπὸ τῶν κατὰ πόλιν στρατηγῶν ὁμοθυμαδὸν ἐξαπεστέλλοντο, ὥστε ἐπὶ ταῖς ἐξάλλοις τιμωρίαις καί τινας τῶν ἐχθρῶν, λαμβάνοντας πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν κοινὸν ἔλεον, καὶ λογιζομένους τὴν ἄδη-
5 λον τοῦ βίου καταστροφὴν, δακρύειν (λ) αὐτῶν τρισάθλιον ἐξαποστολήν. Ἤγετο γὰρ (μ) γεραιῶν πλῆθος πολιᾷ πεπυκασμένων, τὴν ἐκ τοῦ γήρως νωθρότητα ποδῶν (ν) ἐπικύφων, ἀνατροπῆς ὁρμῇ
6 βιαίας, ἁπάσης αἰδοῦς ἄνευ πρὸς (ξ) ὀξεῖαν καταχρωμένων πορείαν. Αἱ δὲ ἄρτι πρὸς βίου κοινωνίαν γαμικὸν ὑπεληλυθυῖαι παστὸν νεάνιδες, ἀντὶ τέρψεως μεταλαβοῦσαι γόους, καὶ κόνει τὴν (ο) μυροβρεχῆ πεφυρμέναι κόμην, ἀκαλύπτως δὲ ἀγόμεναι, θρῆνον ἀνθ' ὑμεναίων ὁμοθυμαδὸν ἐξῆρχον, ὡς ἐσπαραγμέναι (π) σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι. δέσμιαι δὲ δημοσίᾳ μέχρι τῆς εἰς
7 τὸ πλοῖον ἐμβολῆς εἵλκοντο μετὰ βίας. (ρ) Οἵ τε τούτων συζυγεῖς (σ) βρόχοις ἀντὶ στεφέων τοὺς αὐχένας περιπεπλεγμένοι μετὰ ἀκμαίας (τ) καὶ νεανικῆς ἡλικίας, ἀντὶ εὐωχίας καὶ νεωτερικῆς ῥαθυμίας τὰς ἐπιλοίπους τῶν γάμων ἡμέρας ἐν θρήνοις διῆγον, παρὰ πόδας ἤδη τὸν ᾅδην ὁρῶντες κείμενον.

MS.A. (α) ἦν εὐωχεία (β) προκατεσκιρρωμένης (γ) νῦν ἐκφερομένης (δ) ἄλεκτον πένθος (ε) πανόδυρτος (ζ) πεπυρωμένης πάντοθεν αὐτῶν τῆς καρδίας, (η) αὐτοῖς ἐπικειθεῖσαν (θ) οἴκητος (ι) αὐτοῖς * ; Οὕτως (κ) πικρίας ἀνοίκτου (λ) αὐτῶν τὴν δυσάθλιον (μ) γερῶν πλήρης πολιᾶς πεπυκασμένων, (ν) ἐπίκυφον, (ξ) * ὀξεῖαν * καταχρωμεν (ο) μυροβρεχῆ (π) * σκύμνοις (ρ) Οἱ δὲ (σ) βρόχους (τ) νεανικῆς

Interp. LAT.

His enim simul punitis, putavimus, in reliquum tempus perfectè nobis in bono statu & optima dispositione constitutum iri. Quicunque autem quempiam Judæorum texerit à sene usque ad infantem, usque ad lactentes, turpissimis tormentis occidetur cum tota domo: Qui autem indicare voluerit, eo ipso substantiam ejus qui incidit in pœnam, accipiet, & de regio argento drachmas bis mille, & libertatem adipiscetur, & coronabitur. Omnis autem locus, ubicunque deprehensus fuerit omnino tectus Judæus, invius & igne combustus fiat, & omni mortali naturæ ad omnia inutilis extet in sempiternum tempus. Et formula quidem epistolæ sic scripta est.

CAP. IV.

Ubicunque autem promulgatum fuit hoc edictum; populare convivium constitutum est gentibus cum jubilationibus, & gaudio, tanquam jam (i) antiquitùs indurata in eorum mente, audacter (k) simul se prodente inimicitia. Judæis autem insanabilis luctus erat, & prorsus lugubris cum lachrymis clamor, gemitibus undique inflammato ipsorum corde, gementibus improvisam repentè sibi constitutam perniciem. Quæ præfectura, aut civitas, aut quis omninò habitatus locus, vel quæ viæ planctu & gemitibus super his non complebantur? Sic enim acerbo & immiti animo à ducibus qui per civitates, unanimiter ejiciebantur; ut ad eximia supplicia quidam etiam ex inimicis ante oculos sibi ponentes communem misericordiam, & considerantes incertam vitæ mutationem, flerent miserrimam eorum expulsionem. Agebatur enim senum multitudo canitie coopertorum, ob tarditatem, quæ ex ætate, pedibus (m) incurvis, impetu violentæ ejectionis, absque ullo pudore abutentibus ad citam itionem. Quæ autem nuper ad vitæ communionem conjugalem subierant thalamum adolescentulæ, pro delectatione translatæ ad gemitus, & pulvere unguentatam conspersæ comam, apertè autem ductæ lamentationem pro hymenæis unanimiter incipiebant, tanquam laceratæ vexationibus alienigenis. Vinctæ autem populares usque ad ascensum in navim trahebantur cum violentia. Ipsique horum conjuges laqueis pro coronis implicati cervices cum florida & juvenili ætate, pro convivio, & juvenili negligentiâ reliquos nuptiarum dies in lamentis agebant, ad pedes jam infernum videntes positum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1 [illegible]
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Qui cùm sublati interierint, pacatum nobis ac perpetuò tranquillũ regnũ nostrũ erit, vobísque augmentum accedet, ad mentem meam accedentibus. Quòd si quis Judæum occultaverit, sive senẽ sive adolescentem, infantem vel lactentem, tortus angore cruciatuque multo morietur, cum tota familia sua: Eique qui ipsum investigaverit, erunt ejus facultates qui in hoc errore inventus fuerit; è fisco autem argenteorum tria millia, cum libertate & coronâ accipiet. Ubicunque autem inventus fuerit Judæus occultatus, comburetur locus igni, desertúsque fiet instar solitudinis, hominésque qui in eo erunt, membris inutiles facti, de genere humano delebuntur. Et hæc quidem forma verborum est quâ scriptæ erant epistolæ.

CAP. IV.

Ubicunque autem veniret hujus edicti fama, gentibus ingens erat gaudium exultatióque & hilaritas: Ut quibus quod sperarent futurum, id palàm facere concessum erat. Judæis autem luctus magnus, voce flentibus ac clamantibus majorem in modum & gementibus: quòd ad cor usq; eorum pervaserat doloris passio, angustiis undique circundatorum, repentinóque interitûs mortísque decreto, ubi non expectâssent. Quæ enim civitas, aut quis habitatus *hominibus* locus, quæ plateæ aut vici luctu planctúque multo pleni non erant? Tantâ enim vi & tam amarâ capiebantur à ducibus omnium civitatum, & cruciabantur, adeóque duræ erant & acerbæ angustiæ eorum, ut etiam hostes eorum videntes, dolerent flerêntque super ipsis. Multos enim venerandos senes cum ignominia víque multâ duci videbant, ab eis qui ipsos ne minimùm quidem reverebantur. Sponsæ autem jam viris nuptæ, relictis thalamis adolescentiæ suæ, sumptóque pro gaudio fletu, & aromatum loco, capitibus cinere conspersis, projecto quasi à se velo & pudore sponsali, ligatæq; vinctæque ferro à gentibus exteris ducebantur per vim cum pressurâ, & per plateas ad naves usque ibant. Conjuges autem ipsarum vi ducti ibant, pro coronis, vinculis ferreis cervicibus injectis, pro gaudio & hilaritate juventutis, próque exultatione reliquorum convivii sui dierum, in luctu, fletu & gemitu positi, mortem suam ante oculos videntes.

MAKKABAΪΩΝ Γ'.

8 Κατήχθησαν δὲ θηρίων τρόπον (α) ἀγόμενοι σιδηροδέσμοις ἀνάγκαις· οἱ μὲν τοῖς ζυγοῖς τῶν πλοίων
προσηλωμένοι τοὺς τραχήλους, οἱ δὲ τοὺς πόδας ἀρρήκτοις κατησφαλισμένοι πέδαις, ἔτι καὶ
τῷ (β) καθύπερθε πυκνῷ σανιδώματι (γ) διακειμένῳ τὸ φέγγος ἀποκλειόμενοι, ὅπως πάντοθεν ἐσκοτι-
9 σμένοι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀγωγὴν ἐπιβούλων ἐν παντὶ τῷ κατάπλῳ λαμβάνωσι. Τούτων δὲ
ἐπὶ τὴν λεγομένην σχεδίαν ἀχθέντων, καὶ τοῦ παράπλου περανθέντος, καθὼς ἦν δεδογματισμέ-
νον τῷ βασιλεῖ, προσέταξεν αὐτοὺς ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἱπποδρόμῳ παρεμβαλεῖν, (δ) ἀ-
πλέτῳ καθεστῶτι περιμέτρῳ, καὶ πρὸς παραδειγματισμὸν ἄγαν εὐκαιροτάτῳ καθεστῶτι πᾶσι
τοῖς καταπορευομένοις εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς ἐκ τούτων εἰς τὴν χώραν στελλομένοις πρὸς
ἐκδημίαν· πρὸς τὸ μηδὲ ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ (ε) κοινωνεῖν, μηδὲ τὸ σύνολον καταξιῶσαι
10 (ζ) περιβόλων. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγενήθη, ἀκούσας τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ὁμοεθνεῖς κρυβῆ ἐκπορευο-
μένους πυκνότερον ἀποδύρεσθαι τὴν (η) ἀκλεῆ τῶν ἀδελφῶν ταλαιπωρίαν, διοργισθεὶς προσέ-
ταξε καὶ τούτοις ὁμοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελῶς ὡς ἐκείνοις ποιῆσαι, μὴ λειπομένοις κα-
τὰ μηδένα τρόπον τῆς ἐκείνων τιμωρίας, ἀπογραφῆναι δὲ πᾶν τὸ φῦλον ἐξ ὀνόματος,
11 (θ) Εἰς τὴν ἔμπροσθε βραχεῖ προδεδηλωμένην τῶν ἔργων (ι) κατάπονον λατρείαν, (κ) στρεβλωθέν-
12 τας δὲ ταῖς παρηγγελμέναις αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέρας. Ἐγίνετο
μὲν οὖν ἡ τούτων ἀπογραφὴ μετὰ πικρᾶς σπουδῆς καὶ φιλοτίμου προσεδρίας ἀπὸ ἀνατολῶν
13 ἡλίου μέχρι δυσμῶν, ἀνήνυτον λαμβάνουσα τὸ τέλος ἐπὶ ἡμέρας (λ) τεσσαράκοντα. Μεγά-
λως δὲ καὶ διηνεκῶς ὁ βασιλεὺς χαρᾷ πεπληρωμένος, συμπόσια ἐπὶ πάντων τῶν εἰδώλων
συνιστάμενος, (μ) πεπλανημένῃ πόρρω τῆς ἀληθείας φρενὶ καὶ βεβήλῳ (ν) στόματι, τὰ μὲν κωφὰ
καὶ μὴ δυνάμενα αὐτοῖς λαλεῖν ἢ ἀρήγειν, ἐπαινῶν, (ξ) εἰς δὲ τὸν μέγιστον Θεὸν τὰ μὴ καθ-
14 ήκοντα λαλῶν. Μετὰ δὲ τὸ προειρημένον τοῦ χρόνου διάστημα (ο) προσηνέγκαντο οἱ γραμ-
ματεῖς τῷ βασιλεῖ, μηκέτι ἰσχύειν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι διὰ τὴν ἀμέτρη-
τον αὐτῶν πληθὺν, καίπερ ὄντων (π) κατὰ τὴν χώραν ἔτι τῶν πλειόνων, τῶν μὲν κατὰ τὰς οἰκίας
ἔτι συνεστηκότων, τῶν δὲ καὶ κατὰ (ρ) τόπον, ὡς ἀδυνάτου καθεστῶτος πᾶσι τοῖς ἐπ' Αἰγύ-
15 πτον στρατηγοῖς. Ἀπειλήσαντος δὲ αὐτοῖς σκληρότερον ὡς δεδωροκοπημένοις εἰς μηχανὴν
τῆς ἐκφυγῆς, συνέβη σαφῶς αὐτὸν περὶ τούτου (σ) πιστωθῆναι, λεγόντων μετὰ ἀποδείξεως, καὶ
16 τὴν χαρτηρίαν ἤδη καὶ τοὺς γραφικοὺς καλάμους ἐν οἷς ἐχρῶντο ἐκλελοιπέναι. Τοῦτο δὲ ἦν
ἐνέργεια τῆς τοῦ βοηθοῦντος τοῖς Ἰουδαίοις ἐξ οὐρανοῦ προνοίας ἀνικήτου.

Interp. LAT.

Abducebantur autem ferarum more tracti ferreorum vinculorum necessitati- 8
bus: hi quidem transtris navium affixi collis, illi autem constricti pedes
insolubilibus compedibus, præterea vero desuper densâ tabulâ dispositâ à lu-
mine exclusi, ut undique obtenebratis oculis, vitam insidiatorum in tota navi-
gatione degerent. His autem super dictam ratem ductis, & navigatione 9
confectâ, sicut erat sancitum à rege, jussit eos in hippodromo, qui est ante
civitatem, castrametari; cujus ingens erat spatium, quique ad manifestum
opprobrium valdè erat opportunus, propositus omnibus qui pergebant in ci-
vitatem, & qui ex his in regionem proficiscebantur peregrè: ut neque ex-
ercitibus ejus communicarent, neque muris omninò dignarentur. Post- 10
quàm verò id factum est, cùm vidisset eos qui in civitate ejusdem gentis
essent, clàm egredientes frequentiùs lugere ignominiosam fratrum miseriam;
iratus jussit & his simul eodem modo diligenter fieri, atque illis, nihil mi-
nus ullo modo habentibus illorum supplicio: describi autem omne genus
ex nomine (n) Ad paulò antè demonstratam operum laboriosam servitu- 11
tem, tortos autem denuntiatis tormentis demum deleri sub unius diei
tempus. Facta igitur est horum descriptio cum acerbo studio, & ambi- 12
tiosâ assessione, à Solis ortu usque ad occasum, nondum accipiens finem
ad dies quadraginta. Magnificè autem & assiduè rex gaudio impletus 13
convivia ad omnia idola celebrans, errante procul à veritate mente, &
prophano ore, muta quidem, & quæ non possunt ipsis loqui, neque auxiliari,
laudans, in summum autem Deum, quæ non decebat, loquens. Post præ- 14
dictum autem temporis intervallum nuntiaverunt scribæ regi, non posse
ulteriùs Judæorum descriptionem fieri propter immensam eorum multitudi-
nem; quippe cùm adhuc plures essent per regionem, hi quidem adhuc domi con-
sistentes, illi verò & per loca, ita ut minimè id præstari posset ab omni-
bus, qui super Ægyptum, ducibus. Cùm autem duriùs illis minatus esset, 15
tanquam, qui muneribus corrupti essent ad machinationem fugæ; contigit ei
manifestò de hac re fidem fieri, dicentibus illis cum demonstratione, &
chartam jam, & scriptorios calamos, quibus utebantur, defecisse. Hoc 16
Mathathias autem infirmatus est: & cum prope esset ut moreretur, vocavit filios suos, qui erant quinque, & ait illis; Certe scio excitanda fore in regione Juda bella quamplurima ac magna, causa eorum pro quibus commovit nos Deus Opt. Max. ad bellandum contra hostes nostros. Ego autem præcipio vobis ut timeatis Deum, & confidatis in illo, & æmulatores sitis legis, & Sanctuarii, & populi ipsius, & præparemini ad bellandum contra hostes illius: nec timeatis mortem, quoniam omnibus hominibus proculdubio decreta est. Quod si victores vos reddiderit Deus, jam obtinuistis quod desiderabatis: si vero pereatis, non amittitur id vobis apud illum. Et defunctus Mathathias, & sepultus est, & fecerunt filii ejus secundum quod præcepit eis. Et consenserunt præficere sibi fratrem suum Judam. Erat autem Judas frater eorum, omnium consilio optimus, & robore fortissimus. Et missus est contra eos exercitus a Fœlice cum viro, qui dicebatur Seron, quem fugavit Judas cum sociis suis, & interfecit multitudinem magnam. Et divulgata est fama Judæ, ac percrebuit in aures valde; & timuerunt eum omnes gentes, quæ erant in circuitu ejus. Et est perlatum Regi Antiocho quicquid fecerat Mathathias, & Judas filius ejus. Pervenerunt hæc quoque ad Regem Persarum, unde prævaricatus est in Antiochum, deficiens ab eo, sequens exemplum Judæ. Quod quidem cum maximopere afflixisset Antiochum, vocavit ad se virum quendam de domesticis suis, qui dicebatur Lysias, vir strenuus, ac fortis, & ait illi; Jam decrevi proficisci in Persidis regionem ad bellandum: volo autem sufficere post me filium meum in locum meum, & ducere mecum dimidiam partem exercitus, & reliquam partem relinquere cum filio meo; & ecce tradidi tibi gubernationem filii mei, & gubernationem virorum, quos relinquo cum illo. Et quidem scis quid fecit Mathathias, & Judas amicis meis, & viris meis. Quare mitte in regionem Judæ ducentem exercitum potentem; & jube irruere gladio in regionem Judæ, & eradicare eos, & destruere domicilia eorum, & ipsorum vestigia delere. Dein profectus est Antiochus in regionem Persidis. Lysias vero expedivit tres duces strenuos, ac fortes, & in bellis peritos; quorum unus dicebatur Tolomæus, alter Nicanor, tertius vero Gorgias. Misitque cum eis de viris electis quadraginta millia, & septem millia equorum.

حينيذ تقدّم اليهم ان ياخذوا معهم جيشًا من الارمن وجيشًا من فلسطين وتاكد
عليهم في استيصال آل يهودا * فسار القوم واخذوا معهم عدّة من التجار حتي يبيعوهم
السّبي الذي يحصل لهم من آل يهودا * فاتّصل الخبر بيهودا بن متثيا فقصد بيت
الله عز وجل وجمع الناس وامرهم بالصوم والصلاه والدّعا الي الله عز وجل ومسألته
بان يظفرهم بعدوهم ففعلوا ذلك * ثم ان يهودا جمع رجاله وجعل علي كل الف ريّسا
وكذلك علي كل مايه رجلا وعلي كل خمسين وعلي كل عشره * ثم امر بالندا علي كل
عسكره بان يرجع منه كل جبان وكل من امر الله برجوعه من العساكر * فرجع
منهم خلق كثير وبقي معهم سبعة الاف رجل ذو باس وشجاعه وخبره بالحروب
وعاده لها ولم يعرف احد منهم بهزيمه قطّ * فساروا الي اعدايهم فلما قربوا منهم صلّا
يهودا الي ربه وساله ان يكفيه شرّ عدوّه وان ينصره ويظفّره به * ثم امر الكهنه ان
يضربوا بالابواق ففعلوا وكبّر اصحابه كلهم ثم حملوا علي عسكر نيقانور فرزقهم الله
النّصر عليهم فهزموه ولاصحابه وقتلوا منهم تسعة الاف رجل وتبدد الباقون * وعاد
يهودا واصحابه الي عسكر نيقانور فغنموه وغنموا اموال التجار الكثيره وانفذوها الي من
فرقها علي الضّعفا * وهذا القتال كان يوم الجمعه فاقام يهودا واصحابه في موضعهم
الي ان مضي يوم السبت * ثم ساروا الي تلماوس وجرجس فلقوهما وحاربوهما فنصروا
عليهما وقتلوا من عسكرهما عشرين الفًا * وهربا تلماوس وجرجس فتبعهما يهودا واصحابه
فلم يدركهما لانهما نجيا الي مدينة الصّنمين وتحصّنا مع بقية رجالهما بها * وادرك
يهودا فيلقوس وانهزم من بين يديه وتبعه يهودا فجاء الي بيت كان بقربه فدخله
وغلق عليه ابوبه وكان البيت حصينًا * فامر يهودا فضربه بالنار فاحترق البيت
واحترق فيلقوس فاخذ منه يهودا بثار العازر وغير ممّن قتلهم فيلقوس * ثم عاد
القوم الي القتلي واخذوا سلبهم وسلاحهم وانفذوا جلّ ما غنموا الي بلد القدس *
وامّا نيقانور فانه تنكّر فلم يُعرف ومضي وعاد الي ليسياس فعرّفه في جميع ما جري
عليه وعلي اصحابه *

* ذكر عودة انطيوخوس ومسيره الي بلد يهودا * وما عرض
له من العلّه التّي مات بها في طريقه *

* الفصل الثامن *

ثم عاد انطيوخوس من بلد فارس مهزومًا مفلولا العسكر * فلما وقف علي ما جري علي
عسكره الذي انفذ ليسياس وجميع ساير رجاله خرج في عسكر عظيم قاصد الي بلد
يهودا * ثم سار فلما توسّط في طريقه ضربه الله بالاسهام العظيمه فلم يوقفه ذلك عن المسير
بل جدّ فيه وهو مع ذلك يتكلم بكل كون من الفريه علي الله ويقول ان لم يقدر احد
يصدّه عن غرضه * فضربه الله عز وجل ايضًا بقروح عمّت جسده فما ارتدع ولا وقف عن
المسير * بل ازداد بغيًا وجدّ طمعًا في بلوغ ما نواه وادراك ما قدّره * وكان في عسكره افيله
كثيره فاتفق لبعضهم ان نفر وصاح فنفرت الخيل الحامله السرير الذي كان انطيوخوس
عليه فطرحته * وكان ثقيل الجسم فتوهنت اعضاوه وتخلّع بعض مفاصله وقد كانت
قروحه نتنت فزاد نتنها حتي تادّي بها هو ومن قرب منه * فلما سقط تقدم اليه عبيده
حملوه علي ظهورهم * فزادت عليه روايحه فطرحوه وبعدوا عنه *

Tunc præcepit eis quoque, ut adducerent secum exercitum de Syris, et Palæstinis; et præcepit eis omnino extirpare Judæos. Et profecti sunt, adducentes secum multitudinem mercatorum, ut venderent eis captivitatem, quam obtenturi erant de Judæis. Pervenit autem fama ad Judam filium Mathathiæ, et petiit domum Dei Optimi Maximi; et congregavit homines, indixitque eis jejunium, et orationes et preces ad Deum Opt. Maximum: et ut eum deprecarentur pro victoria contra hostes; quod quidem præstiterunt. Post hæc congregans Judas viros suos, constituit singulis millibus, principem: et similiter singulis centum virum: et singulis quinquaginta: et singulis decem. Tum præcepit præcini in exercitu suo, ut revertatur quisquis timidus est, & quemcunque præcepit Deus dimitti de exercitibus. Et reversa est multitudo magna: remanseruntque cum illis septem millia virorum strenuorum, ac fortium, & in bellis peritorum, iisque assuetorum: nec quispiam illorum unquam novit fugam; & profecti sunt contra hostes suos. Cum autem appropinquassent eis, oravit Judas ad Dominum suum, rogans eum, ut averteret a se malitiam hostis sui, & ut opitularetur ei, & victorem ipsum redderet. Deinde præcepit sacerdotibus canere buccinis, quod præstiterunt, & *Deum* invocaverunt omnes sui, & in exercitum Nicanoris irruerunt. Et concessit illis Deus victoriam contra eos, & fugaverunt illum ac socios ejus, interficientes ex illis novem millia virorum; reliqui autem dispersi sunt. Et reversus est Judas, & amici ejus ad castra Nicanoris, et deprædati suut ea, diripueruntque bona mercatorum plurima, et miserunt ea dividenda inter infirmos. Hæc autem pugna fuit feria sexta; quare stetit Judas, et sui eodem in loco, donec pertransiret dies Sabbati. Tum profecti sunt contra Tolomæum, et Gorgiam, quos invenientes expugnaverunt, & victoriam reportaverunt ex eis, occidentes ex eorum exercitu viginti millia. Et fugerunt Tolomæus et Gorgias, quos secutus est Judas cum sociis: tamen eos comprehendere non potuit, quoniam sese contulerunt in civitatem duorum Idolorum, et sese munierunt in ea cum reliquis viris suis. Et invasit Judas Fœlicem, et fugatus est ante eum, quem secutus est Judas. Qui veniens in domum quandam proximam, ingressus est eam, et clausit januas, erat autem domus munita. Et præcepit Judas: et succendit eam igni, et combusta est domus, et combustus est Fœlix. Sumpsit ergo de eo Judas vindictam Eleazari, et aliorum, quos interfecerat Fœlix. Post hæc reversus est populus ad interfectos, et acceperunt spolia, et arma ipsorum: miserunt autem præstantiora prædæ in regionem Sanctam. At Nicanor mutato habitu ignotus abivit, & reversus est ad Lysiam, indicavitque ei omnia, quæ sibi suisque evenerant.

MENTIO REDITUS ANTIOCHI, et ejus profectionis in regionem Judæ, et morbi, qui accidit ei, ex quo mortuus est in suo itinere.

CAP. VIII.

Habentur Macc. lib. 1. cap. 6. v. 1. ad 16. sed fusius & distinctius lib. Macc. 2. cap. 9. Vid. insuper Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 13.

Reversus est autem Antiochus de regione Persidis fugiens dimisso exercitu. Qui cum intellexisset quod accidit exercitui suo, quem miserat Lysias, et omnibus viris suis, egressus est cum exercitu magno, petens regionem Judæ. Qui pergens cum ad medium pervenisset iter, percussit illum Deus telis maximis: at id nequaquam illum remorari potuit ab itinere, sed institit illi, proferens omnia genera injuriarum in Deum, ac dicens; quod nemo illum avertere, aut impedire posset a decretis suis. Quare percussit quoque illum Deus Opt. Max. ulceribus totum invadentibus ejus corpus: nec tamen destitit, aut corripuit se ab itinere, sed auctus est ira, & aviditate percitus obtinendi quod decreverat, & consequendi quod deliberaverat. Erant autem in exercitu ejus elephanti quamplurimi. Accidit ergo ut quidam eorum fugeret, & barritum ederet; quamobrem diffugerunt equi portantes lectum in quo jacebat Antiochus, & excusserunt illum. Cum autem esset corpore obesus, debilitata sunt membra ejus, & quædam juncturæ divulsæ fuerunt: & ulcerum quidem ejus, quæ fœtorem jam emittebant, adeo fœtor auctus est, ut neque ipse sustinere amplius posset, nec qui ad eum accedebant. Cadentem itaque sustulerunt servi, & super humeros portaverunt: ingruente vero fœtore projecerunt illum, & longe recesserunt.

فلما راي ما قد اجتمع عليه من المكروه ايقن ان ذلك كله عقوبة من الله عز وجل
على تعديته على آل يهودا وظلمه لهم وسفكه دماهم بغير حق * ففزع ورجع الي الله واعترف
بخطاياه وقال * اللهم اني اهل لما انزلته بي وانت العدل في حكمك وانت الذي تذل من
يرتفع وتصغر من تكبر ولك الكبريا والعظمه والعز والجبروت * حقا اقول لقد اظلمت
هولاى القوم في ما صنعته بهم وجرت في ما حكمت به عليهم * فاقلني اللهم عثرتي واغفر
خطيتي وامدني بعافيتي * وعلي ان املا خزاين بيتك ذهبا وفضه وافرش بيت القدس
بثياب الارجوان واختتن واداي في ساير مملكتي انك الاله الحق وحدك لاشريكا لك
ولا الاها سواك * فلم يجب الله دعاه ولا قبل صلاته بل زاد ما كان به حتي طرح
احشاه وعظم امر القروح حتي تساقط لحمه عن جسمه ثم مات ودفن مكانه وملك
ابنه مكانه وكان اسمه اوفطر *

* خبر ايام الحنكه الثمانيه *

* الفصل التاسع *

لما هزم يهودا تلماوس ونيقانور وجرجس وقتل رجالهم عاد هو ورجاله الي بلد بيت المقدس
وامر بهدم ساير المذابح التي امر انطيوخوس ببنيانها وازال ساير الاوثان التي كانت في
القدس وبنوا مذبحا جديدا وامر تقرب القرابين عليه * وصلوا الي الله عز وجل في
اظهار نار مقدسة تبقي على المذبح * فخرجت نار من بعض حجارة المذبح فاحرقت الحطب
والقربان ومنها بقيت النار في المذبح الي الجليه الثالثه * فعملوا حينيذ بحسينا للمذبح
الجديد ثمانية ايام اولها يوم خمسه وعشرين من شهر كسلا * وثم نضدوا الخبز على
مايدة بيت الله واسرجوا سرج المنار وكانوا في كل يوم من هذه الثمانية ايام يجتمعون
للصلاة والتسبيح * ثم جعلوا ذلك رسما في كل سنه *

* خبر محاربة يهودا لجرجس وتلماوس *

* الفصل العاشر *

ولما كان بعد ايام الحنكه سار يهودا الي بلد ادوم يعني جبل الشراه وكان جرجس مقيما
بها * فخرج اليه جرجس بعسكر عظيم فوقع بينهما قتال شديد فهلك فيه من رجال
جرجس عشرين الفا وهرب جرجس الي تلماوس الي ارض الغرب لان انطيوخوس كان
ولاه تلك الناحيه فكان مقيما بها فعرفه ما جري عليه * فخرج تلماوس بعسكر فيه
مايه وعشرين الفا من رجال المقدونيين ورجال الغرب وسار حتي وافي بلد الجرش وما
يليه وقتل من آل يهودا كثيرا وكتبوا الي يهودا يعرفوه ما لحقهم ويستنهضونه
اليهم لمحاربة تلماوس ودفعه عنهم * فورد كتابهم اليه في وقت ورد اليه كتاب من
اهل جبل الجليل ايضا يعرفونه فيه ان المقدونيين الذين في صور وصيدا قد
اجتمعوا عليهم وقتلوا منهم * فلما قري يهودا الكتابين جمع رجاله وعرفهم ما ورد به
الكتابان وامرهم بالصوم والصلاة * ثم تقدم الي شمعون اخيه ان ياخذ معه ثلثة
الاف رجل من آل يهودا ويبادر بالمسير الي جبل الجليل ويكسر المقدونيين الذين
فيه فسار شمعون * وبادر يهودا ورجاله الي لقاء تلماوس * فاما شمعون فانه كبس
المقدونيين وقتل منهم ثمانية الاف رجل واراح اهل الجليل منهم * واما يهودا فانه
سار حتي وافي لجرجس وتلماوس نازلا عليهما محاصرا لهما فحاربهما ومر بينهما قتال شديد

Videns itaque quæ mala cum convenerunt, pro certo credidit, id totum supplicium sibi evenisse a Deo Opt. Max. propter injuriam, ac tyrannidem Hebræis illatam, & sanguinis eorum effusionem injuste perpetratam. Timens ergo conversus est ad Deum, & peccata sua confitens dixit; Deus utique mereor quæ in me immisisti: & quidem justus es in judiciis tuis: humilias qui exaltatur, & diminuis qui superbit: tibi vero est magnitudo, & magnificentia, & majestas, & fortitudo Vere inquam oppressi populum hunc, & tyrannice egi, & decrevi in ipsos. Parce, quæso, Deus lapsum hunc meum, & dimitte peccatum meum, & elargire mihi sanitatem meam: & meum erit implere thesauros Domus tuæ auro, & argento: & sternere Domum sanctuarii vestimentis purpureis, & circuncidi, & præconio edicere per universum regnum meum; Te esse Deum verum solum, non habentem participem, nec esse Deum præter te. At nequaquam exaudivit Deus illius preces, nec orationem excepit: sed adeo multiplicata sunt mala ipsius, ut emitteret viscera: & adeo creverunt ulcera, ut decideret caro ejus a corpore. Dein mortuus & sepultus est in loco suo. Et regnavit filius ejus loco ejus, eratque nomen ipsius Eupator.

HISTORIA DIERUM OCTO Dedicationis.

CAP. IX.

Vid. Macc. lib. 1. cap. 4. à vers. 36. deinceps, & Macc. lib. 2. cap. 10. in principio. Item Joseph. Ant. lib. 12. cap. 11. versùs finem.

CUm fugasset Judas Tolomæum, & Nicanorem, & Gorgiam, & occidisset viros eorum; reversus est ipse, & viri ejus in regionem Domus sanctæ. Præcepitque destrui omnia altaria, quæ extrui jusserat Antiochus: & amovit omnia idola, quæ erant in Sanctuario: & ædificarunt altare novum, jussitque offerri sacrificia super illud. Oraverunt quoque ad Deum Opt. Max. ad educendum ignem sanctum, qui maneret in altari; & egressus est ignis de quibusdam lapidibus altaris, & combussit ligna, ac sacrificia: & ex eo remansit ignis in altari usque ad tertiam transmigrationem. Feceruntque tunc solennitatem altaris novi octo diebus, incipientibus die quinta & vicesima mensis Casleu. Tum autem posuerunt panem super mensam domus Dei, & accenderunt lucernas candelabri. Singulis autem diebus horum octo conveniebant ad orationem, & laudem: constitueruntque præterea id in ritum singulis annis.

HISTORIA PRÆLIORUM JUDÆ contra Gorgiam, & Tolomæum.

CAP. X.

Habetur partim Macc. lib. 1. cap. 5. partim 2. Macc. cap. 10. part. poster. Quæ verò à Timotheo gesta fuerint, hic sub Ptolomæi nomine referuntur; ubi & multæ aliæ in historia differentiæ. Vid. insuper Joseph. Ant. lib. 12. cap. 12.

POst dies autem Dedicationis, profectus est Judas in regionem Idumæorum, videlicet in montem Sarah: Gorgias enim ibi morabatur. Et egressus est contra ipsum Gorgias cum exercitu magno, & fuerunt inter eos pugnæ magnæ: perieruntque de viris Gorgiæ viginti millia. Et fugit Gorgias ad Tolomæum in terram Occidentis (præfecerat enim illum Antiochus illi regioni, morabaturque ibi) & indicavit ei quod sibi acciderat. Quare egressus est Tolomæus cum exercitu, in quo erant centum & viginti millia de viris Macedonum, & viris Occidentis. Profectus autem est donec pervenit in regionem Giares, *id est Galaad*, & adjacentia: & occidit ex Judæis multitudinem magnam. Scripserunt itaque Judæ, indicantes ei quod sibi evenit, invocantes eum ad debellandum Tolomæum, & depellendum a se. Et pervenit ad eam epistola eorum eodem tempore, quo pervenit ad ipsum epistola ab incolis montis Galilææ, indicantibus quoque illi, qualiter Macedones, qui sunt Tyri & Sydone jam convenissent contra eos, & bello impetivissent, occidentes ex eis. Cum autem legisset Judas utramque epistolam, coegit viros suos, & significavit eis tenorem epistolarum, indixitq; illis jejunium, & orationem. Post hæc jussit fratri suo Simeoni, ut secum assumeret tria millia virorum de Judæis, & festinanter pergeret in montem Galilææ, & effringeret Macedones, qui in eo erant: & profectus est Simeon. Judas vero festinavit in occursum Tolomæi. At Simeon improviso irruit in Macedones, interfecitque ex illis octo millia virorum, & attulit quietem Galilæis. Judas vero profectus est donec pervenit ad Gorgiam, & Tolomæum: urgens eos, ac obsidens: & decertarunt, intercesseruntque inter eos acerrimæ pugnæ.

لان تلماوس كان في خلقٍ كثيرٍ ذي نجدٍ وباسٍ ولم يكن يهودا في عدةٍ كثيرةٍ الا ان القوم الذين كانوا معه كانوا ابطالًا شجعًا فثبتوا وطال القتال بينهم وقوي واشتدَّ * فصرخ يهودا الي الله عز وجل واستغاث به * فذكر انه راي خمسة ركبان شبان ثلثة يحاربون عسكر تلماوس واثنان واقفان معه * فتاملهم وتبيَّن له انهم ملايكة الله * فقوي قلبه وقلوب اصحابه وحملوا على اعدايهم دفعات فهزموهم وقتلوا منهم خلقًا كثيرا * فكان مبلغ ما قُتل من عسكر تلماوس من اوّل هذا القتال الي اخره عشرون الفًا وخمس مايه * ثم ان تلماوس ورجاله هربوا الي الساحل فتبعهم يهودا وقتل كل من ظفر به منهم * وصار تلماوس الي غزّة واقام بها واجتمع اليه رجال القليسم * فسار اليهم يهودا ولقيهم وحاربهم * فتبدد على تلماوس رجاله ونجا الي غزّة فتحصّن بها * وتبع رجال يهودا القوم المتبددين فقتل منهم خلقًا كثيرًا * وسار يهودا ومن بقي معه من الرجال الي غزة فنزل عليها وحاصرها وعاد رجال يهودا اليه * فصعد من بقي مع تلماوس على الحصن واكثروا من شتم يهودا واقام القتال بينهم وبين اصحاب يهودا خمسة ايام * فلما كان في اليوم الخامس اشرف القوم في شتم يهودا وثلب دينه * فاحتمي من رجال بيت يهودا عشرون رجلًا فاخذوا اتراسهم بايديهم اليسار وسيوفهم بايديهم اليمين وبينهم من يحمل سُلّمًا قد صنعوه ومضوا حتي انتهوا السور * فوقف منهم ثمانية عشر رجلًا يرمون من على السور وبادر منهم اثنان الي السور ونصبوا السُّلم وصعدوا فيه * فكشف بعض مَن كان في الموضع صعودهما ولحقوهما اصحابهما ونزلوا جميعًا من السور الي داخل المدينه * فنزلوا وراهم من علي السور فحاربوهم وقتلوا من اعدايهم عددًا كثيرًا * وتقدم عسكر يهودا الي باب المدينه ومضي العشرون الي نحو الباب ليفتحوا فدُفعوا عنه اشد مدافعه فكبّروا تكبيرًا كثيرًا * فعلم يهودا واصحابه بقربهم من الباب واشتدَّ القتال من خارج الباب ومن ورايه فضرب يهودا واصحابه الباب في النار فسقط الباب وهلك القوم وقبضوا على مَن شتم يهودا وحاربوهم فامر باحراقهم * ثم امر ببذل السيف في المدينه فاقام القتل بها يومين ثم ضربوها بالنّار. فاما تلماوس فانه هرب ولم يُعرف له في الوقت خبر وذلك انه تنكّر واختفي في بعض الابار فخفي خبره * ووقع اخواه فجآوا بهما الي يهودا فامر بضرب ارقابهما * ثم سار الي بلد القدس بغنايم عظيمه * فصلّا فيه هو واصحابه وشكروا الله على ما انعم عليهم *

ذكر محاربة يهودا وليسياس صاحب اوفطر *
بعد هلاك انطيوخوس الملك *

* الفصل الحادي عشر *

كان اسم انطيوخوس الذي تقدم ذكره افيفانيوس واسم ابنه الذي ملك بعده اوفطر واسمه ايضًا انطيوخوس * فلما جري من محاربة يهودا لهولاي القواد ما جري كتبوا بذلك الي اوفطر فانفذ ليسياس ابن عمّه بعسكر عظيم فيه ثمانون الف فارس وثمانون فيلًا فانتهوا الي مدينه كانت تُسمي بيت نير فحطّوا عليها فحاصروها وكانت مدينة عظيمه فيها خلق كثير * فنصب حولها ليسياس المناجنيق وكثرت محاربته لاهلها * فلما اتّصل ذلك بيهودا خرج هو واصحابه الي بعض الجبال المنيعه وقاموا هنالك ليلا يقيموا في مدينه فيقصدها ليسياس فيحاصرها ويضيق عليهم *

Tolomæus enim ducebat multitudinem numerosam fortem ac strenuam. Judas vero paucissimo erat comitatus numero, veruntamen, cum populus qui cum eo erat, constaret fortissimis, atque robustissimis, constanter restitit, & diu duravit pugna inter eos, & invaluit valde. Quare exclamavit Judas ad Deum Opt. Maximum, & invocavit eum. Meminit autem se vidisse quinque equites juvenes: e quibus tres pugnabant contra exercitum Tolomæi, duo vero stabant secum. Quos cum attente contempiaretur, visi sunt ei Angeli Dei. Quamobrem confortatum est cor ejus, & corda sociorum: & irrumpentes sæpè in hostes fugaverunt eos, occidentes ex eis multitudinem plurimam. Erat autem summa eorũ, qui interfecti snnt de exercitu Tolomæi, ab initio pugnæ hujus usque ad finem, viginti millium quingentorũ. His peractis, fugit Tolomæus, & viri ejus ad oras maritimas, persequente eos Juda, & interficiente ex illis quotquot ipse comprehendebat. Tolomæus autem fugit in Gazam, & moratus est in ea, & convenerunt ad eum viri Chalisam. Et profectus est Judas ad eos, quos inveniens expugnavit: & dispersi sunt viri Tolomæi, qui confugit in Gazam, ac ibi sese munivit. Et persecuti sunt viri Judæ palantem populum, interfeceruntque ex illis multitudinem plurimam. Perrexit vero Judas, & qui remanserunt cum eo viri Gazam, & castrametatus est, & obsedit eam. Reversique sunt viri Judæ ad eum, & ascenderunt qui superfuerant cum Tolomæo munitionem, multisque Judam injuriis impetebant: perduravitque bellum inter eos, & viros Judæ quinque dies. Cum autem adesset dies quintus, institit populus injuriis inurere Judam, & maledictis incessere ipsius religionem: quamobrem incaluerunt de viris Judæ viginti viri, qui acceptis clypeis manu sinistra, dextera vero manu gladiis, habentes secum quendam ferentem scalam, quam fecerant, profecti sunt donec pervenerunt ad murum: steteruntque ex eis viri octodecim jaculantes in eos, qui erant supra murum, duo vero festinantes ad murum, erexerunt scalam, & ascenderunt per eam. Animadvertentes autem quidam qui erant eo in loco eos ascendisse, & socios insecutos fuisse, & simul descendisse de muro intra civitatem, descenderunt post eos de muro, quos expugnaverunt, cæso hostium maximo numero. Exercitus vero Judæ applicuit portæ civitatis, accurrentibus viginti versus portam, ut eam aperirent: at expellebantur inde accerrime; quamobrem invocabant exclamationibus magnis. Cognovit ergo Judas, & socii ejus, ipsos prope portã accessisse: & invaluit pugna extra portã, & intra. Et igne percussit Judas, & socii portam, quæ cecidit; & periit populus, & comprehensi sunt qui Judam injuriis inurebant, quos adductos jussit comburi. Præterea gladio exterminari civitatem præcepit: perduravitque clades in ea duobus diebus, tum igne percussa est. Tolomæus vero fugit, nec innotuit eo tempore fama ejus, quoniam mutatis vestimentis sese abdiderat in quodam puteorũ, & latuit fama ejus. Duo vero fratres ipsius capti sunt, & ad Judam adducti, quorum colla percuti gladio jussit. Post hæc profectus est in regionem Sanctuarii cum præda maxima, oravitque in eo ipse & socii, gratias agentes Deo de acceptis beneficiis.

MENTIO PUGNÆ JUDÆ, ET Lysiæ ducis Eupatoris, post deperditum Antiochum Regem.

CAP. XI.

Vid. Macc. 2. cap. 11.

ERat nomen Antiochi, cujus præcessit mentio, Epiphanius; nomen vero filii ejus, qui regnavit post illum, Eupator, qui & Antiochus quoque nominabatur. Cumque contigissent prælia Judæ contra hos duces: scripserunt de hoc Eupatori, qui misit cum Lysia filio patruelis sui magnum exercitum, in quo erant octoginta millia equitum, & octoginta elephantes. Qui pervenientes ad urbem, quæ appellatur Bethner: castrametati sunt circa eam, & obsederunt, quippe urbs ampla erat, & in ea populus multus. Et erexit circa eam Lysias tormenta bellica, instititque oppugnare cives. Quod cum ad Judam perlatum esset: egressus est ipse cum sociis ad quosdam montes munitos: & morati sunt ibi, ne in aliqua urbe morantes peteret eam Lysias, & obsideret, & opprimeret eos.

فجمع يهودا اصحابه فوافقهم على المسير الي العسكر الذي لليسياس بعد ان يمضوا الي بيت الله ويقرّبون فيه القرابين ويسألوا الله عز وجل ان يكفيهم شر عدوهم وينصرهم عليه * ففعلوا ذلك * ثم ساروا من بلد بيت المقدس الي بيت نير وقد اتفق رايهم على كبس العسكر ومنازلته من غير منازعه * فذكروا انه تراايا لهم شخص بين السما والارض وهو راكب على فرس من نار وبيده رمح عظيم يطعن به عسكر اليونانيين * فزادهم ما راوه في ذلك شجاعه وجراه * وبادروا في العسكر وهجموا فيه وقتلوا من رجاله خلقًا كثيرًا * فتشوش العسكر واضطرب اضطرابًا شديدًا وتهاربوا * وركب سيف يهودا واصحابه وقتل منهم احد عشر الفًا رجل والف وستماية فارس * ثم انهزم ليسياس واصحابه الي مكان بعيد امكنه المقام فيه * وارسل الي يهودا في ان يكون تحت طاعة الملك بحيث يقرّ هو وقومه على اديانهم * فاجابه يهودا الي ذلك بعد ان يكتب الي الملك فيه ويرد الجواب باجابتهم اليه * وكتب ليسياس الي الملك يعرّفه بما جري وما شاهد من شدّة باس القوم وشجاعتهم وان مداومة محاربتهم تفني الرجال مثل من فني من قبلهم ويعرّفه بما قد اجابوا اليه ومقامه الي ان يرد له عليه كتابه بما يعمل به * فاجابه بانه قد راي من الصواب مسالمة القوم وترك المعارضه لهم في امر دينهم لانها هي التّي حملتهم على المشاققه والمحاربه لمن تقدّم * وامر ان يعاهدهم على ان يكونوا مسالمين مقيمين على طاعته بحيث لا يكون عليهم معارضه في شيّ من امر دينهم * وكتب الي يهودا والي ساير اليهود الذين في بلاد يهودا بمثل ذلك ودام هذا بينهم مدّة *

* ذكر ابتدا قوة الروم وظهور ملكهم *

* الفصل الثاني عشر *

ثم بدي في هذا الزمان الذي تقدم ذكره امر الروم ان يعلوا ليتم الله عز وجل ما كان اخبر به دانيال النّبي عليه السلام من المملكه الرابعه * وذلك انه كان في هذا الزمان ملك بافريقيه عظيم الشان جدًّا اسمه انبيل وكانت دار مملكته قرطاجنه فعزم على اخذ بلد الروم * فاجتمعوا لمحاربته وكثرت الحروب بينهم وبينه ووقعت بينهم وبينه ثمانية عشر وقعه في مدّة عشر سنين * ولم يكن لهم طاقه على اخراجه من بلدهم لكثرة عسكره وقومه * فارادوا ان يجمعوا عسكرًا عظيمًا يشتمل على جميع شجعانهم وعسكرهم وابطالهم ويقصدوا انبيل للقتال ويصابروه الي ان يكفّوا امره ففعلوا ذلك * وولّوا على العسكر رجلين جليلين اسم احدهما اميليوس واسم الثاني واروس * فلقيا انبيل وقاتلاه فقتل من عسكرهما تسعين الفا رجل وقتل من عسكر انبيل اربعين الفا رجل وقتل اميليوس في ذلك الحرب * وهرب واروس الي مدينة عظيمه منيعه يقال له بنوسيه فلم يتبعه انبيل بل سار الي روميه ليفتحها ويقيم بها * واقام عليها ثمانية ايام واخذ في بناء منزل بحذاها * فلما راي ذلك اهلها عملوا على مسالمته ومعاهدته وتسليم البلد اليه * وكان فيهم فتي يقال له سيفيا * وكان الروم في ذلك الزمان لا ملكًا لهم وانما يرجع تدبير امورهم الي ثلثماية وعشرين رجلًا يروسهم رجل يسمي الكهل * فجاهم سيفيا وخوّفهم من انبيل ومن طاعته فاخبروه على انهم لم يعزموا على الاستيمان اليه الّا من حيث لا طاقة لهم بمقاومته

Coegit ergo Judas ſocios ſuos, & ſtatuit cum eis proficiſci ad caſtra Lyſiæ, poſtquam adeuntes domum Dei obtulerint in ea ſacrificia, rogantes Deum Opt. Max. ut averteret à ſe malitiam inimicorum ſuorum, & victoriam ſibi in ipſos concederet: quod quidem præſtiterunt. Poſt hæc perrexerunt de regione Domus ſanctæ ad Bethner. Statuerant enim opprimere exercitum improviſo, illumq; debellare ſine contentione. Ferunt autem ſibi apparuiſſe perſonam quandam inter cœlum & terram, insidentem equo igneo, habentemq; in manu magnam haſtam, qua percutiebat exercitum Græcorum. Quare addidit eis quod viderant fortitudinem, & animos. Et feſtinantes irruperunt in exercitum, interfeceruntque de viris ejus multitudinem plurimam. Unde commotus exercitus, & perturbatus eſt vehementiſſime, & totus in fugam promiſcue converſus: & inſtitit gladius Judæ, & ſociorum; & occidit ex illis undecim millia virorum, & mille ſexcentos equites. Fugatus eſt quoque Lyſias, & ſocii ejus ad remotum locum, in quo tuto morabatur. Et miſit ad Judam, ut ſubjectus ſit Regi, ſalva ejus, populique ſui religione: cui in hoc morem geſſit Judas, dummodo ſcriberetur Regi, & acciperetur reſponſum illorum aſſenſus. *Et ſcripſit Judas de hoc:* ſcripſit quoque Lyſias Regi, ſignificans ei, quæ evenerant, & quæ expertus eſt de robore, & fortitudine gentis; & quod continuatio bellorum cum illis eſſet exterminatura viros, quemadmodum exterminati ſunt præcedentes: indicat ipſi præterea eorum aſſenſum, & moram ſuam, donec reciperet epiſtolam de iis, quæ ſibi agenda ſunt. Cui reſpondit, Rectum ſibi videri pacem inire cum gente, ablato obice eorum exercendæ religionis: etenim hæc ipſa eos induxit ad defectiones, & oppugnationes prædeceſſorum. Præcepit ei quoque inire cum eis fœdus de pace, & obedientia, ita quidem ut nullus opponatur illis obex in negotio religionis. Scripſit etiam Judæ, & omnibus Judæis, qui in regione Judæ, ſecundum hoc: & duravit id inter eos aliquo ſpatio temporis.

MENTIO INITII POTENTIÆ
Romanorum, & ampliationis
regni eorum.

CAP. XII.

Hiſtoriæ externa eſt, & à Romanorum Scriptoribus deſumpta, nec ad res Judæorum niſi obiter pertinens.

HOc eodem tempore, cujus præceſſit mentio, cœperunt res Romanorum exaltari; ut adimpleret Deus Opt. Max. quod prædixerat Daniel Propheta (cui pax) de quarto regno. Erat item hoc eodem tempore Rex quidam in Africa munificentiſſimus, nomine Annibal. Erat autem regia regni ipſius Carthago. Hic decrevit Romanorum occupare regionem. Quamobrem ad oppugnandum eum convenerunt: & multiplicata ſunt bella inter eos, ita ut commiſerint octodecim prælia ſpatio decem annorum, nec expellere illum valuerunt de ſua regione ob innumerum exercitum, & populum illius. Decreverunt ergo cogere magnum exercitum ſelectum ex omnibus ſtrenuis, & exercitibus, & fortiſſimis quibuſque ſuis, & impetere Annibalem in bello, & ſuſtinere, donec averterent a ſe res ipſius. Quod quidem præſtiterunt: præfeceruntque exercitui duos viros præclariſſimos, unius nomen erat Æmilius, alterius autem Varro. Qui occurrentes Annibali, commiſerunt cum eo bellum, & cæſa ſunt de exercitu eorum nonaginta millia virorum: de exercitu vero Annibalis ceciderunt virorum quadraginta millia. Interfectus quoque eſt Æmilius eo in bello. Varro autem fugit in civitatem quandam maximam, munitiſſimam, dictam Venuſiam; quem non eſt perſecutus Annibal: ſed Romam profectus eſt ad expugnandam eam, & ibi morandum. Inſtititque contra eam per octo dies, cœpitque extruere e regione illius, domicilia. Quod cum vidiſſent cives, deliberarunt inire pacem, & fœdus cum illo, & dedere regionem. Erat autem inter eos juvenis quidam, nomine Scipio, (erant quippe Romani eo tempore ſine Rege, & tota rerum ipſorum adminiſtratio committebatur trecentis & viginti viris, quibus præerat vir, qui dicebatur Senior:) adeſt ergo eis Scipio, qui Annibali, ejuſque obedientiæ nequaquam fidendum eſſe, perſuaſit. Cui reſponderunt: Se nequaquam ipſi fidere, niſi quod illi reſiſtere nequeant

فقال لهم ان بلد افريقيه قد خلي من اهل الحرب لان جميعهم مع انبيل فاعطوني جماعة من نقاوة الرجال حتي امضي الي افريقيه واثر فيها آثارًا تنتهي اليه اخبارها لعلّه ينترك عنكم وتكفوا امن فتستريحون منه وتصلحون احوالكم ويقوي سائكم الي وقت عودةٍ منه ان كانت وتكفوا امن * فاستصابوا رآي سيفيا وضمّوا اليه ثلثين الفا رجلٍ من جبابرتهم وسار الي افريقيه * فلقيه استروبال اخو انبيل وحاربه * فظفر به سيفيا وضرب عنقه واخذ راسه وحمله مع ساير ما غنمه وعاد الي روميه * فصعد علي الحصن ونادي الي انبيل وقال له * كيف تقدر علي بلدنا هذا ولم يكن فيك منّة علي ان تطردني عن بلدك الذي صرت اليه فاخربته وقتلت اخاك وجيت براسه ثم رمي اليه الراس * فأحضر الراس الي انبيل فعرفه * وزاد عند ذلك علي القوم حنقًا وغضبًا وحلف انه لا فارق او يفتح روميه * فعمل اهلها علي ممانعته ومدافعته عنها الي ان يعود سيفيا وينزل علي قرطاجنه ويحاصرها * فعاد سيفيا وعسكر الي افريقيه ونزلوا علي قرطاجنه وحاصروها حصارًا شديدًا * فكتب اهلها الي انبيل يقول له * انك قد رغبت في غير بلدك ولست تعلم هل يحصل لك او لا * والبلد الذي لك قد صار اليه من يريد اخذه فان تاخرت عنا سلّمنا البلد اليه وسلّمنا اليه اهل بيتك وجميع اموالك وذخايرك لتسلم نفوسنا واموالنا * فلما بلغه الكتاب رحل عن روميه وجاء مسرعًا حتي وافي افريقيه * فسار اليه سيفيا ولقيه وحاربه حربًا شديدًا في ثلثه دفعات وقتل فيها من رجاله خمسين الفًا * فانهزم انبيل وصار الي بلد مصر وتبعه سيفيا واخذ انبيل اسيرًا وعاد الي افريقيه * فلما حصل بها أنف انبيل من ان يراه اهل افريقيه بتلك الحال فسمّ نفسه ومات * وملك سيفيا بلد افريقيه وقبض علي ساير اموال انبيل واهله وذخاير فعظم شان الروم وابتدي امرهم منذ ذاك في الزياده *

* ذكر مكاتبة الروم الي يهودا والعهد الذي جري بينهم *

* الفصل الثالث عشر *

من الكهل والثلثمايه وعشرين مدبريه الي يهودا ولّي الحرب والي اهل اليهود السلام عليكم * قد اتّصل بنا ما انتم عليه من النّجاح والباس والقيام بالحروب وسرّنا ذلك * ووقفنا علي ما وافقكم عليه انطيوخوس ونحن نكتب لك مثل ذلك علي انكم تكونون اصحابًا لنا دون اليونانييّن الذين اسوا اليكم * ونريد نقصد انطاكيه ونحارب من بها * فبادروا تعريفنا من تعادوا ومن توالوا لنعمل علي حسب ذلك *

* نسخة العهد *

هذا عهد من الكهل والثلثمايه وعشرين مدبريه ليهودا ولّي الحرب ولآل يهودا علي انّهم ينضافون الي الروم ويعينون الروم وآل يهودا في التحرد والتّظافر ابدا * ومتي كان للروم حرب عاونهم يهودا وقومه ولم يعاونوا عدو الروم بطعام ولا بشيٍّ من السلاح * ومتي لحق آل يهودا حرب عاونوهم الروم حسب جهدهم وطاقتهم ولم يعاونوا عدوهم بشي من ضروب المعاونه * وكما للروم علي آل يهودا فكذلك علي آل يهودا للروم بغير زيادة ولا نقص * فقبل ذلك يهودا وقومه وتمّ العهد ودام بينهم وبين الروم مدّة طويلة *

Quibus ait; Regio Africæ militibus omnino destituta est, quia omnes cum Annibale sunt; concedite ergo mihi turmam de electis virorum, ut vadam in Africam: & talia in ea perpetrabo gesta, quorum nuntia cum ad illum pervenient, forte relinquet vos, & liberabimini ab eo, & quiescetis; & reparatis rebus vestris, & roboratis, si iterum pararet reditum, adversus illum satis eritis. Quibus recta visa est Scipionis sententia; & tradiderunt ei triginta millia virorum de fortissimis eorum. Et profectus est in Africam; cui occurrens Asdrubal frater Annibalis, præliatus est cum eo; quem vicit Scipio, & amputavit collum, accepitque caput: & portans cum reliqua præda, reversus est Romam. Et conscendens munitionem, vocavit Annibalem, & ait illi; Quomodo valebis contra regionem nostram hanc, cum non valeas expellere me de regione tua, ad quam profectus sum: destruxi eam, & occidi fratrem tuum, & attuli caput ipsius. Tum projecit ad illum caput. Quod cum Annibali allatum esset, & illud cognovisset, auctus contra populum est furore, ac ira, juravitque se non discessurum nisi expugnata Roma. At cives ut illum repellerent a se, & coercerent, deliberarunt remitti Scipionem, ut obsideret, urgeretque Carthaginem. Reversusque est Scipio, & exercitus ejus in Africam: & castrametati sunt circumcirca Carthaginem; & obsederunt eam obsidione acerrima. Quamobrem scripserunt cives ad Annibalem, dicentes; Tu alienam cupis regionem, quam nescis utrum obtinere poteris, necne: ad regionem vero tuā profectus est, qui eam occupare intentat. Quamobrem si remoratus fueris, dedemus ei regionem, & trademus domesticos tuos, & omnia bona tua, & thesauros tuos: ut incolumes evadamus nos, & bona nostra. Cum autem perlata ei fuisset epistola, recessit Roma: & festinavit, donec pervenit in Africam; ad quem perrexit Scipio & occurrit ei, commisitque cum illo ter accerrimum bellum; & cæsi sunt de viris ejus quinquaginta millia. Annibal vero fugatus sese contulit in regionem Ægypti, quem insecutus est Scipio: & cepit Annibalem captivum, & reversus est in Africam. Cumque esset ibi, indignatus est Annibal se videri ab Africanis: quare sumpto veneno interiit. Et obtinuit Scipio regionem Africæ atque potitus est omnium bonorum, & domesticorum, & thesaurorum Annibalis. Quamobrem magnificata est fama Romanorum, cœperuntque inde sumere incrementum res eorum.

MENTIO EPISTOLÆ ROMANORUM ad Judam, & fœderis quod inter eos intercessit.

CAP. XIII.

Fœdus hoc sensu pari extat Maccab. lib. 1. cap. 8. v. 24. & deinceps. Et apud Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 17. in fine: quod primum fuisse inter Romanos & Judæos societatis & amicitiæ fœdus asserit.

A Seniore, & trecentis viginti Rectoribus, ad Judam præfectum militiæ, & Judæos, Salus vobis. Jam perlatum est ad nos de victoriis, & fortitudine vestra, & constantia in bellis, quibus lætati sumus. Intelleximus præterea concordiam vobis initam fuisse cum Antiocho. Nos scribimus vobis secundum hæc, ut sitis nobis amici, non autem Græcis, qui malefecerunt vobis; intendimus præterea petere Antiochiam, & inferre bellum civibus ejus: quare festinate indicare nobis, quibus adversamini, & quibuscum vobis intercedit amicitia, ut faciamus secundum hoc.

Exemplar fœderis.

Hoc est fœdus, a Seniore, & trecentis, & viginti ejus Rectoribus, Judæ Præfecto militiæ, & Judæis, ut apponerentur Romanis, & concordes sint Romani, & Judæi in bellis, & victoria semper. Quod si institerit Romanis bellum, auxilium ferent eis Judas, & populus ejus, nullo præstito auxilio inimicis Romanorum, annona, sive ullo genere armorum. Cum vero acciderit Judæis bellum, auxilium ferent Romani, quantum valent, & possunt, nullo præstito auxilio inimicis eorum in ullo genere auxilii. Quemadmodum vero tenentur Judæi Romanis, similiter Romani Judæis, sine ullo incremento, aut decremento. Et acceptarunt id Judas, & populus ejus: & remansit fœdus, atque perduravit inter eos, & inter Romanos longo tempore.

* ذكر وقعة كانت بين يهودا وتلماوس وجرجس *

* الفصل الرابع عشر *

ثم ان تلماوس حشد مايه وعشرين الف رجل والف فارس وقصدوا يهودا • فلقيه يهودا في عشرة الاف فهزمه وقتل من رجال تلماوس • وضرع الي يهودا وساله ان يستبقيه وحلف انه لم عاد يحاربه ابدا وانه يحسن الي اليهود الذين في ساير اعماله • ورحمه يهودا واستبقاه ووفي تلماوس بيمينه • وجمع جرجس ثلثة الاف رجل من جبل الشراه واربع مايه فارس ولقي يهودا فقتل صاحب جيش يهودا وجماعه من رجاله • ثم قصدهم يهودا واصحابه فانهزم جرجس وقتل اكثر رجاله فهرب وطلب ولم يعرف له خبر وقيل انه قتل في الحرب •

MENTIO PUGNÆ, QUÆ FUIT inter Judam, Tolomæum, & Gorgiam.

CAP. XIIII.

Quæ ad Ptolomæum spectant, nescio an alibi legenda sint: quæ vero de Gorgia hic scribuntur, eadem fortasse sunt cum iis quæ Macc. 2. cap. 12. vers. 31. & aliquot seqq. habentur.

POst hæc coegit Tolomæus centum viginti millia virorum, & equites mille, & petiverunt Judam. Cui occurrens Judas cum decem millibus, fugavit illum, & ceciderunt de viris Tolomæi. Qui supplex Judam rogavit, atque deprecatus est, ut superstitem dimitteret ipsũ, juravitq; se nunquam amplius ei bellum illaturum, & Judæis, qui in cunctis suis regionibus, beneficia collaturum. Cujus misertus est Judas, & superstitem dimisit, stetitque Tolomæus juramento suo. Gorgias vero collectis tribus millibus virorum de monte Sarah, *id est, Idumeæ*, & quadringentis equitibus, occurrit Judæ, & interfecit ducem militiæ Judæ, & aliquos de viris ejus. Tum ad illos tetendit Judas, & sui, & fugatus est Gorgias, & interfecta est major pars virorum ejus, & terga vertit: & quæsitus est, & nullum de eo innotuit nuntium: fertur autem ipsum cecidisse in pugna.

* ذكر فسخ انطيوخوس عهد الذي عاهد به يهودا ومسيره مع ليسياس ابن عمه اليه بعسكر كبير ومحاربته له *

* الفصل الخامس عشر *

فلما اتصل بانطيوخوس وهو اوفطر قوة امر يهودا وفتوحه الذي فتح اسخطه ذلك وفسخ عهد مع يهودا وجمع جيشا عظيما فيه اثنان وعشرون فيلا • ثم سار هو وليسياس ابن عمه الي بلد يهودا وقصد مدينة بيت نير فنزل عليها وحاصرها • فاتصل ذلك بيهودا فاجتمع هو وجميع اشياخ بني اسراييل وصلوا الي الله عز وجل وقربوا القرابين الكثيره • ثم سار يهودا في صناديد رجاله وصار الي العسكر بالليل فكبسه وقتل منهم اربعة الاف رجل وفيل من الافيله • ثم عاد الي معسكره الي ان اضاء الصبح • حينيذ اصطف الفريقان وقوي القتال في ما بينهما • فنظر يهودا الي بعض الافيله وعليه تحايف من ذهب فقدر ان الملك راكبا عليه • فنادي في رجاله وقال من منكم يبرز فيقتل هذا الفيل • فبرز فتي من اهل بيته يقال له العازر فهجم على المصاف يقتل فيهم يمنه ويسره فتنحا الناس من بين يديه وسار الي ان انتهي الي الفيل فدخل تحته وشق بطنه فسقط الفيل عليه فقتله • فلما راي الملك ذلك نادي برفع الحرب فرفع • وكان مبلغ عدد من قتل في ذلك اليوم من وجوه العسكر ثمانماية رجل غير من قتل من عامة العسكر وسوي من قتل بالليل • ثم ورد الخبر على الملك ان رجل من اصحابه يقال له فيليفوس قد عصي عليه وان دمتريوس بن سلوقوس خرج اليه من رومية بعسكر عظيم من الروم يريد اخذ الملك من يده • فخاف من ذلك جدا وارسل الي يهودا في ايقاع السلام بينهما • فاجابه يهودا الي ذلك • فحلف له انطيوخوس وليسياس ابن عمه انهما لا يحاربانه ابدا • واخرج الملك مالا جزيلا ودفعه ليهودا هدية لبيت الله • ثم امر الملك بالقبض على منلاوس وهو احد اشرار اليهود الثلاثه الذين كانوا تشرروا على اليهود في ايام انطيوخوس ابيه • وامر ان يصعد الي جوسق شاهق ويرمي منه • ففعل به ذلك • وانما اراد الملك بهذا ان يسر آل يهودا • وكان هذا الرجل من كبار اعدايهم وممن قتل منهم الخلق الكثير •

MENTIO DISSOLUTIONIS fœderis Antiochi, quod inierat cum Juda, & profectionis ejus cum Lysia filio patruelis, cum exercitu magno, et bellorum ejus.

CAP. XV.

Referuntur paulò aliter 1. Macc. cap. 6. part. post. Quæ verò de Eleazaro hic habentur, Vid. tum in cap. 6. prædicti lib. Macc. tum apud Joseph. de bello lib. 1. cap. 1 et Antiq. lib. 12. cap. 14. De fœdere Antiochi cum Juda, Vid. Macc. lib. 2. cap. 13. vers. 23. &c. Et Joseph. Ant. lib. 12. cap. 14. in fine. & cap. 15. in princ. De Menelai morte cap. 15. citato, & Macc. lib. 2. cap. 13. v. 4 & deinceps.

CUm autem perlatum esset Antiocho, qui est Eupator, res Judæ roboratas esse, & expugnationes quas expugnaverat, iratus est valde: & dissolvit fœdus, quod inierat cum Juda, & coegit exercitum magnum, in quo erant viginti duo elephanti: ac profectus est cum Lysia filio patruelis sui in regionem Judæ, petens urbem Beth-ner, circa quam castrametatus est, & obsedit eam. Quod cum nuntiatum esset Judæ, convenit ipse, & omnes seniores filiorum Israel, & oraverunt ad Deum Opt. Max. multa offerentes sacrificia: quibus peractis, perrexit Judas cum ducibus virorum suorum, & venit in castra noctu, & improviso irruit in ea, & occidit ex illis quatuor millia virorum, & elephantum unum de elephantis: & reversus est in castra sua, donec illucesceret diluculum. Tunc utraque acies ordinata est, & invaluit pugna inter eos: viditque Judas quendam elephantum cum ornamentis aureis, arbitratusque est illi Regem insidere: vocavitque viros suos, & ait; Quis vestrum egredietur, & occidet hunc elephantum? Et egressus est adolescens de domesticis ejus, qui dicebatur Eleazarus, & irruit in aciem trucidans dextrorsum, & sinistrosum, ita ut declinarent homines de conspectu ejus, & processit quousque pervenit ad elephantum: cui supponens se, disrupit ventrem ejus, ceciditque elephantus super eum, & occidit. Videns itaque Rex hæc, jussit receptui canere, & factum est. Et fuit summa interfectorum ea die de nobilioribus exercitus octingentorum virorum, præter cæsos ex vulgo exercitus, et qui noctu ceciderant. Tunc nuntiatum est Regi, quod vir quidam de amicis ejus nomine Philippus defecisset ab eo: et Demetrius filius Seleuci egressus esset Roma cum exercitu magno Romanorum, intendens regnum de manu illius eripere. Quibus valde perterritus, misit ad Judam de ineunda pace inter sese: cui assensus est Judas, juravitque illi Antiochus, et Lysias filius patruelis ejus, nunquam se illi bellum illaturos amplius. Et exhibuit Rex magnam pecuniarum vim, et tradidit eam Judæ in munus domus Dei. Jussit præterea Rex comprehendi Menelaum, unum trium iniquorum Judæorum, qui mala intulerant Judæis in diebus Antiochi patris ipsius, quem conduci præcepit in excelsum palatium, et inde præcipitem agi: quod quidem præstitum est. Hoc enim intendebat Rex lætitia afficere Judæos, quandoquidem fuit vir iste ex præcipuis eorum hostibus, quique interfecerat ex illis multitudinem plurimam.

* خبر مجي دمتريوس بن سلوقوس الي انطاكيه ومحاربته لاوفطر *

* الفصل السادس عشر *

ثم سار الملك اوفطر الي بلد مقدونيا وعاد الي انطاكيه • فوافاه دمتريوس بجيش الروم وحاربه فقتله وليسياس ابن عمه وملك بانطاكيه • ثم سار اليه القيموس رييس الاشرار الثلاثه فدخل اليه وطرح نفسه بين يديه وبكي بكا شديدا ثم قال •

HISTORIA ADVENTUS DEMETRII filii Seleuci Romani, Antiochiam, & oppugnationis ejus contra Eupatorem.

CAP. XVI.

Concordat magna ex parte cum Macc. lib. 1. cap. 7. & Macc lib. 2. cap. 14. & 15. Vid. Joseph. Antiq. lib. 12. capp. 17. 18.

POst hæc profectus est rex Eupator in regionem Macedoniæ: tum reversus est Antiochiam. Quem aggressus est Demetrius cum exercitu Romanorũ expugnavitque, ac interfecit una cum Lysia filio patruelis ejus, & regnavit Antiochiæ. Ad quem autem perrexit Alcimus princeps trium illorum iniquorum, qui ingressus ad eum prostravit sese ante illum, & flevit vehementissimo fletu, ac dixit,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

ايها الملك ان يهودا واصحابه قد قتلوا منّا خلقًا كثيرًا لانّا خرجنا عن دينهم ودخلنا
في دين الملك فانصرنا ايها الملك عليهم وخذ بحقنا منهم • ثم سعي باليهود اليه وطعن
فيهم وذكّرهم بما اغاظ دمتريوس وحمّله على انفاده عسكرًا لمحاربته • ففعل ذلك وانفذ
قايدا يقال له نيقانور بعسكر عظيم كثير العُدّ والسلاح • فلما وصل نيقانور الي بلد
القدس راسل يهودا في ان يجيه ولم يظهر انه جآء لمحاربة القوم • بل اظهر انه انما جآء
لما بينهم وبين القوم من السلامه وانهم في طاعة الروم • فخرج اليه يهودا في نفر من
اصحابه ذي باس ونجدة وامرهم لا يفارقونه ليلا يغتاله دمتريوس • فلما لقي دمتريوس
سلّم عليه وطُرح لكل واحدٍ منهما كرسي وجلس عليه فخاطبه دمتريوس بما اراد • ثم
سار كل واحدٍ منهما الي خيمةٍ ضُربت له • وسار نيقانور ويهودا الي مدينة بيت المقدس
واقاما جميعًا فيها وحصلت بينهما مودّة وكيدة • فلما تبيّن ذلك القيموس مضي الي
دمتريوس فاجراه بيهودا وحمّله على ان كتب الي نيقانور يامر بتقييد يهودا وحمله
اليه • فوقف يهودا على الخبر فخرج من المدينه بالليل وسار الي سبسطيه وارسل اصحابه
بالمسير اليه فاجتمعوا وضرب بالبوق وامرهم بالاستعداد الي محاربة نيقانور • فطلب نيقانور
ليهودا طلبًا حثيثًا فلم يقف على خبره • فسار الي بيت الله وطالب الكهنه بان يسلّموه
اليه حتّي يقيّده ويحمله الي الملك • فحلفوا له انه لم يجي الي بيت الله • فافتري عليهم
وعلي البيت وتقال نحو الهيكل وتوعّد بهدمه الي الاساس ومضي مُغضبًا • ثم فتّش كل
دارٍ في مدينة بيت المقدس وانفذ اصحابه الي منزل رجل جليل كان قد قُبض عليه
في زمان انطيوخوس وعذب عذابًا عظيمًا • فلما مات انطيوخوس رفع اليهود شانه
وعظّموا منزلته • فلما وافته رسل نيقانور خاف الرجل بان يلحقه مثل ما لحقه من
انطيوخوس فقتل نفسه • فاتّصل ذلك بيهودا فغمّه وساءه • فراسل نيقانور يقول له لا
تطلبني في المدينه فلست فيها فسِر اليّ حتي نلتقي ان شيت في السّهل وان شيت في
الجبل • فسار اليه نيقانور وبرز اليه يهودا بعد ان قال • اللهم انت الذي هلكت
عسكر سنحاريب الملك وقد كان اعظم من هذا شانًا وسُلطانًا واكثر منه عسكرًا
وعددًا وكفيت حزقيًّا ملك يهودا امره لمّا اتّكل عليك وصلّي اليك • فاكفنا اللهم
شرّه وظفّرنا به • ثم انه باشر الحرب وقصد نيقانور وقال له • اليك فقد جيتك • فولّي
نيقانور منهزمًا ولحقه يهودا فضربه على منكبه ففكّه وانهزم اصحابه وقتل منهم في ذلك
اليوم ثلثين الفًا • ثم خرج اليهم اهل القري فقتلوهم حتي انهم لم يبقوا منهم احدًا •
ورسموا ان يكون في مثل ذلك اليوم في كل سنه يومًا شكر لله عز وجل ويومًا
سرور واكل وشرب •

• الي هاهنا انتهي السفر الثّاني نقل العبرانيين •

• الفصل السابع عشر • • ذكر قتل يهودا •

فلما كان في مثل ذلك الوقت من العام القابل سار اليه بقيدوس في ثلثين الفًا
من شجعان المقدونيين • فوافي من غير ان يكون لهم عنده خبر وهو في قريه يقال لها
لاليس في ثلثة الاف رجل فهرب اكثر من كان معه وبقي في ثمانماية رجل
ومعه شمعون ويوناثان اخواه • وكان الباقون مع يهودا ذوي باس وشجاعة لقد لقوا
الجهد في ساير الحروب التّي لقيها • فخرج يهودا واصحابه الي بقيدوس وعسكره •

O Rex, jam Judas, & socii ipsius trucidarunt e nobis multitudinem plurimam, eo quod deficientes ab eorum religione, religionem Regis amplexati sumus. Quare adjuva nos Rex contra eos, & ulciscere nos de illis. Tum egit Judæos ad eum, atque concitavit, suggerens ipsis ea, quæ provocare poterant Demetrium, & irritare, ut expediret exercitum ad expugnandum illum. Quibus morem gerens, misit ducem nomine Nicanorem cum exercitu magno, atque copioso armorum apparatu. Cum autem pervenisset Nicanor in regionem sanctam, misit nuntios ad Judam, ut veniret ad se, nec aperuit se venisse ad oppugnandam gentem, sed aperuit se venisse solum ob initam inter se, & gentem pacem, & quod sint in obedientia Romanorum. Et egressus est Judas ad eum cum aliquo numero suorum, fortitudine, & robore præditorum; jussitque ne secederent a se, ne proderet illum Demetrius. Cum itaque occurrisset Demetrio, salutavit eum, ac posita unicuique eorum sede, sederunt; collocutusque est Demetrius ei quod voluit; dein profectus est unusquisque eorum in tabernaculum, quod ei tetenderant. Et abiit Nicanor, & Judas in civitatem sanctam, & morati sunt in ea simul; intercessitque inter eos firma familiaritas: quod cum innotuisset Alcimo, adiit Demetrium, & irritavit illum in Judam, ac induxit ut scriberet, & præciperet Nicanori, ut Judam catenis devinctum ad se mitteret. Innotuit autem fama Judæ, & egressus est de civitate noctu, abiitque Sebesten, & misit ad socios ut ad se venirent. Quibus convenientibus cecinit buccina, præcepitque eis sese parare ad oppugnandum Nicanorem. Nicanor vero perquisivit Judam diligentissime, nec de illo quicquam ei innotescere potuit. Quare adivit domum Dei, requirens a Sacerdotibus, ut illum sibi traderent, ut catenis devinctum ad Regem mitteret: qui juraverunt nequaquam ipsum venisse in domum Dei. Quamobrem injuriis eos, & domum Dei incessivit, & oblocutus est contra Templum, atque comminatus se illud eversurum a fundamentis: abiitque indignatus. Inquirere etiam curavit domos universas sanctæ civitatis. Misit quoque suos ad domicilium cujusdam viri præclarissimi, qui comprehensus fuerat tempore Antiochi, & maximis affectus suppliciis: mortuo autem Antiocho, exaltaverunt authoritatem illius Judæi, & magnifecerunt eum. Ad quem vero cum pervenissent nuntii Nicanoris, timuit vir ne sibi inferretur, quemadmodum illatum est ei ab Antiocho: quare manus sibi conscivit. Quod cum perlatú esset ad Judam, contristatus est valde, & mœrore affectus; misitque ad Nicanorem, dicens; Ne quæras me in civitate, etenim in ea non sum: perge itaq; ad me, ut occurramus invicem, sive in campis, sive in montibus, uti tibi libet. Et profectus est ad illum Nicanor, & occurrit illi Judas, his dictis; Deus, tu es qui exterminasti exercitum Senacherib regis: & quidem erat major isto, fama, & imperio, & multitudine exercitus: & eripuisti Ezechiam Regem Judæ ab eo, cum in te confisus fuisset, & ad te orasset; eripe quæso nos Domine a malitia illius, & victores contra illum redde nos. Dein sese ad bellum paravit, & expetivit Nicanorem, dicens; Cave tibi, ad te venio. Et terga vertit Nicanor fugiens: quem persequens Judas percussit humeros ejus, quos secuit: & fugati sunt sui. Et ceciderunt ex illis ea die triginta millia: & egressi sunt incolæ civitatum, & occiderunt eos, ita ut non reliquerint unum quidem. Decreverunt autem ut talis dies singulis annis sit dies gratiarum actionis Deo Opt. Max. ac dies lætitiæ, & commessationis, & potus.

Huc usque absolutus est liber secundus ex translatione Hebræorum.

MENTIO NECIS JUDÆ.
CAP. XVII.

Pugna Judæ cum Bacchide & interitus Judæ, habetur Macc. lib. 1. cap. 9. in princ. usque ad fin. vers. 22 & apud Joseph. Antiq. lib. 12. capp. 18. 19.

Cum autem adesset idem fere tempus vertentis anni, profectus est Bacchides cum triginta millibus de fortissimis Macedonum: & supervenit nulla eorum innotescente ipsi Judæ fama. Cum esset in quadam urbe, quæ dicitur Lalis, cum tribus millibus virorum: quamobrem plurimi eorum, qui cum illo erant fugerunt, remanseruntque cum illo octingenti viri, & Simeon ac Jonathas fratres ejus. Erant autem qui remanserant cum Juda robustissimi, ac fortissimi, & qui jam multa sustinuerant in cæteris bellis, quæ commiserat. Et egressus est Judas, & socii ad Bacchidem, & exercitum ejus.

فقسم بقيدوس جيشه فجعل خمسة عشر الاف عن يمنة يهودا واصحابه وجعل خمسة عشر
الاف عن يسرتهم * ثم كبّرا الفريقان على يهودا واصحابه * فتامّل الفريقين فوجد
حماة العسكر وابطاله في جهة اليمين فعلم ان بقيدوس فيهم * فقسم يهودا اصحابه
ايضا واخذ وجوههم معه وجعل بقيتهم مع اخوته * ثم حمل على القوم الذين عن يمينه
فقتل هو واصحابه نحو الفي رجل * ثم نظر الي بقيدوس فقارن وقصده وقتل الجبابرة
الذين حوله فتكاثر الناس عليه فصبر لهم هو واصحابه فباطح منهم الخلق وورد
من بقيدوس * فلما راه بقيدوس وهو قاصدًا اليه وهو كالاسد وبيده سيف عظيم
مخضوب بالدم خافه خوفًا شديدًا وارتعد منه وانهزم من قدامه فتبعه يهودا واصحابه
فركبوا القوم بالسيف حتي افنوا اكثر اوليك الخمس عشر الفًا * وانتهت هزيمة بقيدوس
الي اسدود * ولحقه الخمس عشر الفًا الذين كانوا عن يسرة يهودا ووافوا يهودا وقد لحقه
اخواه ومن معهما وهم متعوبون وكبس عليهم الخمس عشر الفًا ومرّ بينهم وبين يهودا
قتال عظيم فوقع بينهم عدّة قتلا وقتل يهودا في الجملة * فاخذ اخواه ودفناه الي
جانب قبر متتيًّا ابيه رحمهم الله * وبكوا عليه بنو اسراييل اياما كثيرة * وكانت مدّة
رياسته سبع سنين وولّي الامر بعده يوناثان اخوه *

* خبر يوناثان بن متتيًّا * * الفصل الثامن عشر *

ثم ولي يوناثان بعد اخيه فسار الي الاردن في عدّة يسيرة * فاتّصل خبره ببقيدوس فسار اليه
بعسكر كبير * فلما راه يوناثان ورجاله جازوا الاردن سباحة فلحقهم بقيدوس وعسكره
وحاطوا بهم * فحمل يوناثان على بقيدوس فهزمه وافرج الناس ليوناثان فخرج من بينهم هو
واصحابه وساروا الي بيرسبع ووافاه شمعون اخوه فاقاما هنالك واصلحا ما كان في الحصن
من الاختلال وتحصّنا به * فسار اليهم بقيدوس وحاصرهم فخرج اليه يوناثان واخوه ومن
معهما من الرجال بالليل فقتلوا من العسكر رجالًا كثيرةً واحرقوا ما كان فيه من الدّبابات
والمجانيق وتبدد العسكر وهرب بقيدوس الي البريّة ولحقه يوناثان وشمعون ونفر معهما
فادركوه فلما راه يقّن بالهلاك * فنادي الي يوناثان بالامان وحلف له انه لا يحاربه ابدًا
وانه يرد ساير السّبي الذي سبي من عسكر يهودا فامنه يوناثان وعاد عنه ولم يجر
بينهما حرب بعد ذلك * ثم توفّي يوناثان بقرب ذلك الوقت وولّي شمعون اخوه *

* خبر شمعون بن متتيًّا * * الفصل التّاسع عشر *

ثم ولّي الامر شمعون بن متتيًّا وجمع ساير من بقي من عسكر يهودا وقوي امره وغزي
ساير من ظاهر آل يهودا بالعداوة بعد قتل يهودا اخيه واحسن السيرة في قومه واستقام
امر بلده * فطمع فيه انطيوخوس وهو دمتريوس بن سلوقوس وانفذ اليه عسكرًا
عظيمًا * فخرج اليه شمعون وابناه وقسم عسكره قسمين وجعل احدهما معه والاخر مع
ابنيه * ثم سار هو ومن معه الي العسكر وانفذ ابنيه من جهة اخري بمن معهما ووافقهما
ان يوافيا العسكر في وقت ذكره لهما * ثم لقي عسكر انطيوخوس
وحاربه وبدي ليستظهر عليه فوافيا ابناه ومن معهما وقد اشتبك الحرب
وقوي القتال فداروا من خلف العسكر * فحصل عسكر انطيوخوس بين عسكرين
فهلك ولم يسلم من رجاله احد ولم يعاود انطيوخوس الي محاربة شمعون *

Et divisit Bacchides exercitum suum, constituens quindecim millia ad dexteram Judæ, & sociorum: & quindecim millia ad sinistram eorum. Tum vociferata est utraque pars contra Judam, & socios. Qui considerans utramque, nactus est robustissimos exercitus, & fortissimos ejus esse in dextera, cognovitque Bacchidem inibi adesse. Divisit quoque Judas socios suos, & assumpsit secũ fortissimos eorum, reliquos vero tradidit fratribus. Tum impetum fecit in eos qui erant in dextera, occiditque ipse cum sociis circiter duo millia virorum. Dein conspiciens Bacchidem collimavit oculos, & in illum intendit, interfecitque fortissimos quosque, qui erant circa illum: & ingruentem multitudinem sustinuit ipse cum sociis, plurimis ex illis prostratis: accessitq; ad Bacchidem. Quem cum vidisset Bacchides in se intendentem tanquam leonem, stringentem manu gladium ingentem sanguine infectum, timuit illum timore vehementissimo. & contremuit, ac fugit e conspectu illius. Quem persecutus est Judas, & socii ipsius, & prostraverunt gladio gentem, ita ut exterminarent majorem partem illorum quindecim millium: & fugit Bacchides usque in Asedod. Et secuta sunt eum quindecim millia, quæ erant a sinistra Judæ, & aggressa sunt Judam, ad quem jam pervenerant fratres ipsius, & qui cum illis erant, defatigati. Et irruerunt in eos quindecim illa millia, & intercessit inter ea & Judam pugna maxima: ceciditque ex utrisque numerus aliquis interfectorum, in qua summa cæsus est Judas. Quem ferentes fratres illius, sepelierunt ad latus sepulchri Mathathiæ patris ejus (Deus misereatur illorum) & fleverunt eum filii Israel diebus multis. Fuit autem tempus principatus ejus septem annorum. Et successit rebus post illum Jonathas frater illius.

HISTORIA JONATHÆ FILII Mathathiæ.

CAP. XVIII.

Fusiùs habetur Macc. lib. 1. cap. 9 v. 28. Capp. insuper 10. 11. 12. per totum: & cap. 13. v. 23. Item apud Joseph. Antiq. lib. 13. capp. 1. 2. 4. 5. 7. 8 9. & 10. Vid. etiam de bello Jud. lib. 1. cap. 2. in princip.

ET successit Jonathas fratri suo, & contendit ad Jordanem cum pauco numero. Quod cum nuntiatum esset Bacchidi, profectus est ad eum cum exercitu magno. Quem cum vidisset Jonathas, & viri ejus, transierunt Jordanem natando; & insecutus est eos Bacchides, & exercitus ejus, ac circumdederunt. Jonathas autem irrupit in Bacchidem, & cedentibus hominibus Jonathæ, egressusque est de medio illorum ipse, & socii, & abierunt in Bersabee; quem convenit Simeon frater illius, & morati sunt ibi: & concinnaverunt quicquid in munitione collapsum erat: & munierunt se ibi. At Bacchides profectus est ad eos, & obsedit; ad quem egressus Jonathas, & frater ipsius, & qui cum illis erant viri noctu, interfecerunt de exercitu multitudinem virorum, atque incenderunt arietes, & tormenta bellica, et dispersus est exercitus, fugitq; Bacchides in desertum: quem insequens Jonathas, et Simeon, & qui cum illis erant viri, comprehenderunt illum. Qui cum vidisset eum, interitum sibi omnino adesse cognovit: quare præconio indixit Jonathæ pacem, juravitque se nunquam amplius bellum ipsi illaturum, & insuper restituturum universam captivitatem, quam ceperat de exercitu Judæ. Cui dexteram porrigens Jonathas, recessit ab illo; nec intercessit amplius post hæc inter eos bellum. Non multum autem post hæc obiit Jonathas: & successit Simeon frater illius.

HISTORIA SIMEONIS FILII Mathathiæ.

CAP. XIX.

Cujus acta pleniùs narrantur Macc. lib. 1. capp. 13. 14. 15. & 16. Cujus morte & successione filii ejus Joannis Hircani Macc. lib. 1. terminatur. Habentur etiam apud Joseph. Ant lib. 13. capp. 11. 12. 13. 14. Vid. eandem de bello lib. 1. cap. 2.

TUm potitus est rerum Simeon filius Mathathiæ, & coegit quotquot remanserant de exercitu Judæ, & invaluerunt res ipsius, debellavitque omnes, qui inimicitias exercuerant in Judæos post necem Judæ fratris sui, & bene sese gessit erga populum suum, & directa sunt negotia regionis suæ. Quare expetivit eum Antiochus, & ipse est Demetrius filius Seleuci: & misit ad illum exercitum magnum: ad quem egressus est Simeon, & duo filii ejus, divisitque exercitum suum duas in partes, quarum unam secum retinens, alteram tradidit filiis. Tum profectus est ipse, & qui cum eo erant ad exercitum, misitque filios suos, & qui cum eis erant per aliam partem, & convenit cum illis, ut aggrederentur exercitum tempore eis constituto. Post hæc occurrit exercitui Antiochi, & oppugnavit illum, ac cœpit illi prævalere; veneruntque duo filii ejus, cum jam commixtum esset bellum, & pugna invaluisset, & circumdederunt terga exercitus: & constitutus exercitus Antiochi inter duos exercitus exterminatus est, nec evasit quispiam virorum illius: nec reversus est amplius Antiochus ad oppugnandum Simeonem

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

ودامت لآل يهودا السلامه والهدو طول ايام شمعون * وكانت مدة ولايته سنتين * ثم وثب
به تلماي زوج اخته فقتله في دعوة كان فيها وقبض على امراته وابنيه * وولي ابن
شمعون وكان اسمه هرقانوس *

* خبر هرقانوس بن شمعون * * الفصل العشرون *

كان شمعون في حياته قد قود ابنه يوحانان وجمع اليه رجال كثيره وانفذه لمحاربة رجل
كان قد خرج عليه يقال له هرقانوس * وكان رجل عظيم الشان شديد الباس قديم
الرياسه * فلقيه يوحانان فهزمه وقتله فسمي شمعون ابنه يوحانان هرقانوس لظفره بهرقانوس
وقتله اياه * فلما سمع هرقانوس هذا بقتل تلماي لابيه خاف من تلماي فهرب الي غزه
فتبعه تلماي في رجال كثير * فعاون اهل غزه لهرقانوس واغلقوا ابواب المدينه ومنعوا
تلماي من الوصول الي هرقانوس * فرجع تلماي وصار الي داعون ومعه ام هرقانوس
واخواه * وكانت داعون يوميذ ذات حصن منيع * فسار هرقانوس الي بيت المقدس وقرب
قرابين وولي في مكان ابيه وجمع عسكرا عظيما ثم سار الي تلماي * فاغلق تلماي باب
داعون على نفسه واصحابه وتحصن بها * فحاصره هرقانوس وعمل كبشا من حديد
ليضرب به السور ويفتحه وطال القتال بينهما واستظهر هرقانوس على تلماي وقرب من
الحصن وكاد ان يملكه * فلما راي تلماي ذلك امران تصعد ام هرقانوس واخواه على
السور ويعذبوا باشد عذاب * ففعل ذلك بهم * فلما راي ذلك هرقانوس توقف خوفا من ان
يقتلوا وترك القتال * فنادته امه وقالت * يا بني لا يسبيك حبك الي ورحمتك لي ولاخوتك
قبل ابيك ولا تدعن بسببنا الاخذ بثار بل اقتصص حق ابيك وحقي باجد ما انت
فيه * والذي تخافه علينا من هذا الظالم فليس بد له من فعله بنا على ساير الوجوه
فجد في القتال ولا تفرج عنه * فلما سمع هرقانوس كلام والدته جد في القتال فزاد
تلماي في عذاب امه واخوته وحلف انه يلقيهم من الحصن الي اسفل متي قرب
هرقانوس من الحصن * فتخوف هرقانوس بان يكون سببا لقتلهم * فعاد الي معسكره ولازم
محاصرة تلماي * واتفق حضور حج المظال فسار هرقانوس الي مدينة بيت المقدس ليحضر
العيد والحج والقربان * فلما علم تلماي بمسيره الي بيت المقدس واشتغاله عنه
عمد الي ام هرقانوس واخوته فقتلهم وهرب الي مكان لم يصل اليه هرقانوس *

Et perduravit Judæis pax, & quies longitudine dierum Simeonis. Fuit autem tempus ipsius dominii per duos annos. Dein irruit in illum Tolomæus Sororius, interfecitque illum in quodam convivio, cui aderat. Et comprehendit uxorem, & duos filios illius, & suffectus est filius Simeonis, cujus nomen erat Hyrcanus.

HISTORIA HYRCANI filii Simeonis.

CAP. XX.

Respondet cap. 15. lib. 13. Joseph. Antiq. Jud. Vid. & de bello. lib. 1. cap. 2.

Constituerat jam Simeon (ipso vivente) ducem filium suum Jochanam, & aggregatis ei viris quamplurimis, mittit illum ad debellandum virum quendam, qui in illum egressus erat, dicebaturque Hyrcanus. Erat autem vir magnæ famæ, fortis robore, & vetusti principatus. Cui occurrens Jochanan, profligavit illum, quapropter nuncupavit Simeon filium suum Jochanan, Hyrcanum, ob occisum Hyrcanum, & victoriam de illo reportatam. Cum autem audisset Hyrcanus iste Tolomæum interfecisse patrem ipsius, timuit Tolomæum, fugitque in Gazam, quem insecutus est Tolomæus cum pluribus viris. At opitulati sunt cives Gazæ Hyrcano, & clauserunt portas civitatis, prohibueruntque Tolomæum pervenire ad Hyrcanum. Et reversus Tolomæus abiit in Dagon, habens secum matrem Hyrcani, & duos fratres illius. Habebat autem Dagon tunc arcem municitissimam. Hyrcanus vero profectus est ad Domū sanctam, & obtulit sacrificia, & successit patri suo; coegitque exercitum magnum, & perrexit ad Tolomæum: quamobrem clausit Tolomæus portam Dagon super se, & socios, & sese munivit in ea. Et obsedit illum Hyrcanus fecitqae arietem ferreum ad percutiendum murum, atque aperiendum: & diu duravit inter eos pugna, & prævaluit Hyrcanus contra Tolomæum, & accessit prope munitionem, & pene eam obtinuit. Cum ergo vidisset hoc Tolomæus, præcepit deduci matrem Hyrcani, & duos fratres illius super murum, & supplicio affici vehementissimo, quod factum est illis. Videns autem hæc Hyrcanus, constitit, & timens, ne interficerentur, destitit a pugna. Quem interpellavit mater illius, & ait; Fili mi, ne commovearis amore, & pietate erga me, et fratres tuos præ patre tuo, nec molliaris affectibus propter captivitatem nostram ulciscendi illum, sed reposce vindictam juris patris tui, et mei quantum vales. Quod autem times pro nobis a tyranno isto, necessario omnino nobis facturus est: quare insta oppugnationi, nulla interpolatione data. Cum ergo audisset Hyrcanus verba parentis suæ, institit oppugnationi: quare auxit Tolomæus supplicia matri, et fratribus illius; juravitque se præcipitaturum eos ex munitione deorsum, quoties accederet Hyrcanus ad munitionem. Timuit itaque Hyrcanus ne causa esset necis eorum, et reversus est ad castra sua continuata obsidione Tolomæi. Accidit autem ut adesset solennitas tabernaculorum, quapropter profectus est Hyrcanus in civitatem Domus sanctæ, ut præsto esset festivitati, et solennitati, et sacrificiis. Cum ergo cognovisset Tolomæus concessisse in Domum sanctam, & ibi distineri, irruit in matrem Hyrcani & fratres illius, & occidit eos, fugitque in locum, ad quem pervenire non poterat Hyrcanus.

* خبر مسير انطيوخوس الي مدينة بيت المقدس الي محاربة هرقانوس *

* الفصل الواحد والعشرون *

فلما سمع انطيوخوس بقتل شمعون عقد جيشا وسار به حتي وافي مدينة بيت المقدس
فنزل عليها وحاصرها ورام فتحها * فلم يقدر عليه لحصانتها وعلو اسوارها
وكثرة الرجال المقاتله بها * بعد ما راد الله صدّه عنها فعمد الي الجهه الشماليه من
المدينه فبني فيها مقابل السور مايه وثلثين برجا واصعد الرجال عليها لمحاربة من
علو سور المدينة وجعل من حفر تحت الارض في موضع حتي انتهي الي اساس السور
فلقيه على خشب ثم اطلق فيه النار فوقعت من السور وقعه عظيمه كبيره *
فبادر رجال هرقانوس اليهم فمنعوهم عن الدخول وضبطوا موضع الثغر * ثم خرج
هرقانوس في اكثر رجال الحرب الى عسكر انطيوخوس وكثر فيهم القتل *

HISTORIA PROFECTIONIS Antiochi in civitatem Domus sanctæ, ad oppugnationem Hyrcani.

CAP. XXI.

Habetur cum aliis apud Joseph. Ant. Jud. lib. 13. cap. 16. & initio cap. 17. Vid. eund. de bello. lib. 1. cap. 2.

Cum autem audisset Antiochus Simeonem occubuisse, coegit exercitum, & profectus est, donec pervenit ad civitatem Domus sanctæ: & castrametatus est circa eam, & obsedit, intendens illam expugnare: at non valuit ob firmitatem, & altitudinem mœnium ipsius, et multitudinem virorum bellatorū in ea. Volente autem Deo, coercitus est ab illa: sese enim contulerat ad partem Septentrionalem civitatis, et extruxerat ibi e regione muri centum triginta turres et conscendere fecit super eas viros ad oppugnationem eorum, qui mœnia civitatis conscendere intentarent. Et constituit qui suffoderet terram in quodam loco, donec perventū est ad fundamentum muri: quod, cum ligneū compactum esset, igni incenderunt, ceciditque ex muro pars magna valde. Et occurrerunt viri Hyrcani ad eos, et prohibuerunt ingredi, custodientes locum ruinæ, et egressus est Hyrcanus cum potiori parte virorum bellatorum ad exercitum Antiochi, et multam intulit eis clade-

فانهزم انطيوخوس واصحابه وتبعه هرقانوس واصحابه الي ان كشفوهم عن المدينة ثم عادوا الي الابراج التي بناها انطيوخوس فهدموها واقاموا في المدينه وحولها. واقام انطيوخوس في مكان بينه وبين مدينة بيت الله نحو فرسخين * وحضر عيد المظال فراسله هرقانوس برفع الحرب الي ان ينقضي العيد * فاجابه الي ذلك وانفذ قرباناً وذهباً وفضةً الي بيت الله * فامر هرقانوس الكهنه يقبلون ما ارسله انطيوخوس ففعلوا * ولما راي هرقانوس والكهنه اعظام انطيوخوس لبيت الله راسله في الصلح * فاجاب انطيوخوس الي ذلك وسار الي بيت المقدس فلقيه هرقانوس ودخلا جميعا الي المدينه * وصنع هرقانوس لانطيوخوس ووجوه اصحابه دعوه واكلوا جميعًا وشربوا واهدا اليه ثلثماية بدرة ذهب وعاهد كل واحد منهم صاحبه على المسالمه والمعاونه وصار انطيوخوس الي بلده * وحكي ان هرقانوس فتح كنزًا كان لبعض الملوك من ولد داوود عليه السلام * فاخرج منه مالاً جزيلاً وترك فيه مثله وردّه الي ما كان عليه من الخفيه * ثم بنا ما انهدم من السور واحكمه * ونظر في ساير ما اصلح امر رعيته ومصالحها وسار فيهم احسن سيره * ولما وصل انطيوخوس الي بلاده عزم على محاربة ملك فارس لانه كان قد عصي منذ زمان انطيوخوس الاول * وراسل هرقانوس بالمسير اليه فسار معه هرقانوس ومضي معه الي بلد الفرس * فلقيه عسكر الفرس وحاربه فنصر عليهم انطيوخوس وظفر بهم وبذل السيف فيهم * ثم قام بمكانه وبنا بنياناً عجيباً ليكون له ذكر في بلدهم * وسار بعد مدّةٍ الي لقآء ملك الفرس وتخلّف عنه هرقانوس لسبت حضرت وكان عيد العنصره يعقبها * فالتقي ملك الفرس وانطيوخوس وجرت بينهما حروب عظيمه هلك فيها انطيوخوس واكثر عسكره * وانتهي الخبر الي هرقانوس فسار الي بلد الشام ونزل في طريقه على حلب فاستامن اليه اهلها وحملوا اليه الخراج فرحل عنهم وعاد الي مدينة القدس واقام بها ايّام * ثم سار الي بلد السمرة ونزل على نابلوس فمانعه اهلها عن الدخول اليها * فهدم ما كان لهم في طور يزبل من البنيان والهيكل وذلك بعد مايتي سنه مضت له منذ بناه سنبلاط السّامري * ثم قتل من كان من الكهنه في سبسطيه * وسار الي بلد ادوم وهي جبال الشراه فاستامنوا اليه فوافقهم على ان يختتنوا ويدخلوا في دين التوراه * وانهم اجابوه الي ذلك واختتنوا وتهوّدوا وتقوّوا لذلك الي ان خرب البيت الثاني * وسار هرقانوس الي ساير من يجاور من الامم فاستامن اليه جميعهم وعاهدهم وعاهدوه على السلام والطاعه * وارسل رسلاً الي الروم وكاتبهم في تجديد العهد بينهم وبينه * فلما وصلت رسله الي الروم اكرموهم ورفعوا منزلتهم وسمعوا الرساله التي جاوا بها وقضوا حوايجهم وكتبوا اليه جواب كتابه *

* نسخة كتاب الروم الي هرقانوس * * الفصل الثاني والعشرون *

من الكهل والثلثمايه والعشرين مدبريه الي هرقانوس ملك يهودا عليك السلام قد وصل الينا كتابك وقريناه وسررنا به وسالنا رسلك عن اخبارك * وعرفنا لهم منزلة فضلهم في العلم والادب والفضل واكرمناهم واجلسناهم بحضرة الكهل فقضي جميع حوايجهم وامر برد ساير المدن التي كان انطيوخوس غصبهم عليها اليكم وترك معارضتكم في شيٍّ من دينكم * وازالة كل رسم رسمه عليكم انطيوخوس *

Et fugatus est Antiochus, & sui, quos persecutus est Hyrcanus cum suis, donec removissent a civitate. Tum reversi ad turres, quas extruxerat Antiochus, destruxerunt eas, & morati sunt in civitate, & circa illam. Antiochus vero castrametatus est in quodam loco, qui distabat a civitate domus Dei circiter duo stadia. Adveniente autem solennitate Tabernaculorum, misit legatos ad illum Hyrcanus de induciis, donec præteriret solennitas: quod concessit ei, misitque victimas, & aurum, & argentum ad domum Dei. Præcepitque Hyrcanus sacerdotibus, ut susciperent, quod miserat Antiochus: & præstiterunt. Cum autem vidisset Hyrcanus, & Sacerdotes Antiochi reverentiam erga templum Dei, legatos ad eum misit de pace. Cui assensus est Antiochus, & profectus est in Jerusalem; occurrens ergo ei Hyrcanus ingressi sunt simul civitatem. Fecitque Hyrcanus Antiocho, & principibus ejus convivium: & comederunt una, & biberunt, & obtulit ei munus, trecenta talenta auri, & pepigit unusquisque eorum cum socio suo de pace, & auxilio ferendo, & abiit Antiochus in regionem suam. Fertur autem, Hyrcanum aperuisse thesaurum, qui fuerat quibusdam Regibus de filiis David, (cui pax) qui protulit inde pecuniam plurimam, & tantundem reliquit, restituens illum pristinæ occultationi. Tum construxit quod dirutum erat ex muro, & reparavit: & gregis sui utilitati, & commodo, provide consuluit, & recte erga eos sese gessit. Cum autem pervenisset Antiochus in regionem suam, decrevit oppugnare Regem Persidis, defecerat enim a tempore Antiochi primi: & misit legatos ad Hyrcanum, ut proficisceretur ad eum: & profectus est cum eo Hyrcanus, ac abiit in regionem Persidis. Cui occurrens exercitus Persarum congressus est cum eo, quos profligans Antiochus, reportavit victoriam ex illis, & gladio percussit eos. Tum stetit in loco suo, & construxit mirabile ædificium, ut esset ei in memoriam in regione eorum. Et perrexit post aliquod tempus in occursum Regis Persarum, & moratus est retro Hyrcanus causa Sabbati, cui Pentecoste instabat. Et sibi occurrerunt Rex Persidis, & Antiocbus, ac intercessere inter eos bella maxima, in quibus periit Antiochus, & plures de exercitu ejus. Perveniente autem nuntio ad Hyrcanum, profectus est in regionem Syriæ, & oppugnavit in itinere Halepum: cui sese dederunt cives, deferentes ei tributa, & recessit ab illis, reversusque est in Civitatem sanctam, & moratus est ibi aliquos dies. Tum contendit in Samariæ regionem, & oppugnavit Neapolim, quem prohibuerunt cives eam ingredi. Et destruxit quicquid habebant ædificiorum in monte Jezabel, & templum: quod quidem fuit post ducentos elapsos annos, ex quo ædificaverat illud Sanbalat Samarita. Occidit præterea Sacerdotes, qui erant in Sebaste. Et profectus est in regionem Idumeæ, id est, montes Sarah, & sese illi dederunt: quibuscum convenit, ut circumciderentur, & ingrederentur religionem Torah, *seu legis Mosaicæ*. Cui morem gerentes circumcisi, et Judæi facti sunt, et confirmati fuerunt in hoc usque ad destructionem Domus secundæ. Et perrexit Hyrcanus ad omnes circumvicinas gentes, cui omnes in clientelam sese dederunt, et inierunt simul fœdus de pace et obedientia. Misit præterea legatos ad Romanos, scribens eis de renovatione fœderis inter sese. Cum pervenissent itaque ejus legati ad Romanos, honoraverunt eos, et exaltaverunt eorum locum, et auscultaverunt legationem, cujus causa venerant, et fecerunt negotia eorum, ac responderunt illius epistolæ.

EXEMPLAR EPISTOLÆ Romanorum ad Hyrcanum.

CAP. XXII.

Aliâ paulò formâ à Josepho recitatur Antiq. lib. 13. cap. 17. post initium.

A Seniore, et trecentis viginti rectoribus ejus, Hyrcano Regi Judæ, Salus. Jam pervenit ad nos epistola tua, quam legentes gavisi sumus. Et interrogavimus legatos tuos de rebus tuis. Agnovimus item locum dignitatis eorum in scientia, disciplina, et virtutibus; et honoravimus eos, et sedere fecimus in præsentia Senioris, qui expedire curavit omnia negotia illorum, præcipiens restitui vobis omnes urbes, quas vi abstulerat Antiochus, et auferri omnem obicem circa exercitium religionis vestræ, et irritum fieri quicquid in vos decreverat Antiochus.

وامر ان تقر ساير المدن التي فتحها بيك * وتقدّم بالكتاب الي ساير اعماله باكرام رسلك واعزازهم * وقد ارسل معهم رسولاً اليك اسمه فيناوس ومعه كتاباً اليك وحمّله ايضاً رسالة يذكرها لك * فلما وصل كتاب الروم الي هرقانوس سُمّي ملكًا وكان يسمي قبل ذلك الكاهن الاكبر * فاجتمعت اليه منزلة المُلك ومنزلة الكهانه * وهو من اوّل سُمي بالمُلك من ملوك اليهود في مدّة البيت الثاني *

* خبر حرب هرقانوس الملك مع السُّمرة *

* الفصل الثّالث والعشرون *

ثم ان هرقانوس سار الي سبسطيه وحاصر من بها من السُّمرة مدّة طويلةً الي ان اضطرّهم الي اكل الجيف وهم مع ذلك صابرين له تخوفهم من سيفه واعتمادهم على من قد استنجدوا به من المقدونيين والمصريين * ثم حضر الصوم الكبير الذي يحتاج هرقانوس ان يكون فيه حاضرا ببيت المقدس ليقرّب فيه القرابين هذا اليوم * فاستخلف بنيه على الجيش وهما انطيغنوس وارسطبلوس وتقدّم اليهما بمحاصرة السُّمرة والتضييق عليهم * وتقدّم الي العسكر بطاعة ابنيه هذين واتباع امرهما * وسار الي مدينة بيت المقدس * فسار انطيوخوس المقدوني لينجد آهل سبسطيه * فاتّصل خبره بابني هرقانوس فاستخلفا علي سبسطيه من يحاصرها * وسارا الي انطيوخوس فحارباه وهزماه وعادا الي سبسطيه * ووافي من مصر ليطرا بن قلبطرة الملكه لنصرة السُّمرة فلما اتّصل خبره بهرقانوس سار اليه بعد انقضي العيد فلقيه وقاتله قتالا شديدًا وقتل من رجاله خلقًا وانهزم ليطرا ولم تعاود اهل مصر بعد هذا الي معاونة السُّمرة * وعاد الملك هرقانوس الي سبسطيه فاقام عليها الي ان فتحها بالسيف وقتل من بقي من اهلها وخربها وهدم سورها *

* خبر ليطرا بن قلبطرة وخروجه على امه بمصر *

* الفصل الرابع والعشرون *

ثم ان ليطرا بن قلبطرة لما صار قوي بالمال والرجال عصي على امه قلبطرة وعاونه على ذلك اكبر وجوه اهل الدّوله * فعمدت قلبطرة الي رجلين من اهل اليهود يقال لاحدهما حلقيا والاخر حننيا * فقدمتهما على من بقي معها من عظماء المصريين وولتهما على جيش مصر * فاحسنا السيره في العامه واحكما السياسه لامور المُلك فانفذتهما قلبطرة لمحاربة ليطرا * فصارا اليه وحارباه وهزماه وقتلا رجاله فهرب الي قبرس واقام بها في نفر بقوا معه *

* ذكر فرق اليهود في ذلك الزمان *

* الفصل الخامس والعشرون *

كان اليهود في ذلك الوقت ثلثه فرق * احدهما الفروشيم وهم المعتزله وقيل النّساك * ومذهبهم القول بما في التوراه على ما فسّر سلفهم * والثّانيه الصدوقيه وهم اصحاب رجل من العلماء يقال له صادوق * ومذهبهم القول في السّمعيّات بنصّ التوراه وما دلّ عليه المكتوب فيها دون ما ليس بمنصوص ولا مدلول عليه بما فيها * والفرقه الثّالثه الحسدنيم وهم الفضلا * ولم يذكر صاحب الكتاب مذهبهم الّا ان يقتضيه اسمهم * هذا انهم كانوا يذهبون الي العمل بما هو افضل وهو الاخذ من هذين المذهبين بما هو احوط في الدّين واسلم في التوقي *

Præcepit quoque, ut firmæ maneant cunctæ civitates, quas ipse expugnaverat. Mandavit præterea per epistolas omnibus suis provinciis honorari legatos tuos, atq; cohonestari. Misit etiã cum illis ad te legatum nomine Cynæum, habentem secum epistolam; cui & legationem injunxit: ut coram tecum ageret. Cum ergo pervenisset epistola Romanorum ad Hyrcanum, Rex nuncupari cœpit, cum antea Sacerdos magnus nuncuparetur: coaluerunt itaque in eo dignitas Regni, & dignitas Sacerdotii. Fuit autem primus, qui nuncupatus est Rex ex Regibus Judæorum tempore domus secundæ.

HISTORIA BELLORUM Hyrcani Regis cum Samaritis.

CAP. XXIII.

Habetur apud Joseph. Ant. lib. 13. cap. 18. in princ. Vid. eund. de bello, lib. 1. cap. 2. ad finem.

HYrcanus autem contendit in Sebesten, & obsedit Samaritas, qui erant in ea, longo tempore: donec eo necessitatis eos redegit, ut coacti fuerint vesci omni genere morticini. Hæc nihilominus æquo ferebant animo, timentes gladium ejus, & fiduciam habentes in Macedonibus, & Ægyptiis, quorum opem imploraverant. Interea adest jejuniũ majus, cui præsto esse debebat Hyrcanus in Domo sancta, ut offerret Sacrificia hoc die. Suffecit itaque duos filios suos, nempe Antigonum, & Aristobulum exercitui, præcipiens eis obsidere Samaritas, & in angustias redigere. Jussit quoque exercitui filiis suis obedire, & mandatis eorum obsequi: & profectus est in civitatem Domus sanctæ. Perrexit quoque Antiochus Macedo ad opem ferendam civibus Sebestes: & perlata est fama ejus duobus filiis Hyrcani, qui, suffecto qui Sebesten obsessioni instaret, obviam Antiocho iverunt: quem oppugnantes fugaverunt, & reversi sunt Sebesten. Adventavit præterea ex Ægypto Lythras filius Cleopatræ Reginæ ad opitulandum Samaritis. Hujus nuntium cum perlatum esset ad Hyrcanum, contendit ad eum transacta jam solennitate: cui occurrens oppugnavit acerrime, occiditque de viris ejus quamplures: & fugatus est Lythras, nec reversi sunt posthac Ægyptii opem ferre Samaritis. Et reversus est Rex Hyrcanus Sebesten, & institit in eam, donec gladio expugnavit, & occidit qui remanserant de civibus, & exterminavit eam, & mœnia destruxit.

HISTORIA LYTHRAE FILII Cleopatræ, & egressionis ejus contra matrem suam in Ægypto.

CAP. XXIIII.

Quædam de his Vid. apud Joseph. Antiq. lib. 13. cap. 18. in medio.

LYthras quidem filius Cleopatræ, cum roboratus esset bonis, & viris, descivit a matre sua Cleopatra: opitulantibus ei præclarissimis Regni. Accitos itaque Cleopatra duos viros de Judæis, quorum unus dicebatur Chelcias, alter vero Hananias, præposuit iis, qui secum remanserant ex magnatibus Ægyptiorum, ac præfecit ambos copiis Ægypti. Hi autem bene gerebant omnia erga plebem, & sapienter administrabant negotia regni. Hos misit Cleopatra ad oppugnandum Lythram: qui profecti ad eum inierunt bellum, & fugaverunt eum, profligatis viris ejus: qui fugit in Cyprum, ibique morabatur cum paucis, qui secum remanserant.

MENTIO SECTARUM Judæorum eo tempore.

CAP. XXV.

Meminit earum Josephus Ant. lib. 13. cap. 9. ante fin. Defectionis verò Hyrcani, quæ etiam hic habetur, cap. ejusd. lib. De Pharisæis consule Joseph. lib. Ant. cap. 3. post initium: de tribus verò sectis Ant. lib. cap. 2. sed præcipue de bello, lib. 2. cap. 7. pe totum.

ERant Judæorum eo tempore tres Sectæ: una Pharisæorum, id est, segregatorum, seu religiosorum, quorum institutum erat asserere quicquid in lege continetur, secundum prædecessorum expositiones. Secunda Sadducæorum, & sunt asseclæ viri cujusdam de doctoribus, nomine Sadoc; quorum institutum erat asserere secundum ea, quæ percipiuntur ex Textu legis, & de quibus demonstratur ex ipsa Scriptura; non autem quod in Textu non extat, nec demonstratur ex eo. Tertia vero Secta erat Chasidanim, seu virtutibus operam navantium: nec meminit auctor libri institutum istorum, nisi quatenus hoc elicitur ex nomine: incumbebant enim iis operibus, quæ ad præstantiores virtutes accedebant, quod est, Seligere ex istis duobus institutis, quod est tutius in fide, securius ac cautius.

وقد كان هرقانوس اوّلاً من المعتزله ثم انتقل الي الصدوقيه لما قال له بعض المعتزله
ليس يجوز لك ان تكون كاهنًا عظيمًا لان امك سُبيَّت قبل ان تلدك في ايام
انطيوخوس وولد السَّبيَّةِ لا يصلح ان يكون كاهنًا عظيمًا * وكان خطابهم هذا
بحضرة كبرآء المعتزله * وكان ذلك سبب انتقاله الي مذهب الصدوقيه * وكانوا
الصدوقيه يعادوا المعتزله فضربوا بينهم وبينه وحملوه علي ان قتل منهم من المعتزله
خلقًا كثيرًا وال الامر بينهم الي حرب وشرور عظيمه حصلت بينهم علي ممرّ السنين

* ذكر موتة هرقانوس ومدّة مُلكه *   * الفصل السادس والعشرون *

كان لهرقانوس ثلثه بنين انطيغنوس وارسطبلوس والاسكندر وكان هرقانوس محبًا
لانطيغنوس وارسطبلوس ومبغضًا للاسكندر * فراي في منامه ان الذي يملك من
بعده من اولاده هو الاسكندر فساه ذلك * وما راي ان يولّي في حياته احد ولديه الذين
يحبّهما من اجل روياه ولم يملّك الاسكندر من اجل كراهيته اياه * فترك الامر ليجري
من بعد وفاته علي ما يريده الله عز وجل * وكان آل يهودا في زمان ابيه وزمان عمّه
مجتمعين علي محبتهم والميل اليهم والطاعه لهم لمحاربتهم لاعداهم وحُسن سيرهم
فيهم * ولم يزالوا ايضًا مجتمعين علي محبة هرقانوس الي ان جَرَي منه ما جري من
قتل المعتزله واباحة اليهود ومحاربة بعضهم بعض علي الدّين * فتولّدت بينهم
العداوات الدايمه والشرور المتّصله والقتل الكثير * وكان ذلك سببًا لكراهيه
اكثرهم لهرقانوس * وكانت مدّة مُلكه حد وثلثين سنه وتوفّي *

* خبر ارسطبلوس بن هرقانوس *   * الفصل السابع والعشرون *

لما توفّي هرقانوس وملك ارسطبلوس ابنه فاظهر كُبرًا وتجبّرًا واقتدارًا وكان يلبس تاجًا
عظيمًا علي راسه احقارًا لتاج الكهانه المقدس * ومال الي اخيه انطيغنوس وقدّمه علي
جميع اصحابه وقيّد اخيه الاسكندر وقيّد امه لمحبتها لاخيه الاسكندر * وانفذ اخاه
انطيغنوس فحاربه فظفر به وبساير اعوانه واشياعه فقتلهم ثم عاد الي مدينة بيت
المقدس ووافق ذلك علّة عرضت لارسطبلوس * فلما قرب انطيغنوس من المدينه
ذكرت له علّة اخيه * فلما دخل الي المدينه مضي الي بيت الله ليحمد علي ما تفضل به
من خلاصه من عدوه وليسأل الله عز وجل ان يمنّ بعافية اخيه * فمضي بعض من
يعادي انطيغنوس ويحسده الي ارسطبلوس فقال له ان خبر علّتك قد اتّصل باخيك
وقد وافي هو واصحابه متقلّدين بالسلاح وقد صار الي القدس ليوافق اصحابه علي ان
يكبسك فيقتلك * فخاف الملك ارسطبلوس ان يكون ما قيل له عن اخيه ان يعاجل
علي اخيه قبل ان يتحقّق ما خُبر به عنه * فامر ساير غلمانه ان يقفوا بالسلاح في موضع
لا وصول لقصره من غيره * وامر ان ينادي المنادي بان لا يصير احد الي الملك بشي
من السلاح الي دار المُلك بغير اذن * ثم انفذ الي انطيغنوس يامره بالمصير اليه
فنزع انطيغنوس ما كان عليه من السلاح طاعةً للملك * فوافاه رسول
امراة اخيه ارسطبلوس وكانت مبغضه له * فقالت له ان الملك يقول لك قد اتصل
بي حسن هيّئتك في دخولك المدينه وقد اردت ان اراك علي تلك الصوره
فصر اليّ بزيّك حتي اشاهدك فاسَرّ * فلم يشك انطيغنوس ان هذه الرساله من
الملك كما قال الرسول وانه لم يرض له ان يساوي غيره في ازالة السلاح عنه

Hyrcanus autem fuit primo ex Pharisæis, tum migravit ad Sadducæos, eo quod dixerat illi quidam Pharisæorum: Non licet tibi esse Sacerdotem magnum, quia mater tua captiva fuit antequam te gigneret in diebus Antiochi: filium vero captivitatis non decet esse Sacerdotem magnum. Erat autem colloquium hoc præsentibus Pharisæorum Principibus. Quod quidem causa fuit transmigrationis ejus ad institutum Sadducæorum. Sadducæi autem inimicitias exercebant cum Pharisæis; quare inter eos discordias nutriebant, & eo induxerunt illum, ut interficeret de Pharisæis multitudinem plurimam, eoque devenit rerum calamitas, ut bella, & mala multa inter eos longo annorum spatio duraverint.

MENTIO OBITUS HYRCANI, & temporis regni illius.

CAP. XXVI.

Vid. Joseph. Ant. lib. 13. cap. 18. in fine. Et de Bello lib. 1. cap. 3. in initio.

ERant Hyrcano tres filii, Antigonus videlicet, Aristobulus, & Alexander. Diligebat autem Hyrcanus Antigonum, & Aristobulum: exosus vero erat ei Alexander. Vidit autem aliquando in somniis, quod regnaturus esset post se de filiis Alexander, quod mœrorem ei attulit. Nec illi visum est, ipso vivente, præficere quempiam filiorum suorum, quos diligebat, propter visionem: nec Alexandrum constituere Regem, quod invisus ei erat. Quare dimisit negotium, ut eum haberet eventum post obitum suum, qui Deo Opt. Max. erit in placitis. Erant autem Judæi tempore patris illius, & patruelium, consentientes in amore illorum, & propensi ad illorum obedientiam, ob hostium suorum debellationem, & res optime gestas ab eis. Persliterunt quoque conjuncti in amore Hyrcani, donec perpetrata est ab illo cædes Pharisæorum, & exterminium Judæorum, ac civilia bella ob religionem. Hinc obortæ sunt perpetuæ inimicitiæ, & continuata mala, & multæ clades. Quod quidem causa fuit multis detestari Hyrcanum. Fuit autem tempus regni illius triginta, & unius annorum, & defunctus est.

HISTORIA ARISTOBULI filii Hyrcani.

CAP. XXVII.

Habetur apud Joseph. Ant. lib. 13. cap. 19. & de Bello lib. 1. cap. 3. paulò post initium.

DEfuncto Hyrcano, regnavit post illum Aristobulus filius ejus, qui ostentavit fastum, superbiam, & potentiam, imponebatque capiti suo magnum Diadema, in despectum Diadematis Sacerdotii sancti. Propensus autem erat in fratrem suum Antigonum, quem prætulit omnibus amicis suis; Alexandrum vero fratrem suum in vinculis habuit, itidem & matrem suam, ob amorem illius erga Alexandrum. Et misit fratrem suum Antigonũ, qui oppugnavit eum, & vicit eum cum omnibus fautoribus & copiis, quas profligavit, & reversus est in civitatem Domus sanctæ. Accidit autem hoc, cum infirmus jaceret Aristobulus. Cum itaque accederet ad civitatem Antigonus, nuntiata est ei fratris ægritudo: qui ingressus civitatem, adiit Domum Dei, ut gratias ageret de collato sibi beneficio liberationis ab hoste, & efflagitaret Deum Opt. Max. ut fratri valetudinem largiretur. Petunt ergo quidam de hostibus, & osoribus Antigoni Aristobulum, & dicunt; Utique ægritudinis tuæ nuntium fratri tuo perlatum est, & ecce adventat cum sociis, instructus armis, & jam perrexit in Sanctuarium conciliaturus sibi socios, ut irruat in te, & occidat. Et timuit Rex Aristobulus ne ob id, quod sibi dictum est, citius properaret in fratrem suum, antequam certior fieret de relatis. Quamobrem præcepit universis pueris suis, ut armis instructi sisterent in loco quodam, quem declinare nequit, quicunque ejus petit palatium. Jussit præterea præconio præcini, ne quis ullo armorum genere instructus, in aulam ad Regem injussus accederet. Post hæc misit ad Antigonum, præcipiens ad se venire: quare exutus est Antigonus armis morem gerens Regi. Interim adventavit ad eum legatus uxoris fratris sui Aristobuli (quippe exosus ei erat) qua ait illi; Rex tibi dicit; Jam nuntiata mihi est pulchritudo habitus tui, cum ingredereris civitatem, & jam cupio te contemplari sub hac forma: quare perge ad me in hunc modum, ut intuens te gaudeam. Nec dubitavit Antigonus hanc legationem esse a Rege ut retulerat legatus, & quod eum nequaquam cæteris in armorum depositione vellet æquari.

فسار اليه بزيه وهيئته فلما انتهي الي الموضع الذي امر ارسطبلوس رجاله بالوقوف عليه وقتل من جاء اليه بالسلاح وراوه القوم لابسًا سلاحه شدّوا عليه فقتلوه للوقت وجري دمه علي الرخام في الموضع * فعظمت صرخة الناس وعلا بكاوهم وضجيجهم اسفًا علي قتل انطيغنوس لحسنه في نفسه وجميل تلاويه وما فعل * فلما سمع الملك صرخة الناس سال عن الخبر فعرف بان انطيغنوس قد قُتل * فعظم ذلك عليه لمحبة كانت له عنك ولانه لم يستحق ذلك منه وعلم بان حيلة عُملت علي اخيه * فصرخ وبكي بكاءً شديدًا وضرب صدره كثيرًا فتفرّت بعض عروق صدره ففاض الدم من فيه * واقبل اليه غلمانه ووجوه اصحابه بالتعزية والمدارة والتلطّف به لمنعه عن مثل ذلك الفعل اشفاقًا من هلاكه اذ كان عليلاً واشرف علي نفسه بما فعله * واحضروا طشتًا من ذهب لاستقبال الدم الذي كان ينبعث من فيه * وانفذوا الطشت بما فيه من الدم مع بعض الغلمان الي الطبيب ليشاهد ويشير بما يُستعمل له * فمضي الغلام بالطشت * فلما صار الي الموضع الذي فيه قُتل انطيغنوس وجري فيه دمه زلق الغلام ووقع وانصبّ ما كان في الطشت من دم الملك علي دم المقتول * فعاد الغلام بالطشت وعرّف خاصة الملك بما جري * فاقبلوا عليه بالشتم والتعنيف وهو يبري ويحلف انه لم يقصد ذلك ولا اراده * فسمع الملك ما كانوا فيه فسال ان يعرّفوه ما يقولونه فامتنعوا من ذلك فجزم عليهم فعرّفوه * فقال سبحان الحاكم العدل الذي صبّ دم الظالم علي دم المظلوم * ثم شهق فمات للوقت وكانت مدّة مُلكه سنة كاملة وبكاه ساير رعيته لانه كان شجاعًا مظفرًا جوادًا * ثم مَلَك اخوه الاسكندر بعده *

Et adivit illum eo modo & habitu. Qui cum perveniſſet ad locum illum, in quo juſſerat Rex Ariſtobulus viros ſuos ſiſtere, & occidere quicunque illuc armatus adventaret: & vidiſſent illum viri inſtructum armis ſuis, inſtiterunt in illum, & illico occiderunt: & fluxit ſanguis ejus ſuper marmora eo in loco. Et invaluit clamor hominum, ac elevatus eſt eorum fletus, & ululatus, condolentes necem Antigoni ob illius ſpecioſitatem, & ſermonis elegantiam, & ea quæ fecerat. Audiens itaque Rex clamorem hominum interrogavit de re, percepitq; Antigonum cæſum eſſe: quod ſummum attulit ei mœrorem; tum propter amorem, quo illum proſequebatur; tum quod talia non merebatur: & cognovit inſidias fratri tenſas fuiſſe: & exclamavit, flevitque fletu magno, & continenter percuſſit pectus; ita ut diſrumperentur quædam venæ illius pectoris, & erumperet ſanguis de ore ipſius. Acceſſerunt autem ad illum pueri, & principes amicorum ejus, conſolantes, & lenientes, & blandientes ei, ut ipſum diſtinerent ab hujuſcemodi opere, veriti, ne periret, cum eſſet æger, & prope animam exhalaret propter ea, quæ ab ipſo geſta ſunt. Acceperunt autem catinum aureum ad excipiendum erumpentem ex ore ſanguinem, & miſerunt catinum cum ſanguine, qui in eo erat per quendam puerorum, ad medicum, ut videret & conſuleret quid ei adhibendum eſſet. Et abiit puer cum catino, & cum adveniſſet in locum, in quo occiſus fuerat Antigonus, & fluxerat ſanguis ejus, prolapſus eſt puer, & cecidit, & effuſus eſt qui erat in catino ex ſanguine Regis, ſuper ſanguinem *fratris* ſui occiſi. Et reverſus eſt puer cum catino, indicavitque aulicis quod acciderat. Qui injuriis, & contumeliis impetiverunt juſtificantem, & jurantem id ſe haud ex induſtria, vel ſponte intendiſſe. Cum autem audiſſet Rex contendentes, petiit, ut ſibi indicarent quid conquerentur, qui ſe continuerunt; at ubi comminatus eſt, indicaverunt ei. Qui ait: Laus judici juſto, qui effudit ſanguinem oppreſſoris ſuper ſanguinem oppreſſi. Tum ingemuit, & mortuus eſt ſtatim: & fuit tempus regni illius unius exacti anni. Et flevit illum totus grex illius, quia erat magnanimus, victor, liberalis: & regnavit poſt illum frater illius Alexander.

* ذكر الاسكندر بن هرقانوس * * الفصل الثامن والعشرون *

MENTIO ALEXANDRI filii Hyrcani.

CAP. XXVIII.

Convenit pars prior capitis cum Joſepho Ant. lib. 13. cap. vid. etiam de Bello lib. 1. cap. 3. circa medium. Pars poſterior de victo à Latburo ad Jordanem Alexandro, veniente Cleopatra in ſubſidium, cæteriſque convenit quadantenus cum Joſepho Ant. lib. 13. cap. 21. part. Quædam etiam ex eis de Bello lib. 1. cap. 3.

لمّا مات ارسطبلوس فك القيد عن اخيه الاسكندر واُخرج من الحبس ووُلّي المُلك * وكان صاحب عكّه قد عصي وارسل لليطرا بن قلبطرن وساله ان يعينه علي ان يكون من قبله فأبَي عليه كثيرًا خوفًا ممّا لقيه من هرقانوس * فشجّعه الرسول بعاضدة صاحب صور وصيدا وغيرهما له * فسار ليطرا بثلثين الف رجل * واتّصل الخبر بالاسكندر فسبقه الي عكّه فنزل عليها واغلق اهل عكّه الباب في وجهه ومانعوه * فضيّق عليهم الاسكندر واقام محاصرًا لهم الي ان ورد اليه الخبر بمسير ليطرا فتنحّا عنهم * ووافاهم ليطرا واصحابه * وكان في اهل عكّه شيخ مقبول القول * فاشار علي اهل البلد بان لا يسمحوا بدخول ليطرا الي مدينتهم ولا يستجيبوا الي طاعته اذ هو علي غير دينهم * وقال لهم ان طاعة الاسكندر الذي هو من اهل دينكم اصلح لكم من طاعة ليطرا علي كل وجه * ولم يزل بهم الي ان قبلوا قوله ومنعوا ليطرا من الدخول الي عكّه وامتنعوا عن الدخول في طاعته * فحار ليطرا في امره ولم يدرِ ما يصنع * فاتّصل ذلك بملك صيدا فراسله ان يعاضده علي محاربة الاسكندر اما ان يظفرا به او ببعض مداينه فينكّتاه بذلك فيرجع ليطرا الي بلاده وقد اثّر اثرًا يُهاب به * فيكون ذلك اصلح له من ان يرجع علي الحال التي حصل عليها * فاتّصل ذلك بالاسكندر فراسل ليطرا بالجميل وحمل اليه هدية نفيسة ووافقه الّا يعاون صاحب صيدا * فقبل ليطرا هدية الاسكندر واجاب سواله * وسار الاسكندر الي صيدا وقاتل صاحبها فنصره الله عليه وقتل خلقًا كثيره من رجاله وهزمه وتسلم بلاد

POſtquam mortuus eſt Ariſtobulus, vinculis ſolutus eſt frater illius Alexander, & e carcere eductus ſucceſſit in regnum. Rebellaverat autem Præfectus urbis Acche, *quæ eſt Ptolemais*, & miſerat legatos ad Lythram filium Cleopatræ, flagitans, ut auxilio ſibi eſſet, reciperetque in clientelam, qui multum recuſavit, timens ea, quæ hactenus ſuſtinuerat ab Hyrcano. Cui animos addidit legatus ob promiſſa auxilia Domini Tyri, & Sydonis, aliorumque. Et profectus eſt Lythras cum triginta millibus virorum: & perlata eſt fama Alexandro, qui antevertit eum ad Ptolemaidem, & invaſit eam, clauſeruntq; cives Ptolemaidis portam in faciem ipſius, & prohibere eum conabantur. Quare coarctabat eos Alexander, inſtititque obſidens, donec nuntiatum eſt ei de profectione Lythræ: tunc enim receſſit ab eis, adventante Lythra cum ſuis. Erat autem inter Ptolemaidenſes cives ſenex quidam acceptæ auctoritatis, qui perſuaſit civibus, ne Lythram ingredi civitatem ſuam permitterent, nec ejus obedientiam admitterent, cum ſit alterius religionis. Ait illis quoque: Conducibilior quidem vobis undequaque erit obedientia Alexandro, qui ejuſdem religionis eſt, quam obedientia Lythræ; nec deſtitit donec admiſerunt ipſius ſententiam. Et prohibuerunt Lythram ingredi Ptolemaidem, negantes ei obedientiam. Et hæſit Lythras circa res ſuas, nec deliberabat, quid ſibi agendum eſſet. Et perlatum eſt hoc Regi Sidonis, ad quem miſit legatos, ut ei auxilio eſſet in bello contra Alexandrum, vel ut expugnarent illum, aut aliquas ejus civitates, & punirent eum in hoc, & ſic reverteretur Lythras in regionem ſuam, geſtis iis, quæ illum timendum redderent, quod ſane conducibilius illi fore, quam rebus infectis reverti. Et nuntiatum eſt hoc Alexandro, qui miſit ad Lythram honeſtam legationem cum pretioſiſſimo munere, & ſtatuit cum illo, ne auxilio eſſet Domino Sidonis. Et acceptavit Lythras munus Alexandri, annuens ejus petitioni. Alexander autem profectus eſt Sidonem, & oppugnavit Dominum ejus, quem victorem reddidit Deus adverſus eum, occiditque multitudinem plurimam de viris ejus, & ipſo fugato, obtinuit illius regionem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

ثم ان الاسكندر راسل قلبطرة في ان تسير عسكرها الي ليطرا ابنها ليسير هو ايضا بعسكره اليه ويقبل اليه ويسلمه اليها * فعلم ليطرا بذلك فسار الي جبل الجليل فقتل من اهله خلقًا كثيرة وسبي عشرة الاف وقتل من رجاله خلق كثير * ثم سار حتي وافي الاردن فنزل عليه ليريح برجاله ودوابه ثم يسير لبيت المقدس لمحاربة الاسكندر * فاتصل خبره بالاسكندر فسار اليه في خمسين الف منهم ستة الاف رجل معهم اتراس نحاس ويقال ان كل واحد منهم يقاوم عدة رجال * فوافاه علي الاردن وواقعه هناك فلم يرزق ظفرًا لانه كان واثقًا برجاله معتمدًا عليهم وعلي عددهم * وكان مع ليطرا رجال ذا معرفة بالحروب وتدبيرها * فاشار عليه ان يقسم اصحابه قسمين * قسم يكون مع ليطرا ومن معه للحرب * وقسم مع احد اصحابه * فقاتل الي نصف النهار وقتل من رجاله خلق كثيره * وخرج صاحبه بمن معه من بقية العسكر وهم مستريحون علي الاسكندر واصحابه وقد اجهدهم التعب فتمكن منهم كما اراد وقتل منهم خلقًا كثيرًا * وانهزم الاسكندر ومن بقي من رجاله الي مدينة بيت المقدس * ثم سار ليطرا عند المساء الي قريه بقربه فوافا به نسوه من اليهود وصبيان فامر بقتل بعضهم وطبخ لحمه واظهر ان في اصحابه من ياكل لحوم الناس * وانما اراد بذلك تخويف اهل البلد من اصحابه * ثم وافت قلبطرة فاستقبلها الاسكندر وعرفها ما صنعه ليطرا باصحابه ووافقها علي ان يسير معها في طلبه * فاتصل ذلك بليطرا وهرب الي حيث كانت سفنه مقيمه وركب فيها وعاد الي قبروس وعادت قلبطرة الي مصر * ولما كان في السنه الاخري سار الاسكندر الي غزة لان صاحبها عصي عليه وبعث الي بعض ملوك العرب واسمه هرتم ليعاونه * فاجابه الي ذلك وسار الي غزة فاتصل ذلك بالاسكندر فخلف بعض رجاله علي غزة وسار الي هرتم وواقعه فهزمه * ثم عاد الي غزة واقام عليها الي تمام سنه ففتحها * وكان السبب في فتحه لها ان اخو سلطانها وثب به فقتله * فطلب اهل المدينه ان يقتلوه فجمع اصحابه ومضي الي باب المدينه ونادي الي الاسكندر وساله ان يعطيه ولمن معه الامان ويدخل الي المدينه * فامنهم الاسكندر ودخل الي غزة وقتل اهلها وخرب هيكلًا كان فيها واحرق صنمًا كان من ذهب في ذلك الهيكل * ثم سار الي مدينة بيت المقدس وعيّد بها عيد المظال * ثم سار بعد انقضاء العيد الي هرتم فحاربه وقتل من رجاله خلقًا كثيرًا واشتد الامر علي هرتم وضاق وخاف التلف علي نفسه * فاستامن الي الاسكندر ودخل تحت طاعته وادي اليه الخراج فارتحل الاسكندر عنه وسار الي حماة وصور ففتحهما واخذ الخراج من اهلهما وعاد الي مدينة بيت المقدس *

Post hæc misit Alexander legatos ad Cleopatram, ut proficisceretur cum exercitu ad Lythram filiu suum, ut pergeret & ipse cum exercitu suo ad eundem, & captum traderet ei. Quod cognoscens Lythras abiit in montem Galilææ, & occidit de incolis multitudinem plurimam, & decem captivorum millia abduxit: & cæsa est de viris ejus multitudo magna. Inde profectus est quoadusq; pervenit ad Jordanem, & castrametatus est ibi, ut requiem caperent viri, & jumenta ipsius; deinde proficisceretur in Jerusalem ad oppugnandum Alexandrum. Quod nuntiatum est Alexandro, & contendit ad illum cum quinquaginta millibus, e quibus sex millia virorum habebant æneos clypeos: fertur autem quod unusquisq; eorum aptus esset resistere alicui numero virorum. Et invasit illum ad Jordanem, & congressus est cum illo ibi, at non obtinuit victoriam, quoniam fidebat in viris suis, & in eorum numero collocaverat fiduciam. Erant autem cum Lythra viri peritissimi in bellis, & instruendis aciebus: qui illi consuluerunt, ut divideret suos duas in partes: ita quidem, ut una pars esset cum Lythra, & cum suis ad prælia; altera vero cum aliquo suorum. Qui pugnavit usque ad Meridiem, & cæsa est de viris ejus multitudo magna. Et prodiit amicus ejus cum iis, qui secum erant de reliquo exercitu, integris viribus, contra Alexandrum, & suos, quos jam oppresserat labor, & obtinuit eos ut voluit, occiditque ex eis multitudinem plurimam: & fugit Alexander, & qui remanserant cum eo viri in civitatem Domus Sanctæ. Abiit quoque Lythras prope vesperam in oppidum quoddam proximum, & occurrerunt ei casu mulieres quædam de Judæis, & pueri, mandavitque occidi quosdam eorum, & coqui carnes, simulans inter suos esse, qui vescerentur carnibus humanis; intendens his incutere timorem suorum incolis regionis. Adventavit post hæc Cleopatra, quam excepit Alexander, & indicavit ei, quod fecerat Lythras suis, statuitque abire cum ea ad illius inquisitionem: quod cum perlatum esset Lythræ perfugit ad locum, ubi erat statio navium illius, quas conscendens reversus est in Cyprum: Cleopatra vero in Ægyptum rediit. Exacto autem anno profectus est Alexander in Gazam, quippe Dominus illius defecerat ab illo, & miserat ad quendam Regum Arabum nomine Hartam, ut sibi auxilio esset: cui annuit, & profectus est in Gazam, quod perlatum est ad Alexandrum, qui relictis quibusdam de viris suis contra Gazam, profectus est ad Hartam, & conseruit cum illo manus, & fugavit eum. Dein reversus est in Gazam, & instans adversus eam, exacto anno expugnavit. Fuit autem expugnationis hujus causa, frater Domini illius, qui irruens in illum occidit. Hic, civibus quærentibus illum occidere, cogens amicos, abiit ad portam civitatis, interpellavitque Alexandrum, petens ut data sibi, suisque securitate, ingrederetur urbem: quibus data Alexander dextra ingressus est Gazam, & occidit cives ejus, atque evertit templum, quod in ea erat, ac succendit Idolum aureum, quod in templo erat. Quibus peractis perrexit in civitatem Domus Sanctæ, ibique celebravit festum Tabernaculorum. Exacto itaque festo sese expedivit contra Hartam, quem oppugnavit, occiditque de viris ejus multitudinem plurimam: & coarctatæ sunt valde res Hartam, & in angustiam redactæ, timuitque sibi ultimum exterminium. Quare securitatem ab Alexandro poscens, prætutit illi obedientiam, & tributa ei contulit. Discessitq; ab eo Alexander, & profectus est in Hemat, & Tyrum, & expugnavit eas, & accepto tributo a civibus, reversus est in civitatem Domus Sanctæ.

* ذكر ما جري من الحرب بين المعتزله والصدوقيه *

* الفصل التاسع والعشرون *

MENTIO PRÆLIORUM, QUÆ contigerunt inter Pharisæos, & Sadducæos.

CAP. XXIX.

De præliis inter Pharisæos & Sadducæos nil Josephus. At de præliis Alexandri & Judæorum, in fine cap. 21. lib. 13. Antiq. & de Bello lib. 1. cap. 3. De Demetrio verò primùm Alexandrum debellante, postea ab eodem devicto, quæ in hoc cap. recensentur; Cap. 22. prædicti lib. 13. Antiq. & eod. cap. 3. de Bello. Cæterùm & hic, ut & alibi, non consentire historiam hanc Arabicam cum Josepho notandum est: quæ Demetrium ab Alexandro occidi refert, quem Josephus apud Parthorum regem detentum, sed in honore habitum, morbo absumptum esse scribit, in fine cap. 22. lib. 13. Antiq.

ثم حدثت شرور بين المعتزله والصدوقيه ودامت مدة ستة سنين وعاون الاسكندر الصدوقيه علي المعتزله فقتل منهم في مدة ستة سنين خمسين الفا * وفسد الحال بين الفريقين فسادًا تامًا وتاكدت العداوه * واستحضر الاسكندر شيوخ الفريقين ولطف بهم وتضمن لهم انه يبلغ محبتهم * واجابوه بانك تستوجب عندنا القتل لكثرة ما سفكت من الدم الزكي فليس بيننا وبينك الا السيف *

DEinde contigerunt mala inter Pharisæos, & Sadducæos, & perduraverunt sex annorum spatio. Et auxilio fuit Alexander Sadducæis contra Pharisæos, e quibus interfecta sunt spatio sex annorum, quinquaginta millia. Quare rerum status inter utramque Sectam ad internecionem usque corruptus est, & penitus confirmatæ sunt inimicitiæ. Accitos itaque Alexander seniores utriusque Sectæ blande allocutus est & ad reconciliationem hortatus. Cui responderunt: Utique nece secundum nos dignus es, ob effusam sanguinis innocentis copiam: quare inter nos nihil intercedat nisi gladius.

ثم ظاهر القوم بعد ذلك بالخلاف عليه وراسلوا دمتريوس المقدوني في ان يجيهم في عسكر ويضمنوا له انهم يعاونوه علي الاسكندر واصحابه وانهم يردون آل يهودا الي طاعة المقدونيين فسار اليهم دمتريوس في جيش عظيم • واتصل ذلك بالاسكندر فانفذ الي من استاجر له ستة الاف رجل من المقدونيين واضافهم الي رجاله وسار الي دمتريوس • وسارت الي دمتريوس جماعة من اليهود المعتزلة • فدس دمتريوس الي المقدونيين الذي مع الاسكندر من ينهاهم عنه فلم يجيبوه الي ذلك • ودس الاسكندر الي من مع دمتريوس من اليهود من يستميلهم اليه فلم يجيبوا الي ذلك • والتقي الاسكندر ودمتريوس ووقع بينهما حرب هلك فيه جميع رجال الاسكندر ونجي هو وحده الي بلد يهودا • فلما سمع اصحابه بانه قد سلم وعرفوا مكانه فاجتمع اليه منهم نحو ستة الاف رجل جبابرة بني اسرايل واستامن اليه جماعة ممن كان قد مضي الي دمتريوس • ثم تبادروا اليه الناس من كل موضع فعاد الي محاربة دمتريوس في خلق عظيم فهزمه ورجع دمتريوس الي بلده • وسار اليه الاسكندر الي انطاكيه واقام عليها ثلثة سنين فخرج اليه دمتريوس يقاتله فظفر به الاسكندر فقتله • وسار عن المدينه وعاد الي بيت المقدس الي عند اهلها واعظموه واكرموه وشكروه علي محاربته لاعدايهم واتفق آل يهودا علي طاعته فاطمن قلبه • وانفذ سراياه الي ساير اعدايه فظفر بهم ونصر عليهم • فملك جبال الشراه وبلد عمّان وموآب وبلد فلسطين وساير ما كان بيد العرب المحاربين له الي حدود البريه • واستقام امر ملكه وامن رعيته وامن بلاده •

• ذكر وفاة الاسكندر بن هرقانوس • • الفصل الثلثون •

ثم اعتلّ الاسكندر الملك بحمي الرباع فدامت عليه ثلثة سنين • فعصي عليه صاحب مدينه يقال لها رغبه فسار اليها بعسكر قوي واخذ معه زوجته واهله فنزل علي المدينه فلما اشرف علي فتحها قويت عليه العلّة واشفي منها • فايست منه زوجته وكان يقال لها الاسكندره • فتقدمت اليه وقالت له قد علمت ما بينك وبين المعتزلة وابناك صبيان صغيران وانا امراه ونحن جميعًا نضعف عن مقاومتهم فما الراي عندك لي ولهم • فقال لها الراي عندي ان تقيمي علي هذه المدينه حتي تفتح لان فتحها قد قرب • فاذا فتحت فرتبي امرها علي حسب ما قررت امثالها • وتظهري في جميع ذلك اني عليل وانك انما تصدرين عن رايي في جميع ما تفعلين واكتمي موتي لمن تثقين به من خدمك • فاذا فرغت من ذلك فسيري الي مدينة بيت المقدس بعد ان تكوني قد صبّرتي جسمي الي ان اجفّ ولا تخلّي موضعي من الطيب الكثير حتي لا تظهر مني رايحة مكروه • واذا استقرّ امر البلد وسرت من هذا الموضع فادرجيني في طيب كثير وادخليني الي قصري كاني عليل فاذا حصلت فيه فاستدعي وجوه المعتزلة • فاذا ادوك فاكرميهم وخاطبيهم بالجميل ثم قولي لهم ان الاسكندر قد مات وهوذا اسلّمه اليكم فاصنعوا به ما احببتم وانا لكم من بعده من حيث تحبون • فاذا فعلت ذلك فانا اعلم انهم لا يفعلوا بي وبكم الا الجميل والعامه تتبعهم فيستقيم امرك من بعدي ويكون الامر لك الي ان يكبرا ابناك • ثم توفي الاسكندر واخفت زوجته موته وفتحت المدينه ثم سارت الي بيت المقدس واستدعت وجوه المعتزلة وخاطبتهم بما وصّاها به الاسكندر •

Tum post hæc palam exercere inimicitias cœperunt, mittentes legatos ad Demetrium Macedonem, ut cum exercitu ad se adventaret, pollicitantes se illi auxilio fore contra Alexandrum, & suos; & Hebræos in Macedonum obedientiam reducturos: ad quos profectus est Demetrius cum exercitu magno. Quod, & Alexandro nuntiatum est, qui misit qui sibi conduceret mercede sex millia virorum de Macedonibus, quos viris suis adjiciens, contendit ad Demetrium. Abierunt quoque ad Demetrium multi de Judæis Pharisæis: & misit Demetrius clam ad Macedones, qui erant cum Alexandro, qui illos avocaret ab illo; at nequaquam morem ei gesserunt. Misit & Alexander clam ad Judæos, qui erant cum Demetrio, qui illos in suam inclinarent partem: at neque hi morem gesserunt ipsi. Et occurrentes Alexander, & Demetrius prælium commiserunt, in quo omnes Alexandri viri perierunt: & evasit ipse solus in regionem Judæ. Obaudientibus autem suis, quod incolumis evasisset, & cognoscentibus locum in quo erat, congregata sunt ad eum circiter sex millia virorum fortissimorum filiorum Israel; & sese ei commiserunt multi de illis, qui defecerant ad Demetrium. Dein confluxerunt ad eum homines undique, & reversus est ad oppugnationem Demetrii cum multitudine magna, & fugavit eum: reversusque est Demetrius in regionem suam. Et contendit Alexander contra illum in Antiochiam, & obsedit eam tribus annis; egredientem autem Demetrium ad pugnam vicit Alexander, & occidit; recessitque ab urbe, & reversus est in Jerusalem ad cives; quem magnificaverunt, honorantes, atque laudantes pro expugnatis hostibus: consenseruntque Judæi illi obedire, & conquievit cor ejus; misitque exercitus suos ad universos hostes, quos profligavit, & victoriam reportavit de illis. Potitusque est montibus Sarah, & regione Ammon, & Moab, & regione Palæstinorum, & omnibus, quæ erant in manu Arabum, qui cum illo decertabant, usque ad terminos solitudinis. Et directæ sunt res Regni illius, & securum reddidit gregem suum, & regionem suam.

MENTIO OBITUS ALEXANDRI filii Hyrcani.

CAP. XXX.

Convenit cum Joseph. Ant. lib. 13. c. 23. part. post. & de Bello Jud. lib. 1. cap. 4.

DEinde ægrotavit Alexander Rex febri quartana, triennio integro. Deficiente autem ab eo, domino urbis Ragabæ nuncupatæ, duxit illuc exercitum fortem, habens secum uxorem, & familiam, obseditque civitatem. Cum autem prope esset, ut expugnaretur, invaluit morbus, & vires collapsæ sunt: omnemque amisit uxor, (quæ Alexandra dicebatur) spem salutis ejus: Quæ accedens ait illi; Jam scis quid intercedit inter te, & Pharisæos: Duo vero filii tui parvuli pueri sunt; & ego mulier, nec simul omnes valebimus eis resistere: quid ergo consilii & mihi, & ipsis dabis? Ait illi; Consilium meum est, ut instes contra hanc civitatem, donec expugnabitur, quod prope erit. Cum autem expugnata fuerit, stabilies res ejus, juxta quod stabilitæ sunt similes. Cum omnibus tamen his, simulabis me ægrum jacere, & quodcunque facies ex meo consilio te facere simula, & mortem meam detege iis famulis, quibus fidis. Cum autem absolveris hæc, perge in civitatem Domus Sanctæ, recondito ante aromatibus corpore meo, & exsiccato: & cumula locum meum multis aromatibus, ne prodeat a me detestabilis fœtor. Et cum regionis status stabilitus fuerit, tum profecta inde, involve me multis aromatibus, & in palatium introducito tanquam ægrum: & cum ibi fuero, accersito Principes Pharisæorum, quos accedentes honora, & bona verba loquere eis; tum dicito: Alexander jam mortuus est, & ecce trado illum vobis, facite de illo quodcunque vobis placuerit: ego vero ero vobis posthac, ut vobis lubebit. Si enim feceris hoc, optime quidem scio, nihil eos facturos mihi & vobis nisi bonum, quos sequetur plebs: & dirigentur res tuæ post me, & tu secure dominaberis, donec creverint duo filii tui. Post hæc obiit Alexander, cujus mortem uxor celavit, & expugnata civitate, rediit Jerusalem, & accitos Principes Pharisæorum allocuta est, prout monuerat illam Alexander.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

فاجابوها القوم بان الاسكندر ملكهم وهم رعيته وخاطبوها بكل خطاب جميل وضمنوا لها بان يولوها امرهم * ثم خرجوا فجمعوا النّاس واخذوا جسم الاسكندر وساروا به الي مقبرته مكرمًا * واستدعوا النّاس الي تمليك الاسكندره فاجابوا الي ذلك وملّكوها * وكانت سنين مُلك الاسكندر سبعه وعشرين سنه *

* خبر اسكندره الملكه * * الفصل الواحد والثلثون *

لما ملكت الاسكندره واستحضرت أُجلّة المعتزله وتقدّمت اليهم بمكاتبة ساير من كان قد هرب منهم في ايام هرقانوس وفي ايام الاسكندر الي مصر وغيرها بالعوده الي بلد يهودا وتعرّفهم ميلها اليهم وانها لم تعارضهم في مذاهبهم ولا منعتهم من اقامة سننهم كما منعهم الاسكندر وهرقانوس * واطلقت ساير من كان منهم في المحبوس * فاجتمع القوم من كل مكان وكفّ الصدوقيه من اذيتهم واستقامت امورهم وصلحت احوالهم وارتفعت المنازعه من بينهم * فلما كبرا هرقانوس وارسطبلوس ابنا الاسكندر جعلت هرقانوس كاهنًا كبيرًا لانه كان متواضعًا وديعًا سليمًا * وجعلت ارسطبلوس ريسا الجيش * فكان شديدا الباس ذا قوّة ونجدة * وضمت اليه جيش الصدوقيه ولم ترى ان تملّكه لانه كان صبيًّا * وانفذت الي ساير من كان يودّي الخراج الي الاسكندر واخذت اولاد ملوكهم وجعلتهم ليكونوا رهاين عندها فدامت لها الطاعه منهم ودام حملهم الخرجات اليها في كل سنه * واجملت السّيره في الناس واظهرت العدل وامرت به قومها فدامت لها ولهم السلامه ورزقوا منهم المحبّة *

* ذكر ما جري من المعتزله على الصدوقيّه في زمان الاسكندره *

* الفصل الثاني والثلثون *

كان للصدوقيّه ريّسا مقدما عند الاسكندر اسمه دياجنيس * وكان قد حمله على قتل ثمانماية رجل من المعتزله في وقت من الاوقات * فجآء روسآء المعتزله الي الملكه وذكروا لها ما كان من دياجنيس وما صنعه وسالوها ان تطلق لهم قتله ففعلت * فاخذوه وجماعة معه من الصدوقيه فقتلوهم * فعظم ذلك على الصدوقيّه * فساروا الي ارسطبلوس فاخذوه معهم ودخلوا الي الملكه فقالوا لها * قد علمتِ ما كان منّا من الصّبر على الاهوال العظيمه والحروب والمجاهدات الكثيره الّتي مرّت بنا في نصرة الاسكندر وهرقانوس ابيه * وما كان ينبغي ان تطرحي حقّنا وتبسطي علينا ايادي اعدائنا ولا تضعي مراتبنا * لان مثل هذا لا يخفي عن هرتم وغيره من اعدايكم ممن عرف باسنا ولم يقدر على مقاومتنا وامتلات قلوبهم خوفًا منّا * ومتي علموا ما جري علينا منك تصوّروا ان قلوبنا قد خبثت لكِ * ومتي طمعوا في ذلك لم تامني خلافهم عليك * وما نصبر ان تقتلنا المعتزله كالغنم فاما ان تكفّي شرهم عنّا والّا فاطلقي لنا ان نخرج عن المدينه الي بعض بلدان يهودا * فقالت لهم افعلوا ذلك ليكف اذاهم عنكم * فاخذوا الصدوقيّه في الخروج عن البلد * فخرج روساهم مع ساير تبّاعهم من رجال الحرب فساروا بنعمهم الي قري اختاروها من قري يهودا واقاموا بها واضاف اليهم المعروفين بالفُضلا *

Cui reſponderunt illi ; Alexandrum ipſorum fuiſſe Regem, & ipſos gregem illius ; & allocuti ſunt eam omni benevolentia, pollicitantes eam præficere rebus ſuis. Tum egreſſi congregaverunt homines, & accipientes corpus Alexandri, ſumptuoſe extulerunt ad ſepulchrum : atque acciverunt homines ad conſtituendam Alexandram in Reginam : quibus annuentibus conſtituta eſt. Fuerunt autem anni Regni Alexandri ſeptem & viginti.

HITORIA ALEXANDRÆ Reginæ.

CAP. XXXI.

Quæ hic de Alexandra reg. uxore Alexandri referuntur, habet Joſephus Ant. lib. 13. cap. 24. in initio. Et de Bello lib. 1. cap. 4 in medio.

CUm autem regnaſſet Alexandra, accivit ad ſe Principes Phariſæorum, & præcepit eis ſcribere ad univerſos, qui fugerant ex illis in diebus Hyrcani, & in diebus Alexandri, in Ægyptum, aliaſque partes, ut reverterentur in regionem Judæ. Et indicavit illis ſuam erga eos propenſionem, nec ſeſe oppoſuit inſtitutis eorum, neque interdixit eorum cæremonias, quemadmodum interdixerant Alexander, & Hyrcanus. Dimiſit quoque omnes, qui ex illis in carceribus detinebantur. Et convenerunt undequaque, continueruntque ſe Sadducæi illis nocumenta inferre. Et directæ ſunt res, & proſperatus ſtatus ipſorum ſublatis contentionibus. Cum autem creviſſent Hyrcanus, & Ariſtobulus, duo filii Alexandri, conſtituit Hyrcanum Sacerdotem magnum, cum eſſet humilis, manſuetus, ac ſimplex : Ariſtobulum vero conſtituit Principem exercitus, erat enim ſtrenuus, fortis, & magnanimus, adjunxitque ei exercitum Sadducæorum ; nec ſibi viſum eſt conſtituere illum Regem, cum eſſet puer. Miſit quoque ad eos omnes, qui deferebant tributa Alexandro, & accepit filios regum ipſorum, & conſtituit eos penes ſe obſides, ac jugiter præſtiterunt ei obedientiam, deferentes ſingulis annis tributa. Et recte ambulavit cum populo, divulgans juſtitiam, eamque præcipiens populo ſuo facere. Quare perduravit utriſque pax : & conſecuta eſt eorum amorem.

MENTIO EORUM QUAE GESTA ſunt a Phariſæis, contra Sadducæos tempore Alexandræ.

CAP. XXXII.

Referuntur à Joſepho Ant. lib. 13. cap. 24. paulò poſt initium : & de Bello lib. 1. cap. 4. verſus finem.

ERat Sadducæis Princeps quidam prælatus apud Alexandrum, nomine Diogenes, qui induxerat illum aliquando ad occidendos octingentos viros de Phariſæis. Veniunt ergo Principes Phariſæorum ad Reginam, & commemorant ei, quod geſſerat Diogenes, & perpetraverat, rogantes, ut ſibi permitteret illum occidere : quæ fecit. Quem accipientes, & multos cum illo Sadducæos jugularunt. Quod multum ægre ferentes Sadducæi, profecti ſunt ad Ariſtobulum, & ſecum ſumentes, adiverunt Reginam, & dixerunt ei ; Jam cognoviſti quam terribilia, ac magna ſuſtinuimus : & bella, ac plurima certamina, quæ geſſimus, opem ferentes Alexandro, & Hyrcano patri ejus : nec propterea conſentaneum erat noſtra proterere jura, & extendere ſuper nos manus inimicorum noſtrorum, ac noſtras deprimere dignitates. Hujuſcemodi enim res nequaquam latebit Hartam, & alios de inimicis veſtris, qui experti ſunt noſtram fortitudinem nec reſiſtere nobis valuerunt, & timore noſtri completa ſunt corda eorum. Quoties ergo perceperint, quod nobis intuliſti, concipient, quod corda noſtra in te machinentur : qua de re cum certiores facti fuerint, in te prævaricaturos fore, crede. Nec ſuſtinebimus occidi a Phariſæis, tanquam oves. Aut ergo coerce a nobis malitiam eorum, aut permitte nobis egredi de civitate ad aliqua oppida Judæ. Quibus ait ; Facite hoc, ut arceatur a vobis illorum noxa. Et egreſſi ſunt Sadducæi de civitate, egreſſique ſunt Principes eorum cum ſequacibus de viris belli, ac profecti ſunt cum pecoribus ſuis ad civitates, quas elegerant de civitatibus Judæ, & habitaverunt in eis : adjectique ſunt illis operam navantes virtutibus, i. *Haſdanim*.

* ذكر وفاة الاسكندره *

* الفصل الثالث والثلثون *

ثم اعتلّت الاسكندره العلّة التي توفّت بها، فلما وافت وايس منها خرج ابنها ارسطبلوس من بيت المقدس مع عبدٍ كان له بالليل ومضي الي جبعة الي عند رجلٍ من كُبرآء الصدوقيّه وكان صديقًا له فاخذه معه ومضي الي القري التي فيها الصدوقيّه فعرّفهم علّته واستنهضهم الي الخروج معه ونصرته ومعاونته علي محاربة اخيه ومن معه من المعتزله وتمليكه * فاجابوه الي ذلك وظاهروا بالخلاف علي الاسكندره * وجمعوا الرجال الي ارسطبلوس من ساير النواحي * فانتهي خبرهم الي هرقانوس الكاهن ابن الاسكندره والي شيوخ المعتزله * فدخلوا الي الاسكندره وهي لما بها فعرّفوها الخبر وذكروا لها شدّة خوفهم من ارسطبلوس ومن معه علي ابنها هرقانوس وعلي نفوسهم * فقالت انا علي سبيل التلف واهتمامي بامري ابدي واولي وما الذي اقدر ان اصنع وانا علي مثل هذا الحال * ورجالنا واموالنا وعدّتنا معكم وبايديكم فدبّروا الامر بحسب ما يتّجه لكم صوابه واستعينوا بالله علي اموركم واسالوه الكفايه * ثم قضت نحبها * وكانت مدّة عمرها ثلثه وسبعين سنه * ومدّة ملكها تسع سنين *

* ذكر محاربة ارسطبلوس لهرقانوس اخيه بعد موت الاسكندره *

* الفصل الرابع والثلثون *

لما خرج ارسطبلوس من بيت المقدس في ايام الاسكندره خلّف امراته وبنيه ببيت المقدس * فلما اتّصل خبر خروجه بالاسكندره اعتقلتهم في دار ووكلت بهم * فلما توفّت الاسكندره اخذهم هرقانوس اليه واحسن اليهم وحفظهم ليخلّصوه من اخيه ان يظفر به * ثم ان ارسطبلوس سار في عسكر عظيم حتي صار الي الاردن وخرج اليه هرقانوس في جيش المعتزله * فلما التقيا العسكران قُتل من جيش هرقانوس خلق كثير * وانهزم هرقانوس وبقية عسكره فتبعهم ارسطبلوس ورجاله فقتلوا كل من ظفروا به منهم الّا من استامن اليهم * ثم رحل هرقانوس الي مدينة بيت المقدس ووافاها ارسطبلوس مع عسكره واحاطت بها عساكره من كل جهه وعمل علي الاحتيال لهدم الحصن * فخرج اليه شيوخ ال يهودا وشيوخ الكهنه فنهوه عمّا كان قد عمل عليه وسالوه ازالة ما كان في نفسه علي اخيه فاجاب الي ذلك * ثم قرّروا الامر بينهما علي ان يكون ارسطبلوس ملكًا علي آل يهودا وهرقانوس يكون كاهنًا كبيرًا في بيت الله ووزيرًا للملك * فاجابهم ارسطبلوس الي ذلك ودخل الي المدينه واجتمع مع اخيه هرقانوس في بيت الله وتحالفا علي الثبات علي ما قرّروا الشيوخ بينهما * وملك ارسطبلوس ووزر له هرقانوس * وهدي الناس واستقامت امور هذين الاخوين وصلحت احوال رعيتهما وبلدهما *

* ذكر انطيفاتر اي هيرودس الملك وما اثار من الفتن والحروب بين هرقانوس وارسطبلوس *

* الفصل الخامس والثلثون *

كان انطيفاتر رجلًا من آل يهودا ومن ولد بعض من صعد من بابل مع عزرا الكاهن وكان ذا عقل وتدبير ومكر وشدّة باس وشجاعة قلب وخلق حسن ولطف ومداراة وكان موسرًا كثير الضياع والمال والمواشي *

MENTIO OBITUS Alexandræ.

CAP. XXXIII.

Morbus, & Obitus Alexandræ, & Ariſtobuli filii contra Hircanum fratrem molitiones referuntur à Joſepho lib. 13. Ant. cap. 24. Hut. in fine : & de Bello lib. 1. cap. 4.

POſt hæc cecidit Alexandra in morbum, ex quo obiit. Cujus cum prope deſperaretur ſalus, egreſſus eſt filius ejus Ariſtobulus de Jeruſalem cum famulo ſuo noctu ; Abiitque in Gabatham ad quendam virum de Principibus Sadducæorum de amicis ſuis, quem ſecum ſumens, perrexit ad urbes, quas incolebant Sadducæi, notamque fecit eis cauſam ſuam, hortatuſque eſt eos ſecum egredi, & opem ferentes auxilio ſibi eſſe in bello contra fratrem, & Phariſæos, & Regem ſe conſtituere. Cui morem gerentes, palam prævaricati ſunt in Alexandram, cogentes viros ad Ariſtobulum undequaque. Quorum fama perveniente ad Hyrcanum Sacerdotem filium Alexandræ, & ſeniores Phariſæorum, adiverunt Alexandram, cum eſſet eo in ſtatu, & indicaverunt ei rem, inculcantes ipſi magnitudinem timoris, quo ſibi, filioque Hyrcano timebant ab Ariſtobulo, & iis, qui cum eo erant : quibus ait ; Ego quidem ſum prope interitum, quare æquius, ac conducibilius mihi est rerum mearum ſatagere : quid ergo facere poſſum in tali conſtituta ſtatu? Viri autem noſtri, & bona noſtra, & arma noſtra penes vos, & in manibus veſtris ſunt : dirigite itaque negotium, ut rectum vobis videtur, Dei implorantes opem pro rebus veſtris ; rogantes ab eo liberationem. tum fatis conceſſit. Fuit autem tempus illius ætatis ſeptuaginta trium annorum, tempus vero regni illius, novem annorum.

MENTIO OPPUGNATIONIS Ariſtobuli contra Hyrcanum fratrem ſuum poſt mortem Alexandræ.

CAP. XXXIV.

Refertur à Joſepho, unà cum conventione inter fratres, ut Ariſtobulus regno, Hircanus ſacerdotio potiretur, lib. 14 Ant. cap. 1. & de Bello lib. 1. cap. 4. in fine.

CUm egreſſus eſſet Ariſtobulus de Jeruſalem in diebus Alexandræ, reliquerat uxorem, & filios ſuos in Jeruſalem. Cum autem perveniſſet fama egreſſionis ejus ad Alexandram, deligavit eos in domo quadam poſita cuſtodia. Defuncta autem Alexandra, adduxit eos Hyrcanus ad ſe, & benefecit eis, atque ſervavit, ut liberarent eum a fratre ſuo, ſi forte vinceret eum. Tum Ariſtobulus duxit exercitum magnum uſque ad Jordanem, contra quem egreſſus eſt Hyrcanus cum exercitu Phariſæorum. Cum autem ſibi concurriſſet uterque exercitus, interfecta eſt de exercitu Hyrcani multitudo magna, & fugit Hyrcanus, ac reliquus exercitus ejus. Quos inſequentes Ariſtobulus, & viri ejus, occiderunt quencumque comprehendebant, exceptis iis, qui ſeſe dedebant. Deinde receſſit Hyrcanus in Civitatem ſanctam, quo adventavit & Ariſtobulus cum exercitu ſuo, & concluſerunt eam caſtra undequaque, intentavitque arte deſtruere munitionem. Ad quem egreſſi ſunt Seniores Judæ, & Seniores Sacerdotum, & vetuerunt eum perpetrare, quod machinatus erat, rogantes ut ex animo dimoveret quicquid inerat contra fratrem ſuum : cui rei aſſenſus eſt. Tum ſtabilitum eſt inter eos, ut Ariſtobulus eſſet Rex ſuper Judam, Hyrcanus vero Sacerdos magnus in domo Dei, & ſecundus a Rege. Et aſſenſus eſt eis Ariſtobulus, atque ingreſſus civitatem, & convenit cum fratre ſuo Hyrcano in Domo Dei, & juraverunt ſimul, rata habere ea, quæ ſtabilierant inter ſe Seniores. Regnavitque Ariſtobulus, & ſecundus ab eo habitus eſt Hyrcanus. Et conquieverunt homines, ac directæ ſunt res horum duorum fratrum, & pacatus eſt ſtatus gregis, & regionis eorum.

MENTIO ANTIPATRI, ID EST Herodis Regis, &, quas excitavit, ſeditionum, & bellorum inter Hyrcanum, & Ariſtobulum.

CAP. XXXV.

Pars prior hujus cap. de Antipatro patre Herodis convenit cum Joſepho Ant. lib. 14. cap. 2. poſterior verò ex expeditione Aretæ & Hircani contra Ariſtobulum eod. cap. 3. ejuſd. lib. Vid. Joſeph. de Bello lib. 1. in principio ſummatim hæc recenſente.

ERat Antipater vir de Judæis, ac de filiis quorundam eorum, qui aſcenderant de Babylone cum Hezdra Sacerdote. Erat autem ſapiens, prudens, aſtutus, ſtrenuus magnanimus, bonæ indolis, benignus, ac familiaris, dives quoque, & multarum villarum, facultatum, & pecudum

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

وكان الاسكندر الملك قد ولّاه على بلد ادوم فتزوج امراه منهم واولدها اربع بنين وهم فاسيلوا وهيروديس الذي ملك يهودا وفرورا ويوسف * ثم صُرف عن جبال الشراه وهو بلد ادوم في ايام الاسكندر واقام بمدينة بيت المقدس وكان هرقانوس يحبه ويميل اليه واراد ارسطبلوس ان يقتله فلم يتم له ذلك * وخاف انطيفاتر من ارسطبلوس خوفاً شديداً فاخذ في التدبير على دولة ارسطبلوس سرّاً * فقصد وجوه الدوله وتوثّق منهم في كتمان ما يريد ان يفشيه اليهم فوثقوه * فذكر لهم سو طريقة ارسطبلوس وظلمه وتعديته وسفكه الدما واخذ المُلك الذي كان اخوه الاكبر احق به منه * ثم خوفهم الله عزّ وجلّ متي لم يزيلوا يد الظّالم ويوصّلوا الحق الي اهله * فلم يبق احد من الوجوه حتي احاط به واستماله الي طاعة هرقانوس ونحّاه عن طاعة ارسطبلوس وهرقانوس لا يعلم بل قد احكمه انطيفاتر له لانه لم يرد ان يطلعه على ذلك من قبل احكامه * فلما احكم هذا الباب مع القوم صار الي هرقانوس فقال له ان اخاك شديد الخوف منك لانه يري انه على غير الثقه من امره مهما انت حيّ وهو يتراصد وقتاً يتم فيه ان يقتلك فلا يبقي عليك * فلم يقبل هرقانوس قوله لخيريّته وسلامة قلبه * وكرّر انطيفاتر القول عليه في اوقاتٍ كثيره وحمل مالا جزيلا الي جماعه مِمّن كان يثق بهم هرقانوس ويركن اليهم حتي قالوا له نظير ما قاله له انطيفاتر من حيث لم يوهّمه انهم علموا انما خاطبه به انطيفاتر * فصدّق هرقانوس قولهم ودعته نفسه الي تدبيرِ امرٍ يخلص به من اخيه * فلما عاود انطيفاتر من هذا الامر اعلمه ان قد تبيّن صدق قوله وعلم نصحته له وسألهُ عن الراي في ذلك * فاشار عليه انطيفاتر بالخروج من المدينه الي مَن يأمن علي نفسه عنده ويكون له عوناً وعضداً * ثم مضي انطيفاتر الي هرتم فوافقه علي ان يجيه هرقانوس فيجاوره لانه يوثر يجاوره اخيه * فسرّ هرتم بذلك فاجاب اليه * فعاهد انطيفاتر علي انه لا يسلّم هرقانوس ولا انطيفاتر الي من يعاديهما ابداً وانه يكون عوناً لهما وحاميا عنهما * ثم عاد الي بيت المقدس وعرّف هرقانوس ما فعله وما توافق عليه هرتم من المسير اليه * فخرجا من المدينه بالليل وصارا الي هرتم واقاما عنده مدّةً * ثم ان انطيفاتر اخذ في حمل هرتم علي المسير مع هرقانوس في عسكر لمحاربه اخيه ارسطبلوس والقبض عليه * فامتنع هرتم من ذلك خوفاً من انه لا يطيق مقاومة ارسطبلوس فلم يزل انطيفاتر يهوّن عليه امر ارسطبلوس ويرغّبه في المال وعظم السمعه والذكر الي ان اجاب الي المسير علي ان هرقانوس يرد عليه ساير ما اخذ ابوه الاسكندر من القري والضياع الّتي كانت له * فاجابهم هرقانوس الي ذلك وعاهدهم عليه * فسار هرتم مع هرقانوس في خمسين الفا فارس وراجل وسار الي بلد يهودا * فخرج اليهما ارسطبلوس وحاربهما * فلما قويت الحرب استامن الي هرقانوس من عسكر ارسطبلوس خلق كثير * فلما راي ذلك ارسطبلوس رفع الحرب وردّ الي معسكره خوفاً من ان يستامن العسكر كله فيوخذ * فلما كان في الليل خرج ارسطبلوس وحده من معسكره وسار الي مدينة القدس * وعلم العسكر مضيه من غدٍ فاستامن اكثرهم الي هرقانوس وتبدّد الباقون * وسار هرقانوس وهرتم وانطيفاتر الي مدينة بيت القدس بعسكر عظيم فوجدوا ارسطبلوس قد استعدّ للحصار وغلق ابواب المدينه واوقف على الاسوار من يمانع عنه * فنزل هرقانوس وهرتم وعساكرهما علي المدينه فحاصراها *

Hunc vero præfecerat Alexander Rex Idumæorum regioni, unde duxerat uxorem, ex qua quatuor ſuſcepit filios, Phaſelum videlicet, Herodem, qui regnavit ſuper Judam, Pheroram, ac Joſephum. Dein remotus a montibus Sarah, id eſt regione Idumæorum in diebus Alexandri, habitavit in civitate Domus Sanctæ: diligebatque illum Hyrcanus, & erga ipſum propenſus erat, quare voluit Ariſtobulus illum interficere, quod tamen aſſecutus non eſt. Timuit itaque Antipater Ariſtobulum timore vehementiſſimo, ac propterea clam machinari cœpit in regnum Ariſtobuli. Adivit ergo principes regni: acceptaque arcani celandi ſecuritate circa ea, quæ proditurus erat, memorare eis cœpit peſſimam Ariſtobuli viam, tyrannidem, impietatem, & effuſionem ſanguinis perpetratam ab eo, & uſurpationem regni, quo dignior erat frater ejus major. Tum incuſſit eis timorem Dei Opt. Max. niſi amoverent manum Tyranni, & redderent debitum Domino digno. Nec remanſit quiſpiam de principibus, quem non circumvenerit, & inclinaverit ad obedientiam Hyrcani, removens ab obedientia Ariſtobuli, Hyrcano neſciente, ſed hæc ipſi adſcribebat Antipater, nolens indicare ei antequam id ſtabiliret. Cum itaque ſtabiliviſſet rem hanc cum gente, adivit Hyrcanum, & ait illi; Utique frater tuus valde te timet, eo quod videt res ſuas haudquaquam ſecuras eſſe dum vivis, aucupatur propterea tempus interficiendi te, nec te ſuperſtitem paſſurus eſt. At Hyrcanus verbis ejus fidem non præſtitit, ob bonitatem, & ſimplicitatem cordis ſui. Quare Antipater iteravit illi ſermonem eundem ſemel atque iterum: obtulit quoque pecuniam plurimam viris, quibus fidebat Hyrcanus, eiſque acquieſcebat, ut loquerentur ipſi ſimilia iis, quæ locutus fuerat Antipater, dummodo non imaginaretur ipſos noviſſe, quod allocutus fuerat eum Antipater. Credidit itaque Hyrcanus verbis eorum, & inductus eſt moliri aliquid, quo liberaretur a fratre ſuo. Cum ergo iteraret illi Antipater rem hujuſcemodi, ſignificavit ei, jam patere ſibi veritatem verborum ejus, atque ſcire ipſum bene admonuiſſe, ſciſcitatuſque eſt de conſilio circa hoc. Cui conſuluit Antipater egredi de civitate ad aliquem, cui ſeſe fideret, & ope, atque auxilio illi eſſe poſſet. Et adiit Antipater Hartam, & conſtituit cum eo, ut venientem Hyrcanum exciperet hoſpitem, quoniam ſuſpectam habet cohabitationem fratris. Quo gauiſus eſt Hartam, & amplexatus eſt hoc: pepigitque cum Antipatro ſe nequaquam traditurum Hyrcanum, & Antipatrum hoſtibus eorum, & auxilio fore, ac protecturum eos. Et reverſus eſt Jeruſalem. ac notum fecit Hyrcano quod geſſerat. & ſtatuerat cum Hartam de profectione ad illum. Quare egreſſi ſunt ambo de urbe noctu, & profecti ſunt ad Hartam, moratique ſunt apud illum aliquo tempore. Tum Antipater perſuadere cœpit Hartam, ut duceret exercitum cum Hyrcano ad debellandum, capiendumque Ariſtobulum fratrem illius. At Hartam renuit id proſequi, timens ne impares ſibi eſſent vires ad reſiſtendum Ariſtobulo. Antipater vero nequaquam deſtitit facile ei reddere negotium Ariſtobuli, & pecuniarum vi id ei inſinuare, & magnificentia famæ, & memoriæ, donec acquievit proficiſci, ita tamen, ut reſtitueret ei Hyrcanus quicquid abſtulerat Alexander pater ejus ex urbibus, & oppidis, quæ ad ſe ſpectabant. Quibus acquieſcente Hyrcano, & fœdus feriente, profectus eſt Hartam, & Hyrcanus cum quinquaginta millibus equitum, & peditum, contendens in regionem Judæ: ad quos egrediens Ariſtobulus, congreſſus eſt cum eis. Cumque invaluiſſet pugna, ſeſe contulerunt ad Hyrcanum de exercitu Ariſtobuli viri quamplures. Quod videns Ariſtobulus receptui cecinit, & reverſus eſt ad caſtra, timens ne afflueret exercitus totus, & ipſe caperetur. Ingruente autem nocte, egreſſus eſt Ariſtobulus ſolus de caſtris, & contendit ad civitatem ſanctā. Et cum facto mane innotuiſſet exercitui profectio illius, major pars eorum junxerunt ſe Hyrcano, reliqui vero palantes abſceſſerūt. Hyrcanus vero, Hartam, & Antipater perrexerunt ad civitatem Domus Sanctæ, ducentes exercitum magnum: inveneruntque Ariſtobulum jam paratum obſidionem ſubire; clauſerat enim portas civitatis, atque ſtatuerat ſuper mœnia propugnatores. Et caſtrametati ſunt Hyrcanus, & Hartam cum exercitibus ſuis contra civitatem, & obſederunt eam.

* خبر غنوس ريس عسكر الروم *

* الفصل السادس والثلثون *

واتفق ان خرج غنوس ريس جيش الروم الي تركان الارمني ليحاربه * وكان اهل دمشق وحمص وحلب وما يليها من ارام وهم ينسبون الي الارمن قد عصوا على الروم * فانفذ غنوس سكاورس الي دمشق واعمالها لياخذها * فاتصل ذلك بارسطبلوس وهرقانوس * فارسل ارسطبلوس الي سكاورس رسلا ومالا عظيما فساله ان يسير اليه في العسكر ليعينه على هرقانوس * فانفذ اليه هرقانوس ايضا رسلا وساله معاونته علي ارسطبلوس ولم ينفذ اليه هدية * وابي سكاورس ان يسير الي واحد منهما لكنه كتب الي هرتم يامره بالتنحي عن مدينة بيت المقدس هو وعسكره وينهاه عن معاونة هرقانوس على اخيه ويوعده ان خالفه بالمسير اليه الي بلده بعسكر الروم والارمن * فلما وصل كتابه الي هرتم رحل لوقته عن المدينه ورحل هرقانوس ايضا وتبعهما ارسطبلوس في نفر من اصحابه ولحقهما وحاربهما فقتل في ذلك الحرب من العرب عدد كثيره وقتل من آل يهودا رجال كثيره * وعاد ارسطبلوس الي مدينة القدس * ثم وافي غنوس الي دمشق فحمل اليه ارسطبلوس بستانا وكرما من ذهب وزن الجميع خمسماية بدرة مع هدية نفيسه بيد رجل يقال له نيقوماذس وساله ان يعاونه على هرقانوس * وارسل ايضا هرقانوس انطيفاتر الي فمفيوس وساله مثال ذلك * فمال فمفيوس وهو غنوس الي معاونة ارسطبلوس ووقف انطيفاتر على ذلك فتسبب الي ان خلا في فمفيوس فقال له ان الذي حصل لك من ارسطبلوس ليس هو شي يسترجع اذا لم تعينه ولك عند هرقانوس اضعافه * وليس يقدر ارسطبلوس ان يدخل آل يهودا في طاعتك وهرقانوس يقدر على ذلك * فتصور فمفيوس ان الامر على ما قال انطيفاتر وسر ان يتم له طاعة آل يهودا * فقال لانطيفاتر انا اعاون صاحبك على ارسطبلوس الا اني اظهر اني اعينه عليكم ليطمئن الي فاني لا آمن به متي علم اني اعاون اخاه عليه ان يعصي بجميع الرجال ويحترز ويبعد امره ولكني استدعيه الي واسير معه الي مدينة القدس وابلغ حينيذ لصاحبك ما يجب عليه مع انه يحمل الينا من الخراج في كل سنه *

* رسول ارسطبلوس *

ثم استدعا نيقوماذس وقال له سر الي صاحبك وعرفه اني قد اجبته الي ما سال وخذ كتابي اليه وقل له يبادر بالمصير الي ولا يتخالف لاني منتظره * وكتب لارسطبلوس كتابا هذه نسخته *

من غنوس صاحب جيش روميه الي ارسطبلوس الملك ابن الملك والكهنة سلام عليك * قد وصل البستان والكرم الذهب وقبلتهما وانفذتهما الي الكهل والمدبرين وقد قبلوهما في هيكل روميه وشكروك وكتبوا الي معاونتك وتمليكك على آل يهودا * فان رايت تبادر بالمصير الي لاسير معك الي مدينة القدس وابلغ محابك فعلت ذلك *

فمضي نيقوماذس الي ارسطبلوس بكتاب غنوس * وعاد انطيفاتر الي هرقانوس وعرفه بما قرر غنوس واشار عليه بالمسير الي دمشق *

HITORIA GNEI PRINCIPIS exercitus Romanorum.

CAP. XXXVI.

Quæ in hoc cap. habentur, de Hyrcani & Aristobuli legationibus à Scauro petentibus auxilium, et de fratrū legatos apud Pompeiū de regno disceptatione, & de reliquis hoc cap. contentis, narrantur à Jos. lib. Ant. 14. capp. 4. 5. 6. 7. & 8. dempto tantum fine: & de Bel. lib. 1. cap. 5. paulò post initium, excluso etiam fine.

ACcidit autem, ut egrederetur Gneus Princeps militiæ Romanorum ad Tyrcanem Armenum expugnandum: Nam Damasci cives, & Hames, & Halepi, & reliqui Syriæ, qui referuntur ad Armenos, jam rebellaverant contra Romanos: ac propterea miserat Gneus Scaurum Damascum, & in ditiones illius, ut occuparet eas: quod quidem Aristobulo, Hyrcanoque perlatum est. Misit ergo Aristobulus ad Scaurum legatos, & pecuniam plurimam, rogans eum ad se venire cum exercitu, ut sibi auxilio esset contra Hyrcanum. Misit quoque Hyrcanus ad eum legatos, efflagitans ejus opem adversus Aristobulum, sed non misit ei munus. Scaurus vero renuit proficisci ad quempiam eorum, sed scripsit ad Hartam, præcipiens ei, ut recederet ab urbe Domus Sanctæ cum exercitu suo, & prohibuit eum auxilium ferre Hyrcano adversus fratrem ejus, & minatus est se venturum in regionem ejus cum exercitu Romanorum, & Syrorum, nisi morem sibi gesserit. Cum autem pervenisset epistola ad Hartam, statim recessit ab urbe; recessit & Hyrcanus quoque, quos insecutus est Aristobulus cum aliquo numero suorum, & apprehendit eos & conflixit cum illis; occisusque est ea in pugna de Arabibus magnus numerus, cæsique sunt de Judæis viri plurimi, & reversus est Aristobulus in sanctam Civitatem. Interim adventavit Gneus Damascum, cui detulit Aristobulus hortum, & vineam ex auro, pendentes omnes quingenta talenta, cum pretiosissimo munere, per virum nomine Nicomedem, rogavitque eum, ut sibi auxilio esset contra Hyrcanum. Misit quoque Hyrcanus Antipatrum ad Pompeium, similia petens. Et inclinatus est Pompeius (& ipse est Gneus) ad auxiliandum Aristobulo. Quod videns Antipater, quærebat opportunitatem, donec seorsum convenit Pompeium, & ait illi; Utique quod habuisti ab Aristobulo, nequaquam erit restituendum, etsi auxilium ei non feras: Hyrcanus tamen duplum tibi offert: nec poterit Aristobulus subjicere tibi Judæos, Hyrcanus vero id præstabit. Et arbitratus est Pompeius rem se habere ut dixerat Antipater, & gavisus est, si Judæos sibi subjicere posset. Quare dixit Antipatro; Ego opem feram amico tuo contra Aristobulum, tametsi simulem opitulari illi adversus vos, ut se mihi fidat. Nam certus sum, quod quoties cognoverit me opem ferre fratri suo adversus se, prævaricabitur cum omnibus viris, sibique cavebit, & in longius protrahentur res illius. Sed arcersam illum ad me, & ibo cum illo in Civitatem sanctam, & faciam tunc, ut amicus tuus assequatur suum jus, cum hoc tamen, ut deferat nobis singulis annis tributum.

Legatus Aristobuli.

POst hæc, accito Nicomedi, dixit; Vade ad dominum tuum, & indica ei, quod acquieverim ejus petitioni, & ferto ei meam epistolam, & dicito ei; ut festinans absque mora veniat ad me, nam eum expecto. Scripsitque Aristobulo epistolam cujus hoc est exemplar.

Ab Gneo duce militiæ Romanorum Aristobulo Regi, filio Regni, & Sacerdotii, Salus tibi. Jam pervenit hortus, & vitis, aurei, & accepi eos, & misi ad Seniorem, & Rectores, quos suscipientes collocaverunt in templo Romæ, gratias tibi agentes. Scripserunt præterea, ut auxilio tibi essem & constituerem te Regem super Judæos. Si ergo tibi visum fuerit venire ad me festinanter, ut contendam tecum ad Civitatem sanctam, & adimpleam tua optata faciam hoc.

Et abiit Nicomedes ad Aristobulum cum Gnei epistola: reversusque Antipater ad Hyrcanum indicavit ei promissionem Gnei, consulens ei, ut pergeret Damascum

فسار هرقانوس الي دمشق وسار ارسطبلوس واجتمعا بدمشق في مجلس فمفيوس
وهو غنوس * فقال انصيفاتر وشيوخ آل يهودا الي غنوس * اعلم ايها القايد
الجليل ان ارسطبلوس هذا قد تعدّا علينا واخذ الملك بالسيف من اخيه
هرقانوس الذي هو احق منه لانه اخوه الاكبر وهو ايضا خير منه واعدل
في سيرته * ولم يقنع في ظلمه لاخيه حتّي ظلم ساير من حولنا من الامم
وسفك دماهم واخذ اموالهم بغير حق وواكّد بيننا وبينهم عداوات لم نريدها،
ثم قاموا الف شيخ يشهدوا بصحة ما قاله * فقال ارسطبلوس ان اخي هذا
هو احسن مني ولم اُطلب المُلك الاّ لمّا رايت ساير مَن كان في طاعة
الاسكندر ابينا قد عصانا بعد موته لمّا علموا ما عليه اخي من العجز،
فلما رايت ذلك علمت انه يجب عَلَيّ ان اتسلم الملك اذ كُنت اَقوَمُ بالحروب
وَاضبَطُ للمُلك منه فتسلّمته وحاربت مَن عصي علينا ورديته الي الطاعة
وبهذا وصّي ابونا قبل وفاته * واقام عليه شهود يشهدون بصحة قوله * ثم
سار فمفيوس عن مدينة دمشق يريد بيت المقدس * فدسَّ انطيفاتر الي
اهل المداين الذين حاربهم ارسطبلوس وحرّكهم الي ان يتظلّمون الي غنوس
ويذكروا جور عليهم ففعلوا ذلك * فتقدّم اليه غنوس ان يكتب كتاباً
بان لا يدًا له عليهم وانه لا يتعارض لهم ابدا ففعل ذلك * وخرج القوم عن
طاعة آل يهودا * فلما راي ارسطبلوس ما فعل به غنوس سار هو ورجاله من
عسكر غنوس بالليل من غير امر وسار الي مدينة بيت المقدس وسار غنوس
في طلبهم حتي وافي مدينة بيت المقدس فنزل عليها * فلما نظر ارتفاع
اسوارها واحكام بنيانها وكثرة الناس بها وما حولها من الجبال علم بان اللطف
والحيلة بارسطبلوس عليه اَولَي من مفاسدته * فراسله في الخروج اليه وآمنه *
فخرج اليه ارسطبلوس واستقبله غنوس بالجميل ولم يذكر له شيًا مما جري
منه * ثم قال ارسطبلوس لغنوس اريد ان تعينني علي اخي ولا تمكن مني احد
من اعداي وعلي ذلك كلما تريد * قال غنوس ان اردت ذلك احمل اليّ
جميع ما في الهيكل من الاموال والجواهر حتي ابلّغك ما تحب. فقال ارسطبلوس
اني افعل ذلك * فانفذ غنوس قايدًا يقال له غابينيوس في رجال كثيرين للقبض
علي ما في الهيكل من المال والجواهر * فامتنع اهل البلد والكهنة من
تمكينه من ذلك * فقابلوا غابينيوس وقتلوا كثيرًا من رجاله واصحابه
واخرجوه من المدينة * فسخط غنوس علي ارسطبلوس وقيّده * ثم سار بعسكره
ليهجم علي المدينة ويدخلها * فخرج اليه من اهل المدينة خلق كثير
فمنعوه من ذلك وقتلوا كثيرًا من رجاله * فهاله ما رآي من كثرتهم وشجاعتهم
وشدّة باسهم واتّفاقهم وهَمَّ بالرحيل عنهم * ووقعت الشرور في المدينة بين
اصحاب ارسطبلوس واصحاب هرقانوس * لان بعضهم ارادوا يفتحوا لفمفيوس
وبعضهم كره ذلك * فوقع بينهم القتال لذلك وعظمت الحال ودام الحرب.

Perrexit itaque Hyrcanus Damascum: perrexit quoque Aristobulus, & convenerunt Damasci in consistorio Pompeii, qui est Gneus, & dixerunt Antipater, & Seniores Judæorum Gneo: Scias dux præclarissime, quod Aristobulus hic jam prævaricatus sit adversus nos, & usurpaverit gladio regnum fratris sui Hyrcani, qui dignior eo est, cum sit frater major, melioris quoque, & justioris vitæ: nec sat illi fuit opprimere fratrem, atqui oppressit omnes, quæ in circuitu nostro sunt gentes, effundens sanguinem earum, & facultates injuste expilans, atque confirmans inter nos, & eas inimicitias, a quibus abhorremus. Tum steterunt mille senes testantes veritatem verborum illius. Et ait Aristobulus; Sane frater hic meus melior me est: at non appetivi regnum, nisi cum vidissem universos, qui fuerant subjecti Alexandro patri nostro, jam prævaricatos fuisse in nos post mortem illius, cognoscentes fratris mei impotentiam. Quæ cum inspexissem, cognovi me oportere suscipere regnum eo quod melior eram ad bella, & aptior eo conservationi regni: & oppugnavi quicunque contra nos prævaricati sunt, & restitui obedientiæ: & hoc est mandatum patris nostri ante obitum ejus: statuitque testes, qui testarentur veritatem verborum suorum. His gestis discessit Pompeius ab urbe Damasco, petens Domum Sanctam: Antipater vero clam misit ad incolas civitatum, quas expugnaverat Aristobulus, concitans eos, ut conquererentur apud Gneum exponentes exercitam in se illius tyrannidem: Quod quidem præstiterunt. Et præcepit ei Gneus, scribere libellum manumissionis, & quod nequaquam molestiam illis foret illaturus; quod quidem fecit, & exemptæ sunt gentes ab obedientia Judæorum. At Aristobulus cum vidisset quod fecerat sibi Gneus, discessit ipse, & viri ejus de exercitu Gnei noctu, ipso inconsulto, & profectus est ad civitatem Domus Sanctæ, & insecutus est eum Gneus donec pervenit ad civitatem Domus Sanctæ, circa quam castrametatus est. Cum vero vidisset altitudinem murorum, & firmitatem ædificiorum ejus, & multitudinem hominum, qui in ea erant, & montes ambientes, cognovit blanditias, & astutiam in Aristobulum conducibiliores fore, quam irritamenta: quare legatos ad eum misit, ut ad se egrederetur, promissa securitate: & egressus est ad eum Aristobulus, quem benigne suscepit Gneus, nulla mentione facta de antegestis ab eo. Post hac, ait Aristobulus Gneo; Vellem, ut auxilio mihi esses adversus fratrem meum, nulla data hostibus meis in me potestate, & pro hac re quodcunque vis, habebis. Respondit Gneus; Si vis hoc, defer ad me quicquid est in templo pecuniarum, & gemmarum, & consequi te faciam quod optas: Cui ait Aristobulus; Profecto id faciam. Et misit Gneus ducem nomine Gabinium cum plurimis viris ad capessendum quicquid erat in templo pecuniarum, & gemmarum. At cives, & Sacerdotes renuerunt permittere id: quare obstiterunt Gabinio, occidentes plurimos de viris, & amicis ejus, & expulerunt de urbe. Unde iratus Gneus in Aristobulum, catenis devinxit. Tum perrexit cum exercitu, ut irrumperet in urbem, & ingrederetur eam. At egressi de civibus quam plurimi cohibuerunt eum ab hoc, multis de viris ejus cæsis. Et quidem deterruit illum, quam viderat, multitudo, magnanimitas, atque fortitudo gentis: quibus timore perculsus secedere ab eis constituerat, nisi oborta fuissent mala in urbe inter amicos Aristobuli, & amicos Hyrcani. Nam quidam eorum volebant aperire Pompeio, quidam vero ab hoc abhorrebant. Quare congressi sunt propter hoc, & incrementum sumente hoc rerum statu, perduravit bellum.

ووقف فمفيوس على ذلك فتقدّم هو وعسكره الي باب المدينة * ففتح بعض القوم الباب فدخل وقبض على قصر الملك * ولم يتمكّن من الهيكل لان الكهنة اغلقوا الابواب وضبطوا الطّرقات بالرجال * فانفذ اليهم فمفيوس من يقاتلهم من كل ناحية فهزمهم * وتقدّم اصحابه الي الهيكل فصعدوا على سوره ونزلوا اليه وفتحوا ابوابه وقتلوا فيه علّة من الكهنة * وجآ غنوس حتي دخل اليه * فاعجبه ما راي من حسنه وبهجته * وهاله ما راي فيه من المال والجوهر وتوقّف على ان ياخذ منه شيًا * وتقدّم الي الكهنة بتنظيف البيت من القتلا وتقريب القرابين على رسومهم *

* ذكر تمليك هرقانوس بن الاسكندر علي آل يهودا ومسير صاحب جيش الروم الي روميه *

* الفصل السابع والثلثون *

ثم ان فمفيوس ملّك هرقانوس وحمل اخاه ارسطبلوس مقيدًا * وامر بان لا يبقا لآل يهودا يدًا على احد ممّن كان تحت ايدي ملوكهم قبل مجيه واخذ الخراج عن مدينة بيت المقدس * ووافق هرقانوس على بيعته الي الروم في كل سنه * وسار واخذ ارسطبلوس معه وابنيه وبنتيه * وبقي له ابن يقال له الاسكندر لم يصل فمفيوس اليه لانه هرب * وخلّف فمفيوس مدينة بيت المقدس مع هرقانوس وانطيفاتر ومعهما سكاوروس صاحبه *

* خبر الاسكندر بن ارسطبلوس *

* الفصل الثامن والثلثون *

لما سار فمفيوس الي روميه وسار هرقانوس وانطيفاتر الي العرب حتي ادخلوهم تحت طاعة الروم * وكان ذلك من العرب لثقتهم بمودة انطيفاتر لهم وركونهم الي رايه * واراد انطيفاتر ان تكون له هناك يد عند الروم * فلما وقف الاسكندر بن ارسطبلوس على مضي هرقانوس وانطيفاتر وسكاوروس الي العرب وبعدهم عن مدينة القدس سار حتي وافاها ودخل قصر الملك فاخرج مال انفقه على مرمّة ما كان هدمه فمفيوس من سور المدينه وعقد لنفسه جيشا واحكم ساير ما اراد احكامه قبل ان يعود هرقانوس ومن معه الي مدينة بيت المقدس * فلما عادوا خرج اليهم لقيهم فحاربهم وهزمهم *

* خبر غابينيوس والاسكندر بن ارسطبلوس *

* الفصل التاسع والثلثون *

وكان غابينيوس قد خرج من روميه ليقيم في ارض ارام ليضبطها فاتّصل به خبر ما فعل الاسكندر بن ارسطبلوس من بناية ما هدمه فمفيوس ومحاربته خليفته وقتله لاصحابه * فسار حتي وافي بيت المقدس وسار اليه هرقانوس ومن معه * فخرج اليهم الاسكندر في عشرة الاف راجل والف وخمساية فارس فحاربهم فهزموه وقتلوا من رجاله علّة * وهرب الي مدينة يقال لها الاسكندرونه في ارض يهودا * فتحصّن بها هو ورجاله * وسار اليه هرقانوس وغابينيوس ومن معهما فحاصراه * وخرج اليهما الاسكندر فحاربهما وقتل خلقًا من رجالهما وبرز اليه مرقوس المسمّي انطونيوس فهزمه الي الاسكندرونه *

Quod percipiens Pompeius se applicuit cum exercitu portæ civitatis, cui quidam ex populo januam aperientes, ingressus occupavit palatium Regis, at templum obtinere non potuit, quoniam Sacerdotes clauserant januas, & aditus incluserant viris. Ad quos misit Pompeius qui oppugnarent undequaque, & fugaverunt eos. Accedentes autem amici ejus ad templum, ascenderunt murũ, & descenderunt in illud, aperueruntque portas ipsius interfecta multitudine Sacerdotum. Venit autem Gneus, donec ingressus est illud, & demiratus est pulchritudinem, & splendorem illius, quem viderat, & obstupuit cum vidisset opes, & gemmas, quæ in eo erant, & abstinuit accipere ex illo quicquam: mandavitque Sacerdotibus repurgare Domum cæsis, & offerre sacrificia juxta patrios ritus.

MENTIO CONSTITUTIONIS Hyrcani filii Alexandri in regem super Judæos, & profectionis ducis militiæ Romanorum Romam.

CAP. XXXVII.

Quæ hic de Pompeio constituente Hircanum in regem (vel Joseph. in Pontificem;) & Aristobulum, & duos filios (evadente in itinere Alexandro) totidémque filias captivos secum abducente Romam, narrantur: quædam ex his & plura referuntur à Josepho Ant. lib. 14. cap. 8. in fine: & de Bel. lib. 1. cap. 5. itidem in fine.

HIs peractis, constituit Pompeius Hyrcanum in Regem, abduxitque fratrem illius Aristobulum catenis devinctum; mandavit præterea ne ullam haberent Judæi potestatem super eos, qui subacti erant a regibus eorum ante ejus adventum, & exegit tributum ab urbe Domus Sanctæ, & convenit cum Hyrcano, ut inauguraretur a Romanis singulis annis. Et profectus est ducens secum Aristobulum, & duos filios, & filias ejus: remansitque ipsi filius nomine Alexander, quem capere non potuit Pompeius, eo quod fugerat. Subrogavit itaq; Pompeius in civitate Domus Sanctæ Hyrcanum, & Antipatrum, atque cum eis Scaurum collegam suum.

HISTORIA ALEXANDRI filii Aristobuli.

CAP. XXXVIII.

De bello Scauri cum Arabum rege, & fœdo Antipatri ne... necnon de Alexandro Hierosolymam occupante & instaurante, vid. Joseph. Ant. lib. 14. cap. 9. & de Bel. lib 1. cap 6. in princip.

CUm profectus est Pompeius Romam, perrexerunt Hyrcanus, & Antipater ad Arabes, ut subigerent eos Romanorum obedientiæ. Quod quidem præstiterunt Arabes, confidentes familiaritati Antipatri, & multum tribuentes ejus consilio: quibus intendebat Antipater sibi reconciliare Romanos. Cum ergo percepisset Alexander filius Aristobuli expeditionem Hyrcani, Antipatri, & Scauri contra Arabes, & longe eos recessisse ab urbe Sancta, profectus est donec illuc adventavit: & ingressus Regiam, protulit inde pecuniam in expensas restaurationis muri civitatis, quem exciderat Pompeius. Coegitque sibi exercitum, & firmavit ea omnia, quæ voluit, antequam reverteretur Hyrcanus, & qui cum eo erant, in civitatem Domus Sanctæ: revertentibus vero, obviam egressus est, & oppugnavit, atque profligavit.

HISTORIA GABINII & Alexandri filii Aristobuli.

CAP. XXXIX.

De qua consule Joseph. lib. Ant. 14. cap. 10. & de Bel. lib. 1. cap. 6. paulò post initium. Nota insuper quòd Alexandrum, quem autor Arabicus hic à Gabinio occisum narrat, Josephus, à Scipione occisum refert, Ant. lib. 14. cap. 13. & de Bel. lib. 1. cap. 7.

JAm egressus erat Gabinius Roma, ut moraretur in terra Syriæ, ad illius curam gerendam: & nuntiatum est ei quod gesserat Alexander filius Aristobuli, extruendo quod destruxerat Pompeius, & oppugnando successorem ejus, atque occidendo amicos. Quare perrexit, donec venit Jerusalem: & contendit ad eum Hyrcanus, & qui cum eo erant. Quibus obviam egressus est Alexander, cum decem millibus peditum, & mille quingentis equitibus, & decertavit contra eos: quem profligantes occiderunt ex viris ejus aliquem numerum, fugitque in quandam urbem quæ dicitur Alexandrium, in terra Judæ, in qua sese munivit cum viris sui. Et profectus est ad eum Hyrcanus, Gabinius quoque, & qui cum eis erant, & obsederunt eum. Et egressus est ad eos Alexander, decertavitque cum eis, & occidit de viris eorum multitudinem. Et processit ad eum Marcus, qui nominatur Antonius, & fugavit in Alexandrium

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

خرجت ام الاسكندر الي غابينيوس وضرعت اليه وسالته ان يعطي ابنها الاسكندر الامان فاجابها غابينيوس الي ذلك فخرج الاسكندر اليه فقتله غابينيوس * وراي ان يقسم بلدان يهودا خمسة اقسام * احدها بلاد القدس وما يليها والوالي على هذا القسم هرقانوس * والقسم الثاني الغدير وما يليها * والثالث ايريحا والاغوار * والرابع حماة الذي في بلد يهودا * والخامس صفوريه * واراد بذلك ان يزيل الحروب والفتن من بلد يهودا فلم تزول *

Et egressa est mater Alexandri ad Gabinium, deprecans, atque rogans, ut filio Alexandro daret securitatem; cui acquievit Gabinius in hoc, & egressus est ad eum Alexander, quem occidit Gabinius: cui visum est dividere regiones Judæ quinque in partes. Una est Jerosolymitana regio, & quæ ei adjacent: & huic parti præfectus est Hyrcanus. Altera vero pars est Gadira, & quæ ei subjacent. Tertia autem Jericho, & campestria. Quarta quidem est Hemat in regione Judæ. Quinta tandem Sephoris. Intendit his removere bella, & seditiones a regione Judæ, sed nequaquam remota sunt.

* خبر هرب ارسطبلوس وابنه انطيغنوس من روميه وعودتهما الي بلد يهودا *

* وذكر موت ارسطبلوس *

* الفصل الاربعون *

ثم ان ارسطبلوس عمل الحيلة حتي تمّ له ان هرب من روميه ومعه ابنه انطيغنوس وصار الي مدينة يهودا * واظهر ارسطبلوس امره واستامن اليه خلق كثير اختار منهم ثمانية الاف وسار الي غابينيوس فلقيه وحاربه وقتل من عسكر الروم خلق كثير العدد وقتل من رجاله سبعة الاف وافلت الف رجل ولحقه العسكر فلم يزل يقاتلهم هو ومن بقي معه الي ان قُتلوا عن اخرهم ولم يبق غيره فقاتلهم قتالاً شديدًا الي ان اثخنه الجراح ووقع * فأسر وحُمل الي غابينيوس فامر بمعالجته الي ان عوفي * ثم قيّده وحمله الي روميه وبقي محبوسًا بها الي ان ملك قيصر فاخرجه من الحبس واخلع عليه واحسن اليه وضمّ اليه قايدين معهما اثنا عشر الف رجل وانفذه الي بلد يهودا ليثنيهم عن نصرة فمفيوس الي طاعة قيصر * وكان فمفيوس يوميذًا واليًا على بلد القبط * فاتصل خبر ارسطبلوس ومن معه بهرقانوس فخافه جدا * وكاتب انطيفاتر بان يعمل الحيلة عليه ويكفيه امره * فانفذ انطيفاتر رجالاً من وجوه رجالة القدس ودفع الي بعضهم سمًّا وامره ان يحتال في ان يسمّ ارسطبلوس به * فلقيه القوم بارض ارام علي انهم وفد مدينة القدس اليه * فقبلهم وسرّ بهم واكلوا معه وشربوا واحتال الرجال في ذلك السّم الي ان وصل اليه فمات ودُفن في بلد ارام * وكانت مدة ملكه الي ان أُسر في المرّة الاولة ثلثة سنين ونصف * وكان رجلاً جبارًا شجاعًا حسنا الخلق * وقد كان غابينيوس كاتب الكهل في ان ينفذ بنيه الي امهم لانها سالته ذلك ففعل * وكان لما بَعُدَ فمفيوس عن القدس نقضوا ما كانوا وافقوه عليه من الطاعة للروم * فسار غابينيوس اليهم فحاربهم فنُصر عليهم وردّهم الي طاعة الروم * ثم عُصي ارض مصر على تُلماي فطردوه عن بلد المُلك وامتنعوا عن حمل الخراج الي الروم * فكتب تُلماي الي غابينيوس في المسير اليه لينصره على المصريين حتي يردّهم الي طاعة الروم * فسار غابينيوس من بلد ارام وكتب الي هرقانوس ان يلقيه في عسكره ليمضيا الي تُلماي * فسار انطيفاتر في عسكر عظيم الي غابينيوس فلقيه بدمشق وهنّاه بظفره بالفرس * فامره غابينيوس بالمبادرة الي تُلماي ففعل ذلك وحارب المصريين وقتل منهم خلقا كثيرا * ثم وافي غابينيوس وردّ تُلماي الي ملكه وعاد الي مدينة القدس وجدّد المُلك لهرقانوس وعاد الي روميه *

HISTORIA FUGÆ ARISTOBULI, & filii ejus Antigoni Roma, & reditus eorum in regionem Judæ: ac mentio obitus Aristobuli.

CAP. XL.

Quæ de Aristobulo Romæ vinculis elapso, cæterisque, part. hujus cap. priore habeatur, referuntur à Josepho Ant. lib. 14. cap. 11. part. 1. & de Bel. lib. 1. cap. 6. in medio cap. Quæ verò de morte Aristobuli referuntur hoc cap. Josephus paulo aliter refert cap. 13. lib. Ant. 14 in princip. & de Bel, lib. 1. cap. 7 in initio. De liberorum verò Aristobuli remissione ad matrem, & restituto Ptolemæo in regnum, Vid. Joseph. sup. cit. cap. 11. lib. 14. Ant. part. med. & de Bel. lib. 1. cap. 6.

TUm machinatus est Aristobulus, donec res ei successisset, & fugisset Roma cum filio suo Antigono, & profectus esset in Civitatem Judæ. Et cum in publicum sese protulisset Aristobulus, affluxit ad eum multitudo magna virorum, e quibus octo millia selegit, & contendit ad Gabinium, & oppugnavit illum, cæsaque est de exercitu Romanorum multitudo numerosa valde: ceciderunt quoque de viris ejus septem millia, mille vero evaserunt, & insecutus est eum exercitus; at non destitit eos oppugnare ipse, & qui cum eo remanserant usque ad internecionem suorum, nec superfuit nisi ipse solus, qui pugnavit acerrime, donec vulneribus aggravatus cecidit, & captus est, & ductus ad Gabinium, qui curari eum jussit, donec sanatus est. Tum catenis devinctum Romam misit, remansitque carcere inclusus usque ad regnum Cæsaris, qui eductum e carcere muneribus cumulavit, atque beneficiis, adjunctisque duobus ducibus cum duodecim millibus virorum, misit eum in regionem Judæ, ut abduceret eos a partibus Pompeii, ad obedientiam Cæsaris: erat quippe Pompeius tunc præfectus super regionem Ægypti. Et pervenit fama Aristobuli, & suorum ad Hyrcanum, qui timuit valde: scripsitque ad Antipatrum, ut solitis machinamentis averteret a se res ipsius. Misitque Antipater viros de principibus virorum Jerusalem, tradens cuidam eorum venenum, præcipiens ei astu præbere illud Aristobulo. Et occurrerunt ipsi in terra Syriæ tanquam legati Civitatis sanctæ ad illum: quos suscipiens lætatus est, & comederunt cum illo, atque biberunt. Et machinati sunt viri illi, donec præbuerunt ei venenum illud; & mortuus est, & sepultus in regione Syriæ. Fuit autem tempus regni illius, donec captivus abductus est prima vice, trium annorum cum dimidio; & erat quidem vir fortis, gravis, optimæ indolis. Jam vero scripserat Gabinius Senatui, ut dimitteret duos filios ejus ad matrem suã, quoniam id ipsum rogaverat; quod quidem præstitit. Factum est autem, ut cum longe recessisset Pompeius a Jerusalem, dissolverunt fœdus obedientiæ Romanis: quamobrem perrexit ad eos Gabinius, oppugnavit, atque vicit, Romanorumque obedientiæ restituit. Interea rebellavit terra Ægypti contra Tolomæum, & expulerunt eum de regia urbe, recusantes deferre tributum Romanis. Qua de causa scripsit Tolomæus Gabinio, ut contenderet sibi auxiliaturus adversus Ægyptios, ut reduceret eos ad obedientiam Romanorum. Et profectus est Gabinius de regione Syriæ, scripsitque Hyrcano, ut sibi occurreret cum exercitu, ut contenderent ad Tolomæum. Et profectus est Antipater cum exercitu magno ad Gabinium, & occurrit ei Damasci, congratulans ipsi de victoria a Persis relata: & mandavit ei Gabinius, ut properaret ad Tolomæum, quod quidem præstitit, & oppugnavit Ægyptios, occiditque ex illis multitudinem plurimam. Post hæc adventans Gabinius, restituit Tolomæum in regnum, reversusque in Civitatem sanctam, & innovavit regnum Hyrcano, & rediit Romam.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* خبر كراسّوس *

* الفصل الحادي والاربعون *

لما عاد غابينيوس الي روميه عصت الفرس على الروم * فسار كراسّوس بجيش عظيم
وخرج الي الشام وجآء بيت المقدس وطالب الكهنه بان يعطوا ما في بيت الله من
المال * فقالوا له كيف يجوز لك هذا وفمفيوس وغابينيوس وغيرهما لم يستجيزوه *
فقال لا بُدّ لي منه * فقال له العازر الكاهن احلف لي انك لا تمدّ يدك الي شيّ منه
وانا اعطيك ثلثماية مَنًا ذهبًا * فحلف له انه لا ياخذ شيًا من مال بيت الله بعد ان
يعطيه ما ذكر * فدفع اليه العازر سبيكة ذهب حسنة الصنعة كان راسها في
حايط خزانة الهيكل يطرح عليها ما يُنزع كل سنه من ستور البيت ليجدّد غيرها *
Tunc cognovit Herodes, Josephum jam aperuisse Mariamæ arcanum, quod illi crediderat, & quod id nequaquam præstitisset, nisi illa ipsi sui copiam fecisset: & credidit ea, quæ sibi soror de hac re detulerat: & illico recedens a Mariama, odio illam habuit, atque detestatus. De qua re certior facta soror ejus, adiit pincernam, & oblata pecunia, tradidit ei nonnihil veneni, & ait, Hoc ferto Regi, & dicito illi; Mariama uxor Regis tradidit mihi hoc venenum, & pecuniam hanc, mandans immisceri potui Regis: quod præstitit pincerna. Videns autem Rex venenum, haud hæsit de veritate rei: quare mandat illico percuti collum Josephi sororii, mandat præterea Mariamam vinculis haberi, donec adessent septuaginta senes, & justam proferrent in eam sententiam. Timuit itaque soror Herodis, ne revelaretur quod molita erat, & periret ipsa, liberata Mariama: & ait illi; Rex, si distuleris necem Mariamæ in crastinum, nequaquam id assequi poteris: nam quoties innotuerit, quod illam occidere velles, conveniet tota domus patris ejus, & omnes servi, ac propinqui eorum, & sese interponent, nec pervenire valebis ad illius necem, nisi magnos post furores: & ait Herodes; Facite quod vobis videtur. Et festinanter misit soror Herodis qui educeret Mariamam ad locum cædis, agens in illam ancillas suas, aliasque mulieres, ut injuriis eam afficerent, & objicerent omne genus obscœnitatis: at ipsa nulli earum quicquam respondit, nec apicem quidem protulit: nec his omnibus mutatus est color illius, nec timor ullus apparuit in ea, aut perturbatio, neque incessus mutatus est, sed solito more processit ad locum, quo ducta est, ut occideretur, quæ flexis genibus cervices ultro extendit: discessitque a mundo, religione atque pudicitia insignis, nullo notata scelere, aut crimine insula: verum superbia non caruit juxta morem generis sui. Nec minus in causa fuit, Herodis erga illam obsequiorum cultus, ac propensio, ob venustatem formæ, unde nihil erga se mutationis suspicabatur. Jam autem genuerat ex illa Herodes duos filios, Alexandrum nempe, & Aristobulum, qui degebant, cum occisa est mater eorum, Romæ: illuc quippe miserat eos, ad ediscendas Romanorum litteras, & linguam. Post hæc pœnituit Herodem uxorem occidisse suam, eoque mœrore, ob illius obitum affectus est, ut inde morbum contraxerit, quo prope perierat. Occumbente Mariama, molita est Alexandra mater ejus Herodem occidere, quod cum illi constitisset, ipsam interemit.

HISTORIA ADVENTUS DUORUM filiorum Herodis, Alexandri, & Aristobuli, statim atque perceperunt ab Herode parente, nece affectam fuisse matrem ipsorum.

CAP. LIX.

De historia hac filiorum Herodis, Alexandri & Aristobuli, Vid. Joseph. Ant. lib. 16. capp. præsertim 1. 2. 6. 7. 8. 11. 12. 16. & 17. & de Bello lib. 1. cap. 17. quorum cæde à parente patrata, historia hæc Arabica, & Josephi Antiq. lib. 16. simul concluduntur.

Cum perlatum esset Alexandro, & Aristobulo nuntium necis ab Herode matri ipsorum illatæ, maximo affecti sunt mœrore, & discedentes Roma, venerunt in Civitatem sanctam, nullo exhibito Herodi parenti honore, ut antea consueverant, ob conceptum in eorum animis odium causa maternæ necis. Et jam Alexander in uxorem duxerat filiam Archelai regis: Aristobulus vero duxerat filiam sororis Herodis. Cum ergo vidisset Rex Herodes eos minime sibi deferentes honorem, cognovit se illis exosum esse, & devitavit eos: nec id fugit pueros, & familiam ejus. Rex autem Herodes habebat uxorem ante Mariamam, nomine Dosithæam, ex qua susceperat filium, nomine Antipatrum. Cum ergo constitisset Herodi de duobus filiis suis, quod ante memoratum est, transtulit uxorem suam Dosithæam ad Palatium suum, adjunxitque sibi Antipatrum filium suum, committens illi universa negotia sua, & sibi successorem ex testamento instituit. Et insectatus est Antipater iste fratres suos, Alexandrum, & Aristobulum, intendens tranquillitatem sibi comparare, patre vivente, ne post obitum illius ullum haberet competitorem. Quare ait patri; Utique fratres mei hæreditatem adeunt ob matris eorum familiam, quia nobilior est familia matris [illegible], propterea potioris sunt juris, quam sum ego ad ea, quibus dignum adjudicavit me Rex; [illegible] moliuntur interficere te, [illegible]

V[illegible]

واقبل يكرّر ذلك علي هيروديس ويدسّ اليه من يذكر له عنهما ما يقويه علي بعضهما * ثم ان هيروديس سار الي اوغسطوس الي روميه فاخذ ابنه الاسكندر معه * فلما حضر بحضرة اوغسطوس تظلّم اليه هيروديس في ابنه وساله تقويمه له * فقال الاسكندر اما حزني على امي التي قُتلت بغير ذنب فلست انكره لان الحيوانات فضلا على الناس تحنّ علي امهاتهن وتحبّها * واما العمل علي قتل ابي فاني انكره وابرو الي الله منه لانّه كما يجب عليّ من حق امي وكذلك يجب عليّ من حق ابي * وما كنت بالذي اجمع على نفسي في العاجل المصيبه بوالدي وفي الاجل العذاب الذي لا ينقضي * ثم بكي الاسكندر بكاءً مرًّا شديدًا فرقّ له اوغسطوس وبكي ساير من كان بحضرته من عظماء الروم * ثم سال اوغسطوس لهيروديس ان يعود الي ابنيه بما كان لهما عليه من اللطف والتّقريب وامر الاسكندر بان يقبّل رجلي ابيه ففعل * وامر هيروديس بان يضمّه اليه ويقبله ففعل هيروديس ذلك وامر الملك اوغسطوس بجايزة عظيمة لهيروديس فحُملت قدامه * واقام عنده اياما ثم عاد هيروديس الي بيت المقدس واستحضر شيوخ يهودا وقال لهم اعلموا ان ابني انطيفاتر هو بكري واكبر اولادي الّا ان امه من عشيرة غير جليله * والاسكندر وارسطبلوس ابناي فامهما من عشيرة الكهنه والملوك وقد وسّع الله مُلكي وقد بسط يدي وقد رايت ان اجعل ابني هولا الثلاثه بالسواء بحيث لا يكون لانطيفاتر امر علي اخوته ولا لاخوته امر عليه فاطيعوا معشر الناس ثلثتهم ولا تدخلوا بينهم الّا بما الّف قلوبهم ولا تعرضوا لشيٍّ يفسد ويوحش ما بينهم ولا تخالطوهم في شرب ولا تكثروا الحديث معهم لان ذلك سبب خروج بعضهم اليكم بما في نفسه على اخيه ويعقب ذلك طلبكم التقرّب الي كل واحد بما يرضيه فتهلكوهم وتهلكوا * وعليكم انتم يا بنيّ بطاعة الله وطاعتي لتطول اعماركم وتنجح اموركم * ثم ضمّهم اليه وقبّلهم وامر النّاس بالانصراف * فلم ينجح ما فعله هيروديس ولا انصلحت به قلوب بنيه لان انطيفاتر كان يريد ان الامر يكون له وحده حسب ما كان ابوه جعله له من قبل * واخواه يري بان لا يستاهل ان يكون نظيرًا لهما * وكان في انطيفاتر احتمال وكل خبٍّ خبيثٍ داهٍ ولم تكن اخواه كذلك * فجعل انطيفاتر على اخوته عيونًا تجيه باخبارهم وجعل قومًا يرفعون عليهما الي بيلاطوس اخبارًا باطلةً * وكان انطيفاتر اذا حضر عند الملك وسمع القوم يرفعون مثل ذلك عن اخوته نفاه عنهما وكذّب قايله وسال الملك لا يقبله * وانما كان فعل ذلك ليلا يرتاب الملك به ولا يتهمه * فلم يشك الملك في ميله الي اخوته وانّه لا يريد بهما سوًا * فلما علم انطيفاتر بذلك مايل عمّه فرورا وعمّته فكانا يعاديا اخوته من اجل امهما وهدي الي عمّه فرورا هديه نفيسه وساله بان يخبر الملك ان الاسكندر وارسطبلوس قد دبّروا على قتل الملك * وكان هيروديس يميل الي فرورا اخيه ويقبل قوله لانّه كان يحمل اليه في كل سنه مالًا جزيلًا من العمل الذي كان بيده في شطّ الفراة * ففعل فرورا ذلك * ثم دخل انطيفاتر الي هيروديس فقال له * ايها الملك ان اخوي قد عملا على قتلي * وحمل انطيفاتر الي ثلثه من خدم الملك مالا حتي قالوا ان الاسكندر يحمل لنا مالا ليفسق بنا ولنقتلك فامتنعنا منه فتوعّدنا بالقتل *

Et hæc ſæpe repetebat Herodi, ſubmittens quoque qui ea inſinuarent ipſi, quæ majus odium erga eos apud illum concitarent. Interea proficiſcitur Herodes Romam ad Auguſtum, una ducens filium ſuum Alexandrum. Qui cum adeſſet coram Auguſto, conqueſtus eſt apud eum Herodes de filio ſuo, rogans, ut illum corriperet. At autem Alexander; Profecto mœrorem meum ob interfectam ſine crimine matrem non inficior, nam & animalia ipſa excellentius hominibus in matres pietatem exhibent, & diligunt eas: at machinamentum parricidii penitus nego, meque apud Deum juſtifico: iiſdem enim, quibus teneor verſus matrem, teneor & verſus patrem: nec ejus ſum conditionis, ut citius mihi congeram crimina in parentem, ac præſertim cruciatus æternos. Mox flevit Alerander fletu amaro, atque vehementiſſimo, & miſertus eſt illius Auguſtus, fleveruntque omnes adſtantes Romanorum principes. Tum rogavit Auguſtus Herodem, ut in priſtinam reconciliaret filios benignitatem, atque familiaritatem: præcepitque Alexandrum paternos exoſculari pedes: qui præſtitit. Præcepit quoque Herodi, ut amplecteretur illum, & oſculo exciperet: quod obſequutus eſt Herodes. Mox mandavit Rex Auguſtus magnificum munus Herodi, & delatum eſt ei: & poſt tranſactos apud illum dies aliquos, reverſus eſt Herodes in Domum ſanctam, & advocatis Senioribus Judæ, ait; Sciatis Antipatrum meum eſſe filium primogenitum, filiorumque meorum majorem, ſed mater ejus ignobilis eſt familia: Alexandri vero, & Ariſtobuli filiorum meorum mater de familia Sacerdotum, & Regum eſt. Ad hæc dilatavit Deus regnum meum, & manum meam extendit, ac propterea mihi viſum eſt, tres liberos hos meos conſtituere æqualiter, ita ut nullum habeat Antipater in fratres ſuos imperium, neque fratres ejus imperium in illum habeant. Obſequimini itaque, O cœtus hominum, omnibus tribus, nec interponatis vos niſi in iis, quæ eorum corda componere valeant, neque proponatis quicquam, quod corruptionem, & diſſidium inter eos pariat, neque compotetis, neque nimium confabulemini cum eis. Inde enim fiet, ut aliquis eorum vobis effutiat, quæ in fratrem molitur: ad quæ, ut eos, vobis concilietis, conſequitur veſtra aſſentatio apud unumquemque eorum ſecundum placita ejus, & perdetis eos, ac perdemini vos quoque. Veſtrum quidem eſt filii mei, Deo obſequi, & mihi, ut diutius vivatis, & proſperentur res veſtræ. Mox amplectens eos exoſculatus eſt, præcepitque homines abire. Sed nullum proſperum ſucceſſum habuit quod fecit Herodes, neque filiorum compoſita ſunt corda. Quandoquidem Antipater rem totam ſibi deferri volebat, prout pridem conſtituerat pater ejus: fratribus vero minime æquum videbatur, illum æqualem ſibi haberi. Antipater autem præditus erat tolerantia, ac omni prava amicitia, atque ſimulata: fratres vero non item: conſtituit ergo Antipater ſpeculatores in fratres, qui ſibi deferrent nuntia eorum: alios quoque poſuit, qui vana nuntia de illis Pilato deferrent. Quando autem apud Regem aderat Antipater, audiebatque aliquos ſimilia de fratribus deferentes, ea ab ipſis amovebat, mendaces declarans auctores, rogabatque Regem ne hæc crederet. Quæ quidem præſtabat Antipater, ne dubitationem, aut ſuſpicionem aliquam de ſe injiceret Regi. Hinc nullum inhæſit Regi dubium, quin eſſet propenſus in fratres, nullum optans illis malum: quod cognoſcens Antipater, inclinavit Pheroram patruum, & Amitam (hi enim inimicitias exercebant cum fratribus cauſſa matris eorum) offerens Pheroræ patruo pretioſiſſimum munus, rogans, ut deferret Regi, quod Alexander videlicet, & Ariſtobulus moliti eſſent occidere Regem (Herodes autem propenſus erat in Pheroram fratrem, & ipſius ſententiam excipiebat; deferebat illi ſæpe is, ſingulis annis, copioſam pecuniam ex provinciis, quibus præerat ad ripam Euphratis) & præſtitit id Pheroras. Poſt hæc adiit Antipater Herodem, & ait illi; O Rex, utique fratres mei moliti ſunt me occidere. Inſuper tradidit Antipater pecuniam tribus Eunuchis Regis, ut dicerent; Alexander obtulit nobis pecuniam, ut nobis abuteretur, & ut occideremus te: & abhorrentibus nobis cædem minatus eſt.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

فغضب الملك علي الاسكندر وامر بتقييك وقبض على ساير غلمان الاسكندر وامر
بعاقبتهم حتي يقروا له بما وقفوا عليه من امر الاسكندر في ما عمل عليه من قتله.
فمات اكثرهم تحت العقوبه ولم يكذبوا على الاسكندر * ولم يطيق بعضهم الصبر
علي العقوبه فقال ما لا حقيقةً له طمعًا في الخلاص فذكر بان الاسكندر وارسطبلوس
عملا علي انهما يثبا بالملك فيقتلاه ويهربا الي روميه وياخذا من اوغسطوس عسكرًا
ويسيروا الي بيت المقدس ويقتلا انطيفاتر اخاهما ويملكا علي يهودا * فامر الملك
بالقبض علي ارسطبلوس وتقييك فقيّد وجُعل مع اخيه * فلما اتصل خبر الاسكندر في
ارخلاوس حميه سار الي هيروديس مظهرًا السّخط على الاسكندر وانّه لما اتّصل به ما عمل
عليه من قبل ابيه جآء قاصدا لينظر ان كانت ابنته امراة الاسكندر وقفت علي ذلك
ولم تطلعه عليه قتلها * وان كانت لم تقف على شيٍ منه طلّقها من الاسكندر واخذها
اليه * وكان ارخلاوس هذا رجلا عاقلا حكيما لطيفا * فلما سمع هيروديس من كلامه
وتبيّن عقله وفضله وقع من قلبه بموضع جليل وركن اليه ووثق به ولم يشك فيه.
فلما علم ارخلاوس بميل هيروديس اليه وطال الانس بينهما قال في بعض الايام وقد
خلا به * انني فكرت في امرك ايها الملك فوجدتك وانت في زمان شيخوختك واحوج
ما كنت الي خلو البال والسرور باولادك وقد حصلت منهم على الغمّ والهمّ وفكرت
في ابنيك هذين فلم اجدك قصّرت في الاحسان اليهما لانك خوّلتهما وملّكتهما فلم
تبق شيًا يوجب ظلمهما لقتلك ولا عذرًا لهما في ذلك ولعله ان يكون
ذلك من قبل انسان سوءٍ اراد المكروه لك ولهما * او لحسد اما لعدوة فحملك
على مكروههما وكا تمكّن منك وانت شيخ ذو علمٍ ومعرفةٍ وخبرةٍ بالامور فنقلك
عن حنّة الوالد الي القسوة والحنق على اولادك * فكم بالحري ان يكون قد
تمكن منهما لما فيهما من الحداثه وقلّة التجاريب والدّربة والخبرة بالناس وبمكرهم
فوجد عندهما بذلك ما اراد * فتامّل ايها الملك امرك ولا تركن الي قول الوشاة
ولا تعاجل على اولادك وابحث عن من قصد مكروهك ومكروههما * فقال له الامر
علي ما ذكرت فياليت شعري من الذي حملهما على ذلك * فقال له ارخلاوس هو
فرورا اخوك * فقال الملك يوشك ان يكون كذلك * ثم ان الملك تنكّر علي
فرورا تنكّرًا عظيمًا * فتنبّه فرورا وخافه وجآء الي ارخلاوس فقال له * انّي اري الملك
قد تغيّر علي وانا اسالك ان تصلح قلبه لي وتزيل ما في نفسه عليّ * فقال له ارخلاوس
انا افعل ذلك بعد ان تضمن لك انّك تصدق الملك عمّا كان منك في امر الاسكندر
وارسطبلوس فوافقه علي ذلك * فلما كان بعد ايام قال ارخلاوس للملك * ايها الملك ان
اهل الرجل هم بمنزلة اعضايه فكما ينبغي للمرء اذا فسد بعض اعضايه بعلة
يلحقه ان يصلحه بالمداواة ولو مضّه ذلك ولا ينبغي له ان يقطعه فيعظم الا
ويختل بدنه وتنقص اعضاوه ويفقد بفقد العضو كثيرا من المنافع بل يصبر علي الم
الادويه لينصلح امر عضوه ويبرا ويعود جسمه الي ما كان عليه من الكمال والقوة
وكذالك يجب عليه متي تغيّر عليه بعض اهله باي ما يكرهه ان يستصلحه ويجتلب
طاعته ومودّته ويقبل عذره ويغفر ذنبه ولا يعاجل بقتله ولا يلوم علي ابعاده وهلاكه
فان اهل الانسان هم اعوانه وانصاره وبهم جماله وفخره وبهم يدرك ما يحاول ادراكه

Et iratus est Rex in Alexandrum, jussitque in vincula injici: captosque cunctos Alexandri pueros tormentis subjici mandavit, donec faterentur ea, quæ sciebant circa illa, quæ Alexander machinatus esset de cæde ipsius. Quorum plures licet vi tormentorum succubuissent, nequaquam in Alexandrum mentiti sunt: quidam vero vim cruciatus minime sustinere valentes, falsa ementiti sunt liberationis libidine, asserentes Alexandrum, & Aristobulum molitos fuisse, irruere in Regem, atque occidere, & Romam arripere fugam, & accepto ab Augusto exercitu proficisci in Domum sanctam, ad occidendum Antipatrum fratrem, & regnum Judææ occupandum. Et mandavit Rex comprehendi Aristobulum, & vinculis devinciri: & devinctus est, atque constitutus cum fratre. Cum autem perlatum esset nuntium Alexandri ad Archelaum ejus socerum, profectus est ad Herodem, furorem præ se ferens adversus Alexandrum: acsi, perlato sibi machinamento parricidii, venisset consulto ad videndum, utrum filia sua uxor Alexandri conscia esset facti, illudque sibi non aperuisset, ut illam occideret; si vero conscia non esset cujusquam rei hujus, dirimeret illam ab Alexandro, & ad se duceret. Erat autem Archelaus iste vir prudens, sapiens, atque disertus. Cum autem audisset Herodes verba ejus, eique constitisset de prudentia, & virtute illius, mirum in modum corde ejus potitus est, & sese ei credidit, atque confisus est nullo inhærente ei dubio. Cognoscens ergo Archelaus Herodis erga se propensionem, diuturnam post familiaritatem, ait illi quadam die cum simul secessissent: profecto pensitando res tuas, O Rex compertus sum te constitutum in senectute magis indigere mentis tranquillitate, & ut læteris in filiis tuis, ubi e contra contraxisti ex illis mœrorem, & solicitudinem. Pensitavi præterea circa hos duos filios tuos, nec reperio te defuisse de illis bene merendo, nam præfecisti eos, & Reges constituisti, nec quicquam prætermisisti, quod illos impie adigat ad tuam necem, nec ullam circa rem hanc caussam habent. Sed forte id provenit a maligno homine, astruente tibi & illis mala: aut ob invidiam, vel inimicitiam induxit te ad detestandos eos. Si igitur iste tui potitus est, cum esses senex, scientia, atque cognitione præditus & rerum experientia, transferens te a paterna clementia ad crudelitatem, & furorem in filios: quanto ergo magis eorum potitus fuisset, cum sint juvenes inexperti imprudentes, ac nullius scientiæ circa homines, & fraudes eorum, quapropter nactus est penes eos quod optabat circa hæc. Considera itaque O Rex, res tuas, & ne præbeas aures verbis delatorum, nee properes in filios tuos, & inquire, quis sit ille, qui mala tibi, & illis astruxit. Cui respondit; Res profecto se habet, ut meministi, utinam sciam quis induxit eos ad hæc. Cui ait Archelaus; Hic est Pheroras frater tuus. Cui respondit Rex; Fieri potest rem ita se habere. Post hæc mutatus est Rex maximopere contra Pheroram. Quod animadvertens Pheroras timuit illum, veniensque ad Archelaum: ait ei; Video jam Regem mutatum esse in me, quamobrem rogo te, ut mihi reconcilies cor illius, removens ea, quæ in animo fovet, adversus me. Cui respondit Archelaus; Faciam profecto si promiseris aperire Regi veritatem circa ea, quæ in Alexandrum, & Aristobulum molitus es: & assensus est ei de hoc. Cumque esset aliquos post dies, dixit Archelaus Regi; O Rex, sane cognati hominis instar membrorum ei sunt: quemadmodum vero homini convenit, si membrum aliquod illius corrumpatur ob accidentem morbum, medicamentis illum reparare, etiam si dolorem id incutiat, nec convenit illud resecare, ne augeatur dolor, debilitetur corpus, & deficiant membra, atque privatione illius membri pluribus careat commodis: sed sustineat dolores medicamentorum, ut melius sese habeat membrum, & sanetur, redeatque corpus illius ad pristinam perfectionem, & firmitatem. Ita illi convenit, quoties mutatus fuerit in eum aliquis cognatorum, quacunque de re abominabili, ut ipsum sibi conciliet, pelliciens ad obsequia, & amicitiam, excusationes admittens, & dimittens crimina: nec in illius necem festinus properet, nec diutius a se longe removeat. Nam cognati hominis sunt fautores illius, & adjutores, ac in iis consistit decor illius, & gloria, ac per eos consequitur quod alioquin consequi non potuisset.

وفرورا هو اخو الملك وابن ابيه وامه وهو معترف بذنبه سايلا الملك ان يصفح
عنه ويغفر زلته * فقال الملك انا افعل ذلك وامر باحضار فرورا فلما مثل بين يديه
قال له * قد اخطات لله عز وجل وللملك واتيت ما لا يحسن من افساد احواله
واحوال ولديه بالاباطيل اختلقتهما * والذي حملني على ذلك اخذ الملك جاريتي فلانه
وتفريقه بيني وبينها * قال الملك لارخلاوس قد صفحت عن فرورا كما سالتني لاني قد
وجدتك داويت الفساد الذي عرض لاحوالنا بلطفك كما يداوي الطبيب الرفيق ما فسد
من جسم العليل * وانا اسالك ان تصفح عن الاسكندر وتصلح ابنتك لزوجها فانها
عندي كالابنه لاني اعلم انها اعقل منه وانها تصده عن امور كثيرة بعقلها ولطفها *
واسالك ان لا تفرق بينه وبينها فتهلكه لانه يقبل قولها وينتفع بتدبيرها * فقال ارخلاوس
اما ابنتي فانها امة للملك واما هو فقد كرهته نفسي لسوء رايه فياذن الملك ان
افرق بينه وبين ابنتي ويزوجها الملك لمن شاء من عبيده * قال له الملك بل
لا تتجاوز عن مسالتي وتقر ابنتك معه ولا تخالفني * فقال ارخلاوس انا افعل ذلك ولا
اخالف الملك في شي مما يامر به * فامر هيرودوس للوقت بفك القيود عن الاسكندر
وارسطبلوس واحضارهما اليه * فلما حضرا طرحا انفسهما بين يديه واعترفا
بالخطاء واعتذرا وسالاه الصفح والتجاوز * فامرهما بالقيام واستدناهما اليه وقبلهما
وامرهما بالمضي الي منازلهما والمصير اليه في الغد * فحضرا طعامه وشرابه وعاد لهما
الي افضل ما كان لهما عليه * واجاز ارخلاوس بسبعين بدرة وسرير من ذهب وامر
ساير وجوه اصحابه بان يهدوا الي ارخلاوس هدايا نفيسه ففعلوا * ثم سار
ارخلاوس عن مدينة بيت المقدس الي بلده وسار هيرودوس مشيعا له ثم ودعه
وعاد الي بيت المقدس * ولم يدع انطيفاتر الاحتيال على اخوته بما عاد بمكروههما *
فاتفق انه قدم الي هيرودوس رجل معه ضرايف واشيا حسنه مما يقصد بها
الملوك فاهداها الي الملك فقبلها منه وكافاه عليها وحسن موضع الرجل من قلبه
وحصل عنده بخدمة وكف على قلبه وكان يقال له اوريقلس * فلما راي انطيفاتر
امكان هذا الرجل من قلب ابيه حمل اليه مالا وساله ان يتلطف في ان يحقق في قلب
هيرودوس ان ابنيه الاسكندر وارسطبلوس يريدان قتله فضمن له الرجل ذلك * ثم دخل
الي الاسكندر واكثر الالمام والموانسه له حتي اشتهر بمحبته وعلم الملك انه من خاصته *
ثم خلا بالملك فقال له * ان لك على ايها الملك من الحق ما لا يسعني معه الامساك عن
النصح لك وعندي خبر يحتاج الملك الي علمه ويجب على كشفه اليك * فقال له الملك
ما عندك * فقال له الرجل سمعت الاسكندر يقول ان الله قد اخر الانتقام من ابي على
قتله امي وجدي واهلي بغير حق ليجري ذلك على يدي وارجو ان اخذ بثارهم منه *
وقد وافق القواد على البطش به واراد مني الدخول معه في ما عزم عليه من
ذلك فلم استحسن لما للملك علي من الفضل من الايادي الجميله * وما يكن
مني له من النصيحه قد انهيت ذلك اليه وهو اعطا عينا وما يراه فيه * فلما سمع الملك
كلامه فلم يدفعه واخذ بالبحث عن صحته * فلم يجد شيا يتعلق به غير كتاب زور
عن الاسكندر وارسطبلوس الي ريس بعض القري * وفي الكتاب اننا نريد نقتل ابانا
ونهرب اليك فتعد لنا مكانا نقيم فيه الي ان تجمع الينا الرجال وتستقيم امورنا *

Pheroras quidem Frater Regis est, ac filius patris, & matris illius: suumque fatetur crimen, Regem deprecans, ut sibi parcat, dimittatque lapsum. Et respondit Rex; Faciam id quidem. Jussitque adesse Pheroram, qui cum coram adstitisset, ait illi; Jam peccavi Deo Opt. Max. & Regi, astruens mala, & quæ res ejus, ac filiorum corrumpere potuissent, ementitis mendaciis. Quod vero ad hæc me induxit, est, quia Rex abstulit a me meam talem concubinam, separavitque inter me, & illam. Dixit Rex Archelao; Jam peperci Pheroræ, ut rogasti me: etenim comperio te medelam attulisse corruptioni, quæ rebus nostris acciderat, tuis lenimentis, quemadmodum medetur pius medicus corruptionibus corporis ægroti. Quare rogo te, ut parcas Alexandro reconcilians filiam tuam marito, nam eam instar filiæ habeo, cum sciam eam ipso prudentiorem esse, illumque a multis rebus avertere sua prudentia, atque adhortationibus. Unde quæso te, ne separes inter eos, & perdas illum: ipse namque illi acquiescit, & ex ejus directione multa capit commoda. Respondit autem Archelaus; Filia quidem mea, ancilla est Regi: at ipsum jam detestata est anima mea, ob malum ejus consilium. Permittat ergo Rex, quæso, ut separem inter illum, & filiam meam, quam copulet Rex, cuicunque vult servorum suorum. Cui respondit Rex; Imo ne prætergrediaris preces meas, maneatque filia tua cum illo, nec mihi contradicas. Et ait Archelaus; Utique præstabo, nec contradicam Regi in quoquam eorum, quæ mihi præcipiet. Mox mandat Herodes solvi Alexandrum, & Aristobulum vinculis, & coram se venire: qui cum adstitissent, sese ante illum prostraverunt, crimina sua confitentes, excusantes se, ac veniam, & remissionem deprecantes. Quos stare jussit, & ad se accedere faciens exosculatus est, mandavitque abire in domos suas in crastinum reversuros. Qui adfuerunt cibis, & potui ipsius, restituitque eos præstantiorem in locum. Rependitque Archelao septuaginta talenta, & aureum lectum, præcipiens quoque cunctis Principibus amicorum suorum pretiosa munera offerre Archelao: qui fecerunt. His gestis, discessit Archelaus ab urbe Domus sanctæ in regionem suam, quem comitatus est Herodes, ac demum valedicto, reversus est in Domum sanctam. Nec tamen prætermisit Antipater machinationes in fratres suos, ut exosos eos redderet. Accidit autem, ut adventaret ad Herodem vir quidam, habens pretiosa quædam, ac speciosa, quibus expeti solent Reges, his Regem donavit, quæ ab ipso accipiens, rependit ei pro illis, ac optimum obtinuit locum vir in corde ejus, illiusque famulatui adscriptus potitus est corde ipsius: dicebaturque is Eurycles. Cum ergo animadvertisset Antipater virum istum plane cor patris sui occupasse, obtulit ei pecuniam, rogans ut dextere insinuaret cordi Herodis, atque confirmaret, quod duo filii ejus Alexander & Aristobulus cædem illius molirentur: quod pollicitus est ei vir. Mox adivit Alexandrum adeoque ejus consuetudine, & familiaritate est usus, ut notus haberetur in ejus amicitia, compertumque esset Regi illum de ipsius esse familiaribus. Post hæc secessit cum Rege, & ait illi; Certe id erga me juris habes, O Rex, ut nihil profecto me distinere debeat, quin te bene admoneam: & quidem mihi est negotium quod Regem scire oportet, tibique illud aperire debeam. Cui Rex ait; Quid habes? Respondit ei vir; Audivi Alexandrum dicentem; Utique Deus distulit vindictam de patre meo ob necem matris meæ, Avi, & meorum sine ullo crimine, ut id fiat per manum meam: speroque me sumpturum condignam vindictam de ipso. Et jam statuit cum ducibus irruere in te, voluitque me immiscere his, quæ deliberaverat: at nefas id existimavi, ob Regis in me benemerita, atque liberalitatem. Interest autem mea est illum bene admonere, atque hæc ad eum deferre, ipse vero habet oculos, & consilium. Cum itaque audisset Rex verba ejus, nequaquam ea aspernatus est, sed mox investigare cœpit eorum veritate: verum nihil est compertum, cui inniteretur præter ementitam epistolam nomine Alexandri, & Aristobuli ad principem oppidi cujusdam. Erat autem in epistola; Volumus occidere patrem nostrum, & confugere ad te, quare præpara nobis locum, in quo maneamus donec congregentur ad nos viri, & dirigantur res nostræ

فاشتبه ذلك علي الملك واجاز ان يكون صحيحا فقبض علي صاحب تلك القريه فعاقبه ليقرّ بما نظم به ذلك الكتاب فانكر الرجل ذلك وتبرّي ولم يصحّ عليهما شيًا منه من هذا الوجه ولا من غيره مما يحقق ما حكاه الساعي بهما * فامر بالقبض عليهما واعتقالهما وتقييدهما * ثم سار الي صور وسار من صور الي قيساريه وهما معه مقيدين فرقّ لهما ساير القواد وجميع من في العسكر ولم يجسر احد ان يشفع فيهما الي الملك ليلا يحقّق علي نفسه قول السّاعي * وكان في العسكر شيخ من رجال الحرب وكان له ابن يخدم الاسكندر فلما راي ذلك الشّيخ سو حال ابني هيرودس لم يتمالك من الوجع عليهما فصاح باعلا صوته * ذهبت الرّحمه وعدم الجميل والاشفاق وارتفع الحق من العالم * ثم قال للملك * يا من لا يرحم اولاده ويعادي احبابه ويوالي اعداه ويقبل قول الوشاه ومن لا يريد له الخير * فتبادر اليه اعدا الاسكندر وارسطبلوس فزعروه وقالوا للملك * ايها الملك ان هذا الرجل لم يحمّله علي ما قاله المحبّه لك ولا لابنيك ولكن اراد ان يظهر ما في قلبه من بغضتك ويطعن علي رايك وسياستك بحيث يوهم انّه ناصحا محبا وقد حكي لنا الثقه عنه بانّه قد وافق مزيّن الملك علي انّه اذا اخذ من شعره ان يذبحه بالموس * فامر الملك بالقبض علي الشيخ وعلي ابنه وعلي المزيّن * وان يضرب المزيّن والشّيخ الي ان يقرّا * فضربا اشدّ ضربًا وعوقبا بانواع العقوبات فلم يقرّا بما لم يفعلا * فلما نظر ابن الشّيخ سو حال ابيه وما قد بلغ اليه رقّ له وظنّ انّه ان قرّ عليه بما قد قيل له بعد ان ياخذ له الامان من الملك انّه يتخلّص * فقال للملك * ايها الملك اعطيني الامان لابي ولي حتي اخبرك ما سالت عنه * فقال له الملك لك ذلك * فقال * انّه قد كان الاسكندر وافق ابي علي قتلك فوافق ابي المزيّن علي ما ذُكر لك * فامر الملك عند ذلك بقتل الشّيخ وابنه والمزيّن * وامر بحمل الاسكندر وارسطبلوس ابنيه الي سبسطيه وان يُقتلا ويُصلبا بها * فحملا وقُتّلا وصُلبا بها * وخلّف الاسكندر ابنين تركان والاسكندر وهما من بنت ارخلاوس الملك * وخلّف ارسطبلوس ثلثة بنين وهم ارسطبلوس واغريفّاس وهيرودس * وخبر انطيفاتر بن هيرودس قد تقدّمت كتابته في الاخبار المتقدّمه *

تمّت * والحمد لله *

Quod quidem Regi confirmatum eſt, & veriſimile viſum: quare captum principem oppidi illius tormentis ſubdidit, ut fateretur ea quæ in epiſtola contexta erant. Quod negavit vir ille, ſeſe juſtificans, nec approbatum eſt contra eos quicquam de his, aut aliis, quæ impoſuit eis tanquam vera delator. Juſſitque eos comprehendi, & catenis, atque compedibus devinciri. Dein profectus eſt Tyrum, & Tyro Cæſaream eos devinctos ſecum ducens. Et miſerati ſunt eorum cuncti Duces, cunctique milites: at nullus intercedere pro illis apud Regem audebat, ne de ſe pro veris approbaret, quæ dixerat delator. Erat autem in exercitu ſenex quidam de viris belli, habens filium in famulatu Alexandri: cum ergo vidiſſet Senex ille peſſimum ſtatum duorum filiorum Herodis, vices eorum mirum in modum miſeratus eſt, exclamavitque quam alta potuit voce: Periit miſeratio, defecit bonitas,& pietas, ablata eſt veritas de mundo. Tum ait Regi; O immiſericors in filios, hoſtis amicorum, & amicus hoſtium, amplectens verba delatorum, & eorum, qui tibi bona minime exoptant. Ad quem accurrerunt hoſtes Alexandri, & Ariſtobuli, & increpaverunt eum, dixeruntque Regi; O Rex nequaquam virum hunc induxit amor erga te, & filios tuos iſta loqui, ſed effutire voluit odiũ, quod in corde adverſus te fovebat, atque obloqui de conſilio, & adminiſtratione tua tanquam amicus admonitor. Et quidem nobis de ipſo detulerunt obſervatores, quod jam conveniſſet cum Tonſore Regis, ut dum illum tonderet, novacula jugularet. Et juſſit Rex comprehendi Senem, & filium ejus, & Tonſorem & virgis cædi Senem & Tonſorem, donec faterentur. Et virgis cæſi ſunt quam acerbiſſime, ac tormentorum multiplici generi ſubjecti: at nihil eorum faſſi ſunt, quæ non fecerant. Cum ergo vidiſſet filius Senis peſſimum patris ſui ſtatum, & ad quæ devenerat, miſeratus eſt ejus, atque arbitratus illum liberatum iri, ſi ipſe fateretur de eo, quæ illi imputabantur, poſt acceptam a Rege pro illo ſecuritatem. Quare ait Regi; O Rex, concede mihi & patri meo ſecuritatem, ut indicem tibi, quæ quæris. Et ait Rex; Sit tibi hoc. Cui dixit; Jam ſtatuerat Alexander cum patre meo, ut te occideret: pater vero meus ſtatuit cum Tonſore, ut tibi relatum eſt. Tum juſſit Rex occidi Senem illum, & filium ejus, & Tonſorem. Mandavit inſuper deduci ambos filios ſuos, Alexandrum, & Ariſtobulum Sebaſten, ibique occidi, & patibulo affigi: qui deducti, occiſi, & patibulo ibi affixi ſunt. Alexander autem duos ſuperſtites reliquit filios, Tyrcanem videlicet, & Alexandrum ex filia Archelai Regis: Ariſtobulus vero tres reliquit filios, Ariſtobulum nempe, Agrippam, & Herodem. Hiſtoriæ autem Antipatri filii Herodis jam præceſſit deſcriptio in prænarratis.

FINIS.

ET LAUS DEO.

P

TRIPLEX TARGUM,
SIVE VERSIO
PENTATEUCHI:

I. CHALDAICA Jonathani Ben-Uziel aſcripta,
II. CHALDAICA Hieroſolymitana.
III. PERSICA Jacobi Tawusi.

Cum verſionibus ſingularum Latinis.

תרגום יונתן בן עוזיאל
א

1 מן אוולא ברא יי ית שמיא וית ארעא :
2 והארץ וארעא הות תהייא ובהייא צדיא
מבני נש וריקניא מן כל בעיר וחשוכא על
אפי תהומא ורוח רחמין מן קדם יי מנתבא
3 על אנפי מיא : ויאמר ואמר יי יהי נהורא לאנהרא עלאה ומן יד הוה נהורא :
4 וירא וחמא יי ית נהורא ארום טב ואפריש יי בין נהורא ובין חשוכא : ויקרא
5 וקרא יי לנהורא יממא ועבדיה למפלח
בידה דיירי עלמא ולחשוכא קרא ליליא
ועבדיה למנח ביה ברייתא והוה רמש
6 והוה צפר יומא חד : ויאמר ואמר יי
7 יהי רקיעא במציעות מיא ויהי מפריש ביני מוי עלאי לביני מוי תתאי : ויעש ועבד
יי ית רקיעא סומכיה תלת אצבעתא ביני סטרי שמיא למוי דאוקיינוס ואפריש ביני
8 מיא דמלרע לרקיעא וביני מיא דלעיל בקובתא דרקיעא והוה כן : ויקרא וקרא יי
9 לרקיע שמיא והוה רמש והוה צפר יום תניין : ויאמר ואמר יי יתכנשון מין תתאין
דאשתארו מן לרע לשמיא לדוכתא חד ותתנגב ארעא דתתחמי יבשתא והוה כן :
10 ויקרא וקרא יי לניגבתא ארעא ולבית כנישות מיין קרא יממי וחמא יי ארום טב :
11 ויאמר ואמר יי תרבי ארעא דיתאי עישבא דביזריה מזדרע ואילן פירי עביד פירי
12 לזניה דבזריה ביה על ארעא והוה כן : ותוצא והנפקת ארעא דיתאין עיסבא דבזריה
13 מזדרע ואילן עביד פירין לזנידה וחמא יי ארום טב : ויהי והוה רמש והוה צפר יום
14 תליתאי : ויאמר ואמר יי יהון נהורין
ברקיעא דשמיא למפרשא ביני יממא
וביני ליליא ויהון לסימנין ולזמני מועדין
ולממני בהון חושבן יומין ולמקדשא רישי ירחין ורישי שנין עבורי ירחין ועיבורי שנין
15 ותקופות שמשא ומולד סיהרא ומחזורין : והיו ויהון לנהורין ברקיעא דשמיא
16 למנהרא עלוי ארעא והוה כן : ויעש ועבד יי ית תרין נהוריא רברביא והוון שווין
באיקרהון עשרין וחד שנין בציר מנהון שית מאה ותרין ושובעין חולקי שעתא ומן
בתר כן אשתעית סיהרא עילוי שמשא לישן תליתאי ואזדערת ומני ית שמשא דהוה
נהורא רבה למשלט ביממא וית סיהרא דהוה נהורא זעירא למשלט בליליא וית כוכביא :

ירושלמי
א

1 בחוכמא ברא יי : 2 וארעא הות תהיא
ובהיא וצדו מן בני אנשא וריקניא מכל
בעיר ורוחא דרחמין מן קדם יי הורת
מנשבא על אפי מיא :

ירושלמי 5 והוה רמש והוה צפר סדר
עובד בראשית יום קדמי : 6 ויהי מפריש
בין מיא עילאי ובין מיא ארעאי :

ירושלמי 14 ויהון לאתין ולמועדין
ולמקדשא בהון רישי ירחין ושנין :

Targ. JONATHAN B. UZIEL.
CAPUT I.

A Principio creavit Domin⁹ cœlum & terram. Terra autem erat stupor & inanitas, vasta à filiis hominis & vacua ab omni jumento; & tenebræ erant super facies abyssi : & ventus miserationum a facie Domini flabat super facies aquarum. Et dixit Dominus fit ; Lux ad illuminationem superiorem : & statim fuit Lux. Et vidit Dominus lucem quoniam bona : & separavit Dominus inter lucem & inter tenebras. Et vocavit Dominus lucem Diem, & fecit eum ut in eo operarentur habitatores mundi ; tenebras autem vocavit noctem, quam fecit ut in ea quiescerent creaturæ. Et fuit vespera & fuit mane, dies unus. Et dixit Dominus: Sit expansum in medio aquarum : & sit separans inter aquas superiores & inter aquas inferiores. Et fecit Dominus expansum sustentans ipsum, tribus digitis inter extremitates cœlorũ & aquas Oceani; & separavit inter aquas quæ sunt infra expansum, & inter aquas superiores quæ sunt in tentorio expansi. Et fuit sic. Et vocavit Dominus expansum Cœlos. Et fuit vespera & fuit mane, dies secundus. Et dixit Dominus; Congregentur aquæ inferiores, quæ relictæ sunt deorsum sub cœlis, in locum unum, & exiccetur terra ut appareat arida : & fuit sic. Et vocavit Dominus siccitatem, Terram, & locum congregationis aquarum vocavit Maria : et vidit Dñs quoniam bonum esset. Et dixit Dominus : Producat copiosè terra germina herbæ cujus semen seminatur, & arborem fructiferam facientem fructus secundùm speciem suam, cujus semen in ipsa super terram : & fuit sic. Et produxit terra gramina & herbam cujus semen seminatur, & arborem fructiferam facientem fructus secundùm speciem suam: & vidit Dominus quòd bonum esset. Et fuit vespera & fuit mane, dies tertius. Et dixit Dominus : sint luminaria in expanso cœlorum, ad separandum inter diem & noctem ; & sint in signa, & tempora festorum, & ad supputandum illis numerum dierum, et ad sanctificandum neomenias et annorum initia, et intercalationes mensium et annorum, revolutiones solis, novilunia et cyclos. Et erunt in luminaria in expanso cœlorum, ad illuminandũ super terram : et fuit ita. Et fecit Dñs duo luminaria magna, & erant paria in gloria uno et viginti annis, demptis sexcentis septuaginta duabus partibus horæ; & postea protulit luna contra solem falsam delationem, et imminuta est : et præfecit solem luminare majus ut dominaretur diei, et lunam, quæ erat luminare minus, ut præesset nocti, et stellas.

Hierosolymitanum.
CAP. I.

1 *In sapientia creavit Deus.* 2 *Terra autem erat stupor & inanitas, & desolatio à filiis hominum, & omni bestiâ vacua: & ventus miserationum a conspectu Domini flabat in superficiem aquarum.*

Hieros. 5 *Et fuit vespera et fuit mane ordine operis creationis dies primus.* 6 *Et sit separans inter aquas superiores & inter aquas inferiores.*

Hieros. 14 *Et sint in signa et in stata tempora et ad sanctificandum illis mensium et annorum initia.*

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* فصل اوّل *

1 در اوّل آفريد خدا مر آن آسمان ومر آن زمين * وآن زمين بود تهي وويران وتاريكي 2
ابر روي تهوم وبادي خدايي وزيده شوا ابر روي آن آب * وگفت خدا باشد روشنايي 3
وبود روشنايي * وبديد خدا مر آن روشنايي كه نيكو وجدا كرد خدا ميان آن 4
روشنايي وميان آن تاريكي * وبخواند خدا بروشنايي روز وبتاريكي خواند شب 5
وبود ايوار وبود بامداد روز يكّه * وگفت خدا باشد پرده در ميان آن آب وباشد 6
جدا كنا ميان آب بآب * وبكرد خدا مر آن پرده وجدا كرد ميان آن آب آنچه از فرود 7
بپرده وميان آن آب آنچه از بالا بپرده وبود همچنين * وبخواند خداي بپرده آسمان 8
وبود ايوار وبود بامداد روز دويمي * وگفت خدا جمع شوند آن آب از فرود آن آسمان 9
بجاي يكّه وديدار شود آن خشكي وبود همچنين * وبخواند خدا بخشكي زمين 10
وبجمع جاي آن آبها خواند درياها وبديد خدا كه نيكوست * وگفت خدا رويسن 11
كند آن زمين رويسن گياه تخم كناي تخم درخت بر كناي بر بنوع او آنچه
تخم او درو ابر آن زمين وبود همچنين * وبيرون آورد آن زمين رويسن گياه تخم كنا 12
تخم بنوع او ودرخت كنا بر آنچه تخم او درو بنوع او بديد خدا كه نيكوست * وبود 13
ايوار وبود بامداد روز سيمي * وگفت خدا باشد روشناييها در پردهي آن آسمان بجدا 14
كردن ميان آن روز وميان آن شب وباشند بنشانها وبواعديها وبروزها وسالها * وباشند 15
بروشناييها در پردهي آن آسمان بروشنايي دادن ابر آن زمين وبود همچنين * بكرد خدا مر دو آن روشناييهاي 16
آن بزرگان مر آن روشنايي آن بزرگتر بمسلط آن روز ومر آن روشنايي آن خردتر بمسلط آن شب ومر آن ستارها

CAPUT PRIMUM.

IN principio creavit Deus cœlum et 1
terram : Terra autem erat vacua & 2
desolata, tenebræque erant super faciem abyssi : & ventus Dei spirabat super faciem aquæ. Tum dixit Deus, 3
Esto lux : & fuit lux. Viditque 4
Deus lucem esse bonam, & separavit Deus inter lucem & tenebras.
Lucémque vocavit Deus, Diem ; tene- 5
bras verò vocavit, Noctem : sic fuit vespera, & fuit mane dies unus.
Deinde dixit Deus, Esto expansum 6
inter medium aquæ, quod separet inter aquam & aquam. Fecit ergò De- 7
us expansum ; quod distinguit inter aquam quæ est infra expansum, & inter aquam quæ est supra expansum : & fuit ita. Expansum autem voca- 8
vit Deus Cœlum : sic fuit vespera, & fuit mane dies secundus. Posteà 9
dixit Deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum unum, ut appareat arida : & fuit ita. Aridam 10
autem vocavit Deus, Terram, et locum collectionis aquarum vocavit, Maria : et vidit Deus quòd esset bonum. Iterum dixit Deus, Crescere fa- 11
ciat terra crescentem herbam sementantem semen, arboremque fructiferam edentem fructum in specie sua, cujus semen in ipsa sit super terram : et fuit ita. Nam produxit terra cre- 12
scentem herbam sementantem semen in specie sua, et arborem fructiferam, cujus semen in ipsa est in specie sua; & vidit Deus quòd esset bonum. Sic 13
fuit vespera, et fuit mane dies tertius. Post dixit Deus, Sunto lumi- 14
na in expanso cœli, ad separandum inter diem et noctem : et sint in signa, et in stata tempora, et in dies et annos. Sint 15
in lumina in expanso cœli ad lucem præbendum super terram : et fuit ita. Fecit 16
enim Deus duo lumina magna : lumen majus, ut præesset diei, et lumen minus, ut præesset nocti, atque stellas.

תרגום יונתן בן עוזיאל — ירושלמי

Targum Jonathan B. Uziel. *Hierosolymitanum.*

17 ויתן וסדר יתהון יי על שטריהון ברקיעא דשמייא למנהרא על ארעא:
18 ולמשול ולמשמשא ביממא ובליליא ולמפרשא בין נהורא דיממא ובין חשוך
19 ליליא וחמא יי ארום טב: ויהי והוה רמש והוה צפר יום רביעאי:
20 ויאמר ואמר יי ירחשון רקקי מוי רחיש נפשא חייתא ועופא דטייס ושרכפתיה על
21 ארעא ושביל טייסיה על אויר רקיע שמיא: ויברא וברא יי ית תניניא רברביא ית
לויתן ובר זוגיה דמתעתדין ליום נחמתא וית כל נפשתא חייתא דריחשא דארחישו
מיא צלילתא לזניהון זני דכיין וזני דלא דכיין וית כל עוף דטייס בגדפין לזנוהי
22 זני דכיין וזני דלא דכיין וחמי יי ארום טב: ויברך ובריך יתהון למימר פושו
23 וסגו ומלו ית מיא ביממיא ועופיה יפשי בארעא: ויהי והוא רמש והוה צפר יום
24 חמשאי: ויאמר ואמר יי תהנפק גרגישתא דארעא נפשת ברייתא ליזניה זני דכיין
25 וזני דלא דכיין בעירי וריחשי ובריית ארעא ליזניה והוה כן: ויעש ועבד יי ית
חיוות ארעא לזנה זני דכיין וזני דלא דכיין וית בעירא ליזנה וית כל רחיש ארעא לזנה
26 זני דכיין וזני דלא דכיין וחמא יי ארום טב: ויאמר ואמר יי למלאכייא דמשמשין
קומוי דאתברייו ביום תנין לבריית עלמא נעביד אדם בצלמנא בדיוקננא וישלטון
בנוני ימא ובעופא דבאויר שמייא ובבעירא ובכל ארעא ובכל ריחשא דרחיש
27 עלוי ארעא: ויברא וברא יי ית אדם
בדיוקניה בצלמא יי ברא יתיה במאתן
וארבעין ותמני איברין בתלת מאה ושיתין
וחמשא גידין וקרם עלוי מושכא ומלי
28 יתיה בסרא ואדמא דכר ונוקבא בגווהון ברא יתהון: ויברך ובריך יתהון יי
ואמר להון יי פושו וסגו ומלו ית ארעא בנן ובנן ותקופו עלה בנכסין ושלוטו
בנוני ימא ובעופא דשמייא ובכל ריחשא חייתא דרחשא עלוי ארעא:
29 ויאמר ואמר יי הא יהבית לכון ית כל עיסבא דביזריה מזדרע דעילוי אנפי כל
ארעא וית כל אילני סרקא לצרוך בניינא ולאסקותא ודביה פירי אילנא דביזריה
30 מזדרע לכון יהא למיכל: ולכל ולכל חיות ארעא ולכל עופא דשמייא
ולכל דרחיש על ארעא דביה נפשא חייתא ית כל ירוקי עסבין והוה כן:
31 וירא וחזא יי ית כל דעבד והוה טב לחדא והוה רמש והוה צפר
יום שתיתאי:

ירושלמי 27 וברא מימרא דיי ית אדם בדמותיה בדמות מן קדם יהוה ברא יתיה דכר וזוגיה ברא יתהון:

Et ordinavit ea Dominus super præfecturas ipsorum in expanso cœlorum, 17
ad lucendum super terram. Et ad ministrandum per diem & per noctem, 18
& ad separandum inter lucem diei & inter tenebras noctis: & vidit Dominus quoniam bonum. Et fuit vespera & fuit mane, dies quartus. Et 19
dixit Dominus; proferant paludes aquarum reptile animæ viventis, 20
et volucre quod volet, cujus nidus *sit* super terram, & semita volucris
sit in aëre expanso cœlorum. Et creavit Dominus cetos magnos, Liviathan 21
& ejus conjugem, qui parandi sunt in diem consolationis; & omnem animam viventem reptilis, quæ abundè produxerunt aquæ profundæ secundùm species suas, species mundas & species immundas; & omne volucre quod volet alis secundùm species suas, species mundas & species immundas:
& vidit Dominus quod bonum. Et benedixit eis, dicens: Crescite & 22
multiplicamini, & implete aquas in maribus; et volucris multiplicetur
in terra. Et fuit vespera & fuit mane, dies quintus. Et dixit Dominus; 23
Producat terra argillosa animam creaturæ secundùm speciem suam, species 24
mundas et immundas; jumenta & reptilia, & bestiam terræ secundùm speciem suam: & fuit sic. Et fecit Dominus feram terræ secundùm speciem 25
suam, mundam et immundam; et jumentum secundùm speciem suam, et omne reptile secundùm speciem suam, species *inquam* mundas & immundas: & vidit Dominus quòd bonum. Et dixit Dominus angelis 26
ministrantibus coram ipso, qui creati sunt die secundo creationis mundi: Faciamus hominem in imagine nostra juxta similitudinem nostram; ut dominentur in pisces maris, & in volucrem aëris cœlorum, & in jumentum & in omnem terram; et in omne reptile quod reptat super terram. Et crea- 27
vit Dominus hominē in imagine sua, juxta similitudinem Dei creavit ipsum; cum ducentis quadraginta octo membris, & trecentis sexaginta quinque nervis, & obduxit ea pelle, & implevit eam carne & sanguine: marem et fœminam in corpore suo creavit eos.

Hieros. 27 *Et creavit verbum Domini hominem in similitudine sua, in similitudine à facie Domini creavit eum: marem & conjugem ejus creavit eos.*

Et benedixit eis Dominus, & dixit illis Dominus: Crescite & multiplica- 28
mini, & replete terram filiis & filiabus, & fortes estote super eam opibus; & dominamini in pisces maris, & in volucres cœlorum, & in omne reptile
feræ, quod reptat super ipsam terram. Et dixit Dominus; Ecce dedi vo- 29
bis omnem herbam cujus semen seminatur, quæ est super facies terræ; & omnes arbores infructuosas & steriles, in necessitatem ædificii & ad comburendum; sed eæ in quibus est fructus, cujus semen semi-
natur, vobis erunt in cibum. Sed omni bestiæ terræ; et omnibus volu- 30
cribus cœlorum, & omni quod reptat super terram, in quo est anima
vivens, *dedi* omnes virores herbarum: & fuit sic. Et vidit Domi- 31
nus omne quod fecerat, & erat bonum valde: & fuit vespera & fuit mane, dies sextus.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 18 * وبداد ايشانرا خدا در پردهيي آن آسمان بروشنايي دادن ابر آن زمين * وبمسلط بودن در
روز ودر شب وبجدا كردن ميان آن روشنايي وميان آن تاريكي وبديد خدا كه
19 20 نيكوست * وبود ايوار بود بامداد روز چهارمين * وگفت خدا جنبش كنند آن آب
21 جنبش جان زنده ومرغ بپرد ابر آن زمين ابر روي پردهيي آن آسمان * وآفريد خدا مر آن
اژدهان آن بزرگان ومر همه جان آن زنده آن جنبش كنا آنچه جنبش كردند آن آبها
22 بنوع ايشان ومر همه مرغ بالوار بنوع او بديد خدا كه نيكوست * آفرين كرد ايشانرا
خدا بگفتن برومند شويد وبسيار شويد وپر داريد مر آن آبها در درياها وآن مرغ
23 24 بسيار شود در زمين * بود ايوار بود بامداد روز پنجمين * وگفت خدا بيرون آورد آن
25 زمين جان زنده بنوع آن چهارپا وجنبش وزندهي زمين بنوع آن وبود همچنين * بكرد
خدا مر زندهيي آن زمين بنوع آن ومر همه چهارپا بنوع آن ومر همه جنبش آن زمين بنوع
26 آن وبديد خدا كه نيكوست * گفت خدا بكنيم آدمي در چهرهيي ما چون مانند ايما
ومسلط شوند در ماهي آن دريا ودر مرغ آن آسمان ودر چهارپا ودر همه آن زمين ودر همه آن
27 جنبش آن جنبش كنا ابر آن زمين * وآفريد خدا مر آن آدم در چهرهيي او در چهرهيي
28 شريف آفريد اويرا نر وماده آفريد ايشانرا * آفرين كرد ايشانرا خدا وگفت بايشان
برومند شويد وبسيار شويد وپر داريد مر آن زمين وفرود گيريد اويرا ومسلط شويد
29 در ماهي آن دريا ودر مرغ آن آسمان ودر همه زندهي جنبش كنا ابر آن زمين * وگفت
خدا اينك دادم بشما مر همه گياه آن دشت آنچه ابر روي همه آن زمين ومر همه آن
30 درخت آنچه درو بر درخت تخم كنايي تخم بشما باشد بخوردن * وبهمه زندهي آن
زمين وبهمه مرغ آن آسمان وبهمه جنبش كنا ابر آن زمين آنچه درو جان زنده مر همه سبزيي گياه بخوردن
31 بود همچنين * بديد خدا مر آنچه بكرد واينك نيكو بغايت وبود ايوار وبود بامداد روز ششمين

Et dedit ea Deus in expanso cœli, 17
ut lucem præberent super terram. Et 18
ut præessent diei & nocti, & ut separarent inter lucem ac tenebras: viditque Deus quòd esset bonum. Sic 19
fuit vespera, et fuit mane dies quartus. Posteà dixit Deus, Repere 20
faciant aquæ reptile animæ viventis: & volatile volet super terram, super faciem expansi cœli. Et creavit Deus 21
dracones magnos: & omnem animam viventem moventem, quam movere faciebant aquæ, in specie sua, omnemque volucrem alatam in specie sua: & vidit Deus quòd esset bonum.
Et benedixit eis Deus, dicendo; 22
Fœcundi estote, ac multiplicamini, et implete aquas per maria; & multiplicetur volucris in terra. Sic fuit 23
vespera, & fuit mane dies quintus.
Deinde dixit Deus, Producat terra 24
animam viventem in specie sua; quadrupedem, ac reptile, & animal terræ in specie sua; & fuit ita. Fecit 25
enim Deus animal terræ in specie sua, & omnem quadrupedem in specie sua, omnéque reptile terræ in specie sua: & vidit Deus quòd esset bonum. Posteà Dixit Deus, Fa- 26
ciamus hominem in forma nostra, secundùm similitudinem nostram, qui dominetur in piscem maris, & in volucrem cœli; & in quadrupedem, & in omnem terram, inque omne reptile quod movet super terram. Itaque 27
creavit Deus hominem in forma sua, in forma inquam nobili creavit eum: marem & fœminam creavit eos.
Deinde benedixit eis Deus, et dixit 28
illis; Fœcundi estote, ac multiplicamini, & replete terram, eamque subjicite: & dominium exercete in piscem maris, & in volucrem cœli, & in omne animal quod movet super
terram. Præterea dixit Deus, Ecce 29
dedi vobis omnem herbam campestrem, quæ est super faciem totius terræ, omnemque arborem cui inest fructus arboris sementantis semen: vobis erit
ad comedendum. Omni autem ani- 30
mali terræ, et omni volucri cœli, omnique reptanti super terram, cui inest anima vivens, dedi omnem herbam viridem ad comedendum: & fuit
ita. Tum vidit Deus omne quod fe- 31
cerat, et ecce valdè bonum erat: sic fuit vespera, et fuit mane dies sextus.

תגרום יונתן בן עזיאל — Targ. JONATHAN B. UZIEL.

ירושלמי — Hierosolymitanum.

ב

1 ויכלו ושלימו בריתי שמיא וארעא וכל חילוותהון : ויכל ושלים יי ביומא שביעאה
2 עבידתיה דעבד ועישרתי עיסקין דברא ביני שמשתא ונח ביומא שביעאה מכל
3 עבידתיה דעבד : ויברך ובריך יי ית יומא שביעאה מן כולהון יומי שבועתא
4 וקדיש יתיה ארום ביה נח מכל עבידתיה דברא יי ועתיד למעבד : אלה אלין
5 תולדת שמיא וארעא כד אתבריין ביומא דעבד יי אלהים ארעא ושמיא : וכל וכל
אילני חקלא עד כדו לא הוו בארעא וכל עיסבי חקלא עד כדו לא צמח ארום לא
6 אמטר יי אלהים על ארעא ואינש לית למפלח ית אדמתא : ואד וענן יקרא הוה נחית
מתחות כורסי יקרא ומלי מיא מן אוקיינוס והדר סליק מן ארעא ומחית מטרא ומשקי
7 ית כל אפי אדמתא : וייצר וברא יי אלהים ית אדם בתרין יצרין ודבר עפרא מאתר
בית מקדשא ומארבעת רוחי עלמא
ופתכא מכל מימי עלמא ובריה סומק
שחים וחיור ונפח בנחירוהי נשמתא דחיי והוות נשמתא בגופא דאדם לרוח ממללא
8 לאנהרות עיינין ולמצתות אודנין : ויטע ואתנציב במימרא דיי אלהים גינוניתא
9 מעדן לצדיקיא קדם בריית עולם ואשרי תמן ית אדם כד ברייה : ויצמח ורבי
יי אלהים מן אדמתא כל אילן דמרגג
למיחמי וטב למיכל ואילן חייא במציעות
גינוניתא רומיה מהלך חמש מאה שנין
10 ואילן דאכלי פירוהי ידעין בין טב לביש : ונהר ונהרא נפיק מעדן לאשקאה ית
11 גינוניתא ומתמן מתפרש והוי לארבעת רישי נהרין : שם האחד שום חד פישון
12 הוא דמקיף ית כל ארע הינדיקי דתמן דהבא : וזהב ודהבא דארעא ההיא בחיר
13 תמן בידלחא ואבנין טבין דבורלין : ושם ושום נהרא תניינא גיחון הוא דמקיף ית
14 כל ארעא דכוש : ושם ושום נהרא תליתאה דיגלת הוא דמהליך למדנח אתור
15 ונהרא רביעאה הוא פרת : ויקח ודבר יי אלהים ית אדם מן טוור פולחנא אתר
דאתברייא מתמן ואשריה בגינוניתא דעדן
למהוי פלח באורייתא ולמנטר פקודהא :
16 ויצו ופקיד יי אלהים על אדם למימר
מכל אילן גינוניתא מיכל תיכול : ומעץ
17 ומאילן דאכלין פירוהי חכמין למידע בין טב לביש לא תיכול מניה ארי ביומא
דתיכול תהי חייב קטול :

ירושלמי ב 7 והוה אדם נפש דחיה :

ירושלמי 9 ואילן דעתא כל מן דאכיל
מניה מפרש בין טב לביש :

ירושלמי 15 ונסיב יי אלהים ית אדם
ואשרייה בגנתא דעדן ואצנע יתיה למהוי
פלח באורייתא ולמטור :

CAP. II.

Et absolutæ sunt creaturæ cœli & terræ, & omnes exercitus eorum. 1
Et absolvit Dominus die septimo opus suum quod fecerat, & decem ne- 2
gotia quæ creavit inter soles : & quievit die septimo ab omni opere suo
quod fecerat. Et benedixit Dominus diei septimo præ omnibus diebus se- 3
ptimanæ, & sanctificavit ipsum : quoniam quieverat in eo ab omni opere
suo, quod creaverat Dominus & facturus erat. Istæ sunt generationes cœ- 4
lorum & terræ, quando creata sunt; in die quo fecit Dominus terram & cœ-
los : Et omnes arbores agri adhuc non erant in terra, & omnes herbæ agri 5
adhuc non germaverant : quoniam non pluere fecerat Dominus super ter-
ram, & homo non erat ad colendum terram. Sed nubes gloriæ descendebat 6
de sub solio gloriæ, & replebatur aquis ex Oceano, & rursus ascendebat ex
terra & descendere faciebat pluviam ; & irrigabat omnem faciem terræ. Et 7
creavit Dominus Deus hominem duabus creationibus, & accepit pulverem
è loco domus sanctuarii & ex quatu-
or plagis mundi, & miscuit ex omni-
bus aquis mundi, & creavit ipsum
rufum, nigrum, & album, & inflavit
in nares ejus animam vitæ : & fuit anima in corpore hominis in spiritum lo-
quentem, ad illuminationem oculorum & aurium auditum. Et plantatus est 8
verbo Domini Dei hortus ex Eden justis, ante creationem mundi : & ibi ha-
bitare fecit hominem, postquam creâsset eum. Et crescere fecit Dominus 9
Deus è terra omnem arborem, quæ
desiderabilis erat ad videndum, &
bona ad comedendum : & arborem
vitæ in medio horti, cujus altitudo
erat itineris quingentorum annorum;
& arborem cujus fructum qui edunt cognoscunt inter bonum & malum. Et 10
fluvius exibat ex Eden, ad irrigandum hortum : & inde separabatur, & erat
in quatuor capita fluviorum. Nomen unius Phison : ipse est qui circuit to- 11
tam terram Indicam, ubi est aurum. Et aurum terræ illius electum est : ibi 12
est bdellium & lapides pretiosi Berylli. Et nomen fluminis secundi, Gichon : 13
is est qui circuit totam terrã Cusch. Et nomen fluvii tertii, Diglath ; is est qui 14
abit ad Orientem Assyriæ : & fluvius quartus est Perath. Et accepit Domi- 15
nus Deus hominem ex monte cultus,
loco in quo creatus erat inde ; & ha-
bitare fecit eum in horto Eden, ut
coleret legem, & observaret mandata
ejus. Et præcepit Dominus Deus ho- 16
mini dicendo : Ex omni arbore horti
